COMMENTARIVS DOGMATICVS,

Siue

THEOLOGICA INTERPRETATIO

IN PENTATEVCHVM.

Nouum artificium ad intelligentiam Theologiæ tum litteralis, tum mysticæ sacrarum Scripturarum, & ad parandam nobilem materiam pro Concionibus, & ad vsum controuersiarum: vt ex duplici Proœmio quisque cognoscet, altero in totum opus in principio; altero in Indicem Rerum, in operis fine.

PER FRANCISCVM PAVONIVM CATACENSEM,
Professorem Scripturæ sacræ in Collegio Neapolitano Societatis IESV..



NEAPOLI,

Ex Typographia Ioan. Dominici Montanarij M. DC. XXXV.

Digitized by Google

CAROLVS SANGRIVS

Præpositus Prouincialis in Prouincia Neapolitana Societatis Iesu.

CVm Commentarium Dogmaticum, siue Theologicam Interpretationem in Pentateuchum à R. P. Francisco Pauonio Societatis nostræ scriptam, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commissum fuit, recognouerint, & in lucem edi posse probauerint; potestate nobis ab admodum R. P. N. Præposito Generali Mutio Vitelleſco tradita, facultatem concedimus, vt typis mandetur, si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Neapoli 4. Martij 1634.

Carolus Sangrius.

Digitized by Google

Approbatio.

Vidi ex commissione Perillustris, & Reuerendissimi Domini Vicarij Generalis Commentarium dogmaticum R. adm. P. Francisci Pauonij Societatis Iesu in Pentateuchum: & omnia reperi prælo dignissima. Probo maximè rationem interpretandi nouam, nobilem, solidam, breuem, claram, perutilem ad sacrarum Scripturarum intelligentiam, & ad concionandum. Dat. Neap. die 2. Ian. 1634.

Alexander Russus Can. Dep. Sac. Theol. Doctor.

Vidi Commentarios dogmaticos in Pentateuchum scriptos à Francisco Pauonio. vtilissimos iudico, qui ad fructum vberrimum sacræ Scripturæ studiosorum typis mandentur. 3. Ian. 1634.

M. Antonius Palumbus Dep.

Legi Commentarium dogmaticum, siue Theologicam interpretationem in Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium ab adm. R. P. Francisco Pauone Societatis Iesu, sacræ Scripturæ Professore, viro eruditissimo in omnibus scientijs, compositum. Non solum approbo vt imprimatur, sed etiam vtilissimum iudico, cum optimam doctrinam contineat, sanctæ fidei, ac bonis moribus valde congruam.

Andreas Lectereſius Can. Dep.

Idem censeo.

F. Ignatius à Neapoli Minimorum Ordinis Dep.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS, ET REVERENDISSIMIS EPISCOPIS D. D.

Acrosancta Tridentina Synodus [a] *iubet, neminem ad Presbyteratus ordinem assumi, qui diligenter examinatus, ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessariũ est ad salutem, idoneus non fuerit repertus. Presbyteri enim ad curam animarum, & ad docendum sacra prædicatione populum assumuntur.* [b] *Et idem Tridentinũ Concilium iubet assumi. Debent autem, qui alijs prædicaturi sunt, esse docti. Qua doctrina?* [c] *Vtique diuinæ scripturæ, ut sacri Canones præcipiunt.* [d] *Ideo Tridentina Synodus decernit, vbicunque Clerus est numerosus, cõstitui debere Lectorem sacræ Scripturæ. Quoniam autem in plerisque locis cõtingit Episcopos Lectorum penuria laborare, tum quia tot idonei non reperiuntur, tum quia stipendium non est: operæpretium est huic incommodo, quod tantopere Sacerdotum, ac totius Ecclesiæ interest, remediũ inuenire. Est in Collegio Neapolitano Societatis Iesu Congregatio Clericorum è toto Regno cõuenientium. In ea diebus Dominicis habetur Academia, & Collatio scripturalis, ad eum modum, quem in nostra Instructione pro Congregationibus Clericorum describimus. Et existit in Clericis eruditio ad materiã concionum solidam, nobilemque, et ad Scripturarum, Theologiæq; intelligentiã, quam omnes, qui uident, admirantur. Hoc artificiũ Episcopis Dominis nostris ego, & tota ea Congregatio, proponimus, ad Lectorum supplementum. Principio, si ita nostris Dominis uidètur, possent in singulis Cleri conuentibus iniri collationes, uno legente ex aliquo facili commentario in sacrã Scripturã, et multis deinde repetentibus quod lectum est, multis postremo proponentibus ad quid ualere possit ea Scripturæ doctrina in sermonibus ad populum, ad eum instruendum siue ad cognoscenda mysteria nostræ Fidei, siue ad cauẽdum à uitijs, siue ad uirtutum actiones exercendas. Breui, Deo adiutore, omnes Clerici sine multo labore, boni Theologi, et vtiles concionatores euadent. Ego ad hoc Episcoporum seruitium scribo nouo quodam artificio Cõmentarios theologicos in sacram Scripturam. Prodit nunc in lucem Commentarius in Pentateuchum litteralis, & mysticus, ubique dogmaticus. Illum dedico Episcopis Dominis meis. A quibus suppliciter benedictionem peto mihi, & operi meo. Neapoli 1. Maij 1635.*

[a] Trid. sess. 23. de Refor. cap. 14.

[b] Trid. sess. 5. de Refor. cap. 2.

[c] Dist. 23. c. 3. & ⊥ 36. c. 3. & d. 38. c. 1, 6, 7, 9. & c. Super specula, ne cler. vel monac. & de Magistris. & cap. Nullus eod. tit.

[d] Trid sess. 5. de Refor. c. 1.

Seruus indignissimus

Franciscus Pauonius.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

Liber I. in Geneſim.

PRoœmium fol. 1
Caput I. 7
Cap. II. 11
Cap. III. 14
Cap. IV. 19
Cap. V. 23
Cap. VI. 25
Cap. VII. 28
Cap. VIII. 29
Cap. IX. 31
Cap. X. 33
Cap. XI. 35
Cap. XII. 37
Cap. XIII. 39
Cap. XIV. 40
Cap. XV. 42
Cap. XVI. 44
Cap. XVII. 46
Cap. XVIII. 48
Cap. XIX. 51
Cap. XX. 54
Cap. XXI. 56
Cap. XXII. 58
Cap. XXIII. 60
Cap. XXIV. 62
Cap. XXV. 66
Cap. XXVI. 68
Cap. XXVII. 71
Cap. XXVIII. 74
Cap. XXIX. 76
Cap. XXX. 78
Cap. XXXI. 81
Cap. XXXII. 84
Cap. XXXIII. 87
Cap. XXXIV. 88
Cap. XXXV. 90
Cap. XXXVI. 92
Cap. XXXVII. 94
Cap. XXXVIII. 96
Cap. XXXIX. 98
Cap. XL. 100
Cap. XLI. 101
Cap. XLII. 104
Cap. XLIII. 106
Cap. XLIV. 108
Cap. XLV. 110
Cap. XLVI. 112
Cap. XLVII. 114
Cap. XLVIII. 116
Cap. XLIX. 118
Cap. L. 126

Liber II. in Exodum.

Cap. I. 129
Cap. II. 131
Cap. III. 134
Cap. IV. 137
Cap. V. 140
Cap. VI. 142
Cap. VII. 144
Cap. VIII. 146
Cap. IX. 148
Cap. X. 150
Cap. XI. 152
Cap. XII. 153
Cap. XIII. 159
Cap. XIV. 162
Cap. XV. 164
Cap. XVI. 168
Cap. XVII. 171
Cap. XVIII. 173
Cap. XIX. 176
Cap. XX. 180
Cap. XXI. 185
Cap. XXII. 189
Cap. XXIII. 194
Cap. XXIV. 201
Cap. XXV. 203
Cap. XXVI. 208
Cap. XXVII. 211
Cap. XXVIII. 214
Cap. XXIX. 219
Cap. XXX. 225
Cap. XXXI. 229
Cap. XXXII. 230
Cap. XXXIII. 234
Cap. XXXIV. 237
Cap. XXXV. 241
Cap. XXXVI. 242
Cap. XXXVII. 244
Cap. XXXVIII. 245
Cap. XXXIX. 246
Cap. XL. 247

Liber III. in Leuiticum.

Cap. I. 249
Cap. II. 253
Cap. III. 256
Cap. IV. 258
Cap. V. 261
Cap. VI. 264
Cap. VII. 268
Cap. VIII. 270
Cap. IX. 272
Cap. X. 274
Cap. XI. 277
Cap. XII. 285
Cap. XIII. 287
Cap. XIV. 291
Cap. XV. 296
Cap. XVI. 299
Cap. XVII. 303
Cap. XVIII. 306
Cap. XIX. 309
Cap. XX. 314
Cap. XXI. 316
Cap. XXII. 319
Cap. XXIII. 322
Cap. XXIV. 325
Cap. XXV. 328
Cap. XXVI. 330
Cap. XXVII. 334

Liber IV. in Numeros.

Cap. I. 337
Cap. II. 340
Cap. III. 342
Cap. IV. 345
Cap. V. 348
Cap. VI. 351
Cap. VII. 354
Cap. VIII. 358
Cap. IX. 361
Cap. X. 363
Cap. XI. 366
Cap. XII. 370
Cap. XIII. 373
Cap. XIV. 376
Cap. XV. 380
Cap. XVI. 384
Cap. XVII. 388
Cap. XVIII. 390

Cap.

Digitized by Google

Cap. XIX. 392
Cap. XX. 395
Cap. XXI. 398
Cap. XXII. 402
Cap. XXIII. 405
Cap. XXIV. 408
Cap. XXV. 411
Cap. XXVI. 413
Cap. XXVII. 415
Cap. XXVIII. 418
Cap. XXIX. 420
Cap. XXX. 421
Cap. XXXI. 422
Cap. XXXII. 426
Cap. XXXIII. 429
Cap. XXXIV. 434
Cap. XXXV. 435
Cap. XXXVI. 437

Liber V. in Deuteronomium.

Cap. I. 441
Cap. II. 445
Cap. III. 447
Cap. IV. 449
Cap. V. 453
Cap. VI. 456
Cap. VII. 458
Cap. VIII. 461
Cap. IX. 464
Cap. X. 467
Cap. XI. 469
Cap. XII. 471
Cap. XIII. 474
Cap. XIV. 475
Cap. XV. 477
Cap. XVI. 479
Cap. XVII. 480
Cap. XVIII. 482
Cap. XIX. 485
Cap. XX. 486
Cap. XXI. 488
Cap. XXII. 490
Cap. XXIII. 492
Cap. XXIV. 494
Cap. XXV. 497
Cap. XXVI. 499
Cap. XXVII. 500
Cap. XXVIII. 503
Cap. XXIX. 507
Cap. XXX. 509
Cap. XXXI. 511
Cap. XXXII. 513
Cap. XXXIII. 518
Cap. XXXIV. 524

	Errata.	*Correctio.*
Fol. 17. col. 1. v. 13.	Poni	Pomi
116. v. 10.	frat	erat
139. n. 27. v. 6.	Cultus ſuos	Cultus ſuus
139 n. 3. v. 9.	feri	Chriſti
148. n. 9.	præteriti	præterit
266. n. 27.	Mandare	Mundare
321. n. 28.	Fœtoribus	Fœtibus
376. v. 8.	læduntur	cæduntur

Digitized by Google

COMMENTARIVS DOGMATICVS,

Siue

THEOLOGICA INTERPRETATIO IN PENTATEVCHVM.

Proœmium.

De huius operis materia, fine, methodo, vſu.

Materia, & Finis.

PRopoſitum nobis eſt, ſi Deus aſpirare dignabitur votis noſtris, diuinam Theologiam, quæ in ſacris diuinarum Scripturarum adytis latet, in lucem pro noſtris viribus proferre, & ſacrarum litterarum ſtudioſis contemplandam proponere. Omnis diuina Theologia in Scripturis ſacris eſt. Scilicet olim ex his fontibus illam hauſerunt primi Eccleſiæ Patres, qui nos diuinam Theologiam docuerunt: Illam Magiſter Sententiarum, de ſacra doctrina optime meritus, è Patrum ſcriptis collectam, & in materias diſtinctam, ordineque diſpoſitam, Theologiæ ſtudioſis propoſuit ad perdiſcendum. Deinde Scholaſtici, qui commentarios, & quæſtiones in Magiſtri ſententias ſcripſerunt, ſuas ſummas, ſua ſcripta poſteris ad doctrinam theologicam hauriendam propoſuerunt. Itaque iam eſt ferè nemo, qui pro addiſcenda Theologia ſacras Scripturas adeat. Omnis Theologiæ ſtudioſus totus eſt in Scholaſticorum libris peruolutandis, ac meditandis. Iam, * vt Tridentinum loquitur, cæleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iacet. Pauci enim ſunt, qui ſacram Scripturam nunc lectitent; pauciſſimi, qui in ſcholis prælegant; ferè nullus, qui eam adeat, vt ex ea Theologiam diuinam hauriat; cum primaria Theologia in illa ſit. Eſt igitur operæpretium Theologiæ ſtudioſos ad ſtudium diuinarum Scripturarum inducere. Quod vt nos efficeremus, tres Partes ſcripſimus introductionis in ſacram doctrinam. Quarum prima methodo breui, facilique totam Theologiam complexi ſumus ex Patribus, ex Concilijs, ex eccleſiaſtica traditione, è Scholaſticis collectam: vt principio cum Theologiæ ſtudioſus ex eius Summæ lectione eruditionem aliquam hauſerit; ſi deinde ad lectionem diuinarum Scripturarum acceſſerit, facilè aduertere poſſit Theologiam, quæ in quoque Scripturæ loco à Spiritu ſancto proponitur. Et ad penitiorem Theologiæ ſcripturalis intelligentiam, in eadem prima Introductionis parte pro quaque Theologiæ materia catalogum adiecimus dogmatum, ſiue propoſitionum theologicarum. Vt cum quis coniecerit in loco Scripturæ, quem præ manibus habet, de hac, vel illa materia ſermonem eſſe; percurrat propoſitiones theologicas ad materiam illam ſpectantes: ac ſtatim ſine difficultate vlla deprehendat vnam, duas,

* *Trid. ſeſſ. 5. de Refor. c. 1.*

Digitized by Google

plures in eo loco theologicas sententias esse. Quod artificium, vt quisque intelligat quantam efficacitatem habeat ad Theologiam è diuinis scripturis accipiendam; Paradigmata scribimus, & exemplaria; nempe hos Commentarios dogmaticos in Pentateuchum.

Methodus. Ratio autem, ac methodus nostri laboris ea est. Duos tomos scribimus: Primus, Commentarius dogmaticus inscribitur; Secundus, Theologia scripturalis. Primum quinque libris distinguimus, secundum numerum Pentateuchi à Mose conscripti. Alterum in decem & tres distinctiones partimur, secundum totidem diuinæ Theologiæ partes, quas in nostra Introductione distinximus. Commentario dogmatico interpretationem sacrorum librorum persequimur primum litteralem, deinde mysticam.

Pro interpretatione litterali, vt sit, quantum pro nostra tenuitate possumus, omnino perfecta, id agimus, quod quisque interpres efficere debet; vt principio vocum significationem, cum opus est, & locutionis scripturalis idiotismos declaremus; & omnem difficultatem enodemus, quæ intelligentiam possit impedire. Tum in eo toti sumus, vt ostendamus omnem sensum litteralem, qui è primaria vocum significatione existit, esse dogma theologicum, siue sententiam doctrinalem. vt ita Theologiam, quæ in sacris Scripturis latet, in lucem promamus. Vt nostras interpretationes theologicas, esse veros Scripturæ sensus ostendamus, non solemus aliorum interpretum auctoritate vti. tam enim aptè cuiusque loci litteræ interpretationes, quas ad intelligentiam eligimus, congruunt: vt earum veritas omnibus clara statim appareat: nullaq; probatione opus sit, præter locutionis intelligentiam. Pro cuiusque autem interpretationis dogmaticæ veritate; quamquam putamus nulli legenti fore dubiam; citamus tamen ad eius confirmationem, ac maiorem declarationem Propositiones theologicas, quas in prima nostræ Interpretationis parte scripsimus. Vbi omnes propositiones S. Thomæ Doctoris præstantissimi sententia, plurimas Sanctorum Patrum, & sacrorum Conciliorum auctoritate confirmamus. Quod si quis alteram huius Operis partem adire voluerit, nempe Theologiam scripturalem; reperiet innumeros sacræ Scripturæ locos, qui ad cuiuslibet theologicę propositionis confirmationem afferuntur. Si quis rursum fusiorem, atque clariorem nostrarum interpretationum, seu propositionum explanationem optat: adeat propositiones, quas in hoc commentario citamus, nostrę quam diximus primę partis Introductionis in sacram doctrinam, quas & in Theologia scripturali repetimus, vt mox dicemus. In singulis enim propositionibus citamus doctrinam theologicam nostræ Introductionis: vbi sunt rationes, quibus quęque propositio probatur, & explicatur. Quæ omnia, cum in altera nostri huius operis parte habeantur: superuacaneum duximus in hoc quoque Commentario eadem transcribere. Hæc de methodo interpretationis litteralis: veniamus ad mysticam.

Interpretationis mysticæ ratio, & methodus ea est. Cum sit certum & ipsius Scripturæ, & Patrum sententia, præter litteralem sensum, quem voces significant, esse in sanctis Scripturis sensum spiritualem, ac mysticum, quem res ipsæ signant: non fuit in nostro Commentario spiritualis interpretatio prætereunda. Præsertim cum Paulus de historijs veteris testamēti loquens, quarum magna pars est in Pentateucho, omnia in figura veteri populo cōtigisse asseueret, & vmbram habuisse futurorum veterem legem. Itaque in

nostro

Digitized by Google

nostro Commentario spiritualem interpretationem in ipsius Scripturæ auctoritate fundamus: quæ signatè indicat interpretationē illam, vel exercitè. Vt in Genesi historiam de Isaac, & Ismael, de Ecclesiæ, ac Synagogæ actis interpretamur: quia Paulus signatè docet, filium ex ancilla vetus testamentum, filium ex libera testamentum nouum allegoricè significasse. Rursum in Exodo Altare pro Cruce allegoricè accipimus, quatuor altaris cornua pro quadruplici Crucis virtute interpretamur: quia in Scripturis sacris exercitè, & secundum sensum litteralem altare crucem, cornua potentiam significant. Quod enim maius argumentum esse potest veritatis in sensu mystico, quàm si illum signatè, vel exercitè, vt dictū est, in alijs Scripturæ locis à Spiritu sancto significari deprehendas? Nulla nobis est in sensu mystico eruendo difficultas: quia in tertia nostrę Introductionis parte in octauam distinctionem ordine alphabetico cōiecimus omnes figuras, & symbola rerum sacrarum, quibus diuinæ scripturæ vtuntur. Porrò in mystica interpretatione illud quoque conamur, vt etiam per illam, non solùm per litteralem interpretationem, doctrina theologica è Scripturis diuinis hauriatur. Itaque nullam ferè interpretationem mysticam adducimus, quæ non sit dogma theologicum. Ex quo illud sequitur, vt omnis mystica interpretatio sit præstantior, atque solidior; & interim mystica Theologia ab ipsis diuinis Scripturis accipiatur. Rarò vtimur Patrum auctoritate pro sensuum mysticorum confirmatione, quia maior est ipsarum Scripturarum auctoritas. Qui Patrum auctoritatem optat, adeat Syluam Allegoriarum, vbi Patres in promptu. Ne commentarius crescat in volumen immensum, Scripturæ loca non extendimus, sed fidelissimè citamus. Atque de methodo commentarij dogmatici satis. videtur hoc in Proœmio aliquid etiam de methodo alterius operis, nempe Theologiæ scripturalis, breuiter dicendum.

Theologiam scripturalem, alteram nostri laboris partem inscribimus: quoniam collectio quædam est omnium Scripturarum, ad quamque diuinæ Theologiæ materiam pertinentium, secundum eam interpretationem tum litteralem, tum mysticam, quam in Cùmentario dogmatico scribimus. Eius Theologiæ ordo is est. Diuidimus vniuersam Theologiam in Distinctiones, siue partes tresdecim: in quibus agitur de Deo, de diuinis operibus, de Christo, de Ecclesia militante, de Ecclesia triumphante, de bonis & malis operibus, de fide, de spe, de charitate, de prudentia, de iustitia, de fortitudine, de temperantia. Ad hæc capita pertinet quæcunque siue de credendis, siue de agendis materia. In quaque Distinctione ante Theologiam, quæ ex ipsis diuinæ Scripturæ verbis constat, ponimus ad intelligentiam Theologiæ scripturalis, doctrinam è scholastica sumptam: quam Introductionem appellamus. introducit enim illa studiosos Scripturarum ad dogmaticam interpretationem illarum, & ad ipsorum dogmatum intelligentiam. Deinde cuique introductioni Propositiones, siue dogmata subiungimus; quæ ad introductionis materiam spectant, suntque quasi conclusiones rationum, quæ ad introducendum adducuntur. In quaque Propositione loca introductionis citamus, quibus illa rationibus confirmatur, & fusius explicatur. Citamus & S. Thomæ Summam, & Patres, & Concilia, ad auctoritatem. Post quamque Propositionem, quasi rerum Concordantiam colligentes, omnes è diuinis libris textus ad verbum transcribimus,

Digitized by Google

qui eandem propoſitionis ſententiam habent. Ita Propoſitio eſt ſubiectorum Scripturæ textuum dogmatica interpretatio: ac viciſſim Scripturę textus ſunt Propoſitionis diuina confirmatio. Subijcimus autem cuicunque Propoſitioni Scripturas ſecundum eum ſenſum, quo illas in Commentario dogmatico ſumus interpretati. Omnis porrò Scripturæ locus ad aliquam Propoſitionem theologicam ſpectare poteſt. Nam vel illius Propoſitionis doctrinam expreſsè, ac ſignatè docet: vt Chriſtus eſſe Sacramentum ſui corporis docet expreſsè, *Hoc eſt corpus meum*. aut indicat ipſo exercitio, & actione, ſiue exemplo; vt indicatur Euchariſtia illis verbis, *Perſeuerabant in fractione panis*. aut ſignat figuris, & vmbris veteris teſtamenti; vt Euchariſtiam Manna, quod ad Iſraelitarum cibum de cęlo deſcendebat. aut ſignificat ſymbolis, ac ſimilitudinibus; vt Euchariſtiam ſymbolo panis, vini, & ſimilibus. Itaque nos in ſcripturali Theologia poſt vnamquamque Propoſitionem omnia Scripturæ loca ſubijcimus; primum quæ illam ſignatè docent, deinde quæ exercitè, tum quæ figuratè, poſtremo quæ ſymbolicè. ſuntque eorum locorum eę inſcriptiones, *Doctrina Scripturarum*, 2. *Actiones, & exempla*, 3. *Figuræ*, 4. *Symbola*. Poſt loca Scripturæ ſubijcimus quæſtiones, & dubia. Pro quorum ſolutione lectorem ſubinde ad S. Thomæ Summam remittimus. Pro cuius intelligentia maximè valere quiſque intelliget eam noſtram Introductionem, quam in principio Diſtinctionum apponimus. Quamque autem Introductionem, & quamque Propoſitionem ex prima noſtræ Introductionis parte ad verbum tranſcribimus.

Vſus. Hactenus de methodo dictum eſt: nunc aliquid de vſu huius noſtri operis indicandum. Noſtrum opus Commentarius eſt dogmaticus, & Theologia ſcripturalis. Igitur idem eius, qui diuinæ Scripturæ, vſus eſt. * *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata*, inquit Paulus, *vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus*. Præſtat hæc Eccleſia, cui cooperari omnes eius filij debemus, in concionibus ad populum; in ſcholis coram ſtudioſis litterarum; in controuerſijs, & diſputationibus cum oppugnantibus catholicam veritatem. Ad hæc omnia noſtrum opus non mediocrem commoditatem afferre poteſt. quam operæpretium eſt indicare. Primum habent Concionatores illud ex hoc opere cõmodi: quod in eo eſt in promptu omnis materia, quæ pro quaque concione facere poteſt. Quæ ſunt maximè in chriſtiana concione dicenda? Doctrina credendorum, & agendorum vt ſancti ſimus: confirmanda doctrina rationibus, auctoritate, exemplis, figuris; explicanda, & ornãda ſimilitudinibus. En autẽ in noſtro Theologiæ opere in cuiuſque Diſtinctionis principio doctrina de quaque materia tum credendorum, tum agendorum cum ſuis rationibus. Habes poſt doctrinam omnes Scripturas ſacras, quæ eam docent: habes omnia exempla ex ipſis Scripturis collecta ad doctrinam confirmandam; & omnes figuras, & ſymbola ſcripturalia, quibus eãdem & explicare, & ornare, & confirmare poſſis: habes S. Thomam, & Patres in Propoſitionibus citatos, ſi maiorem pro doctrina eruditionem expetieris. Si quam autem maiorem explicationem pro ſingulis Scripturæ locis volueris: ſunt in prõptu interpretationes Commentarij dogmatici. vt nullum alium interpretem adire valde opus ſit. Vera eſſe, quæ dicimus, probabis experientia. Quod ſi propoſito ad concionandum aliquo thematè è Scriptura deſumpto, inquiſieris, de qua potiſſi-

* 2. *Tim.* 3. 16.

Digitized by Google

potiſſimum materia ad illud thema faciente tibi agendum in concione ſit: quanta noſtri Commentarij commoditas eſt; quod ratione dogmaticæ interpretationis, omnem in quoque Scripturæ textu theologicam materiam deprehendere ſtatim poſſis, quæ ad ſententiam illius textus facit?

Pro Scholis autem Theologiæ tum Scholaſticæ, tum Poſitiuæ commoda ex opere noſtro illa ſunt. Habet Prælector Scholaſticæ in quaque theologica materia Scripturas omnes in vnum collectas, quæ illam docent, & confirmant. Habet Prælector ſacræ Scripturæ diuinorum librorum doctrinam, & textus ipſos ſecundum ordinem Theologię digeſtos, omneſq; Scripturæ locos pro quaque materia, ex omnibus diuinis libris compactos. Habet ergo Prælector ſacræ Scripturæ ex noſtro opere theologico duo commoda. alterum, vt ad vnius textus interpretationem confirmandam, habeat collectos in vnum omnes alios eiuſdem ſententiæ textus. Alterum, vt poſſit, ſi libuerit, prælegere ſuis auditoribus in ſcholis certã aliquam diuinę Theologiæ materiã, vt de Deo, de diuinis operibus, de Chriſto, &c. Quod ſi in ſingulis ſacris textibus pręſtiterit illa quinque, quę in Proœmio primę partis Introductionis in ſacram doctrinam indicamus; vt primùm explicet verborum ſignificationem, deinde ſenſum litteralem tradat, tum myſticum, quarto loco dogmata, quæ docentur in illo textu, poſtremo quæſtionibus, ac dubijs, reſpondeat: profectò ille ſuos auditores eruditiſſimos reddet. Habet ex noſtro dogmatico Commentario in quoque Scripturæ textu, omnia dogmata, quæ per illum textum poſſunt confirmari. quod eſt eruditionis præſtantiſſimæ, in maximam auditorum vtilitatem euaſuræ.

Vſus autem noſtri operis pro controuerſijs Fidei commodiſſimus eſt. Nam Hæreticus vel negãt dogma, quod Catholici amplectuntur, eſſe in Scripturis ſanctis; vel affirmat falſum dogma, quod ipſe tuetur, in ijs reperiri. Vt negantem verũ dogma, conuincas in Scripturis eſſe: en tibi in promptu in noſtra Theologia ſub quoque catholico dogmate omnia Scripturæ loca, quę illud docent: en in Commentario noſtro cuiuſcunque loci ſolidam intelligentiam. Vt afferentem falſum dogma ſtatim repellas, & redarguas: en tibi in noſtra Theologia dogmata cuicunque falſitati contraria, & ſub quocunque dogmate ſacras omnes Scripturas illud confirmantes, & falſitati aduerſantes. Quod ſi quem Scripturæ locum Hæreticus calumniosè pro ſuæ ſententiæ falſitate produxerit: habes in promptu pro contrariæ ſententiæ veritate Scripturæ loca innumera falſæ intelligentiæ apertè repugnantia. Iam ſi quis velit, ſiue ad confutandos Hæreticos, ſiue ad erudiendos Catholicos, libros ſcribere: habet in noſtra Theologia ſyluam omnem ſacram pro cuiuſque operis materia. Quam præclara commoda iſta ſunt?

Porrò quia mortalis ſum, & iam ſenex, fortaſſe propediem migraturus: nolui expectare vt totum opus in lucem proferrem, quod mol ior: ſed edere decreui partem iam perfectam, quæ Commentarium in Pentateuchum, & illius Theologiam complectitur. Vt ſi ante quàm reliquum laborem perfecerim, obire contigerit; non pereat hæc Pars. quam, ſi obiero, ſpero vt Paradigma futuram viro alicui, Scripturarum ſanctarum amatori, & cupienti de Eccleſiæ commodis bene mereri; ad Commentarios ſimiles in reliquas Scripturas edendos, & ad ſacram Theologiam ex ijs componendam. Ego autem & hoc, & omne opus meum Eccleſiæ dico; pro cuius obſequio ſemper laboraui: cuius infallibili iudicio, & cenſuræ omne meum iudicium, & doctrinam ſemper ſubiecì.

Admo-

Digitized by Google

Admonitio
Pro intelligentia quarundam Notarum, quæ in hoc opere habentur.

CVm notulas apponimus trium litterarum, c. d. p. tres partes noſtræ Introductionis in ſacram doctrinam citamus, quibus in his Commentarijs ſcribendis maximè vſi ſumus. p. Propoſitiones theologicas ſignificat Primæ Partis. d. Definitiones philoſophicas Secundæ Partis. c. Canones, quos pro intelligentia Scripturarum ſcribimus in Tertia Parte. Eſſet ualde vtile, vt monemus in Proœmio, perlegere in Introductione loca, quæ citantur: ſed non neceſſarium.

Monemus autem, atque etiam obſecramus Lectorem quemque, vt antequam à noſtro opere quidquam legat, Proœmium prælegat.

Digitized by Google

COMMENTARII DOGMATICI,

Siue

THEOLOGICAE INTERPRETATIONIS IN PENTATEVCHVM,

LIBER PRIMVS.

In Geneſim.

Materia totius Geneſis.

Materia libri Geneſis eſt, naſcentis mundi, & generationis humanæ prima hiſtoria vſque ad obitum Ioſeph. De mundi exordio agitur, et hominis procreatione: de Iſraelitarum progenitoribus: de diluuio: de linguarum, gentiumq; diuiſione: de Patriarcharum geſtis Abrahami, Iſaaci, Iacobi, Ioſephi. Hieron. ad Paulin. Athan. in Synopſi.

CAPVT PRIMVM.

SVMMA.

Creatur à Deo mundus, & opera ſex dierum ornatur, atque perficitur.

1 IN principio creauit Deus cælum, & terram. 2 Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. 3 Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. 4 Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. 5 Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque eſt veſpere & mane, dies vnus. 6 Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. 7 Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. 8 Vocauitque Deus firmamentum, Cælum: & factum eſt veſpere & mane, dies ſecundus. 9 Dixit vero Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum eſt ita. 10 Et vocauit Deus aridam, Terram, congregationeſque aquarum appellauit Maria, Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 11 Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. 12 Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumq; faciens fructum, & habens vnũquodque ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit Deus, quòd eſſet bonum. 13 Et factum eſt veſpere & mane, dies tertius. 14 Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos: 15 vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. 16 Feçitque Deus duo luminaria magna: lumi-

nare

nare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. 17 Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, 18 & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 19 Et factũ eſt veſpere & mane, dies quartus. 20 Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terrã ſub firmamẽto cæli. 21 Creauitq; Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 22 Benedixitq; eis, dicẽs: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: aueſque multiplicentur ſuper terram. 23 Et factum eſt veſpere & mane, dies quintus. 24 Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Factumque eſt ita. 25 Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quod eſſet bonum, 26 & ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. 27 Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & feminam creauit eos. 28 Benedixitq; illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. 29 Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam: 30 & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. 31 Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

IN *principio creauit* 1 *Deus, &c. In principio*, *a* In tempore, Non ab æterno. can. 2103. In inſtãti. Principium enim temporis non eſt tempus, ſed inſtans. d, 907. Vel *In principio*, *b* per rationem, quam Deus habet primi principij. c. 2106. *c* creauit Deus hebraicè *Elohim*, Dij, id eſt, diuinæ Perſonæ, quæ vnum rerum principium ſunt. d. 3511. & c. 1489. Vel, *d In principio*, id eſt, *e* per Filium, heb. ראשית *Reshith*, Primò, ab æterno, ante omnem creaturam genitum. c. 4138. *In*, cauſam efficientem cooperantem ſignificare ſolet. c. 2947. *Creauit*, è nihilo eduxit. d. 960. *Calum, & terram*, * omnia corpora cæleſtia, & elementaria, licet impolita, & inornata. c. 1297. & 2361. Docemur *f* 1. Eſſe Deum ex effectu, *Creauit Deus*. Idem probant omnia ſcripturæ loca, in quibus agitur de diuinis operibus. 2. Docemur, *g* Neque mundum, neque creaturam vllam æternã eſſe, *In principio creauit*. 3. *h* Mundum eſſe à Deo; & *i* Eſſe Deum creatorem omnium. & *k* Creationem eſſe à ſolo Deo. *Creauit Deus calum, & terram.*

Myſticè. Deus *in principio*, id eſt, in Chriſto, qui eſt Primogenitus omnis creaturæ. cc. 4137. 4138. 5611. ad eius gloriam per eius merita. *Calum, & terram*, vtrãque Eccleſiam triumphantem, ac militantem. c. 5538. 7632. *Creauit*, generauit, ad vitam ſupernaturalem gratiæ formauit. c. 2599. Habes ex hoc textu ſecundum ſenſum myſticum ea dogmata. 1. *l* Infundi nobis, & infuſam fuiſſe Angelis gratiam iuſtificantem ex meritis Chriſti. 2. *m* Chriſtum eſſe caput hominum, & Angelorum.

2 * *Terra autem erat inanis, &c. Inanis*, hebr. תהו *tòhu*, deſolatio. c. 4316. LXX. ἀόρατος, inuiſibilis. *Vacua*. heb. בהו *Bòhu*, Inane, vacuitas, LXX. διατακτὶ ἀκατασκεύαστος, incompoſita. Sine ornamentis plantarum, & animalium. *Super faciem*, Iuxta, coram, in ipſa abyſſo, id eſt, profunda aquarum vaſtitate. c. 4022. 1116. *Spiritus*, corpus tenue. heb. רוח *Ruahh*, aer, ventus. c. 4165. 2298. *Dei*, diuinus, id eſt, ingens. c. 8554. Ecce quatuor elementa in principio, in inſtanti creata, Terra, aqua, aer, ignis, ſup. n. 1. ita inter ſe ordinata, vt terra ſit infima. d. 1164. *n* Horum creator Deus.

Myſticè. *o* Terra inanis, & vacua ſunt homines ſine gratiæ ornamentis, ſine operibus iuſtitiæ. c. 6296. 7734. Spiritus Dei dicitur Spiritus ſanctus, & eius virtus. c. 2292. 2293. 2299. *p* qui per gratiam, & aquam Baptiſmi homines per Chriſtum renouat. c. 5349. Vel aquæ ſũt homines ipſi in peccatis, ac miſerijs. c. 5348. 5351. 5363.

a p. 86.
b p. 2.
c p. 57.
d Aug. 13. conf. c. 5. Eccleſia in Pontificali in conſecr. primi lapidis.
e p. 61.
* p. 87.
f p. 1.
g p. 86.
h p. 87.
i p. 41. 101. 102. 103.
k p. 89.
l p. 573.
m p. 443. 470, 471.
n p. 103. 104. 106. 107.
o p. 1194. 1196, 1266, 1267.
p p. 749. 757.

Digitized by Google

* *Dixitque Deus: Fiat lux, &c. Dixit,* 3
q p. 98. non verbo oris, ſed mentis, id eſt, *q* ſua
r p. 108. 308. ſcientia rerum ideali. *Fiat lux.* *r* educa-
tur è cælo lux, virtute cæli, ipſo mecũ co-
s p. 93. operãte. * *Bona,* *s* in ſuo genere perfecta. 4
t p. 108. *Diuiſit,* *t* diſtinxit lucem, ac tenebras;
noctem, ac diem; circumuoluente ſe cælo,
& diem per lucis latitudinem afferente. nam
ſubditur: * *Factumq; eſt veſpere, ac mane,* 5
integer dies naturalis. d. 2522. ex nocte,
dieque artificiali compoſitus. d. 2511.
u p. 23. *Vnus,* primus. c. 8563. *u* In his, quæ toto
hoc primo Geneſis capite dicuntur, elu-
cet diuina prouidentia.

x p. 363. *Myſticè.* L x eſt *x* An gratia? c. 6525.
y p. 386, 387. *y* An intelligentia diuinorum? c. 6526.
z p. 1316, 1351. *z* An veritas, & doctrina fidei, *a* & ipſe
Chriſtus? c. 6530. 6531. 6534. Tenebræ,
a p. 443. *b* ignorantiam, *c* malitiam, *d* peccatum,
b p. 1251, 1255. *e* errores ſignificant. cc. 7612. 7615. 7616.
c p. 1150, 1237. *f* Veſpere, & mane, Cognitio eſt matutina,
& veſpertina. d. 2078. 2079. Vel veſpere
d p. 1193. cogniti nem ſignificat naturalem, quæ
e p. 1414. de diuinis habetur per creaturas: mane,
f p. 29, 30, 31, 368. cognitionem certam per fidem, Deique
reuelationem. *g* Dies autem primus eſt
g p. 404. primum opus gratiæ, nempe vel ipſa gra-
h p. 394. tia reſpectu gloriæ; *h* vel vocatio, & illu-
ſtratio diuina reſpectu iuſtificationis.

* *Dixit quoque Deus: Fiat firmamen-* 6
a S. Th. cum Auguſt. 1. p. q. 68. a. 3. & q. 69. a. 1. *tum, &c.* *a* *Firmamentum,* *b* aer ſpiſſior,
b p. 105. & proximus terræ. c. 1631. * *Aqua, quæ* 7
c p. 105, 111. *erant ſuper firmamentum,* *c* Aquæ pluuiales, ſiue vapores, qui ſecundum ſubſtã-
† p. 2153. tiã aquæ ſunt. * *Cælum,* שמים *Shamaijm,* 8
d p. 620. † quia ibi aquæ.
e p. 632. *Myſticè.* *d* Firmamentum eſt Eccleſia.
f p. 700. c. 6046. *e* in qua eſt diſtinctio aquarum
g p. 646. ſuperiorum, & inferiorum, id eſt. Multi-
h p. 412, 800. tudinis hierarchicæ, atque ſæcularis, &
laicæ. c. 5363. *f* ſiue Prædicationis, quæ
ad gratiam diſponit. c. 5355. 5358. & *g* Sa-
cramentorum, quæ gratiam conferunt.
c. 5362. 6079. Vel *h* Aquæ ſuperiores ſunt
lacrymæ, atque contritio de peccatis cum
i p. 1469. Dei amore coniuncta; *i* Aquæ inferiores
ſunt Attritio, ac dolor ob timorẽ gehen-
næ. c. 5349. 6382.

* *Dixit uerò Deus: Cõgregẽtur aquæ, etc.* 9
k p. 308. *In locum vnum,* *k* in terræ concaua, quæ
Deus tunc depreſſit, cum iuſſit aquas cõ-
gregari *Arida,* quia præcipua terræ qua-
litas, per quam terra magis actiua reddi-
tur, ſiccitas eſt. d. 1178. 1179. * *Terram,* 10
hebr. ארץ *èrets.* ea vocabula Terræ pro-
prietates explicant. Dicitur enim Terra
ארץ *èrets,* quaſi את ארץ *al ruts,* Non ſe mo-
uens, immobilis. d. 1196. nam ארץ *ruts,*
currere ſignificat. Vel littera א *Aleph*
abundat, & eſt formatiua nominis; dici-
turque terra ארץ *Rùts,* quòd ſuper eam
moueantur, & currant reliqua elementa,
& cælum. Vel *Rùts* dicitur à ארץ *Ratsàts,*
quod teratur, ſitque elementum omnium
infimum, & corpus ab alijs corporibus
quaſi oppreſſum. d. 1195. Vel quod ſit
contrita, & in puluerem diuiſa ob ſiccita-
tem. d. 1178. *n* Imponi ſolent rebus no- n p. 2153.
mina ad rerum ipſarũ cognitionem tra-
dendam.

Myſticè. *o* Aquæ, curæ ſunt tempora- o p. 661.
les, vel cupiditas, vel peccata. ſup. n. 2. &
c. 5360. quæ in locum vnum congregan-
tur, & apparet arida; cum vel mens per
Dei gratiam ab amore viſibilium ſeiun-
gitur; *p* vel Eccleſia ab infidelibus. Ari- p p. 913,
ditas innocentiæ candorem indicat, & 1422.
puritatem ab humore concupiſcentiæ.
c. 5295. 5395.

11 * *Et ait: Germinet, &c. Herbam viren-*
12 *tem,* hebr. דשא *Dèshe hhhèjeb,* germen
13 herbæ, ſeu germen herbeum. c. 8545.
Lignum pomiferum, hebr. עץ פרי *hhhèts*
peri, lignũ fructiferum. *Et protulit terra,*
q actione cauſæ ſecundæ Deo co peran- q p. 308.
tis. d. 627.

Myſticè. *r* Herba virens, & lignum r p. 1035,
pomiferum Iuſtorum eſt progenies ſecũ 1036. 1037,
dum gratiam: *s* quæ eſt bonorum operum 1038.
fœcundiſſima. c. 5383. 6209. 6211. quam s p. 620.
progeniem gignit Eccleſiæ terra. *t* Vel t p. 1039.
herba virens, & lignum pomiferum ſunt
actiones virtutum, quas iuſtorum mens
profert. *Semen* & operum, & ſacræ do-
ctrinæ ſymbolum eſt. c. 7377. 7378.

14 * *Dixit autem Deus: Fiant luminaria,*
15 *in firmamẽto cæli, &c. Luminaria,* *u* Sol, u p. 108. in
& luna, & ſtellæ: quas Deus formauit, quæſt.
16 cælum magis condenſando. * *Vt præeſſet,*
x nam ſole, luna, & ſtellis vtitur Deus in x p. 112.
corporibus inferioribus regendis.

Myſticè. *y* Luminare maius, Chriſtus y p. 443,
eſt. c. 7453. qui præeſt diei, nempe gratiæ, 483, 488,
& æternæ gloriæ. c. 5875. 5871. cum ſit 489, 501,
ipſe auctor gratiæ, atque gloriæ, lucerna 572, 573.
in cœleſti Hieruſalem. *z* Luminare minus, z p. 620,
id eſt luna, eſt Eccleſia. c. 6551. quæ qua- 866 867,
tenus poteſtatem habet clauium, præeſt 868, 869,
nocti, nempe populo Chriſtiano in huius 870.
ſæculi tenebris degenti. c. 6766. Vel *a* lu- a p. 30.
minare maius eſt lumen ſupernaturale
fidei; *b* luminare minus, lumen intellectus b p. 29.
naturale. c. 7446. & ſeqq. Illo regimur ad
gratiam. c. 5875. hoc autem illuſtramur
ad rectè agendum ſecundum naturam.
c. 6766.

20 * *Dixit autem Deus, &c. Reptile,* hebr.
שרץ *Shèrets,* generale nomẽ eſt ad anima-
lia, quæ ſe ipſa rependo mouent, vt piſces;
non gradiendo, vt homines. c. 2168. *Ani-*
ma, hebr. *Nèphesh,* generale nomen,
beſtias, & homines complectens. c. 1164.
1165. *Viuens,* hebr. חיה *Hhajjàh* vitam
ſignificat ſenſu præditam. c. 1266. Idem
eſt ergo, *Reptile anima viuẽtis,* ac Repti-
21 le viuum ſenſitiuum. * *Creauitq; Deus,*

Digitized by Google

c Produxit ex aquis, ipſis aquis Deo cooperantibus. c. 2597. *Multiplicamini*, d ſimilia producendo.

Myſticè. e Aquarum, id eſt, Gratiæ genus ſunt, c. 5349. 5362. tum Aues, id eſt, Homines contemplatiui. c. 5451. tum Piſces, id eſt, Operarij Eccleſiæ. c. 7080. qui in ipſis aquis, id eſt, cum populis degunt, quos erudiunt. c. 5363.

* *Dixit quoque Deus: Producat, &c.* 24 *Iumenta*, hebr. נפש *Behemàh*, propriè animalia, quæ vel apta oneribus ſubuectandis, vel terræ ſcindendæ. can. 4556. *Beſtias*, hebr. חית *Hajjàh*, omne animal terreſtre vocat eo nomine, quod neque iumentum eſt, neque reptile. c. 1267. f & en animal omne terreſtre à Deo.

Myſticè. g *Anima viuens*, quæ vitam habet gratiæ. nam peccatum mors eſt. c. 6336. 6692. *Iumenta*, ſunt fideles, qui Dei præceptis obediunt. c. 6365. *Reptilia*, Humiles. *Beſtiæ*, Rudes, ac ſimplices. Animalia enim fideles, ac electos interdũ ſignificant. Pſal. 67. 11. & c. 5319.

* *Et ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Faciamus hominem*, h non dixit, *Fiat homo*, vt indicaret hominem à Deo per creationem productum, non concurrentibus alijs cauſis efficientibus. *Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, i quatenus homo mente præditus eſt, vt Deus. k Quare ex omnibus viſibilibus præcipuum eſt Dei ſymbolum Homo: nihilque à nobis habetur melius, ex quo poſſimus ad Dei perfectiones cognoſcendas aſcendere. Porro Imago plus eſt, quàm Similitudo. eſt propriè id, quod ex alio procedit, ei ſimile ſecundum ſpeciem, vel ſaltem ſecundum figuram. c. 1732. 2271. l Videtur Imago gratiam ſignificare, quæ eſt participatio diuinæ naturæ. c. 1733. 6275. Similitudo autem, hominis naturam intellectualem. Intendebat autem in hominis creatione Deus magis gratiam, & viſionẽ beatam, quàm naturam. Ergo ex perfectionibus, quæ ſunt in homine tum naturalibus, tum moralibus, cognoſcimus perfectiones Dei, vt ex naturalibus cognoſcimus, Deum eſſe Intelligẽtiam, quia nos intelligimus; incorporeum, quia animus noſter ſpiritus eſt, &c. Ex moralibus, vt ex ſanctitate, manſuetudine, miſericordia, colligimus ſanctitatẽ, clementiam, bonitatẽ Dei, &c.

Et præſit piſcibus maris, &c. m Conſtituitur Homo dominus viſibilium. * Nam mundus viſibilis propter hominem creatus eſt.

27 * *Et creauit Deus hominẽ ad imaginem ſuam, &c. Maſculum, & feminam.* n Vterque ad imaginẽ Dei creatus, id eſt, intellectualis, & in gratia. ſup. num. 26. Maſculus, & femina ad prolis generationem.

Myſticè. o Maſculus, Sacerdotem; p Femina, totius eccleſiaſticæ Hierarchiæ videntur ſymbola eſſe, ex cc. 6610. 6698. Nam à Sacerdotibus, & ab eccleſiaſtica Hierarchia eſt filiorum Dei, ad imaginem Dei renatorum, propagatio per gratiam. è Hierarchia enim eccleſiaſtica ſunt, qui homines prædicatione ad gratiam præparant, & Sacramentorum adminiſtratione reuouant in filios Dei. Porrò præcipua quadam ratione Sacerdotes ſunt Imago Chriſti Dei; quatenus eius locum tenent, eiuſque miniſtri ſunt in Chriſti corpore tum reali, tum myſtico producendo. ob id ipſi præſunt cætero populo Chriſtiano.

28 * *Benedixitq; illis Deus, & c. Benedixit*, Bene illis fecit. c. 2540. donis ornauit, vim gignendi tribuit. *Creſcite, & multiplicamini*. q Licet enim vti matrimonio ad prolem gignendam, ad quam natura propendet ex Dei benedictione. r Perfectius tamen eſt matrimonio non iungi: quoniam actus contemplationis eſt proles mentis, quæ nobilior eſt prole corporis: quaque ſimiliores reddimur Deo. quem actum maximè impedit vſus matrimonij. s Porrò fornicatio nullo modo licita eſt: nam homo cum ſit animal ratione præditum, debet facultate gignendi vti ſecundum rationem: at fornicatio rationabilis nõ eſt, quatenus obeſt educandæ proli, quia vir matrimonio ſolutus, facilè poteſt educandæ prolis curam omittere.

29 * *Dixitque Deus: Ecce dedi vobis, &c.*

30 *Vt ſint vobis in eſcam.* t ergo licita. u Actio elucet diuinæ prouidentiæ.

31 * *Vidit q; Deus cuncta, quæ fecerat, & c. Valde bona.* x Intelligimus omnia Deum magna cum ſapientia condidiſſe.

e p. 113, 114, 308, 309.
d p. 311.
e p. 641, 642.
f p. 110.
g p. 632, 633.
h p. 115.
i p. 128.
k p. 5, 10, 12, 16, 20, 21, 22, 23, 26. & p. 43. ad 56.
l p. 356.
m p. 319.
n p. 128. 356.
o p. 646.
p p. 645.
q p. 308. 311. 320. 831.
r p. 831.
s p. 2329.
t p. 94.
u p. 304.
x p. 10

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

SVMMA.

Opus creationis abſoluitur: deſcribitur Paradiſus, Adami locus: Adamo præceptum iniungitur: imponitur ſingulis animalibus ab Adamo nomen: ex eius coſta formatur Eua in vxorem.

1 IGitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. 2 Compleuitq; Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. 3 Et benedixit diei ſeptimo; & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret. 4 Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum & terram. 5 Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemq; herbam regionis priuſquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram. 6 Sed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. 7 Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem. 8 Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formauerat. 9 Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcẽdum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali. 10 Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. 11 Nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum. 12 Et aurum terræ illius optimum eſt: ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus. 13 Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circumit omnẽ terram Æthiopiæ. 14 Nomen verò fluminis tertij, Tygris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autẽ quartus ipſe eſt Euphrates. 15 Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. 16 Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede. 17 De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. 18 Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonũ eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. 19 Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. 20 Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. 21 Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam: cùmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. 22 Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. 23 Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt. 24 Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. 25 Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & non erubeſcebant.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, &c. 1 a Hæc verba ſatis indicant ſex dierum ſpatio recepiſſe mũdum à Deo creatum complementũ ſuum, quod præcedente capite deſcriptũ eſt. b & omnes creaturas eſſe à Deo. c & non eſſe aliũ mundum, præter hunc vnũ, de cuius creatione fit mentio. d & concurrere Deum cum creaturis in actionibns illarum. nam hic dicitur, Deus vniuerſum mundi opus patraſſe: cum tamẽ capite primo iubeantur aquæ volucres, atque piſces producere; & terra plantas, ac beſtias. *Ornatus eorum*, hebraicè *Tſebaàm*, exercitus eorum, id eſt multitudo. nam multitudo Angelorum in Empyreo, ſtellarum in cæ-

a p. 87. q. 1.
b p. 87. 88.
c p. 85.
d p. 309.

Digitized by Google

lo, auium in aere, piscium in aquis, plantarum, bestiarum, hominum in terra, magno sunt huic vniuersitati ornamento. Ob id Dominus in Scripturis sanctis sæpissimè Deus exercituum appellatur, id est, Deus vniuersæ creaturæ. c. 8210. *Exercitus* græcè κόσμος, multitudo ordinata.

* *Requieuit ab vniuerso opere, quod patrarat*, Non à mundi gubernatione, & concursu cum operibus causarum secundarum; sed à mundi molitione, nouoq; opere, quod patrarat. nam Deus, vt ait Christus, vsque modo operatur. & hūc sensum indicant verba, quæ sequūtur, *quia in ipso cessauerat ab omni opere, quo, quod creauit Deus vt faceret*. quæ LXX. verterunt ὃν ἤρξατο ποιῆσαι, *quæ caperat facere*, id est, quæ illo mundi principio fecerat. 2

* *Benedixit diei septimo*, id est, Sanctificauit diem septimum. c. 2543. vt sequitur in eodem textu per epexegesim, c. 8769. Sanctificare autem est, diuino cultui consecrare. c. 2728. 2731. *e* Consecrauit autē diuino cultui, quatenus ad memoriam beneficij creationis voluit Deus die Sabbati ab operibus seruilibus vacari. Qui cultus quoniam vmbra fuit, & figura cultus euangelici; cessauit iam die Sabbati, & in diem Dominicum mutatus est. quo die requieuit Christus Iesus ab opere redemptionis, ac passionis, resurgens à mortuis. ob id vacamus nos ab opere seruili die Dominico in memoriam beneficij redemptionis. *Creauit vt faceret*, Decreuit, elegit facere. id quoque significat hebræum ברא *Barà*. c. 3201. *f* Electio autem libertatem indicat in Deo. 3

e p. 844.

f p. 26.

Mysticè. *g* Dies, diuinam illustrationem, lumen fidei, Christiq; gratiam significat. c. 5872. 5875. Ergo opera sex dierū, sunt opera ad Christi fidem, & gratiam euangelicam spectantia. Sex autem dies, sunt sex tempora vel Mundi, vel ætatis Christi; quibus fides in Christum varijs modis propagata est ad gratiæ susceptionem, & hominis regenerationē in filium Dei. Si de mundi temporibus sit sermo; primus dies fuit ab Adam ad Noe; quo tempore Dei cognitio tradebatur ex operibus creationis. Secūdus à Noe ad Abraham, cum Deus vt vindex peccati cognoscebatur ex mundi eluuione. Tertius ab Abraham ad Moysem, cum circuncisio spiritualem circuncisionē cordium significauit. Quartus à Moyse ad Dauid; cum lex scripta, & veteres cæremoniæ, tum verbis, tum factis, ac figuris, ad Dei cognitionem, & ad Christi gratiam præparārunt. Quintus à Dauid ad Christum: quo tempore creuit diuinorum cognitio per psalmos à Dauid scriptos, cantusque sacros ab eodem institutos; creuit etiam Dei cultus occasione Templi à Salomone conditi, & à Zorobabele, ac alijs Iudæis post reditum babylonicum restituti. Sextus ab Incarnatione Verbi vsque ad eius Resurrectionem; cum Christi prædicatione, miraculis, morte est hominibus gratia restituta, & oborta est lux Euangelij. Vel primus dies, quo nobis lux illuxit Euangelij, fuit Incarnatio Verbi: secundus Christi natiuitas, cum eius ortus manifestatus est tum Pastoribus, tum Magis, tum Herodi, tum Iudæorum Sacerdotibus: tertius disputatio Christi pueri cum Sacerdotibus in Templo; qua disputatione probauit puer Iesus iam venisse Messiam: quartus Ioannis Baptistæ prædicatio, qua Christum iam præsentem vt verum Messiam Iudæis manifestauit, & eius gratiam indicauit: quintus Christi prædicatio, & miracula: sextus Christi passio, ac mors, qua nos Iesus regenerauit Deo. Septimus ergo dies, quo Christus Deus requieuit ab opere nostræ salutis, est dies dominicæ Resurrectionis. ob id Ecclesia diem dominicum vt sanctum colit.

g p. 592, 599, 600.

4 * *Iste sunt generationes cæli, & terræ, quando, &c.* 5 * *Omne virgultū agri, &c.* Produxit principio Deus plātas, non modo naturali per aquæ irrigationem, & hominum operam; sed per suam virtutem, ac potētiam, vsus tamen terræ ministerio, vt supra dictum est. Et quia nōdum pluerat, plantarum viror fontis irrigatione interim est conseruatus. Is horum verborum sensus apertius eruitur è græco textu. *Fons*, hebr. עד *ed*, nubem, etiam, siue nebulam significat; quæ in rorem concreta valet ad irrigandū plantas d. 1277. vapor autē *Fons* dicitur per catachresim. c. 8696

6 * *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*. Describitur homo *a* è corpore, spiritu; compositus. *Faciem eius*, LXX. πρόσωπον, personam, suppositum, *in quel soggetto*, c. 1582. *Spiraculum vitæ*, LXX. πνοὴν ζωῆς, spiritum, flatum viuentem. potest enim esse flatus non viuens, vt ventus, aer. *Animam viuentem*, Animal, corpus animatū sentiens. Nam *Anima*, hebr. *Nèphesh*, pro corpore animato solet accipi. c. 1167. 3857. & *viuens*, hebr. *Hhajjàh*, animal viuens significat. c. 3421. Ex his colligimus multa dogmata: vt *b* Animam humanam à Deo creari. Nam non dicitur è materia educta, sed à Deo inspirata. Nec tamen esse particulam diuinæ substantiæ. quoniam dicitur inspirata, non decisa. *c* Nec esse animā ante corpus. Nam post formatum corpus dicitur inspirata, non aliunde adducta. *d* Colligimus, animam humanam esse subsistentem: quoniam non educitur è subiecto, sed à solo Deo producitur. 7

a p. 129.

b p. 135.

c p. 136.

d p. 138.

Mystice.

Digitized by Google

Mystice. e Adam primus homo Iesu Christi figura est. c.7983. Vt igitur humano Adami corpori iunctus est diuina virtute spiritus: ita humanæ naturæ, Spiritus sancti opera, copulatum est verbum diuinum. factusque est Iesus Christus, nouus homo, viuens vitam Dei; primus homo ad regenerandũ nos in filios Dei. Alio modo:

f Anima, spirituque, symbolum sunt gratiæ. c.5318.7498. Homo ergo, qui à Deo formatur, & cui Deus inspirat spiraculum vitæ; Iusti homines sunt, quibus per Spiritum sanctum gratia communicatur.

8 * *Plantauerat autẽ Dominus Deus, etc.* *Paradisum*, heb. גן *Gàn*, hortum. *Voluptatis*, hebr. בעדן *Behhhèden*, ad voluptatem. LXX. *In edèm.* *A principio*, hebr. מקדם *Miqqèdem*, LXX. κατὰ ἀνατολάς, ab ortu, vel versus orientem. Ex his duplex sensus colligitur: Deum ad hominis voluptatem à principio, nempe cum plantas produxit, Paradisum terrestrẽ condidisse. atque ita *ortus*, nõ solis ortum, sed mundi principium, ac originem significat. Vel Deum in Edem, id est, in terræ regione valde amœna, hortum plantasse versus orientem. quod vel regio illa esset orientalis, vel horti situs ad orientem vergeret.

9 * *Lignum vitæ*, g non quod tribueret immortalitatẽ; sed quod contra defectũ virtutis vitalis, quę ab externo agẽte, & à cibo semper debilitatur, vires semper repararet, vt homo nõ dissolueretur in mortẽ. *Scientiæ boni, & mali.* Ad sciendum, ad experiendum quid interfit inter bonum, & malum; inter bonum obediẽtiæ, & malum inobedientiæ. * Appellatur lignum scientiæ boni, & mali per anticipationem ex euentu. c.462. 8798. expertus enim est homo comedẽdo ex eo ligno contra diuinum præceptum, suo malo, quantum bonum fuisset obedientia. h Ex his intelligitur diuina prouidentia quanta fuerit erga hominem.

Mystice. i Paradisus voluptatis, est Ecclesia, c.6955. quam Deus fundauit in Christo, qui principium est, & auctor gratiæ, c.2102.2106. & ob id per excellentiã Oriens appellatur, c.6881. k Ligna pulchra visu, & ad vescendum suauia, sunt homines iusti, c.6471. l Vel alia Ecclesiæ bona, ex quibus magnas vtilitates percipimus. m Lignum autem vitæ, est sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, n vel sacra doctrina, & fides: quibus reficimur, c.6473. o Lignum scientiæ boni, & mali, præcepta intellige: p quæ si per inobedientiam non obseruentur, & quasi dentibus conterantur; vltione pœnarum experimur quantum sit obedientiæ bonum, quantum malum inobedientiæ.

10 * *q Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, &c.*

r Diuina prouidentia describitur pro irrigatione paradisi.

11 * *Phison*, Ganges, vt plurimi censent. c.2046.5213. *Heuilath*, Prouincia Indiæ, ad mare dum insulæ, ad Septentrionẽ, quem is fluuius circundat. ita dicta ab s Heuila filio Iectan filij Heber. Abulen. in Gen.2.

12 q.15. * *Bdelium*, non arbor. c.4769. sed lapis. c.4899. LXX. ἄνθραξ carbunculus. *Onychinus*, LXX. πράσινος porraceus, por-

13 ro similis. c.4919. * *Gehon*, Nilus. c.2046. 6153. *Aethiopiæ*, asiaticæ, non eius, quæ

14 est in Africa. c.4971. * *Tigris*, insignis Asiæ fluuius. c.5216. *Euphrates*, transit per Chaldæam, & cõfinia terræ promissionis. c.7425. *Inde diuiditur in quatuor capita*, Nunc Paradisi locus per horum quatuor fluuiorum origines non deprehenditur, An quia Deus deleuit eum locum, quippe quem noluit esse ad hominũ vsum? t An Paradisus adhuc extat; sed hi quatuor fluuij per subterraneos meatus erumpunt ex alijs locis?

Mystice. u Fluuij, qui è Paradiso, id est ex Ecclesia egrediuntur, Diuinæ sapientiæ symbola sunt, quæ per quatuor Euangelia deriuatur in omnes gentes. c.5955. 7069. 7670.

15 * *Tulit ergo Dominus Deus hominẽ, etc.* *Tulit.* Indicant hæc verba, non in Paradiso, sed alio in loco fuisse à Deo formatũ Adamum; deinde in Paradisum introductum. *Posuit*, hebr. induxit, deduxit. *Vt operaretur*, vt coleret. *Et custodiret*, ne à paradisi possessione caderet; x non ob hostium incursum, aut bestiarum, à quibus non erat in statu innocentiæ timor: sed ob peccatum, quod eum à bonis paradisi vt indignum excluderet. Vel, Deus posuit hominem in paradiso remotum ab omnibus malis, vt eum excoleret actibus iustitiæ, & custodiret à peccato. Hanc etiam interpretationem admittunt verba vulgatæ editionis ex Augustini, & S. Thomæ

16 sententia. * *Comede*, hebr. Comedendo comede, id est, Comede quantum libuerit.

17 * *Morte morieris*, Certò morieris. c.8556. Porrò *posuit* Deus hominem in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum: y quia vult Deus suam quamque rem operationem exercere, & cautis secundis vtitur in mundi gubernatione. & ipse eas mouet. d.710. Quamuis autem Deus hominem dominum visibilium creauerit: voluit tamen non esse otiosum, & solum dominari, sed etiam operari. curandum enim Principibus, ne otium fit. d.4154. 4155. 4444. z Ne autem homo ad Dei imaginem cõditus, superbiret, sed se Deo subiectum agnosceret; illi præceptum iniunxit. Præceptũ vnum, & obseruatu facile. d.4079. 4069. & eius naturæ sensibili congruens. d.4085. vt ab esu vnius fructus abstineret.

a &

e p. 429.
f p. 363.
g S.Th.1.p. q.97.a.4.& 2. 2. q.164. a.2.ad 6.
h p. 23.
i p. 620, 621, 622, 623, 624, 625.
k p. 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639.
l p. 700, 739, 748, 844.
m p. 762, 767, 768, 769, 771.
n p. 30, 1316, 1331, 1342.
o p. 1070, 1075, 1089.
p p. 1079 1080.
q Def. 1314.
r p. 23.
s Gen. 10. 28.
t S. Thom. 1.p. q. 102. a.1.
u p. 635, 700, 1356, 1357.
x Aug. l. 8. de Gen. ad lit. c. 10. t. 5. S. Tho. 1.p. q. 102. a. 3.
y p. 308.
z p. 1065.

Digitized by Google

a p.1293. 1273. 1279. *a* & ne inobediens esset, pœnam comminatus est. d.4068. 4098. *b* Interim Dei exemplo discimus conuenienter ieiunia ab Ecclesia præcipi.

b p.2292.

* *Dixit quoque Dominus Deus, &c.* 18 *Dixit.* Redit ad plenam narrationē sexti diei, cum creatus est homo. *Solum*, hebr. לבדו *Lebaddò*, solum ipsum, solitarium.

c p. 317. Sine vxore; *c* cum animalia cętera habeāt fœminas socias ad gignendum similia. *Adiutorium simile sibi*, eiusdem speciei, aptum ad productionem prolis eiusdem naturæ. *Simile sibi*, hebr. כנגדו *Cenegdò*, Corā ipso, circa ipsum, eius personæ præsens. LXX. κατ' αυτὸν, Iuxta ipsum, secūdū ipsum; quod & verti potest, *Simile ipsi*, vt vertit vulgata, & explicatur infra illis verbis βοηθὸς ὁμοιος αὐτῷ. * *Omne, quod* 19 *vocauit Adam, ipsum est nomē eius.* Indicatur magna in Adamo sapientia:

d 318. *d* quod cuique animali proprium nomen imposuerit.

* *Immisit ergo Dominus Deus, &c.* 21

e p. 317. *e* Formatur à Deo Eua ex Adamo, vt maior esset viri amor in vxorem; & vxoris tum amor, tum dependentia erga virum. *Soporem*, vt suauior esset Dei operatio in Eua formanda: ne costæ excisione terreretur Adam. d.4141. * *Hoc nunc*, hebraicè 23 הפעם זאת *Zòth happahhham*, Hoc, quod hac vice ad me adducitur nouū Dei opus, post cætera animalia, cui mihi nomen imponendum est. *Os de ossibus meis, &c.*

f Elucet ex his verbis Adami sapientia, f p. 318. 24 qua Deus illum ornauit. * *Quamobrem relinquet homo, &c.* Dei spiritu Adam afflatus, *g* licitum, ac perpetuum matrimonij vinculum enunciat. *Vxori suæ.* g p. 831. 335.

h Non enim licet sinè Dei dispensatione, h p. 836. qualis fuit in antiquis Patribus, plures 837. vxores habere.

Mystice. i Misit Deus soporem in nouum Adam, in suum Filium Iesum Christum: cum tradidit eum in mortem. *k* Et ex eius latere Ecclesiam formauit spōsam Christi, profluentibus è Christi latere perforato vndis aquæ, atque sanguinis. Clem. Fidei de sum. Trin. & Fide Cath.

i p. 543, 544, 565, 566, 568. k p. 560.

l Quamobrem Matrimonium Sacramē- l p. 833. tum est repræsentans mysterium coniunctionis Christi, & Ecclesiæ.

25 * *Erat autem vterque nudus, &c. Non erubescebant, m* Non timebant ne inuerecundi haberentur. est enim erubescentia timor inhonorationis. c.1563.2428. Is autem timor ab ipsis aberat: quoniam in statu innocentiæ nuditas nullam turpitudinem habebat, quatenus nullus motus erat in sensu contrarius, aut repugnans ratiōni, hominique non congruus conditi ad similitudinem Dei. Præterea non erat in membris ratio vlla turpitudinis, quatenus nondum vlli peccato, peccative legi subiecta erant.

m p. 240.

CAPVT TERTIVM.

SVMMA.

Tentantur primi parentes, & peccant; & à Deo maledicuntur, ac è paradiso expelluntur.

1 SEd & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi? 2 Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur: 3 de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. 4 Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. 5 Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. 6 Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit. 7 Et aperti sunt oculi amborum: cùmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. 8 Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. 9 Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? 10 Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quòd uudus essem, & abscondi me. 11 Cui dixit: Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? 12 Dixitque Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. 13 Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi.

Digitized by Google

14 Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. 15 Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. 16 Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 17 Adæ verò dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ. 18 Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. 19 In sudore vultus tui vescēris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuerteris. 20 Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua: eo quòd mater esset cunctorum viuentium. 21 Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. 22 Et ait: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum: nunc ergo nè forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. 23 Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. 24 Eiecitque Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

Interpretatio litteralis.

Sed & serpens erat callidior, &c. 1 *Callidior*, tum natura, can. 4596. *a* tum Dæmonis actione, ac astutia. *Dixit*, Non ipse serpens animal expers rationis; *b* sed Diabolus in serpente; Deo ita permittente, ac disponente, vt Eua facilius tentationem caueret, agnoscens per animal, quod sermonis non erat capax, illudq; callidū, sibi fraudē parari. *Cur præcepit.* *c* Actio est astutiæ. Suggerit Diabolus id, quod obedientiæ cōtrariū est, non enim sola voluntas, sed ipse quoque intellectus conformādus est cū ratione iubentis. d. 4261. Ex his colligimus 1. *d* Angelos malos esse. 2 *e* Eos nō mnltò post sui creationem peccasse: nam Euam Diabolus non multò post mundi creationem tentauit. 3. *f* Esse tentationes à Diabolo. 4. *g* Homini à Diabolo illusiones contingere. 5. *h* Permitti tentationes à Deo, ad probationem. 6. *i* Esse Diabolum auctorem peccati. 7. *k* Solere Angelos hominibus visibili specie apparere.

a *Aug. de Gen. ad lit. lib. 2. c. 29. tom. 3. S. Tho. 2. 2. q. 165. a. 2. ad 4.*
b *August. et S. Th. sup.*
c *p. 1779.*
d *p. 354.*
e *1. D. 2. n. 31.*
f *p. 888.*
g *p. 889.*
h *p. 900.*
i *p. 1257.*
k *p. 346.*

* *Cui respondit mulier*, &c. * *Ne tangeremus illud.* Probabile hoc etiā Deum addidisse, vt occasionem præcideret comedendi. *l* occasiones enim vitandæ peccatorum. d. 4207. *Ne forte moriamur.* Enunciat Eua quasi rem dubiam, quam Deus certissimam edixerat. Incipit labi.

2 3

l *p. 914.*

* *Nequaquam morte moriemini*, &c. 4 Duplex est in his verbis Diaboli scelus, mendacium, & blasphemia. *m* Mendacium homini perniciosissimū, quod mortem induxit. *n* Blasphemia, quæ facit Deum mendacem, & inuidum. * *Enim* 5 hebr. *Ki*, non solum reddit causam, sed solet etiam affirmare, & idem esse, quod *Immo vero, Certè.* c. 3011. 3624. *Sicut.* Hæc particula, quamquam interdum veritatem significare solet. c. 3008. hoc tamen in loco, non veritatem, *o* sed similitudinem significat. Non enim proponebat Diabolus Euæ, quod & Eua sciebat fieri nullo modo posse, & nec appetere poterat vllo modo, vt desineret esse, quod erat, & euaderet Deus. Proponit ergo Diabolus ad appetendum, similitudinem cum Deo in scientia rerum perfecta. Quam absolutè appetere peccatum non est: sed appetere contra præceptum Dei, est actus superbiæ; quatenus appetitur quid excellens, quod vel Deus vult nos non habere, vel nō permittit illud, quod ipse prohibet. *p* Tentat ergo Diabolus Euam ad actum superbiæ. *Scientes bonum, & malum.* Omnia scientes. c. 8090. Perfecta rerum habetur scientia, cum earum differentiæ cognoscuntur.

m *p. 2119.*
n *p. 2029.*
o *S. Thom. 2. 2. q. 163. a. 2.*
p *p. 2381.*

6. * *Vidit igitur mulier*, &c. *Aspectuque delectabile*, hebr. *Venehhmad hahhhaes lehaskil*, & desiderabile lignum ad intelligendum intelligentiam, id est, aptū ad cognoscendū bonum, & malum. idemq; indicat versio LXX. ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι. *q* Inobedientiæ peccatum describitur. Ad quod præter Dæmonis suggestionem, inordinatus sciendi appetitus, & visus, ac gustus illexit. Ex his Scripturæ verbis, multa probari possunt: 1. *r* Gustum esse, in homine. 2. *s* Esse in homine sensum visus. 3. *s* Primum hominis peccatum fuisse superbiam, ex illis verbis, *aspectu delectabile*, id est, desiderabile ad intelligentiam, vt indicant verba hebraica. *u* Nam peccatum est, ac superbia, inordinatus appetitus

q *p. 358.*
r *p. 174.*
s *p. 172.*
t *p. 2398.*
u *p. 2381.*

Digitized by Google

titus propriæ excellẽtiæ. 4. *x* Peccati causam esse voluntatem: quatenus sine adhibitione regulæ rationis, vel legis diuinæ operatur. quod hoc primorum parentum exemplo probatur. 5. *y* Causam motiuam ad peccandum esse apprehensionem sensus, & appetitum sensitiuum inclinantem ad obiectum, quod est contra rationem. Nam *vidit*, inquit, *mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum*. 6. *z* Obiecta externa, quæ non sunt conformia rationi; quatenus mouent apprehensionem, & appetitum sensitiuum; esse causam motiuã peccati. *Vidit mulier*, &c. 7. *a* Ex amore rerum temporalium omnia peccata procedere. exemplo sit hoc peccatum, quod profectũ est ex amore sciendi, ac gustandi. 8. *b* Ex superbia, id est, ex inordinato appetitu proprię excellentiæ, peccata procedere. quatenus in omnibus temporalibus bonis acquirendis finem habet homo propriam perfectionem, & excellentiam. *Eritis sicut dij*. 9. *c* Illecebram esse mulierem ad malum. *Dedítque viro suo*. 10. *d* Plurium peccatorum causam gulam esse. *Vidit quod bonum esset lignum ad vescendum*. 11. *e* Solere in peccando esse ignorantiam, seu errorem aliquem, sed culpabilem: quatenus trahitur voluntas à bono, quod ipsi non est verè bonum, sed apparens. Ita accidit primis parentibus. 12. *f* Proposito bono amorem excitari. *Vidit quod bonum esset lignum*. 13. *g* Cognitionẽ esse amoris principium. requirit enim amor apprehensionem aliquã boni, quòd amatur. *Vidit*. 14. *h* Amoris causam esse rationem delectabilis. Inclinat enim quodque in bonum sibi. *Aspectu delectabile*. 15. *i* A propria concupiscentia tum carnis, tum temporalium homines tentari. *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, pulchrum oculis, aspectu delectabile*. 16. K Adæ peccatum etiam gulam fuisse. *Comedit* contra Dei præceptum. 17. *l* Idem peccatum etiam curiositatem fuisse, & appetitum cognitionis, quam Deus prohibuerat: ipsi autẽ appetierunt. *Vidit quod esset desiderabile ad sciendum*. Consensère Diaboli suasioni, qui dixerat: *Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum*. 18. *m* Intellectum nostrum non omnia cognoscere. Ideo suggessit Diabolus, *Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum*. ideo Eua appetijt cognitionem, *Vidit lignum quod esset desiderabile ad sciendum*. 19. *n* In iudicio de rebus formando sæpè intellectum nostrum decipi. Ex primi parentes decepti sunt, putantes vera, quæ Diabolus suggesserat.

* *Aperti sunt oculi*. Aperire oculos, est cognoscere. c. 8074. *o* Cognoueruut autem suam nuditatem, seu turpitudinem, *p* nempe Rebellionẽ carnis ad spiritum, in quam per peccatũ incurrerunt, & iam in se experiebantur per motus concupiscentiæ.

8 * *Ad auram post meridiem*, hebraicè לרוח יום *leruahh hajjòm*, ad spiritũ diei. LXX. τὸ δειλινὸν, vesperi. ex hac LXX. versione intelligitur quid sibi velit phrasis hebraica, *Ad spiritum diei*, spirante die, id est, vltimum flatum trahente: hoc est, ad vesperam. & id exprimere voluit vulgata, cum vertit, *Ad auram post meridiem*, id est, ad vltimũ spiritum diei, quale est tempus post meridiem. *In medio ligni paradisi*, phrasis est hebraica. c. 8543. substantiuum pro adiectiuo. *In medio arborei paradisi*, inter densas arbores paradisi. LXX. ἐν μέσῳ τῷ παραδείσου, In medio paradisi. *Ligni*, singulare pro plurali ponitur, *Inter arbores paradisi*. c. 8577.

q Porrò his verbis describitur patrati peccati effectus erubescentia. *r* cuius erubescentiæ symbola sunt latibula, quæ & Adam, & vxor quærunt.

9 * *Vocauitque*, *a* Vocat Deus à statu peccati ad statum gratiæ. *b* Et accedit vt Superior ad subditorum peccata puniendo,
10 & corrigenda. d. 4838. * *Timui*, Erubui. timorem indicant erubescentiæ verba sequentia, *Eo quod nudus essem, & abscondi me*.
11 * Erubescentiæ causam indicat Deus, *Quis enim indicauit tibi quod nudus esses*, &c. *c* Est erubescentia timor iactutæ existimationis bonæ ob turpe opus iam gestum. Erubescebat autem Adam, quia turpitudinẽ in suis membris sentiebat, nempe motus fomitis, & rebellionem sensus à ratione. in quam rebellionem incurrerat, amissa iustitia originali, quæ sensũ omnimodè subijciebat rationi. *d* Amisit autem iustitiam originalem peccando, id est, non subijciendo suã mentem Deo. quod fuit opus turpissimũ; ad quod in pœnã secuta est sensus rebellio, & erubescentia. vt Dei verba indicãt, *Nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti*. Est autẽ sensus rebellio, & motus contra rationem, opus turpe, ac peccatum, c. 2004. licèt nõ semper voluntarium. Ex quibus intelligimus, Per peccatum *e* accipere vulnus concupiscentiam nostram, quatenus amittit ordinẽ ad rationem, *f* & sensus à ratione rebellionem, ac iustitiæ originalis carentiam, peccati primorum parentum pœnã esse. *g* & Adã ante peccatum fuisse in statu innocentiæ, & cum iustitia, seu subordinatione sensus ad rationem: nam non sensisset motũ concupiscentiæ, nisi peccasset; vt indicant Dei verba, *Quis enim indicauit tibi*, &c.
12 * *Mulier, quam dedisti mihi*, &c. Ex his colligimus peccasse Adã non ex deceptione, quod putaret se futurum quasi Deum; sed ex amore vxoris, ne eam contristaret.

quam-

Digitized by Google

quamquam in vtriusque peccato fuit superbia, quatenus Eua cognoscere, Adam agere voluit contra quã præceperat Deus.

b p. 803. *Mulier*, b Excusatio est, minuens non peccatum, sed pœnitentiam veram impediẽs.

§ S.Th.1.p. q. 94. a. 4. ad 1. & 2.2. q. 163. a. 1. ad 4. et 4.4. ad 1. * *Serpens decepit me.* i Non potuit Eua 13 decipi, donec in originali iustitia permãsit. sed postquam superbiæ consensum dedit, appetens cognitionem contra præceptum Dei, iustitiam amisit, & subordinationem imaginationis ad rationem, ne erraret. atque ita à serpente decepta est, vt crederet se per esum poni, quasi Deum futurã, scientem perfectè omnia. Porrò ex hac causæ cognitione, quam Deus aggreditur, probari possunt nonnulla dogmata.

k p. 24. 25. 1. k Esse Deum iudicem omnium, & vltorem male agentium. 2. l Esse Deum iustũ.

l p. 44. m p. 49. 50. 3. m Esse patientem, ac longanimẽ. Non enim vltus est iniuriam statim ac Adam peccauit.

n d. 3875. 4. n Non esse quicquam contra alium decernendum, eo non audito y cum potest, & debet audiri. Ita enim exemplo suo docet Deus; qui prius quam in Adamum agat, eũ interrogat.

o d. 3887. 5. o Diligẽtem inquisitionem ante iudicium adhibendam esse. Ita etiam Deus docet exemplo, qui inquisitione non indigebat.

* *Et ait Dominus ad serpentem*, &c. 14 *Inter*, heb. *Min*, græcè ἀνὰ μέσον, *Præ* significat, *Conteret*, græcè τηρήσει, observabit, ad cauẽdum, & ad percutiendum. *Maledictus es*, &c. Quid mali fecerat serpens animal irrationale, vt malediceretur? & quæ ea maledictio, gradi serpentem super suum pectus, & terram comedere? Sunt hæc ei secundum naturam, non pœna vllius peccati.

a *Augustin. de Gen. ad lit. lib. 11. c. 36. tom. 3.* a Non est igitur hæc propria, sed figurata locutio, c. 416, 449, 458, 478. & symbolicè de Diabolo intelligẽda, qui per serpentem fuerat locutus. Et quoniã Diabolus non est in statu demerendi: hæc Dei maledictio nõ vt noua pœna intelligenda est, Diabolo tributa ob malum quod humano generi fecerat; sed vt pœnæ declaratio, in quam Diabolus per superbiam incurrit, cum è cælo deiectus est. Rectè autẽ post hoc factũ ea pœna declaratur à Deo: quoniã & ad superbiam Diabolus nostros parentes induxit: quare vt patri superbiæ semper est ipsi congrua pœna illa, vt gradiatur super pectus suum, & comedat terram, vt mox dicetur. Ergo Deus nõ maledixit Diabolo, sed eum maledictum declarat, c. 457. 1746. Quia, inquit, fecisti rem hanc, te maledictum declaro, cõgruit tibi maledictio, quã habes: quoniam peccati auctor es. Maledictum autem dicitur ipsum malum, quod alteri infertur in pœnam, c. 1864. Iam in Scripturis sanctis Animantes, & Bestiæ, modò symbola sunt Angelorũ, c. 5319. modò Hominũ malorum, c. 5319. 5483. 5484. Terra & Ecclesiam militantem significare solet, c. 7632. & triumphantem, c. 7634. & Homines terrenos, c. 7638. & Statum vilem, atque calamitosum, c. 7631. Gressus symbola sunt Consiliorum, & actionum, c. 6187. Pectus, siue vẽter est & cupiditas, c. 7783. & voluntas, ac mens, c. 7785. & affectus, c. 7789. Comedere autem symbolicè est menti, aut corpori mystico aliquid quasi alimentum, aut membrum vnire, c. 5749. Ergo sensus litteralis, sed figuratus, ac parabolicus huius loci, de Diabolo est:

b *Vide S. Th. om. cum Aug. 2.2. q. 165. a. 2. ad 4.* b Esse Diabolum maledictum ex Angelis, quatenus peccauit, & è cælo eiectus est; esse inter improbos pessimum: ipsum, quatenus obfirmatus est in malo, semper in consilijs, & actionibus se ipsum intendere, ac suã voluntatem, non Deum; quod est ingredi super pectus suum: ipsum semper terram comedere, quatenus semper est in miseria, & pœnis; & semper de perdendis hominibus cogitat, ac sibi in damnatione eadem vniendis. * Ipse Iesus Christus semen mulieris (nã hebraicè est *Hu*, ipse) verus Deus Filius Virginis: vel *Ipsa*, Maria (quæ hebraicè *Hu*, genere masculino effertur, ob heroicas virtutes, c. 8572.) conteret superbiam tuam, regnũtum. *Caput* enim significat quidquid præcipuum est, c. 5611. *Et tu insidiaberis calcaneo eius*, Demoliri conaberis opus redemptionis, quod per mortem suã operatus est; vel Corrumpere actiones, & bona opera corporis Christi mystici, nempe Sanctorum. Calcaneus enim & extremas vitæ humanæ actiones, & omnia hominis opera significat, c. 5541. 5542. Atque ex hac huius loci interpretatione, quæ est communis Patrum, habemus 1. c Diaboli c p. 354. peccatum in cælo. *Maledictus es inter omnia animantia.* 2. d Esse Ecclesiam d p. 880. Christi, & Diaboli. *Inimicitias ponam* 881. *inter semen tuũ, & semen illius.* 3. e Bellũ e p. 882. esse in hoc mundo inter Ecclesiam, & hostes Christi. & innumerasà Dœmonibus 888. tentationes esse. *Inimicitias ponam*, &c. *Insidiaberis calcaneo eius.* 4. f Christum f p. 426. esse verum hominem, & verum corpus 434. humanum assumpsisse. Nam de semine mulieris dicitur, *Ipse cõteret caput tuum*, qui autem contrivit regnum Diaboli fuit Christus. 5. g Incarnatum fuisse Verbum g p. 447. ad peccatum omne tollendum. *Ipse conteret caput tuum.* 6. h Beatam Virginem h p. 457. veram Christi, ac proinde Dei Matrem 459. esse. & esse in Christo non solum generationem æternam à Patre; sed etiam temporalem ex Virgine. *Semen illius*, nempe Virginis. 7. i Dei parentem vllipeccati i p. 460. obnoxiam nunquam fuisse. *Ipsa conteret caput tuum*, quatenus nunquam in peccatum incurrit. 8. k Christi potestatem ma- k p. 486. ximam esse. *Ipse conteret caput tuum.*

Digitized by Google

l p. 489. 9. *l* Christum esse auctorem gratiæ. *Conteret caput*, id est, peccatum, vnde omnia nobis mala. 10. *m* Christum summa innocentia præditum, & impeccabilem fuisse. *Ipse conteret caput tuum*. 11. *n* Christum passibilem fuisse; & passū esse ex decreto Dei. *Insidiaberis* (hebr. *conteres*) *calcaneo eius*. 12. *o* Fuisse Christi primum adiutorum priscis Patribus promissum. *Ipsa conteret caput tuum*. 13. *p* Non omnem maledictionem illicitam esse. Nam Deus maledicit serpenti. 14. *q* Omnium malorum caput esse Diabolum. *Ipsa conteret caput tuum*, ratione capitis, id est caput impiorum.

m p. 494.

n p. 530. 531. 543. 568.

o p. 449.

p p. 1904. 1905.

q p. 472.

* *Mulieri quoque dixit: Multiplicabo*, &c. *Et conceptus*. Particula *Et* phrasi hebræa potest pro particula *Cum* sumi, c. 2896. & sensus est: *a* Cum conceptibus dolores multiplicabo, dolebis quoties cōcipies, siue paries. Potest pro particula *Et* accipi, c. 2904. Multiplicabo ærumnas vt conceptus. estque idem sensus. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.*

a S.Th. 2.2. q. 164. a. 2. ad 2.

b S.Th. 1. p. q. 92. a. 1. ad 2.

b Videtur futura fuisse mulier sub viri potestate, etiam si non peccasset. Nam cū vir sit nobilior, ac prudentior natura, *est* proinde in familia, & œconomica gubernatione secūdum naturam caput respectu vxoris: quæ ergo maledictio vt sit post peccatum mulier sub viri potestate? An viri in mulierem dominium nō fuisset in statu innocentiæ molestum? nunc autem est molestum multis nolentibus, tum ex parte mulieris habentis sensum rebellem, & nolentem parere; tum ex parte viri, qui & ob sui sensus rebellionem, habet effrenes passiones, & molestus in iubendo esse solet; tum ex parte victus domestici, qui cū solicitudine, ac molestia comparatur. Habet ergo has molestias mulier in parēdo post peccatum. & secundum hunc sensum videtur hūc locum intellexisse Paulus 1. Cor. 14. 34. *Mulieres in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit.* Licet enim naturalis est; vt mulier sit subdita; sed post peccatum ea lex est onerosa, & vt onerosa imponitur à Deo in pœnam peccati. LXX. vertunt, *Ad virum tuum erit conuersio tua.* hebr. *Ad virum tuum concupiscentia tua.* & duplex sensus esse potest: 1. Non eris tibi sufficiens, vt esse q in statu innocentiæ; necessarium erit ad virū recurrere pro consilio, pro victu, atque ita sub viri potestate eris, & ipse ea ratione dominabitur tui, te reget. 2. Iam sensus rebellionem senties, totaque concupiscentia in virum ferēris atque ita sub viri potestate eris, quatenus affectus seminobiecto, à quo trahitur; & ipse dominabitur tui, tuum affectum possidebit. In statu autem innocentiæ, dominata fuisset ratio, & prolis conceptus liber fuisset à sensu libidinis. Et quia particula *Ad* ex hebræo *El*, potest etiam verti *Contra*: ille quoque sensus esse posset: Auertēris interdum affectu à viro tuo; sed cogēris etiā inita sub eius esse q potestate, & ipse dominabitur tui. Quē sensum magis innuunt LXX. voce ἀποστροφή, quæ potius auersionem, quàm conuersionem significat. Ex quibus intelligimus 1. *c* Dolores partus originalis culpæ pœnam esse. 2. *d* Pœnas ad peccatū consequi, quas Deus infligit. 3. *e* Sensus à ratione rebellionem primorum parentum pœnam esse. *Ad virum erit concupiscentia tua.* 4. *f* Esse in homine appetitum sensitiuum ad bonum sensibile inclinātem. *Ad virum erit concupiscentia.* 5. *g* Homines à propria concupiscentia bellum pati. *Ad virum erit concupiscentia tua, & ipse dominabitur tui.* 6. *h* Deum vindicem esse, ac vltorem malè agētium; vt ex maledictione in Diabolum, in mulierem, in Adamum colligitur. 7. *i* Mariti ab vxoribus obedientiam exhibendam esse. def. 4943. *Sub viri potestate eris.* Porrò cum Deus pœnam rebellionis sensus à ratione, etiam Adamo inflixerit; cur hoc in loco mulieris tantum mentio fit? Quoniam, cum mulier viro peccandi occasionem dederit, rectè ea pœna exprimitur, quam viri occasione mulier patitur, vt quia Diabolus mulierem decepit, pœna exprimitur regni ruina, quā per Mariam passus est.

c p. 359. 1280.

d p. 1279.

e p. 1280.

f p. 143. 144.

g p. 892.

h p. 25.

i p. 2047.

17 * *Adæ verò dixit: Quia audisti*, &c.

18 Eadem ferè ex Adæ maledictione, quæ ex

19 mulieris maledictione doctrina colligitur. *Maledicta terra in opere tuo*. hebr. *Maledicta terra propter te*. Ergo maledictio non cadit in terram, vt ea aliquod detrimentum patiatur, sed in hominem, k quatenus minor terræ fertilitas, & spinæ, quæ terræ naturalia sunt, & futura fuissent etiam Adamo non peccante, ea nunc in pœnam hominum cedunt, è Paradiso ejectorum, vbi terra fœcunda fuisset & homo nullius egens esset, ac solum ad otium vitandum, & ad delectationē tueram coleret. *In sudore*. l Sudor laboris symbolū est. m Omnis autem homo natus ad laborem. *Pane*. Pro omni cibo sumitur panis, c. 1971. *Donec reuertaris*, &c. n Mortis pœna indicitur.

k S.Th. 1. p. q. 69. a. 2. ad 2.

l p. 360.

m S.Thom. 2.2. q. 164. a. 2. ad 3.

n p. 1279. p. 1280.

20 * *Et vocauit Adam nomen*, &c. *Heua* à *hhajah*, viuere. Cum nomina propria in libro Geneseos habeant suam etymologiam ex verbis hebraicis, conijcimus primam mundi linguā fuisse hebraicam, qua Pentateuchum Moyses, & alij alios Scripturæ sacræ libros scripserunt. Nequeunt enim est verimile omnia nomina propria alio modo fuisse appellata à primis hominibus alia lingua, & omnia à Moyse in linguam

Digitized by Google

linguam hebraicam fuiſſe conuerſa ſecũdum ſignificationem primæ linguæ reſpõdentem. Nam hoc fieri rarò à Scriptoribus ſolet.

* *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, &c.* 21 *Tunicas*, Ad tegendam nuditatem, & ad cæli iniurias vitandas. *Pelliceas*, vt doceret poſſe beſtias occidi ad vſum hominum; & vt occiſorum animalium pellibus mortis memoriã faceret. **Ecce Adã, &c.* 22 Ironia, figura ſententiarum, c.8742. vult enim contra, ac dicit, accipi, ac ſentiri, nempe Adam à Dei ſimilitudine, quam
o *p.* 57. iuſtitia faciebat, decidiſſe. *Nobis o* Diuinarum Perſonarum trinitas indicatur. *Nunc ergo*, Reticentia, c.8744. ſupple, Eijciamus eum è paradiſo, ne forte mittat, &c. *Viuat in æternum*. An Adam poſt peccatum nunquam fuiſſet moriturus, ſi de ligno vitæ comediſſet? Moriturus omnino fuiſſet: quia non lignum vitæ, ſed iuſtitia originalis reddebat hominẽ immortalem, vt indicant illa verba Dei, *In quocũque die comederis ex eo, morte morieris*. Iam autem de ligno ſcientiæ boni, & mali comederat Adam; ergo mortuus fuiſſet, quantũuis de ligno vitæ comediſſet. Prorogaſſet autem lignum vitę vitam in longiſſimum tempus. Quare *æternum* hoc in loco idẽ eſt, quod diu duraturum, c.1138.
p *p.* 1279. 1280. * *Vt operaretur terram.* *p* In pœnam, ad victum procurandum, nõ ſolum ad otium vitandum. *De qua ſumptus eſt.* *q* Nam è limo terræ formatum eſt hominis primi corpus. Poſſet dici, ex his verbis colligi Adami corpus fuiſſe extra paradiſum à Deo formatum, deinde in paradiſo poſitum, poſtremo eiectum in eundem locum,
q *p.* 314. è quo ſumptum fuerat. Sed non videtur aliud per hæc verba ſignificari, quàm abſolutè hominem è terra fuiſſe formatum, & in pœnam terram operari, & in terram
24 per mortem reuerti. **Cherubim*, Angelos figura viſibili apparentes ad terrorem. Nam hebræum *Cerùb*, vniuerſale nomen eſt ad omnem figuram. Ex quo habes *r* & *r p.* 116. Angelos Dei miniſtros, *s* & ſolere Ange- 340.
los viſibili ſpecie apparere. *Flammeum* *s p.* 346. *gladiũ, atque verſatilem*, LXX. φλογίνην ῥομφαίαν, flammeam lanceam. hebr. *lahat hahhèreb hammithhappèketh*, Flãmam, ſiue Aciem gladij, qui euerſionem minabatur; ſe ad euertendum vertebat. Ignea cuſtodia videtur ſignificari. *t* En peccatum eijcit Adam de paradiſo. *t p.* 1265.

Myſticè. *u* Quæ hoc in loco à Deo circa Adamum fiunt vt peccatorem, non poſſunt non eſſe ſymbola ſtatus peccati. *x* Ergo tunicæ ex pellibus animalium occiſorum, ſymbola ſunt mortalitatis, & calamitatum, quæ poſt peccatum operuerũt totum humanum genus quaſi veſtimentum, c.7013.7819.7821. *y* Paradiſus; Dei, cælique ſymbolum eſt, c.6956. lignum vitæ, viſionis beatificę bonum ſignat, quæ eſt vita æterna: ex quo in hac vita comedimus, quatenus gratiam inhærentem recipimus, cui debetur viſio beatifica, c.6471. 6472. *z* Homo ergo è paradiſo, lignoque vitæ expellitur, quatenus amiſſa gratia per peccatum, hæres deſinit eſſe Dei. *a* Incurrit autem in vlturicem iram Dei, quæ per Cherubim, & igneum gladium ſignificatur; quatenus impios Deus apud inferos torquet Angelorum malorum, & ignis opera, c.6270.7265.

u *Ex Aug. de Gen. ad litt. l.11. in fin.*
x *p.* 1273, 1274.
y *p.* 363.
z *p.* 1266.
a *p.* 1279, 1283.

CAPVT QVARTVM.

SVMMA.

Narratur in capite quarto Abelis cades; Caini pœna, & progenies; ortus Sethi.

1 ADam verò cognouit vxorem ſuam Heuam: quæ concepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deum. 2 Rurſumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola. 3 Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. 4 Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorũ: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. 5 Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit: iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. 6 Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? 7 Nonne ſi benè egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. 8 Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cùmq; eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. 9 Et ait Dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio: Num cuſtos fratris mei ſum ego? 10 Dixitque ad eum: Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui

Digitized by Google

clamat ad me de terra. 11 Nunc igitur maledictus eris super terrã, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. 12 Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram. 13 Dixitq; Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. 14 Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. 15 Dixitque ei Dominus. Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitq; Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. 16 Egressusque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. 17 Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatẽ, vocauitq; nomen eius ex nomine filij sui, Henoch. 18 Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech. 19 Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. 20 Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque pastorum. 21 Et nomen fratris eius Iubal: ipse fuit pater canentium cithara & organo. 22 Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noema. 23 Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. 24 Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. 25 Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam; & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. 26 Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini.

Interpretatio litteralis.

A*Dam verò cognouit vxorẽ suam* 1 *Heuam*, &c. *Cognouit*, hebr. *Iadahhh*, Rem habuit, c. 35. 9. *Possedi hominem*, Acquisiui, habui, seu Habeo filium, c. 1700. 3098. *Per* & causam principalem significat, c. 2984 & primum principium pro *A*, vel *Ex*, c. 2987. sensus est: Habeo iam à Deo filium. *a* En hominum ex hominibus generationem. * *Pastor, Agricola b* prima 2 artium humanarum initia. Porrò *ex* his paucis verbis multa dogmata eruuntur. 1. *c* Vsum matrimonij licitum esse, exemplo Adæ, quod Scriptura non improbat, *Adam cognouit vxorem suã*. 2. *d* Omnes homines esse à Deo, & esse Deum primũ omnium principium, & habere prouidentiam, & concursum immediatũ ad actiones creaturarum. *Possedi hominem per Deum*.

* *Factum est autem post multos dies vt* 3 *offerret Cain*, &c. *Post multos dies*, hebr. *Miqqẽts jamim*, Ab extremo dierum. LXX. μεθ' ἡμέρας, Post dies, vel Inter dies. Textus hebraicus indicat ab ipso mundi principio (quod extremum dierum appellat, quia non solum finis, sed principium quoque extremi rationẽ habet, c. 1624.) cœptum esse offerri munera Deo, & sacrificia. Quia verò non fuerunt ipsi primi mundi dies, sed fuerant iam elapsi à mundi principio multi dies, ideo LXX. vertũt *Post dies*, & vulgata *Post multos dies*.

4 * *Respexit* aliquo signo, vt immissione 4
ignis è cælo sacrificium absumentis; aut
5 fœcunditatẽ pecoribus tribuendo. * *Iratusque est Cain vehementer*. hebr. Et iratus fecit Cain vehementer. LXX. ἐλύπησε τὸν Κάϊν λίαν, mœrore, dolore magno affecit. Illud Dei factum respicientis in munera Abel, magnum dolorem, & iram induxit in animum Cain. *a* Exitatus est 5 *a p. 250.* in Cain cõtra Abel motus & iræ, *b* & odij, *c* & inuidiæ. Cogitauit fratrem occidere. *b p. 198, 199.* Cur? *Quoniam*, inquit *d* Ioannes, *opera eius maligna erant: fratris autẽ eius iusta*. *c p. 218.* Ex quibus Ioannis verbis duo colligimus. *d 1. Ioan. 3. 12.* alterum, Cain offerẽdo munera peccasse; fortasse, quia pessima quæque è frugibus offerebat. alterum, Caini peccatum principio inuidiam fuisse. * Inuidia autem est * *p. 218.* tristitia de bono alieno, quatenus vt propriũ malũ æstimatur. *Concidit vultus eius*. Mutauit vultum, Deposuit hilaritatem. LXX. συνέπεσε τῷ προσώπῳ, Cõtraxit, Corrugauit vultum. vultus autem interioris affectus symbolum est, c. 5984. & seqq. quare facies, quam Cain celabat fratri, odij, ac inuidiæ signum erat, can. 5986.

6 * *Nonne si bene egeris, recipies*. hebr. si
7 bene egeris, *Seeth*, eleuare, exaltare, accipere, id est, Eleuatio, Retributio. Consequitur ad opus bonum præmium, & excellentia, ac honor. Non est, inquit Deus, cur tristeris, quod non prosperè agas, vt Abel: nam peccasti offerẽdo mihi munera

non

Digitized by Google

non vt par esse: qui bene agit, præmium recipit. Hunc esse huius loci sensum indicat versio LXX. οὐκ ἐὰν προσθῇς ὀρθῶς προσενεγκεῖν, ἐὰν δὲ μὴ ὀρθῶς, ἡμάρτες; Nonne si recte afferas (nempe munera) non autem rectè diuidas, peccasti? Bona fuit intentio exhibendi reuerentiam Deo: sed non bona oblatio, seligēdo pessima, quæ offerres: ideo peccasti: ac proinde indignū te exhibuisti, qui præmium reciperes operis. *Sin autem male, statim in foribus peccatū aderit.* Statim peccatum erit in promptu. Existit ex non agendo bene, peccatum. *Sed sub te erit appetitus eius.* Propensionem in te relinquet ad malum, cui tamen tu superior eris, & quam reges tuo arbitrio. *Sed*, hebr. *Ve*, significat *Et, Sed*, & alia, c. 2896. *Sub te*, hebr. *Elècha*, quod & In te, & Tecū, & Apud te verti potest, c. 2797. 2819. *Appetitus*, hebr: *Teshuqàh*, Concupiscentia. LXX. ἀποστροφή, Auersio, rebellio, nempe à ratione. In tuo arbitrio positum erit passiones frænare. Hortatur Deus Cain ad motum iræ inordinatæ, ac odij cōprimendū. vt indicat versio LXX. προσχώρησις σὴ ἐπ' ἀποστροφὴ αὐτῆς, Quiescè, nempe ab ira, apud te est, in tua potestate posita est auersio eius, vt eam auertas à fratre tuo. Ex quibus habemus 1. *a* Ad ius naturale pertinere, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat in eius honorem. Et exemplum Abel, & Cain; & ideo peccatis Cain, quia malè obtulit, malèq; paruit præcepto naturali. 2. *f* Esse Deum colendum, ac venerandum; vt doceret idem exemplum. 3. *g* Esse Deum iustum. Respexit ad Abel, rectè offerētem, non autem ad Cain offerentem malè. 4. *h* Esse in Deo beneficētiā. *Respexit ad Abel*, &c. 5. *i* Esse in Deo prouidentiā. *Respexit*, &c. 6. *k* Actus passionū esse in hominis animo. *Iratusque est Cain vehementer.* LXX. *Dolore affecit Cain.* 7. *l* Opera bona suum valorem, & meriti rationem habere. *Nonne si bene egeris, recipies?* 8. *m* Esse peccatum, id est, actum humanum malum, nō conformem rationi. *Sin autem male, statim in foribus peccatum aderit.* 9. *n* Aliquas actiones humanas bonas esse, aliquas malas. *Nōne si bene egeris*, &c. *sin autem male*, &c. 10. *o* Sensus à ratione rebellionem esse per peccatum. *Sub te, vel contra te erit appetitus eius*, &c. 11. *p* Esse in homine appetitum sensitiuum ad bonum sensibile inclinantem. *Ad te erit concupiscentia eius.* 12. *q* Homines à propria concupiscentia bellum pati. *Contra te erit concupiscentia eius, & tu dominaberis illius.* 13. *r* Esse in homine liberum arbitrium. *Et tu dominaberis illius.* 14. *s* Voluntaria esse, voluntatique imputari, quæ voluntas potest, & debet actu velle, vel nolle. *Et tu dominaberis illius.* 15. *t* Appetitū sensitiuum, & passiones habere magnam vim ad voluntatem mouendam. *Contra te erit appetitus eius.* 16. *u* Non posse agentia creata mouere efficaciter voluntatem. *Et tu dominaberis illius.* 17. *x* Charitatis actum esse correctionem fraternam. quia remouere nititur à fratre magnū malum peccatum. suadet exemplum Dei Cainum corrigentis. *Quare iratus es? & cur concidit facies tua?* 18. *y* Vocare Deum à statu peccati ad statum gratiæ. *Quare iratus es?* &c. *sub te erit appetitus eius*, &c. 19. Custodiam à malis animæ esse à Superioribus debitam eorū subditis. d. 4818. Id Deus docet exemplo suo, qui Cainum monet, ne peccet. 20. Debere Principem præmijs ad bene agendū excitare. d. 4820. excitat Deus Cainum, *Nonne si bene egeris, recipies?* 21. Deberi bono communi à Principibus correctionē malorū, d. 4838. Docet Deus suo exēplo. *Cur iracsceris?* &c.

8 * *Dixitq; Cain ad Abel*, &c. *Egrediamur foras.* Hæc verba non sunt in textu hebraico, qui proinde sentētiam mutilam habet, ac exigentē sit intelligi hæc verba, quæ tum LXX. tum vulgata subintellexerunt. *Foras* è tabernaculis, in quibus habitabāt, ad agrum. *Interfecit. a* Primū exhibuit exemplum illiciti homicidij. 1842.

9 * *Et ait Dominus ad Cain*, &c. *Vbi est Abel. b* Vocat Deus Cainum è statu peccati ad pœnitentiam. & inquirit vt Princeps in scelus, d. 2783. 3887. & *c* accedit vt Iudex ad puniendum, & corrigendum, d. 4838. & ad reum audiendum an tequam condemnet, d. 3875. *d* Et autem Deum Iudicem iustum, & vltorem male agentium. * *Vox sanguinis clamat.* Metaphora, ab animatis ad inanima, c. 8685. * Vox, clamor symbolum magni sceleris vindictam exigentis, c. 5696. *Nescio. e* Mendacium illicitū tum quia mendacium, *f* tum quia culpā excusat. *g* præsertim in iudicio legitimo Dei. *Vox sanguinis clamat.* Te accusat. *h* Est enim accusationis vsus licitus ad debitum repetendum. *i* Quodlibet autem peccatum reatū in peccatore relinquit, ac debitum pœnæ, quatenus iniuriam facit Deo.

11 * *Nūc igitur maledictus eris*, &c. *Super.* hebr. מן *Min*, ex terra, de terra. phrasis hebraica, Maledictus inter terræ incolas; vel malum, pœnamque recipias ex terra. *Os*, de terra metaphoricè, ac symbolicè
12 dicitur, c. 6887. 8685. * *Non dabit tibi fructus suos:* Cōgrua peccato pœna. peccauerat enim Cain, quatenus non bene Deo obtulerat fructus terræ, & quatenus in terram effuderat sanguinem fratris. ideo decernit Deus illi malum ex terra, vt ex illa non recipiat fructum laborum. *p* Maledictio

Digitized by Google

q p.1905. dictio licita ſub ratione iuſti. *q* & cũ maledicitur culpa, *Maledictus eris.* r Conſequuntur pœnæ ad peccatum, *Non dabit*
r p.1279. *tibi fructus.* s Debent autem infligi pœnæ,
s p.1285. vt cæteri à peccando deterreantur. & *t* vt
t p.1286. diuina iuſtitia manifeſtetor.

* *Dixitque Cain ad Dominum*, &c. 13 *Quàm vt veniam merear.* Hebraicè נשא *Minneſò*, id eſt, quã vt poſſis remittere. Idẽ ſignificat verſio LXX. μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Ergo ſecundum communem Doctorum Catholicorum interpretationem, *a* deſperat Cain veniam;
a p.237. *b* iniuriam faciens diuinæ bonitati, quate-
b p.1477. nus minorem facit ſua malitia. *c* Eſtque
c p. 2029. proinde blaſphemus. Poſſet quis *Iniquitatem* pro pœna iniquitatis accipere, c.2005. & hebræum *Minneſò*, pro ſuſtinere. vt ſit ſenſus: Maior eſt pœna mea, quàm vt ferre eam poſſim. & eſſet quædã contra Deum querela. Sed prior expoſitio potior, ac omnino amplectenda: quæ eſt & LXX. & latinæ vulgatæ, & Patrum interpretatio. * *A facie terræ*, Ab hominum 14 ſocietate, vel ab hac regione, quã ſemper incolui. Terra enim & Homines ſignificare ſolet, qui in terra degunt, c.2362. & vnã aliquam terræ regionem, c.2360. *A facie tua abſcõdar*, Longe ero à tua protectione, ac fauore, can. 5231. 1588. 8228. vel
u p. 25. Fugiam à te irato, * Fugiam propter iram tuam, c.8061. In tuum odium incurram, c.8233. 5986. Ero à te alienus, c.5982. *Ero vagus, & profugus in terra.* Hebr. נע ונד *Nahhh, Venàd*, Inſtabilis. Nullibi conſiſtam, metuens deprehendi, & occidi ob ſcelus admiſſum. LXX. τρέμων, καὶ τρέμων, ſuſpirans, ac tremens. * *Nequaquam ita* 15 *fiet.* Cur? Vt diuturniore vita ærumnoſa magis Cain puniretur: & vt longum tempus haberet ad pœnitendum, ſi vellet, ex-
d p.49, 50. pectante illum Deo ad pœnitentiam. *d* Eſt enim Deus patiens, ac longanimis.
e p.1844. *Septuplum punietur*, *e* Non ſolum, quia non licet quenquam, quantumuis improbum, auctoritate propria interficere; ſed etiam ob ſpeciale Dei præceptum, quo noluit Cainum interfici; quodque omnibus innotuit. *g* Solet autem Deus maiorem
g p.1293. Vide S. Th. pœnam temporalem minoribus peccatis
1. 2. q.105. imponere iuſtas ob cauſas. *Signum*, Ne-
a.2. ad 9. ſcitur quod ſignum fuerit. an tremor aliquis in membris? fortaſſe eum tremorem ſignificant voces hebrææ *Nahhh, Nàd*, Mobilis, inſtabilis. quem tremorem Deus fortaſſe iniecit non ſolum in pœnam, ſed etiam in ſignum, ne quiſquam Cainũ occideret. * *Egreſſus Cain à facie Domini*, 16 Digreſſus ab eo loco, in quo ei Deus ſpecie viſibili apparebat; & in quo vſque ad illud tempus Cain degerat ab ortu ſuo. *Habitauit profugus in terra.* Hebr. Habitauit in terra Nod. quod & aliam interptetationem recipere poteſt, quã immutat LXX. ἐν γῇ πλάνης κατέναντι Ἐδέμ. ex quibus eum ſenſum colligimus: Habitaſſe Cainum profugum in terra, quæ fortaſſe appellata eſt Nod, ſiue Naid à fuga Cain, in regione orientali reſpectu Paradiſi; quẽ hebræus textus עדן *Hhhèden*, id eſt, delicias appellat.

17 * *Cognouit autem Cain vxorẽ ſuã*, &c. *Cognouit.* *b* Vſus innuitur Matrimonij, h p. 320, & generatio narratur ex Cain, c.3539. 831. *Aedificauit ciuitatem* eo tempore, quo iam multus erat populus in terra, ex alijs Adæ, & ipſius Caini filijs progenitus. *i* Initium innuitur politicæ gubernationis; cũ i p. 1785. antea vſus œconomicæ tantum gubernationis fuerit. Ciuitas enim eſt hominum multitudo aliquo ſocietatis vinculo colligata, d.5186. non poteſt autem ſocietas ſine aliqua prouidentia retineri.

19 * *Accepit duas vxores*, Primùm plures vxores habendi exemplum. *k* Quod cum k p. 837. non ſit conſonum rationi, non potuit ab antiquis patribus viris pijs ſine interna aliqua Dei diſpenſatione fieri. Is autem Lamech videtur impius fuiſſe: quod Cai-
20 num occidit, à quo prognatus. * *Pater*,
21 ita dicitur artis auctor, & inuẽtor, c.1991. *Habitantium in tentorijs, atque paſtorũ.* *l* Iabel primus artis pecuariæ inuentor, qui l p. 268. curam animalium methodo, ac arte complexus eſt; & ad commodiorem paſcendo pecori habitationẽ, vſum induxit taber-
22 naculorum. d.1559. & ſeqq. * *Malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri.* Hebr. מחשׁ ברזל Poliens, omne fabricans æs, & ferrum. ſiue, Omnem acuens chalybem, & ferrum.

23 * *Dixitq; Lamech, &c. Vxoribus ſuis.* Solent viri vxoribus narrare domi quidquid ipſis cõtingit foris tum proſperi, tum aduerſi; & omnia eis arcana manifeſtare. *Quoniam.* Continuãdo ſermoni deſeruit, c.3013. *Occidi virum, & adoleſcentulũ*, An virum, & adoleſcentulum, hebr. *Ish, Ièled*, vnum, eundemq; hominẽ intelligit, nempe quendam adoleſcẽtem? nam particula *Et*, ſæpè eſt emphatica, & ponitur pro *Id eſt*, & pro *Qui*, c.2897. 2899. 2902. Occidi hominem adoleſcentem, in flore ætatis. An ipſum Cainum? qui eo tempore habebat fortaſſe quingentos annos: eratq; in flore ætatis, cum homines viuebant mille ferè annis. An alium quempiã adoleſcentem? An duos occidit, alterum maturæ ætatis, ipſum fortaſſe Cainum; alterum iuuenem, ſuum fortaſſe filium, vt aliqui opinantur? Nihil certi è Scripturæ textu colligi poteſt. *In vulnus meũ, in liuorem meum.* *m* Debetur mihi pœna m p. 1288. ſanguinis; quia ſanguinẽ effudi, Gen.9.6 1296.
24 Matt.26.52. * *Septuplũ vltio dabitur*, &c. Supple particulam *Sed*, vel *Quamquam*,

quia

Digitized by Google

quia tacet in hebraeo, nempe Cain, quæ sepe significat. Sed c. 3010. 3644. sensus est: Sed caueat quisque me interficere: nam Deus vlciscetur meam cædem longe plus, quàm cõmunatus est vlcisci Caini necem. Is videtur esse planus huius loci sensus.

a p.1844. o p.1293. S. Tho. 1. 2. q. 105. a. 2. ad 9. Quo innuitur n non licere malefactorem interficere propria authoritate, o & comminandas esse pœnas grauiores ad peccandi licentiam cohibendam.

* *Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam, &c. Posuit mihi Deus, &c.*

p p.2.115. 304.309. p Deum vt causam primam generationis agnoscit, & eius prouidentiam. *Pro Abel.* Forte esse natum alium masculum genuerat post mortẽ Abel: nam quod fœminas pepererit, quibus copulatus cum Cain, cum filij Cain, est valde probabile, nisi dixeris non accepisse Cain vxorem; nec genuisse, nisi multis annis post natum Seth; & in hoc capite Cainiticam progeniem ante ortum Seth, esse per anticipationem narratam, c. 8798. *Hic cœpit invocare nomen Domini.* Hebr. nin' ענ Tunc cœptum est, seu principium factum est inuocandi in nomine Domini. Triplex sensus esse potest. Primus, q Viuente Enos, ipso magistro, cœpit diuinus cultus cum ritu solenni, certo, ac rato: nam antea colebat quisque Deum priuato ritu, vt libebat. Secundus, r Tunc cœperunt aliqui denominari nomine Domini, id est, Populus Dei, ob pietatem, & cultum peculiarem erga Deum: cuius populi Enos pater, siue princeps fuit. Tertius, Nunquam ante Enos quisquam appellauerat Deum nomine proprio *Iehoua*: is primus sanctum illud nomen vsurpauit. s Exteriores corporis actus, inuocatio, inuocatio nominis Dei, siue oratio, & huic similes, conuenienter in Dei cultum exhibentur.

q p.844. 859.

r p.880.

s p. 1918. 1926.1957. 1964.1998.

CAPVT QVINTVM.

SVMMA.

a *Eius generationis series narratur ab Adam vsque ad Noe; ex qua generatione duxit secundum carnem originem Iesus Christus.*

a p.320. per totum.

1 Hic est liber generationis Adam. In die, qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. 2 Masculum, & fœminam creauit eos, & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. 3 Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & similitudinem suam: vocauitq; nomen eius Seth. 4 Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingẽti anni: genuitq; filios & filias. 5 Et factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. 6 Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. 7 Vixitq; Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios & filias. 8 Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. 9 Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. 10 Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. 11 Factiq; sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est. 12 Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. 13 Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitq; filios & filias. 14 Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus est. 15 Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, & genuit Iared. 16 Et vixit Malaleel postquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. 17 Et facti sunt omnes dies Malaleel octingẽti nonaginta quinque anni, & mortuus est. 18 Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. 19 Et vixit Iared postquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. 20 Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. 21 Porrò Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalam. 22 Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, postquam genuit Mathusalam, trecentis annis: & genuit filios & filias. 23 Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. 24 Ambulauitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. 25 Vixit quoque Mathusala centum octoginta septẽ annis, & genuit Lamech. 26 Et vixit Mathusala, postquã genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. 27 Et facti sunt

omnes

Digitized by Google

omnes dies Mathusala nongenti sexaginta nouem anni, & mortuus est. 28 Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: 29 Vocauitq; nomen eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuũ nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. 30 Vixitque Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias. 31 Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noe verò cùm quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

Interpretatio litteralis.

Liber, hebr. *Sepher*, narratio, series, scriptura generationis Adam, c. 3925. *Generationis*, hebr. תולדות *Toledoth*, Genorationum, id est, Gentis, hominum ab Adam genitorum, c. 1658, 1661. Non omnes ex Adam generationes in hoc capite narrantur, quem librum appellat sacra Scriptura, sed vnius tantum genetationis series per Seth, vt Christi Domini genealogia texatur, quã deinde retulerunt Euangelistæ. *In die*, quando. Dies pro tempore sumi solet; c. 1496. Pleniorem huius loci explicationem habes supra c. 1. nu. 26.

* *Vixit autem Adam*, &c. *Centum triginta annis*: Idem annorum numerus est in textu hebraico; sed LXX. quorum in hoc quinto Geneſis capite supputatio recipitur à priscis Ecclesiæ Patribus, & in Martyrologio Romano die 25. Decẽbris, cum anni Mundi recensentur ante ortum Christi Domini; habent, vixisse Adam annis ducentis triginta. Non potest dici errorẽ irrepsisse in versione LXX. & esse illũ corrigẽdum. Nam supputatio LXX. recepta semper est ab Ecclesia, vt dictum est. Neque dici potest errorẽ esse in textu hebraico, & in versione latina vulgata, cum versio vulgata semper vt nunc se habet, recepta sit ab Ecclesia, & postremo à Concilio Tridentino approbata, nec vnquam hæc vulgatæ supputatio correcta. Cum ergo neuter textus, neque LXX. neque vulgatæ cũ hebraico, innuat initium, è quo suam numerationem deducit: videtur textus hebraicus, & vulgata cœpisse numerare ab eo tempore, quo Adã cœpit filios generare; qui fuisse putatur annus centesimus vitæ Adam, cum ipsis centum annis à coniugio abstinuerit ad pœnitentiã peccati in paradiso patrati. sed LXX. Interpretes numerare cœperunt annos Adam ab ipso vitæ initio: atque ita ducentos triginta annos numerarũt ante genitum Seth. * *Dies Adam postquam genuit Seth octingenti anni*. Cum omnes tres editiones & hebraica, & LXX. & vulgata latina, habeant vixisse Adam nongentis triginta annis: ex his autẽ ducenti triginta numerentur à LXX. ante natum Seth: videntur editio hebraica, & vulgata, cum dicunt factos esse dies Adam postquam genuit Seth octingentos annos; illud tantum velle, completos fuisse post natũ Seth annos vitæ Adam octingentos, nempe ex septingentis, qui fluxerunt post ortũ Seth & centum, qui prætĕriere ante quã Adam inciperet filios procreare. Ita colligimus hos textus, hisq; similes esse cõciliãdos in annorũ numeris, ex doctrina canonis 753. *Genuit*. Sermo est de generatione strictissimè sumpta, quæ est productio viuentis à viuente per principium intrinsecum secũdum similitudinem naturæ, d. 923. nam subditur, *Ad imaginem, & similitudinem suam*.

* *Vixit quoque Seth cẽtum quinquè annis*, &c. *Centum quinque annis*. LXX. habent ducentos quinque annos. Concilianda sunt cum vulgata eodem modo, quo in superiore textu cõciliati sunt: idemque faciendum in textibus sequentibus. Nam valdè probabile est eo tempore, quo vita hominum erat longissima, homines centũ annorum adolescentes habitos fuisse, ac proinde non fuisse solitos inire coniugia, nisi circa annum vitę centesimum; ac proinde primos parentes, non solum ad pœnitentiam agẽdam, sed etiam ad exemplum posteris tradendum, matrimoniorum in ætate matura, à generatione centum annis Dei reuelatione abstinuisse. Certè Iacob, cum vita esset brevior, non nupsit nisi circa octogesimum annum. Oleaster putat primos parentes à generatione abstinuisse annis quinquaginta. Nos interim nostram sententiam meliori iudicio subijcimus.

* *Vixit quoque Enos nonaginta annis*, &c. *Nonaginta annis*. Leguht LXX. Centum nonaginta.

* *Vixit quoque Cainam septuaginta annis. & genuit Malaleel*, &c. *Septuaginta annis*. Est apud LXX. Centum septuaginta.

* *Vixit autẽ Malaleel sexaginta quinque annis & genuit Iared*, &c. *Sexaginta quinque annis*. LXX. legunt centum sexaginta quinque.

* *Vixitq; Iared centum sexaginta duobus annis*, &c. Concordant in his textibus LXX. cum hebræo, ac vulgata editione.

Porrò

* *Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam.* Habēt LXX. Centum ſexaginta quinque.

* *Et ambulauit Henoch cum Deo,* &c.

Greſsus, ſymbola ſunt actionum, c. 5308.

Quare ambulare cum Deo, eſt facere eius voluntatem, & obſeruare quæ præcepit, c. 8066. Ideo LXX. verterunt εὐηρέστησεν ἐνὰχ τῷ θεῷ Placuit Enoch Deo. Ex quo habemus *a* eſse iuſtos homines. *b* Eſeq; amicitiam inter iuſtos, & Deum. Et *c* peculiarem Dei erga illos prouidentiam.

Tulit eum Deus. Docet *d* Eccleſiaſticus, quò translatus fuerit Henoch à Deo: Henoch, inquit, placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam.

* *Vixit Lamech centum octoginta duobus annis,* &c. Legunt LXX. Vixit Lamech centum octoginta octo annis. cum neuter textus addat particulā *Tantum:* vterque verus eſt: nam verum eſt vixiſse Lamech centum octoginta duobus annis, (ſupple circiter) etiam ſi vixerit centum octoginta octo annis. à numero enim minore non excluditur maior, can. 753.

* *Vixitq; Lamech poſtquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis.* Habent LXX. Quingētis ſexaginta quinque annis. ſed is numerus minor non excludit maiorem, vt ſupra dictū eſt ex can. 753.

* *Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti septuaginta ſeptem anni.* Legūt LXX. ſeptingenti quinquaginta tres. eodemque modo, vt ſupra dictum eſt, conciliandi ſunt cum editione latina, ac textu hebræo. *Iſte conſolabitur nos* (LXX. διαναπαύσει ἡμᾶς, ceſsare faciet nos) *ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus.* Putatur eſse vaticinium alicuius artis, quam inuenerit Noe ad terrā ſine magno manuum labore colendam: vt eſt ars arandi, in qua iumentorū opera humanus labor leuatur.

a p. 644.
b p. 1491.
c p. 23. 380.
d cap. 44. 16.

CAPVT SEXTVM.

SVMMA.

Comminatur Deus diluuium ad punienda peccata: & præcipit Arcæ fabricam, ad conſeruandam Noe familiam, & beſtias aliquas, ad generis propagationem.

1 Vmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſsent, 2 videntes filij Dei filias hominū quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant. 3 Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntq; dies illius centum viginti annorum. 4 Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi. 5 Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſset ad malum omni tempore; 6 pœnituit eum quòd hominem feciſset in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecus, 7 Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli: pœnitet enim me feciſse eos. 8 Noe verò inuenit gratiam coram Domino. 9 Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. 10 Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. 11 Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. 12 Cumque vidiſset Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) 13 dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum; & ego diſperdam eos cum terra. 14 Fac tibi arcam de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. 15 Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. 16 Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatē eius: oſtium autem arcæ pones ex latere: deorſum, cœnacula, & triſtega facies in ea. 17 Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælum: Vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. 18 Ponamque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum, tecum. 19 Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: maſculini ſexus & feminini. 20 De volu-

Digitized by Google

cribus iuxtà genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundùm genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. 21 Tolles igitur tecum ex omnibus escis, quæ mandi possunt, & comportabis apud te: & erunt tàm tibi, quàm illis in cibum. 22 Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.

Interpretatio litteralis, & mystica.

1 GVmque cœpissent homines multiplicari, &c. *Filij Dei*, qui erant 2 è populo Dei, c.1620. ex Enos geniti. *Filias hominum*, Mulieres è Caini stirpe; feminas sceleratas, & impias. nam *Filij hominum* in Scripturis sanctis in malam partem accipiuntur, c. 8249. Vxores impiæ maritos deprauarunt, ac prolem. An *Filij Dei* dicuntur homines proceræ staturæ? vt montes Dei, montes altissimi, c.8554. Filiæ autem hominum pro quibuscunque mulieribus sumuntur. vt filij hominum homines dicũtur, c.8246. Ex his gigantes geniti, genus impium; vt ex verbis colligitur, quæ sequuntur à n.5.

3 * *Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum*, &c. *Permanebit*. Hebr. דין *Iadòn*, iudicabit, litigabit. sed cum & LXX. & vulgata verterint *Permanebit*, dicendum aut hebræum דין *Dun*, esse non solum *Iudicare*, sed etiam *Permanere*; aut legendum esse, non *Iadòn*, litigabit; sed *Iiddòn*, à נדן *Nadàn*, quod est *in vagina esse*. est enim spiritus in corpore, quasi gladius in vagina. *Spiritus meus*, Anima hominis, quam ego in corpus inspiro. *In æternum*, In longum tempus, c. 1138. *Quia*, hebraicè בשגם *Besheggam*, Eo quoq; etiam. sensus est: Nolo in posterum tamdiu vitam hominũ prorogari, vt hactenus factũ est: nam licet secundum animam homo sit immortalis, ob idq; deberet homo diutissimè viuere: debet tamen citò mori, quia etiã caro est, & vitam degit non secundum partem nobiliorem, quæ est spiritus, sed secũdum bestialem, nempe carnem. cõtraham ergo nongentorum annorũ vitam in annos centum viginti. Hoc est longissimũ spatium, ad quod homines post diluuium vitam protraxerunt. *a* En peccata non solum mortis, sed breuioris etiã vitæ causa sunt.

a p.1273. 1279.

4 * *Gigantes autem erãt super terram in diebus illis*, &c. *Gigantes*, Genus hominũ improbum, ac impium videtur fuisse, c.1670. nam subditur: Videns aurẽ Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra. *Postquam enim*, &c. Postquam, inquit, homines proceræ staturæ cũ selectis mulieribus coniuncti sunt; illæ filios procrearunt. (*Que* à vau hebræo, abundat.) Filij autem ab his geniti, magni roboris viri (LXX. gigantes) extiterunt. Hi sunt primi sæculi gigantes, viri magni nominis; tum ob immensam corporis molem, tum ob scelerũ magnitudinem. *Sæculum* pro principio temporis accipitur, c.2203.

5 6 7 * *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum*, &c. *Cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* Hebr. Omne figmentum cogitationum cordis eius tantummodo malũ omni tempore. *a* Est enim in homine rebellio sensus à spiritu. *b* quæ causa est actionum malarum. *Pœnituit eum* Locutio est metaphorica. *c* Pœnitẽtia, & dolor respectu Dei symbola sunt diuinæ voluntatis volentis delere quod fecerat, & non approbantis peccatum, c. 2710. Non enim est Deus mutabilis, vt verè, proprièque pœniteat. *d* Habet autem prouidentiam, vt peccantes corrigat, *e* & iustitiam vindicatiuam exerceat in malos. *f* Nam peccatis vltio debetur.

a p.892. b p.1152. 1193.1207. 1229.1268. 1272. c p.12. d p.16.17. 23.24.25. e p.44. f p.1273. 1279.

8 * *Noe verò inuenit gratiam coram Domino*, &c. *Inuenit gratiam corã Domino.* Hebr. Inuenit gratiam in oculis Domini. Duplex sensus esse potest: Inuenit Deum erga se misericordem: vel verè iustus fuit, quia gratus fuit Deo omnia cognoscenti. *Matsà*, inuenit, potest pro *Nimtsà* sumi, inuentus est: nam verba in Cal interdum significationem passiuam habẽt, Institut. hebr. l.2.par.3.c.3. חן *Hhèn*, gratia, verti potest Gratus: quia substantiua pro adiectiuis interdum ponuntur, c.8543. Id videtur explicari per epexegesin verbis sequentibus, *Noe vir iustus, atque perfectus fuit.*

9 10 * *Hæ sunt generationes Noe*, Posteritas Noe. Nam quotquot homines sunt post diluuium, omnes Noe posteri sunt. vel Hæc sunt acta Noe. nam in hoc capite de gestis Noe agitur. Nomen autem hebræum *Toledoth* & pro gente, ac genere, & pro gestis, actisque sumi solet, c.1657. 1661, 1662, 3554. *In generationibus suis*, Inter homines suæ ætatis, ac sæculi. nam *Dòr* hebræum ætatem. ac sæculum significat, c.1134.1656.1658. Ex hac historia, vt ex historia Henoch supra cap.5.nu.22. habemus *g* esse Iustos homines; *h* & amicitiam inter iustos homines, & Deum.

g p.644. h p.1491.

11 * *Corrupta est autem*, &c. *Coram Deo.* hebraicè אלהים לפני *Lphnè Elohìm*, Ante conspectũ Domini. c.1582. Deo vidente, Non verentibus hominibus Deum præsentem,

Digitized by Google

sentem,& cuncta cernentem. *i* Deus enim est vbique. K & omniá intuetur. *Terra*, pro hominibus, qui sunt in terra, c.2362. sumitur continens pro contento per Hypallagen,c.8689.* *Caro*,pro toto homine, 12 c.1318. 1320. pars pro toto, per synecdochen, c.8692. * *Finis*, Terminus. LXX. 13 καιρὸς, tempus, hora, nempe interitus, ac perditionis, c.1627. *A facie eorum*, Ab ipsis,propter ipsos,ipsis iniquitatem inducentibus,c.8060. *l* En malorum hominum multitudo. *m* en peccata; *n* ad quæ pœna consequitur; *o* vltore Deo.

* *Fac tibi arcam*,&c. *p* Prouidet Deus 14 conseruãdo generi, ne totum pereat aquis diluuij; *q* sed vult ipsum Noe cooperari. *Leuigatis*, Complanatis, politis. LXX. τετραγώνων, quadratis. hebraicè *Gòpher*, *Targhum*, Cedrinis. Al. Lignis leuibus. Hier. bituminatis. *Mansiunculas*, hebr. *Qinnìm*,nidos. *Bitumen*, Materia est, vim quandam sulphuris habens. præstat munimentum contra aquam, ne quæ lita eo fuerint,aqua penetret,c.4901. * *Trecentorum cubitorum*. Non sunt intelligendi cubiti parui, aut communes; quia paruæ quantitatis fuisset arca pro animalium multitudine: sed cubiti magni, qui constant 36.palmis minoribus,siue 12.palmis maioribus,d.2864.& seqq. * *Cubito consummabis summitatem eius*,nempe Arcę, non Fenestræ. nam *eius*, in hebræo est feminini generis, concordans cum arca,quæ feminini generis est, cum fenestra *tsohar* in hebræo sit generis masculini. Ex quo colligitur, summitatem arcæ vno cubito fuisse reliqua altitudine angustiorem. *Deorsum, cœnacula, & tristega facies in ea*. Hebr. Inferiora, secunda, tertia facies eam, id est, facies in ea mansiones inferiores,medias,& supremas. LXX. inferiora, bicamerata, tricamerata facies eam. *Tristega*, Tricta, tricamerata.

Mysticè. *a* Arca figura fuit *b* Ecclesię, ac Baptismi, c.7989. vt indicatur 1.Pet.3. 21. & docet Aug.15.Ciuit.c.26. *c* Ligna leuigata,ac polita,sunt Apostoli,ac Ecclesiæ Patres: quos Spiritus sanctus doctrina Fidei erudiuit. Ligna enim, hominum symbola sunt,c.6469. quæ sunt quadrata, quatenus eorum doctrina stabilis est, ac firma. *d* Ea bitumine lita sunt intrinsecus, & extrinsecus: quia charitas, quæ vinculum perfectionis est, in Sanctis Ecclesiæ & intus in corde, & foris in verbis, & operibus elucet:qua charitate tum scelerum, tum persecutionum aquis resistũt, ne mergant Ecclesiam. Arcæ longitudo *e* rerum varietatem, ac multitudinem signat, quas docet doctrina Fidei, & eiusdem doctrinæ perpetuitatem. *f* Latitudo est, cuiusque sacri dogmatis præstantia, c.6426. *g* Quidquid enim sacra doctrina proponit,nihil eo melius dici,neq;cogitari potest. Altitudo autem *h* mysteriorũ profũditas est,quæ in quoq; Ecclesię dogmate latet,c.6426.6517.7163. Porrò proportiò trecentorũ cubitorũ longitudinis ad quinquaginta latitudinis,quę est proportio sexcupla;& ad triginta altitudinis,quę est ꝓportio decupla:à corpore humano sumptę sunt,cuius longitudo sexies excedit latitũdinẽ pectoris;& eiusdẽ pectorisaltitudinẽ, siue profũditatẽ,decies. *i* Christi ergo humanitas per has Arcæ mensuras significatur; per quam à peccatis salui facti sumus. K Ostiũ ad latus Arcæ,est Sacramẽtum remissionis peccatorũ,per quod in Ecclesiam intratur: quod de Christi latere manauit. *l* Mãsiones inferiores, mediæ,ac supremæ, tres in Ecclesia status sunt, incipiẽtiũ,proficientiũ,perfectorũ;siue sæculariũ,monachorũ,& clericorũ. Vel *m* Mansio inferior est Fides, media Spes, suprema Charitas. Arca autẽ vno cubito consummatur: quia vna est Ecclesia,vna Fides,vnũ Baptisma. Possumus & alio modo trecẽtorũ cubitorũ longitudinẽ, quatenus sexies latitudinẽ cõplectitur,interpretari: nempe durationẽ sex ætatũ mũdi, in quibus semper fuit doctrina Fidei tũ secundũ latitudinẽ, nempe secundũ præstãtiam,quã supra cęteras doctrinas habet ex Dei reuelatione: tũ secũdũ altitudinẽ triginta cubitorũ, quatenus cognitionem Trinitatis habet, sed obscuram, & in ænigmate, & in triplici statu & naturæ,& legis,& Euãgelij. Denarius autem numerus, quem & longitudo, & latitudo,& altitudo suis numeris complectũtur,decem Dei præcepta sunt, siue doctrina moralis,& practica: quæ in omni mundi ætate,ac statu semper fuit.

17 * *Ecce ego adducam aquas diluuij*, &c. *Ego n* Deus vltor, *o* & auctor pœnæ. *Adducam aquas diluuij*, *p* Pœnam peccatorum. *Spiritus vitæ* Spiritus vitalis, anima sensitiua,d.1656. *Consumentur* Expirabunt, repentina morte morientur.

Mysticè.*q* Diluuiũ figura fuit Baptismi. 1.Pet.3.21. Vt enim aquæ diluuij in altũ arcã extulerunt, cęteros autem, qui erant extra arcã,suffocarunt:ita Baptismo deletur peccatum,ac homo vetus; & saluus fit spiritus per Ecclesiam, quæ in Baptismo fundatur,quatenus Baptismus fundamentum est,& ianua ceterorũ Sacramẽtorum. *r* Est & diluuiũ symbolũ diuinæ vltionis, *Adducam aquas diluuij, vt interficiam*.

18 * *Ponamq; fœdus meũ tecum: & ingre-*
19 *dieris*,&c. *Ponam fœdus*, De non delendis
20 aquis diluuij hominibus & bestijs,d.5269
21 *a* Amicitiam tecũ firmabo,c.8256. *Ingre-*
22 *dieris arcam tu,& filij tui*.&c. *b* Prouidet Deus cõseruationi generis humani, & bestiarum propter hominem. *Fecit igitur Noe*,&c. *c* Diuinis præceptis obtẽperauit.

Digitized by Google

CAPVT SEPTIMVM.

SVMMA.

Ingreditur Noe cum ſuis, & cum animantibus in Arcam, ad ſeruandum genus: fit diluuium: mergitur, ac deletur omne viuens.

DIxitque Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac. 2 Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena, maſculum & feminam: de animantibus verò immundis duo & duo, maſculum & feminam. 3 Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum & feminam: vt ſaluetur ſemen ſuper faciē vniuerſæ terræ. 4 Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & delebo omnē ſubſtantiam, quā feci, de ſuperficie terræ. 5 Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus. 6 Eratque ſexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram. 7 Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam propter aquas diluuij. 8 De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod mouetur ſuper terram, 9 duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & femina, ſicut præceperat Dominus Noe. 10 Cùmq; tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram. 11 Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnę, & cataractæ cæli apertæ ſunt: 12 & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. 13 In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius; vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam; 14 ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuum, vniuerſaq; iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctumque volatile ſecundum genus ſuum, vniuerſæ aues, omneſque volucres, 15 ingreſſæ ſunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ. 16 Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & femina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eum Dominus deforis. 17 Factumque eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram: & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. 18 Vehementer enim inundauerunt: & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ: porrò arca ferebatur ſuper aquas. 19 Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo, 20 Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat. 21 Conſumptaq; eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, omniumque reptilium, quæ reptant ſuper terram: vniuerſi homines, 22 & cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. 23 Et deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cæli: & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca. 24 Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

DIxitque Dominus, &c. *In generatione hac*, Inter homines huius ſæculi, can. 1134. 1656. 1658. *a* Quis neget iuſtos aliquos eſſe? *b* circa quos Deus peculiarem prouidentiā habet. **Septena, & ſeptena*, Id eſt, ſeptē maſculos, & ſeptem feminas ex quolibet genere. nam ſupra c. 6. nu. 18. ait, Bina de omnibus ingredientur tecum, id eſt, ex omni genere paria, nempe maſculus, & femina, vt explicat hoc in loco. 4 **Subſtantiam*, Hebr. *Iequm*, LXX. ὑπόστημα, id quod aſsurgit, & in altum tendit; qualia ſunt omnia viuentia, præſertim ſenſu prædita, c. 2322. *Delebo*, *c* Deus auctor eſt pœnæ.

Myſticè. *d* Quod in Arca tria viuentium genera ſunt, Homines, animantia munda, & animantia immunda; illud ſignificari videtur, Tres in Eccleſia ſtatus eſſe,

a *p.* 644.
b *p.* 23. 899
c *p.* 302. 1279.
d *p.* 646, 654, 655.

Digitized by Google

esse, Ecclesiasticorum, monachorum, & sæcularium. Vel, Incipientium, proficientium, & perfectorum. Incipientes ab animantibus immundis significantur; quatenus nõdum perfectè purgati, in vitiorum sordibus sunt. Proficientes autem, quia progrediuntur in virtutibus, seq; magis in dies purgant; rectè mundis animantibus comparantur. Homines autem perfectorum symbola sunt, quatenus mes, qua sunt præditi, contemplationem significat, qua perfecti pollent. Quaternarius autem numerus in animantibus immundis, quatuor virtutes morales indicat: quæ incipiunt in incipiẽtibus elucere. Septenarius autem numerus septem Spiritus sancti operationes exprimit; quæ in proficientibus cerni solent. Octonarius autem numerus in hominibus, maximæ perfectionis est symbolum, nempe beatitudinis tũ viæ, tum patriæ, quę in Dei contemplatione, ac visione posita est, can. 1948. 8444. Porrò animalia, hominum symbola esse, solent, præsertim fidelium, c. 570. 5319.

*Anno sexcẽtesimo, &c. Mense secundo, An anni? quẽ alij principium habuisse putant cum mundo mense Septembri, alij mense Martij. An mẽse secũdo vitæ Noe? *Rupti fontes abyssi magnæ, cataractæ cæli apertæ.* Videtur esse is loquendi modus, tropicus: quo ruptorum fontium, & apertarum cataractarum symbolis explicatur aquarum abundantia: quam supra naturę vires, & præter ordinem, ac morem, erumpere fecit Deus ex inexhaustis suæ potentiæ thesauris; omnes cæli, id est, aeris vapores, & magnam ipsius aeris partem in aquã conuertens; & ipsam magnæ abyssi, id est, Maris aquam rarefaciens, & in altũ attollens. Id innui videtur 2. Pet. 3. 5. nempe Diluuij tempore cælum, id est, aerem, & terram, aquis συνεστῶσα, concreta, & coagmentata fuisse, præter morem.

a Porrò is locus aquas indicat tum terrestres, tum pluuiales. a p. 105.

Mystice. *b* Aquæ diluuij, Baptismi gratiam significant, qua vetus homo, & peccatum deletur, 1. Pet. 3. 21. *c* Quadraginta autem dierũ numerus, quibus pluuia durauit; pœnitentiam indicat, quę debet Baptismum comitari. Nam Iesus post Baptismum, pœnitentiam nos docens, in desertum secessit ad ieiunium quadraginta dierum. Matt. 4. b p. 754, 757. c p. 781.

13 * *In articulo diei illius ingressus est Noe, &c. In articulo diei illius,* Eo ipso die. vulgata hebræum *Hbbètsem,* vertit articulum. *Et inclusit eum Dominus de foris,* Hebr. Et clausit Dominus super ipsum. LXX. Et clausit Dominus Deus arcam, ἔξωθεν αὐτῆς. *d* En Dei peculiarem prouidentiam erga iustum Noe. d p. 23. 899

CAPVT OCTAVVM.

SVMMA.

Cessat diluuium: siccantur aquæ: egreditur ex Arca Noe cum suis, & cum animantibus; oblatisque holocaustis, reddit mundo placatum Deum.

1 Recordatus autem Deus Noe, cunctorumq; animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. 2 Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cęli: & prohibitæ sunt pluuię de cælo. 3 Reuersæq; sunt aquę de terra euntes & redeuntes: & cęperunt minui post centum quinquaginta dies, 4 Requieuitque arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ. 5 At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium. 6 Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit coruum: 7 qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. 8 Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. 9 Quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquæ enim erant super vniuersam terram: extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam. 10 Expectatis autem vltra septem diebus alijs, rursum dimisit columbã ex arca. 11 At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo: intellexit ergò Noe, quod cessassent aquæ super terrã. 12 Expectauitq; nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est reuersa vltrà ad eum. 13 Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectum arcæ, aspexit, viditque

quòd

Digitized by Google

quòd exiccata eſset ſuperficies terræ. 14 Menſe ſecundò, ſeptimo & vigeſimò die menſis, arefacta eſt terra. 15 Locutus eſt autem Deus ad Noe, dicens: 16 Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tuí, & vxores filiorum tuorum tecum. 17 Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quàm in beſtijs, & vniuerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram: creſcite, & multiplicamini ſuper eam. 18 Egreſsus eſt ergò Noe, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. 19 Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia, quæ reptant ſuper terram, ſecundùm genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. 20 Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. 21 Odoratuſq; eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: Nequaquam vltra maledicam terrę propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci. 22 Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

Recordatus. Deum recordari alicuius, eſt effectis oſtẽdere ſe eius rei cognitionem habere, c.7242. ſeu, Beneficium aliquod poſt aliquam calamitatem conferre. *a* Innuitur Dei prouidẽtia, *b* & beneficẽtia, *Spiritum*, ventum, c.2298. *Diminuta ſunt*, Hebr. *Iashòccu*, Quieuerunt. LXX. ἐκόπασαν, ceſsarunt. * *Reuerſa ſunt aquæ de terra*, Deſtiterunt operire terram. *Euntes, & redeuntes*, Aquarum motus deſcribitur, ſeſe huc, illucque agitantium. *Cœperunt minui*, hebr. Defecerunt.

* *Requieuitque arca*, &c. *Vigeſimo*, Hebr. *Hhhasàr*, quod etiam *Decimo* verti poteſt. ſed etiã LXX. *Vigeſimo* vertunt. *Armenia*, Hebr. & LXX. *Ararat*. ita dicta minor Armenia. Eſt autem Armenia Aſiæ regio, c.4986.4989. * *Ibant, & decreſcebant*, Abibant decreſcendo, ad verbum ex hebr. *Erant ire, & minui*. In qua phraſi Infinitiuus pro nomine ponitur, & particula *Et*, pro, *Id eſt*. Erant euntes, id eſt decreſcentes, c. 2897. * *c Dimiſit coruum*. Hinc incipit Noe diligentia: ne egrederetur ex arca vllo cum periculo vel ſuæ familiæ, vel animalium. * *Egrediebatur, & non reuertebatur*. Hebraicè, Egreſsus eſt egredi, & redire, donec ſiccarentur aquæ. Repetitio eiuſdem vocis apud Hebræos exagerat. ergo idem eſt, *Egreſſus eſt egredi*, quod, Egreſsus omnino eſt, egreſsus ad non reuertendũ, c.8557. *Donec*, Non excludit reditum limitatè, ſed omnimodè, can.998.999.2815. 2868. Nunquam amplius coruus reuerſus eſt.

* *Emiſit quoque*, &c. *Poſt eum*, Hebreũ *Meittò*, poteſt etiam verti, *Cum eo*. Emiſit eodẽ tempore & coruum, & columbam; ſed poſt coruũ, columbam. * *Reuerſa eſt*. Cur non eſt reuerſus coruus? Quia inuenit, vbi requieſceret pes eius, nempe in cadaueribus ſupernatantibus. * *Ramum olivæ virentibus folijs*. Hebr. Folium oliuę fractum. Id clarius explicauit vulgata. nam fractum folium, ramus eſt. qui viridis erat, non multò antea ex olea deciſus.

* *Igitur ſexcenteſimo primo anno*, &c. *Imminutæ ſunt*. Hebr. Siccatę ſunt. *Exiccata eſſet ſuperficies terræ*. Hebr. Siccatæ eſsent (nempe aquæ) facie terræ. vel Facies terræ, id eſt, ſuperficies terræ. LXX. Defecit aqua à facie teriæ. * *Arefacta eſt terra*. Non ſolum erat terræ ſuperficies ſine aqua, ſed ſicca etiam ipſa terra.

* *Locutus eſt autem Deus*, &c. *d* Actio deſcribitur diuinæ prouidentiæ, tum hominum, tum animalium conſeruationem procurãtis. * *Creſcite, & multiplicamini*. Hæc verba innuunt 1. *e* Omnia à diuina voluntate pendere. 2. *f* Nihil in mundo eſse, quod præter ordinem diuinæ gubernationis contingat. 3. *g* Suam quamque rem creatã operationẽ habere. 4. *h* Creaturas corruptioni obnoxias vim producendi ſimiles habere. * *Egreſſus eſt ergo Noe*, *i* Obtemperans Deo iubenti.

* *Ædificauit autem Noe altare Domino*, &c. Ædificauit altare, vt Deum coleret cultu etiam externo. *k* Debetur enim etiam is cultus Deo. *Holocauſta*; Victimas, quæ detractis extis integræ aræ imponebantur, totæque comburebantur, c.1698. *l* Quod fiebat in reuerentiam diuinæ Maieſtatis. Nam quod offerebatur, totum comburebatur, vt reſolutum in vaporem, totum ſurſum aſcenderet; in ſignũ, quod quidquid habemus, à Deo eſt. vt totum conſumaretur, in ſignum quod Deus non indiget noſtris donis, c. 2197.

* *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Hebraicè Odorem requietionis. *m* Acceptauit Deus ſacrificia, quibus Noe Deo ſupplicabat, vt ab ira contra genus humanũ ceſsaret. Odoramenta, ſunt orationes Sanctorum, Apoc.5.8. c.6835.

a p.25 899. *b p. 54.* *c p.1761.* *d p. 23.* *e p. 296.* *f p. 304.* *g p.308.* *h p.311.* *i p.2061.* *k p.1915. 1919.* *l p.1864.* *m p.55.*

In

n p.892. o p.1152. 1193.1207. 1229.1268. 1272. p p.23.304.

In malum prona sunt: n quoniam rebellauit sensus à spiritu. o inde origo actionum malarum. * *Cunctis diebus*. &c. 22 p En etiam anni tempora diuinæ prouidentiæ subduntur.

Mystice. Noe post diluuium sacrificans Deo, est Christus Iesus post suam passionem, & resurrectionem, & ascensionem in cælum, offerens per manus Sacerdotum in Ecclesia militante Deo Patri sacrificium corporis, & sanguinis sui. Nam arca, est Ecclesiæ figura, ex 1. Per. 3. 21. ergo Noe, qui arcam ædificauit, Christi figura est, qui Ecclesiam instituit. ergo egressus Noe ex arca, est Christus ex Ecclesia militante ad triumphantem ascendens: q & sacrificia, quæ à Noe offeruntur, Missæ sacrificium figurant. q p.478. 479.762.

CAPVT NONVM.

SVMMA.

Benedicitur à Deo genus humanum ad multiplicandum: prohibetur homicidium: promittitur non amplius fore diluuium vniuersale: inebriatur Noe, ac euigilans, sub figuris Sem, ac Iapheth, Synagogam, Ecclesiamque vaticinatur.

1 BEnedixitque Deus Noe & filijs eius. Et dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. 2 Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quę mouentur super terrā: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. 3 Et omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia; 4 Excepto, quòd carnem cum sanguine non comedetis. 5 Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu viri & fratris eius, requiram animam hominis. 6 Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. 7 Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. 8 Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo: 9 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos: 10 & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum, tam in volucribus, quàm in iumentis & pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestijs terræ. 11 Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium dissipans terram. 12 Dixitque Deus: Hoc signum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas. 13 Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. 14 Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus: 15 & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat: & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendum vniuersam carnem. 16 Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum, & omnem animam viuentem vniuersæ carnis, quæ est super terram. 17 Dixitque Deus ad Noe: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me, & omnem carnem super terram. 18 Erant ergo filij Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipse est pater Chanaan. 19 Tres isti filij sunt Noe: & ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram. 20 Cępitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. 21 Bibensque vinum, inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. 22 Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. 23 At verò Sem, & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. 24 Euigilans autem Noe ex vino, cùm didicisset, quæ fecerat ei filius suus minor, 25 ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.

26 Di-

Digitized by Google

26 Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius. 27 Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius. 28 Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. 29 Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus est.

Interpretatio litteralis, & mystica.

Benedixitque Deus Noe, & filijs 1
eius, &c. *Benedixit, a* Fœcunditatem tribuit, c.2540. ad producendum sibi similes. *b* Ex quo intelligimus, à Deo esse multitudinem creaturarum. *c* Ipsum omnia gubernare. *Crescite*, &c. *d* Suam quæque res creata operationem habet. * *Et terror vester,* 2
ac tremor sit super cuncta animalia terræ, &c. *e* Constituitur homo dominus visibilium. * *Omne*, &c. *erit vobis in cibum.* 3
f Nulla creatura ex se illicita, *g* nec illicitum bestias occidere. * *Carnem cum* 4
sanguine non comedetis. Hebr. Tantum carnē cū anima eius sanguine eius non comedetis. explicat quid animæ nomine significauerit, nempe sanguinem. Sanguis autem anima, id est, vita, dicitur per hypallagen, qua sumitur causa pro effectu, c. 8687. quia sanguis causa est vitæ sensitiuę. Vita autem sensitiua, anima solet appellari, c.1164.1165. Prohibet autē esum carnis cum sanguine; vt horreant sanguinem; vt proinde horreant effundere humanum sanguinem; vt ex ijs intelligitur, quæ subduntur. * *Sanguinem enim ani-* 5
marum vestrarum, &c. *h* Prohibet homicidium, quo homo vita priuatur, quæ est vnio animæ cum corpore. *Requiram*, Restitutionem exigam vitæ ablatæ. Exigam, inquit, ab ipsis bestijs, si hominem occiderint: quantò magis ab hominibus? Exigam de manu *viri*. hebr. *Ish*, cuiuslibet, etiam fratris eius. Puniam etiam fratrem, si fratrem occiderit. * *Ad imagi-* 6
nem, &c. Ratio redditur, cur hominem occidere non liceat. *i* est enim ad imaginem Dei, supra c.1.n.26,27. proinde dignus honore, & soli Deo subditus secundum vitam. non potest ergo occidi, nisi ab habente potestatem, qui locum teneat Dei. K qui vltor est scelerum.

* *Hæc quoque dixit Deus ad Noe*, &c. 9
Statuam pactum meum, Meam promis- 10
sionem: ne vos, neque posteritas sit perpe- 11
tuò timens, ne iterum diluuium vniuersale cōtingat. *Diluuium dissipans terram.* Totam terram. nam diluuium particulare aliàs accidit post vniuersale diluuium. * *Arcum meum ponam in nubibus*, In si- 12
gnum rememoratiuum quod non contin- 13
get diluuium vniuersale, fumo Iridem, 14
d. 1237. & seqq. quæ licèt sit naturale si- 15
gnum pluuiæ, & ab orbe condito semper 16
in nubibus apparuerit, nunc tamen sumitur à Deo in signum ad placitum non futuri diluuij, memoriam diuinæ promissionis faciens. His verbis se Deus *l* benignum, *m* & pactorum fidelem ostendit. l *p.53.* m *p.48.*

18 * *Erant ergo filij Noe*, &c. *Cham ipse* 17
est pater Chanaan. Chananæi à Cham originem duxerunt: qui incoluerunt terrā promissionis, homines sceleratissimi; ob eorū peccata exterminauit eos Deus per Israelitas. Ob id horum mentionem vi- 18
detur facere Moyses. * *Ab his dissemi-* 19
natum est, &c. Innuunt hæc verba Noe nō habuisse filios plures tribus. Hebr. Ab his sparsa, siue diuisa est vniuersa terra. *Naphàts* vtrunque significat, Spargere, & confringere, siue diuidere. *n* Hominum generatio ab his tribus est propagata. n *p.320.*

20 * *Cœpitque Noe vir agricola exercere* 20
terram. Hebr. Cœpit; Noe (esse) vir terræ, id est, Agricola, vt vir belli, miles, c.854 c.8543. * *Bibensq; vinū, inebriatus* 21
est. *o* Solet vinum potatum ebrietatem efficere. * *Quod cum vidisset Cham*, &c. 22
p Debetur parentibus reuerentia; contra quam peccauit Cham, verenda patris nudata fratribus nuncians. Exhibuerunt autem patri reuerentiam Sem, & Iapheth, quatenus patris verenda operuerunt. o *p.2308.* p *p.2039.*

23 * *Faciesq; eorum auersæ erant.* *q* Diligentia in oculorum sensū custodiēdo; *r* & modestiæ actus laudabilis. *Operuerunt.* *s* Ornatu aliquo turpitudinem occultare corporis, licitum. q *p.2414.* r *p.2419.* s *p.2445.*

Euigilans autem Noe ex vino, &c. 24
* *Filius suus minor.* Iapheth erat natu maximus, vt indicatur infra cap. 10. n. 21. Cham natu minimus, vt hoc in loco in- 25
nuitur. * *Maledictus Chanaan.* Iam ex Cham natus erat post diluuiū filius Chanaan. *t* quem maledicit Noe; vt pater puniatur in filio, quatenus filius est quid patris. *u* Maledictio autem non est illicita, si quis imperet malum alteri sub ratione iusti. Quamquam dici potest, Noe non imprecatum fuisse malum nepoti, sed vaticinatum, c.457. vel peccati destructionē imprecatum fuisse; vt gens impia fieret Ecclesiæ serua, eius præceptis obediens, c.458. *Seruus seruorum.* Ea eiusdem nominis geminatio excessum significat, seruum vilissimum, c.8556. seruum pœnæ, quatenus deleti sunt Chananæi ab Israe- 26
litis filijs Sem. * *Benedictus Dominus.* t *p.1290.* u *p.1904.*

x Bene-

Digitized by Google

benedicere, cum ſit ab inferiore ad ſuperiorem, idem eſt, quod laudare, c.2539. *Deus Sem*, quatenus ex eius ſemine progenitus populus Dei, ac Chriſtus. *Sit Chanaan ſeruus eius*. Reliquias Chananæorũ fecit Salomon Iſraelitis tributarias, 3. Regum 9.21. De filijs autem Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quemquam.

27 * *Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem: ſit Chanaan ſeruus eius.* Duplex ſenſus eſſe poteſt. Primus, Multiplicet Deus progeniem Iapheth longe, latèque: ſed habitet ipſe Deus in tabernaculis Sem, colatur ab Hebræorũ populo, habeat in illo arcam, ac templum. & iterũ repetit, *Sit Chanaan ſeruus Sem*. Alter ſenſus: vt ſit vaticiniũ de Chriſti aduentu, quatenus in omnibus Scripturis eſt aliquid de Chriſto, Luc.24.27. ac proinde quidquid ſecundum litteram ad Chriſtum referri poteſt, ad Chriſtũ referre debemus, c.415.433. Dilatet, inquit, Deus, Iapheth, id eſt, longe, lateq; diffundat fidem in populo Gentili, qui per Iapheth figuratur: & habitet in tabernaculis Sem, id eſt, in Eccleſia, quæ principiò fuit è Iudæis, quales fuerunt Apoſtoli. Vel, Habitet in tabernaculis Sem, id eſt, repudiata à Deo Synagoga, in eius locum ſuccedat populus Gentilis, ac ipſe ſuſcipiat veram Fidem, ac veram Religionem. Chanaan autem videtur pro Infidelibus ſumi. Quos ſeruos Fidelium nominat, quatenus qui ſunt in gratia Reges ſunt, ac dominãtur populis. Vel quatenus Infideles ad Eccleſiã accedentes, Eccleſiæ ſeruiunt. Solet autem in Scripturis ſanctis vna infidelium gens, vt Ægyptus, Tyrus, &c. pro omnibus infidelibus ſumi. Porrò Sem, Chanaan, Iapheth figuræ, pro figuratis ſumuntur Synagoga, Infidelibus, Eccleſia, c.535.

Myſticè. Noe Chriſti figura fuit, vt ſupra dictum eſt, cap.8.n.20. *a* Ergo Noe terram exercens, & vineã plantans, Chriſtum ſignificauit, à quo eſt Eccleſiæ inſtitutio, c.7632.7849. Noe bibens vinum, & inebriatus, ac nudatus in tabernaculo ſuo, Chriſtus Dominus eſt: cui Pater diuinæ vltionis poculũ propinauit, c.7853. quod pro mundi peccatis bibit; *b* & inebriatus charitate, nudus in cruce pependit, *c* opprobrium factus & Iudæis, & Gentilibus. Chami patrem irridens, *d* figura eſt Infidelium, quibus Chriſti crux ſcãdalum eſt, ac ſtultitia. Sem, & Iapheth figura ſunt Fidelium è Iudæis, ac ex gentibus congregatorum: quorum prædicatione, ac vitæ exemplo, Chriſti paſſiones, & opprobria, quaſi pallio conteguntur, vt omnibus appareant glorioſa, oſtendentia Dei charitatem, qua dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. Facies auerſa, ac videre nolens patris nuditatem, eſt mens piorum captiuantium intellectum in obſequium Fidei, nolẽtium plus ſapere, quàm oportet ſapere circa Chriſti paſſiones. *e* Porrò Chanaan Infideles, ac impios exprimit Diaboli ciues. Sem autem Synagogam figurat, & Iapheth populum Gentilem: *f* quem Deus dilatauit cum ad Fidem vocauit. *g* Induxit in tabernacula Sem, cum deſeruit Synagogam. *h* & in eius locum inſtituit ex gentibus Eccleſiam. *i* Figura autẽ Eccleſiæ Iapheth; *k* quam Deus longe, lateq; dilatauit; *l* & Catholicam eſſe voluit.

a p.620.
b p.563.
c p.559.
d p.834. 886.
e p.881.
f p.1429.
g p.1431.
h p.620.
i p.880.
k p.1397.
l p.630.

CAPVT DECIMVM.

SVMMA.

Filij Iapheth, & Cham, & Sem recenſentur: à quibus vniuerſæ nationes propagatæ ſunt, regionibus, ac linguis diſtinctæ.

1 HÆ ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natiq; ſunt eis filij poſt diluuium. 2 Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Moſoch, & Thiras. 3 Porrò filij Gomer: Aſchenez, & Riphath, & Thogorma. 4 Filij autem Iauan: Eliſa, & Tharſis, Cetthim, & Dodanim. 5 Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundùm linguã ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis. 6 Filij autem Cham: Chus, & Meſraim, & Phuth, & Chanaan. 7 Filij Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha. Filij Regma: Saba, & Dadan. 8 Porrò Chus genuit Nemrod: ipſe cæpit eſſe potens in terra, 9 & erat robuſtus venator coram Domino. Ob hoc exiuit prouerbium: Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino. 10 Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. 11 De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis,

Digitized by Google

tatis,& Chale. 12 Reſen quoque inter Niniuen & Chale: hæc eſt ciuitas magna. 13 At verò Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Nephtuim, 14 & Phetruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthiim, & Caphtorim. 15 Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum ſuum, Hethæum, 16 & Iebuſæum, & Amorrhæum, Gergeſæum, 17 Heuæum, & Aracæum: Sinæum, 18 & Aradium, Samaræum, & Amathæum: & poſt hæc diſſeminati ſunt populi Chananæorum. 19 Factique ſunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vſque Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vſque Leſa. 20 Hi ſunt filij Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terriſque & gentibus ſuis. 21 De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. 22 Filij Sem: Aelam, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. 23 Filij Aram: Vs, & Hul, & Gether, & Mes. 24 At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. 25 Natique ſunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan. 26 Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Aſarmoth, Iare, 27 & Aduram, & Vzal, & Decla, 28 & Ebal, & Abimael, Saba, 29 & Ophir, & Heuila, & Iobab: omnes iſti, filij Iectan. 30 Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem orientalem. 31 Iſti filij Sem ſecundùm cognationes, & linguas, & regiones, in gentibus ſuis. 32 Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

Interpretatio litteralis.

a *p.320.* a POpulorum è filijs Noe generatio narratur: quæ à quibus filijs nationes deſcenderint, ſi quis hanc eruditionem optat, legat Abulenſis, & aliorum cõmentarios. non putamus eſſe illam neceſſariam ad Scripturarum intelligentiam. pauca quædam ex Abulenſe indicabimus. 1 * *Gomer*, Ab eo Galatæ Græciæ populi. *Magog*, Scithæ, ſiue Gothi, ſiue Turcæ. *Madai*, à quo Medi. *Iauan*, ex eo Iones in Græcia. *Tubal*, ex eo Hiſpani. *Moſoch*, Cappadoces. *Thiras*, Thraces. 2 * *Eliſa*, Ezech. 27.7. Hyacinthus, & purpura de inſulis Eliſa. *Tharſis*, ex eo Cilices. An Carthaginenſes? an Indi? c.5173. *Cethim*, Populi in Italia, vt innuitur Num.24.24. LXX. κίτιοι. *Dodanim*, LXX. ῥόδιοι. 4

5 * *Vnuſquiſque ſecundum linguã ſuam*, Hæc per anticipationem dicuntur. nam diuiſio linguarum contigit in diebus Phaleg.

6 * *Chus*, ex hoc Æthiopes. *Meſraim*, ex eo Ægyptij. *Phuth*, à quo Libices, apud quos fluuius Phut. *Chanaan*, cui maledixit Noe, & à quo gentes, quæ terram promiſſionis tenebant. 7 * *Saba*, à quo Sabei, qui ſunt in Arabia. *Euila*, à quo Getuli prope Carthaginem. *Sabatha*, à quo Sabatheni. *Regma*, *Sabatacha*, *Saba*, *Dadan*, hi qui fuerint, ignotum. Cæterum cum à Chus, ſint etiam Æthiopes, vt ſupra dictum eſt; dicendum alium ei fuiſſe filium, præter hìc nominatos, ex quo fuerunt Æthiopes. 8 * *Potens in terra*, Alios opprimens, ac ſubijciens. 9 * *Robuſtus venator*, hebr. *Gibbòr tsàijd*, opprimens venatione, id eſt, dolo, iniuria. Venatores ſymbolum ſunt captiuantium, & inſidiãs molientium, c.7777. *Coram Domino*. LXX. ἐναντίον τοῦ θεοῦ, Cõtra Dominum, inuito Deo, cõtra Dei voluntatẽ, c.2846.

10 * *Principiũ regni eius* Fuit ergo Nemrod Rex, & fortaſſe primus Rex poſt diluuium. fortaſſe primus ab orbe cõdito. nam licet ante diluuium fuerint vrbes, & vita politica; ac proinde neceſſarium fuit regimen politicum: non eſt tamen certum regimen fuiſſe monarchicum penes Reges, cum potuerit penes Remp. eſſe. *b* Porrò textus hic indicat Nemrod hominem iniuſtũ fuiſſe. *Aſſur*, filius Sem infra. An eſt alius Aſsur ex progenie Cham? *b p.1817.* 1861.

13 * *Laabim*, Libyes. Cæteri populi ignorantur. 14 * *Phetruſim*, ab his fortaſſe Phatures vrbs in Ægypto, c.5131. *Philiſtiim*, vide noſtram tertiam Partem can. 5132.

15 * *Sidonem*, à quo extructa, & appellata vrbs Sidon in Phenicis prouincia, c.5158.

17 * *Aracæum*, qui condidit Archas oppidũ quoddam contra Tripolim in radicibus 18 Libani. * *Aradium*, qui vrbem condidit in inſula iuxta littus Phœnices, c.4985. *Amathæum*, hebr. *Hhamathì*, ex quo Hemath ciuitas in Syria, quæ dicta & Reblatha, & Epifania, & Antiochia. *Populi Chananæorum* omnes hi. ſed in libris Exodi, Numerorũ, Deuteronomij, vnus ex populis à Chanaan deſcendentibus peculiari nomine Chananæus appellatur, & ab alijs populis diſtinguitur.

21 * *De Sem quoque nati ſunt, patre omnium*

Digitized by Google

miũ filiorũ Heber, fratre Iapheth maiore. De Sem pluribus verbis fit mentio. quoniam ex eo deſcendit Iſraeliticus populus. *Fratre Iapheth maiore*, Hebraica verba ita vertenda eſſent, *Fratre Iapheth maioris*, vt vertunt LXX. quare is ſenſus videtur eſſe vulgatæ: quamuis Iapheth ſit maior natu Sem, tamen ex Sem deſcendit populus Dei; ob idque mentionem fecit Heber, à quo fuit Abraham, è quo populus Dei.

* *Filij Sem*, &c. *Aelam*, ex eo Elamitæ 22 populi in Aſia ſupra Babylonem, c. 4968. *Aſſur*, à quo dicti Aſsyrij, c. 4994. *Arphaxad*, à quo Chaldæi. natus duobus annis poſt diluuium, c. 4371. *Lud*, à quo Lydij. *Aram*, ex quo Syri; ideo Syria hebraicè 23 Aram appellatur, c. 1191. * *Vs*, hebraicè *Hhhuts*, Thren. 4. 21. Lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus. Videntur ab Vs fuiſſe populi, qui circa Idumæam habitarũt. *Hul*, à quo Armenij, vt apud Oleaſtrum. *Gether*, à quo Getuli, apud eũdem 24 Oleaſtrum. *Mes*, à quo Meones. * *Heber*, à quo principium habuerunt Iſraelitæ. 25 * *Diuiſa ſit terra*, diuiſione linguarum 28 facta. * *Ophir*, à quo denominata regio, c. 5120. *Hauila*, qui Prouinciæ in India nomen indidit. vide ſupra cap. 2. num. 11. 29 * *Sephar*, quam Eugubinus in Arabia collocat.

CAPVT VNDECIMVM.

SVMMA.

Habetur in vndecimo capite ciuitatis, ac turris Babel ædificatio, linguarum diuiſio, Chriſti Domini genealogia à Sem vſque ad Abraham.

1 ERat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem. 2 Cumq; proficiſcerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. 3 Dixitque alter ad proximum ſuum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento: 4 & dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras. 5 Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam, 6 & dixit: Ecce, vnus eſt populus, & vnum labium omnibus: cæperuntq; hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleãt. 7 Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt nõ audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. 8 Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. 9 Et ideo vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum. 10 Hæ ſunt generationes Sem: Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium. 11 Vixitque Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. 12 Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. 13 Vixitque Arphaxad poſtquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias. 14 Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. 15 Vixitque Sale poſtquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. 16 Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. 17 Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. 18 Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. 19 Vixitq; Phaleg poſtquam genuit Reu, ducentis nouem annis: & genuit filios & filias. 20 Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. 21 Vixit quoque Reu poſtquam genuit Sarug, ducentis ſeptem annis: & genuit filios & filias. 22 Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. 23 Vixitq; Sarug poſtquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. 24 Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare. 25 Vixitque Nachor poſtquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. 26 Vixitque Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran. 27 Hæ ſunt autẽ generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Lot,

Digitized by Google

28 Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. 29 Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran, patris Melchæ, & patris Ieſchæ. 30 Erat autē Sarai ſterilis, nec habebat liberos. 31 Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Lot filium Aran, filium filij ſui, & Sarai nurū ſuam, vxorem Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: veneruntque vſque Haran, & habitauerunt ibi. 32 Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

Erat autem terra labij, &c. *Terra*, Hypallage, c.8689. continens pro contentis, nempe hominibus. *Labij*, alia hypallage, can.8687. cauſa pro effectu, nempe ſermone. *Et*, Id eſt, can.2897. *Sermonum eorundem*, Epexegeſis explicans quid ſit eſſe labij vnius, c.8769. Illa autem lingua videtur fuiſſe hebraica: vt indicant nomina primorum hominum, Adam, Cain, Heua, & alia; quæ ſignificationem, quam eis ſacra Scriptura tribuit, accipiunt à lingua hebraica. 1

* *De oriente*, ex Armenia, quæ eſt magis orientalis, quàm Babylonia. 2 3

vbi cæperat Noe habitare cum filijs: nam arca quieuerat in montibus Armeniæ. 4 Terra autem montuoſa erat incommoda: ideo deſcenderunt ad plana. Ex his habemus 1. Actum locutionis in hominibus. *Sermonum eorundem*. 2. *a* Exercitium motus localis, *Cum proficiſcerentur de oriente*. 3. *b* Architecturæ artem, *Venitè, faciamus lateres*, &c. 4. *c* Superbiæ actum, inordinatum gloriæ appetitum, *Celebremus nomen noſtrum*. 5 *d* Audaciæ illicitæ actum, temeritatis, & præſumptionis, *Faciamus*, &c. *cuius culmen pertingat ad cælum*.

a *p.*177.
b *p.*268.
c *p.*2381. 2235.
d *p.* 247. 2204. 2217.

* *Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim*, &c. *Deſcendit Dominus*, ad prouidendum ſuam Maieſtatem inclinauit, *e* 5852. *e* nam Deus vbique eſt omnia videns, *f* omnibus prouidens. * *Donec eas vbere compleant*, 6 Vt turrim ad ingentem altitudinem perducant; non ad cælum ipſum: nam id fieri non poterat ob impedimentum aeris ſupremæ regionis tenuiſſimi, non apti ad reſpirandum, præter alia impedimenta.

e *p.*16.
f *p.* 23, 24, 25. 304. 1279.

g Quod Deus turris ædificationem non probat, ſed punit, innuit *h* ſuperbiæ peccatum in ædificantibus, & audaciam illicitam. 7 * *Venite, deſcendamus*, *i* Loquuntur tres diuinæ perſonæ. Venire autem, ac deſcendere, reſpectu Dei, ſymbolum eſt noui effectus, c.7782. *k* ac prouidentiæ, *l* quæ fortis, ac ſuauis. 9 * *Babel*, בבל *Balal*, eſt confundere. inde Babel, id eſt, In confuſione, vel Cum confuſione. nā littera ב *Beth* ſignificat & In, & Cum. *Labium vniuerſæ terræ*, putantur fuiſſe linguæ in ſeptuaginta duo idiomata diſtinctæ

g *p.* 1279.
h *p.* 247. 2204. 2217.
i *p.*57.
k *p.*23.
l *p.*305.

Myſticè. Oriens, Chriſtus Dominus eſt, c.6881. qui & mons, c.6689. à quo recedunt, qui ab arduo, anguſteque virtutis tramite abeunt in amplam, latamque viam vitiorum, c.5576. 6432. aut à veritate fidei ad humana commenta deſcendunt. *m* Lateres autem pro ſaxis habentur, quatenus non amplius charitatis, ſed cupiditatis opera exercentur: *n* è quibus ſuperbiæ turris ædificatur, & hæreticorum dogmata, & munimenta vitiorum, *o* Babel ciuitas Diaboli, & Eccleſia impiorum.

m *Vid. Patres in Sylua allegor. v. Later.*
n *Vide Bed. Ruper. Hieron. in Syl. all. v. Turris in fin.*
o *p.*881.

10 * *Hæ ſunt generationes Sem: Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium*, &c. *p* Genealogia Chriſti Domini texitur vſque ad Abraham. *Haran*, hebraicè חרן *Hharan* vrbs Meſopotamiæ, quæ in Actis Apoſtolorum *q* Charan appellatur, ſolet enim verti hebræum *n Hheth* in græcum χ, quod latinè vertitur *Ch*. In ea vrbe moratus eſt Abraham antequam pergeret in terram Chanaan.

p *p.* 320.
q *Act.*7.2.

Digitized by Google

CAPVT DVODECIMVM.

SVMMA.

Abram vocatio, & obedientia narratur; & Dei promiſſio; & Abram religio, & peregrinatio in Aegyptum.

1 DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quam monſtrabo tibi. 2 Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. 3 Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. 4 Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cū eo Lot: ſeptuaginta quinque annorū erat Abram cùm egrederetur de Haran. 5 Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Cùmque veniſſent in eam, 6 pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra. 7 Apparuit autē Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. 8 Et inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. 9 Perrexitque Abram vadens, & vltrà progrediens ad meridiem. 10 Facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. 11 Cumque propè eſſet vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori ſuæ: Noui quòd pulchra ſis mulier: 12 & quòd cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt: Vxor ipſius eſt: & interficient me, & te reſeruabunt. 13 Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea ſis: vt benè ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. 14 Cùm itaque ingreſſus eſſet Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem quod eſſet pulchra nimis. 15 Et nunciauerūt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis. 16 Abram verò benè vſi ſunt propter illam: fueruntq; ei oues & boues, & aſini, & ſeruī, & famulæ, & aſinæ, & cameli. 17 Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domū eius propter Sarai vxorem Abram. 18 Vocauitq; Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam eſt hoc, quod feciſti mihi? quare non indicaſti quod vxor tua eſſet? 19 Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade. 20 Præcepitque Pharao ſuper Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

1 D*Ixit autē Dominus ad Abrā: Egredere*, &c. *Egredere*, Cum Stephanus Act. 7. dicat vocatum fuiſſe Abram à Deo cum eſſet in Meſopotamia, id eſt, in Chaldæa Meſopotamiæ prouincia, c. 5025. 5108. & egreſſum habitaſſe in vrbe Aran, ſeu Charan, quæ etiam erat in Meſopotamia magis ſtrictè accepta; & hinc diſceſſiſſe in terram Chanaan poſt mortem patris, dicaturque in hoc capite Abram, cum egreſſus eſt ex Aran ſeptuaginta quinque annorum, & pater eius mortuus cū eſſet ducentorum quinque annorum, cepiſſe autem generare cum eſſet annorū ſeptuaginta: videtur dicendum, Abram non fuiſſe primogenitum, ſed natum cū eſſet Thare annorū centum triginta; & egreſſum fuiſſe iuxta Dei vocationem è terra ſua, cum egreſſus eſt ex Vr Chaldæorum cum patre; non potuiſſe autem exire de domo patris ſui, niſi poſt mortem patris, cum eſſet Abram annorum ſeptuaginta quinque, atque tunc fuiſſe perfectè executum vocationem Dei. Ex hac hiſtoria habemus 1. a Ab Infidelium commercio cauen- a p. 913. 914. 1422.

Digitized by Google

cauendum, d.3583. nam Abram vocatus est è patria, cognatione, ac domo, ne labe-
retur in peccatum idololatriæ, in quo erāt
b p.395. eius ciues, & cognati. 2. b Esse à Deo vo-
cationem ad perfectionem. Vocatus enim
est Abram ad vitam perfectiorem, præci-
sis occasionibus amoris inordinati in pa-
c p.2124. triam, & in suos. 3. c Licitum esse licita
promittere, exemplo Dei, * Faciamque te 2
d p.23. in gentem magnam. 4. d Esse in Deo prou-
identiam, Egredere, &c. Faciamque te
e p.380. in gentem magnam, &c. 5. e Peculiarem
Dei erga pios prouidentiam esse, Egre-
dere, &c. * Benedicam benedicentibus 3
f p.24. tibi, &c. 6. f Esse Deum Iudicem omniū,
Benedicam benedicentibus tibi; maledi-
g p.54. cam, &c. 7. g Esse in Deo beneficentiam,
h p.25. Benedicam benedicentibus tibi. 8. h Esse
Deum vindicem, ac vltorem male agen-
tium, Maledicam maledicentibus tibi.
i p.449. 9. i Fuisse Christi primum aduentum pri-
scis patribus promissum. en Abrahæ pro-
mittitur, In te benedicentur vniuersa co-
k p.426. gnationes terræ, c.564. 10. k Christum
esse verum hominem: quia ex semine
l Gen. 22. 18. Abrahæ, In te benedicentur, id est, l in se-
mine tuo. 11. m Assumpsisse Filium Dei
Gal. 3. 14. m p.434. verum corpus humanum, In te bene-
dicentur, id est, in tuo semine. 12. n Iesu
n p.435. o p.578. Christi corpus ex Abrahæ stirpe fuisse
deriuatum, In te benedicentur. 13. o Ex
meritis esse Christi quidquid nobis pro-
p p.579. dest ad vitam æternam, In te benedicen-
tur omnes cognationes terræ. 14. p Adæ-
quatè Christum pro peccatis omnium
hominum satisfeciſse, Benedicentur om-
nes cognationes terræ.

* Egressus est autem Abram, &c. 4
q p.2061. Egressus est, q Obedientiæ exemplum. 5
Sichem, aliàs Sichima, Ephron, Sichar, 6
Neapolis, c.5157. Conuallem illustrem,
LXX. δρῦν ὑψηλὴν, quercum excelsam,
fortasse in ea planitie erant quercus ex-
r Ex Adri-com. Ma-nasse 1. n. 24. celsæ valde. r Conuallis illustris, quæ &
Vallis Saue, & Vallis Regis; Iosepho
Campus regius dictus, propter sui fertil-
itatem, & amœnitatem. Incipit à mari
Galilææ ad Bethsan, & extenditur per to-
tum descensum Iordanis vsque ad mare
mortuum; eratq; illustrissima prius quàm
Dominus subuerteret Sodomam, & Go-
morrham; quæ medio Iordane irriga-
batur, sicut paradisus Domini, & sicut
Ægyptus.

* Apparuit autem Dominus Abram, 7
& dixit ei, &c. Apparuit Dominus,
s p.1593. s Amicitiæ signum est exhibitio visibilis
t p.346. præsentiæ. t Solent spiritus visibili specie
hominibus apparere. Semini tuo dabo,
u p.2124. x p.37.1915. 1919. u Dei promissio. * Aedificauit altare, 8
x Ad cultum exhibendū Deo. y Ad gra-
y p.2083. tias agēdas pro beneficio terræ promissæ.
vid. sup. c.4. 26. Bethel, ciuitas ad latus
montis Garizim, Iosue 8. Montes etiam
eo nomine appellati, c.1188. Hai, ciuitas
iuxta Bethel, quam excidit Iosue.

Mystice. z Abram Sacerdotū symbolū z p.646.
videtur esse. Quorū vocationis est remo-
tos viuere, ac seiunctos à consanguineis, &
à curis sęcularibus, vt cōmodius in diuinū
cultum, & in auxilium animarum possint
incumbere. Hoc enim est ædificare altare
Domino. a Porrò Tabernaculum symbo- a p.620.
lum est Ecclesiæ, siue Hierarchiæ eccleſia-
sticæ, c.7585. Hai, à radice ayn Hhhauāh,
iniquitatē significat; Bethel autem, sonat
Domum Dei. Quid ergo est tēdere taber-
naculū inter Bethel, & Hai: nisi in Eccleſia
militante morari, quæ media est inter infi-
deles, ac hostes Dei, & inter beatos, ac cęli
ciues? Habēt Eccleſia, iustiq; homines ab
oriente Hai: quatenus secundum veterem
hominē ortū habent à peccatoribus, & ipsi
à peccatis vocātur ad gratiam. Habent ab
occidēte Bethel, quatenus mortis occasus
aperit illis aditum, & ingressū ad cęlum.

10 * Facta est autē fames in terra, descen- c p.1280.
ditq; Abram, &c. Fames, c Pœna peccati d p.1759.
originalis. Descendit in Aegyptum, d vt
11 sibi, familiæq; prouideret. * Noui, &c.
e Alius prouidentiæ actus, quo Abram suæ e p.1759.
12 vitæ consulit. * Interficient me, Timet li-
citè. f Licet autē timendo fugere id, quod f p.2280.
est secundū rectam rationem fugiendum.
13 * Soror mea, Erat verè consanguinea, vt
Loth; quē infra fratrem appellat. Fratres
autem in Scriptura dicuntur, qui sunt ex
vna familia, c.1645. g Potest autē veritas g p.2114.
prudenter celari, non mentiendo, Docet
Abram Sarai celare, quod sit vxor. Spe-
rabat autem Abram Sarai constantem fu-
turam ad non admittendam copulam, ne
committeret adulterium; ac Deum proui-
surum. vt & factum est. Anima, pro vita
14 corporea, c.1165. * Pulchra nimis, h Præ- h p.149.
16 terquā quod humani corporis species per
se decora. * Abram verò bene vsi sunt, i p.1594.
i Nam amicitiæ effectus est amico bene- k p.190.
facere. Propter illam, k Nam amoris cau-
sa est ratio delectabilis. ergo amabāt Ægy-
ptij Abram ob Sarai pulchritudinem.
17 * Flagellauit autem Dominus Pharao- l p.1279.
nem plagis maximis, &c. Flagellauit 1799.
Pharaonem, l Nam tentauit cognoscere
Sarai Pharaoni repugnantem, ne commit-
18 teret adulteriū. * Vocauit Pharao Abram,
Monitus & plagis, & Angeli fortasse ap-
paritione, & ipsius Sarai verbis; quam
probabile est, veritatem manifestasse, se
19 esse vxorem Abram. * Ecce coniux tua, m p.1800.
accipe eam, m Nam ius læsum, debiti so-
lutione compensandum. Præcepitq; Pha-
rao, &c. n Nam debebat hæc officia, quā- n p.2159.
tenus hospes in eius domo fuit vxor A-
bram.

CA-

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Reuertitur Abram ab Aegypto in terram Chanaan, & à Lot nepote diuiditur, eiq; à Deo iterum terra Chanaan in posterorum habitationem promittitur.

1 Ascendit ergò Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad australem plagam. 2 Erat autē diues valdè in possessione auri & argenti. 3 Reuersusq; est per iter, quo venerat, à meridie in Bethel, vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai: 4 in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomē Domini. 5 Sed & Lot, qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. 6 Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. 7 Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. 8 Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. 9 Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. 10 Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequā subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham, sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. 11 Elegitq; sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab oriente: diuisique sunt alteruter à fratre suo. 12 Abram habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis, quæ erāt circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. 13 Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. 14 Dixitque Dominus ad Abram, postquā diuisus est ab eo Lot: Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonē & meridiem, ad orientem & occidentē. 15 Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo & semini tuo in sempiternum. 16 Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ: si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. 17 Surge, & perambula terram in longitudine, & in latitudine eius: quia tibi daturus sum eam. 18 Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

Interpretatio litteralis.

a p.1679. A *Scendit ergo, &c. Rixa.* a Peccatum est charitati contrariū, cum quis aliū inuadit iniustè. * *Chananæus*, Ita dicta peculiariter vna gens ex septem, ad quas delendas introducti sunt filij Israel: quæ & Chananæi dictæ, c.1353. *Pherezæus*, Alia gens ex septem. 1 7

* *Dixit ergo Abram, &c. Ne quæso* 8
b p.1679. *sit, &c.* Apparet ex Abram verbis 1. b Fu- 9
c p.1571. ga rixæ. 2. c Amicitiæ fraternæ prosecu-
d p.1601. tio, def.4376. 3. d Pacis prosecutio.
e p.1759. 1761. 4. e Cautio, ac Prouidentia, ne accidat inimicitia, & rixa, d.3759. quod fit cedendo
f p.1571. alteri, d.4408. f & se cum alterius iudicio,
& voluntate conformando, d.4433.4435.
g p.914. 5. g Tentationum fuga. * *Eleuatis itaque* 10

Lot oculis, &c. Ex electionis modum. 11
1. h Præcedit bonorum consideratio, vt h p.186.
excitetur animus ad prosequendum; & mediorum inquisitio, d.3752.3753.3754.
2. i Deinde sequitur electio eius boni, i p.162.
quod intellectus animaduersis aliis, con- 1730.
cludit præ aliis esse amplectendū. *Venientibus*, Hebr. נסעם *Boachà*, Progredientes re. Duplex sensus esse potest vel, Regionem illam fuisse irriguam, sicut via Ægypti versus Segor. vel, Fuisse irriguam vsque ad Segor, vt est irrigua Ægyptus. *Segor*, 13 vrbs in Pentapoli, c.5154. * *Sodomitæ*, Hi pessimi, his Gomorrhæi scelere proximi: ideo horum sæpè fit mentio in sacris Scripturis. Fuerunt & aliæ proximæ ciuitates ob idē scelus exustæ, quæ illas imitabātur.

Pessimi

Digitized by Google

k p.643. 881. *Pessimi erant,* k Ad ecclesiam impiorum pertinentes. *Coram Domino,* hebr. יהוה, *Lajhouà,* Contrà Dominum, c.2840.

* *Dixitque Dominus ad Abram,* &c. 14 * *Tibi dabo,* Dei promissio. vt supra c.12. 15 n.7. * *Sicut puluerem terræ.* Similitudo 16 attendenda est, non æqualitas. Puluis autem multitudinis symbolum est, c.7183. 18 l & populi Israelitici. * *Conuallem* l p.320. *Mambre,* quæ & vallis Hebron, c.5102. *Ædificauit altare Domino,* in cultum, & in gratiarum actionem, vt supra cap.12. num.8.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Abrami victoria narratur, qua Lot fratrem suum è quinque Regum manibus liberauit, & occursus, ac sacrificium in gratiarum actionem Melchisedec Regis, ac Sacerdotis.

FActum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarũ, & Thadal rex Gentium, 2 inirent bellum cõtra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balæ, ipsa est Segor. 3 Omnes hi conuenerunt in vallem siluestrem, quæ nunc est mare salis. 4 Duodecim enim annis seruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. 5 Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: percusseruntque Raphaim in Astarothcarnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, 6 & Chorræos in montibus Seir, vsque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. 7 Reuersique sunt, & venerunt ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum qui habitabat in Asasonthamar. 8 Et egressi sunt, rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle siluestri: 9 scilicet aduersus Chodorlahomor regem Elamitarũ, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinque. 10 Vallis autem Siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, ceciderũtq; ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. 11 Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & vniuersa quæ ad cibũ pertinent, & abierunt: 12 nec non & Lot & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. 13 Et ecce vnus qui euaserat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi, fratris Eschol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram. 14 Quod cùm audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos filios trecentos decem & octo: & persecutus est vsque Dan. 15 Et diuisis socijs, irruit super eos nocte, percussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba, quæ est ad læuam Damasci. 16 Reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. 17 Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis. 18 At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi; 19 benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cælum & terram: 20 & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. 21 Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cetera tolle tibi. 22 Qui respondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ, 23 quod à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abram: 24 exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre: isti accipient partes suas.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis, & myſtica.

FActum eſt autẽ *in illo tempore*, &c. 1 *Rex Sennaar*, Rex Aſsyriorum. *Ponti*, hebr. *Ellasàr*, prouincia Aſiæ minoris, c. 5136. *Elamita*, populi in Arabia Felici, c. 5044. *Rex Gentium*, quia in eius regno erant gentes diuerſarum nationum. * *Mare ſalis*, Mare 3 ſalſiſſimum, Vallis ſalinarũ, & Mare mortuũ. * *Raphaim*, Gigantes. *Aſtaroth carnaim*, vrbs trans Iordanẽ, vbi habitarunt 5 gigantes, c. 4995. *Zuzim*, hoc eſt viri robuſti, & horrẽdi. *Emim*, Statura, & aſpectu terribiles. *Saue*, Vrbs ſupra Sodomã. vel planitiem ſignificat: nam *Shauàh* eſt Æquare. *Cariathaim*, Ciuitas tribus Nephtalim. * *Chorræos*, Hhorræos. *Seir*, 6 iungitur monti Hermon, c. 5200. *Pharan*, Oppidum, c. 5198. * *Miſphat*, per anticipationẽ appellatur ciuitas Cades in finibus Edom, c. 5110. * *Melchiſedech*, vid. 18 c. 4460. *Salem*, deinde dicta Ieruſalem, c. 5146. *Sacerdos Dei altiſſimi*, Putant Melchiſedec eſse ipſum Sem, qui poſt diluuium vixit quingentis annis; & alijs deficientibus ad idololatriam, retinuit cultũ veri Dei. Videtur autem conſtitutus Sacerdos à Noe Gen. 9. 26. illis verbis, Benedictus Dominus Deus Sem. Abrahã quoque Sacerdos erat, vt indicant altaria, quæ erigebat, vtique ad ſacrificandum. * *Deo* 19 *excelſo*, A Deo excelſo. nam in hebr. eſt littera *Lamed*, quæ A, Ab, ſignificat, c. 2784. * *Et dedit ei decimas*, Abraham 20 dedit decimas Sacerdoti Melchiſedeco. vt hunc locum interpretatur Paulus Hebræo. 7. 4. *Leuo manũ meã ad Dominum Deum*, Iuro per Deum, c. 6449. Ex doctri-

a p. 1676. na huius capitis 14. habemus 1. *a* Iuſtum bellum non eſse illicitũ, exemplo Abrahæ viri iuſti. * *Quod cũ audiſſet Abram*, &c. 14

b p. 1678. 2. *b* Licitum eſse in bellis vti inſidijs. vſus eſt Abram, * *Diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos* 15

c p. 2190. *nocte*. 3. *c* Præclaram fortitudinem eſse, 16 quæ mortis periculſa non refugit propter charitatem in proximos. Eius fortitudinis

d d. 4426. exhibet exemplum Abram. 4. *d* Eſse amicos opere iuuandos. Ita facit Abram erga Lot, & Regem Sodomorum amicũ.

e p. 2139. 5. *e* Debita eſse officia factorum amicis.

f p. 2084. *f* Et benefactoribus grati animi officia exhibenda. * Ideo Rex Sodomorũ egre- 17

g p. 1973. ditur in occurſum Abram. 6. *g* Ad ius naturale pertinere, vt homo ex rebus ſibi datis à Deo, aliquid exhibeat in eius honorem. * Melchiſedec panem, & vinum 18

h d. 4842. obtulit. 7. *h* Debere Principes eccleſiaſticos pro populo orare, & ſacrificium offerre. 8. *i* Actum virtutis eſse alijs be- i p. 1952. nedicere, id eſt, verbo, vel ſigno alio illis 19 à Deo bona precari. * Nam Melchiſedec bona precatur Abram. 9 K Eſse Deum k p. 41. 87. Creatorem omnium. *Benedictus Abram* 89. *Deo excelſo, qui creauit cælum, et terram.* 10 *l* Eſse Deum ore laudandum, ac bene- l p. 1998. 20 dicẽdum. * *Et benedictus Deus excelſus.* 11. *m* Debitas eſse Deo gratiarum actio- m p. 2083. nes pro beneficijs ab eo receptis. *Benedictus Deus excelſus, quo protegente*, &c. 12. *n* Eſse in Deo prouidentiam, *o* præſer- n p. 23. tim erga pios. *Quo protegente, hoſtes in* 304. *manibus tuis ſunt.* 13. *p* Legem eſse na- o p. 380. turalem, Eſse Dei miniſtris ad victum p p. 1975. neceſsaria miniſtrandá. *Et dedit ei decimas ex omnibus.* 14. *q* Omnium Domi- q p. 22. 22 num eſse Deum. * *Dominum Deum exſum poſſeſſorem cæli, & terræ.* 15. *r* Sum- r p. 4. mum ens eſse Deum, *Deus excelſus.* 16 *s* Et liberalitatis, & magnanimitatis s p. 2157. actum eſse, liberum ſeruare animum ab 2210. 23 inhærendo diuitijs. * *A filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt.* 17 *t* Iuſtum t p. 1800. 24 faciendũ eſse debiti ſolutione. * *Exceptis his, quæ comederunt*, &c. *u* Licitum eſse u p. 1982. iuramentum, exemplo Abram, *Leuo ma-* 1983. *num meam ad Dominum Deum excelſum.*

Myſticè. Cùm Pſal. 109. 4. & Hebr. 7. Melchiſedec rex, & ſacerdos, æterni Regis, ac Sacerdotis Ieſu Chriſti figura dicatur fuiſse: *x* dicendum vtique panem, x p. 762. ac vinum, quod Melchiſedec obtulit, ſa- 763. crificium corporis, ac ſanguinis Chriſti ſignificaſse, c. 8024. Hoc enim eſt Chriſtũ Ieſum Sacerdotem eſse ſecundum ordinem Melchiſedec, id eſt, ſecũdum ritum, quo in ſacrificando vſus Melchiſedec eſt. *y* Dicẽdum actiones gratiarum, quas Deo y p. 583. Melchiſedec refert panem, & vinum 584. 585. offerendo pro reportata ab Abram victoria, & Lot ab hoſtibus liberato; figuram fuiſse eius actionis gratiarum, & ſacrificij, quod Chriſtus Pſal. 21. 26. ſpondet ſe Patri redditurum, nempe ſacrificij euchariſtici, pro liberatis hominibus per eius mortem, ac paſſionem à ſeruitute Dœmonis, ac peccati. *z* Dicendum decimas, quas z p. 742. Abram Sacerdos Sacerdoti Melchiſedec 746. 1116. obtulit, ſignificaſse, vt indicat Paulus 1125. Hebr. 7. legem, & Sacerdotium vetus ad legem euangelicam, & ad Chriſtum ordinata fuiſse, vt figuras ad ſuum figuratum.

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Promittitur Abrahæ ſemen à Deo, & terra Chananæorum ad habitandum: poſſeſſionis modus viſione reuelatur: exhibetur ab Abram ſacrificium, & promiſſionem ſuam Deus pacto confirmat.

1 HIs itaque tranſactis, factus eſt ſermo Domini ad Abram per viſionem, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. 2 Dixitque Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam abſque liberis: & filius procuratoris domus meæ iſte Damaſcus Eliezer. 3 Addiditque Abram: Mihi autem non dediſti ſemen: & ecce vernaculus meus, heres meus erit. 4 Statimq; ſermo Domini factus eſt ad eum, dicens: Non erit hic heres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis heredem. 5 Eduxitq; eum foras, & ait illi: Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes. Et dixit ei: Sic erit ſemen tuũ. 6 Credidit Abram Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. 7 Dixitque ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam, & poſſideres eam. 8 At ille ait: Domine Deus, vnde ſcire poſsum, quòd poſſeſſurus ſim eam? 9 Et reſpondens Dominus: Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. 10 Qui tollens vniuerſa hæc, diuiſit ea per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit: aues autem non diuiſit. 11 Deſcenderuntque volucres ſuper cadauera & abigebat eas Abram. 12 Cumq; Sol occumberet, ſopor irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. 13 Dictumq; eſt ad eum: Scito prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. 14 Verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cũ magna ſubſtãtia. 15 Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. 16 Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens tempus. 17 Cum ergo occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans: & lampas ignis, tranſiens inter diuiſiones illas. 18 In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vſque ad fluuium magnum Euphratem, 19 Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, 20 & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque, 21 & Amorrhæos, & Cananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

HIs itaque tranſactis &c: *Per viſionem*, ſiue externã, ſiue imaginariam, *a* ſolent ſpiritus etiã viſibili ſpecie hominibus apparere. *Noli timere*, Nulla tibi cauſa timendi quicquam, me protectore. *b* Peculiarem Deus prouidentiam exercet erga pios. *Merces tua*, Bonum tuum, c. 1879. 8410. *c* Summum bonum eſt Deus. *d* In cuius poſſeſſione perfecta hominis beatitudo eſt.

a *p.* 346.
b *p.* 380.
c *p.* 4.
d *p.* 937.

* *Dixitq; Abram*, &c. *Quid dabis mihi?* Dei promiſſio *Merces tua magna nimis*, ampliſſima fuerat, nõ ſolum de bonis ęternis, ſed etiã de temporalibus. Ex temporalibus autem bonis, maximũ bonum ſunt filij: multiplicatur enim in illis ſubſtãtia patris. *e* Petit ergo Abram filios à Deo. *Et filius procuratoris domus meæ*, Procurator domus meæ, vt Filius hominis, homo, c. 8246. 8247. Poſſet & pro filio procuratoris accipi. Eſt autẽ oratio imperfecta, & figura tũ Ellipſis, ſiue Præciſio, c. 8714. & ſupplendũ, *hæres meus erit*. tũ Reticentia, c. 8744. Poſſet etiam perfecta oratio eſſe ex hebr. ſi legas, Procuratori. vt ſit ſenſus: Eſt autem filius procuratori domus meæ huic Damaſco Eliezer. eum ego in meum hæredem adoptabo. * *Numera ſtellas, ſi potes*. Stellarum maxima multitudo: vt indicant perſpicilla oblonga nuper inuẽta. Quod ſi ſtella quælibet ſextæ magnitudinis, octodecies maior eſt terra: innumerabiles erũt ſtellę his minores, d. 2458. 2472.

e *p.* 1931.

Stellæ

Digitized by Google

Stellæ magnæ multitudinis symbolum
f p.320. 2124. sunt, c.7522. *Sic erit semen tuum,* f Tua
g Ex Paulo Galat.3.7. progenies. Et quia supra semẽ pro Christo
sumptum est: g videtur in hac Dei pro-
missione fuisse Abrahę revelata nõ solum
progenies secundum carnem, sed etiam
secũdum gratiam per Christum; & ob id
stellarum symbolum appositum fuisse,
h p.644. h quæ iustorum symbolum sunt, c. 7519.
quod etiam suadent verba, quæ sequũtur,
Credidit Abraham Deo, & reputatum est
ei in iustitiam; nempe quia Christi ven-
turi fidem habuit, per quam homines iu-
i p.449. 573. stificantur. * *i Credidit Abram Deo* reve- 6
lanti non solum generationem secundum
carnem, sed etiam Christum, & Christi
progeniem secundum gratiam. *Et repu-*
k p.1337. *tatum est illi ad iustitiam*, k tum quia
fides in Deum est actus virtutis, ac magni
meriti: iustitia autem pro omni virtute
l p.408. 1336. accipitur, c.1820. *l* Tum quia prima di-
spositio ad gratiam, quæ iustitiæ nomine
appellari solet, c.1821. est fides in Chri-
stum. Atque hunc huius loci sensũ innue-
re videtur Paulus Rom.4.3. Gal.3.6,7,8.
* *Dixitque ad eum*, &c. *Eduxi te*, &c. 7
m p.23. 380. *m* Peculiarem habens erga te provide-
tiam. * *Vnde scire possum, quod possessurus* 8
sim eam? Non dubitat de Dei promis-
sione, qui per fidem iustificatus est: sed
modum quærit, quo sit eius posteritas in
terræ possessionem ventura; vt quæsiuit
B. Virgo modum, quo esset sine virili se-
mine conceptura: & cõfirmationem petit
promissionis. Deus autem & modum
possessionis paullo post ostendit, & pacto
promissionem confirmat. *Vnde* hebraicè
Bammàh, In quo, id est, quo modo. * *Sume* 9
mihi vaccam triennem, &c. Promissiones,
quas volumus esse perpetuas, quales sunt
eæ, quæ fiunt testamento, testatoris morte
firmissimæ redduntur. Deus autem, qui
immortalis est, homo fieri voluit, ac mo-
ri, vt sua morte promissiones nobis factas
n p.1966. confirmaret. *n* Interim ante Christi ad-
uentum animalium morte, id est, sacrifi-
cijs, mortem Christi figurante, suas pro-
missiones confirmat. Id nunc Deus agit,
præcipiens Abramo sacrificium ex ijs om-
nibus animalium mundorum generibus,
quæ erat deinde per Moysem Israelitico
o p.2027. populo præcepturus. *o* Porrò ex Abrami
interrogatione colligimus, licitum esse ex
diuina inspiratione, vt credendũ est Abra-
mo contigisse, experimentum quærere diui-
næ potẽtiæ. * *Qui tollens*, &c. *abigebat* 10
p p.1732. *eas*. *p* Citam esse debere operis executio- 11
nem, ac diligentem, def.4108. exemplo
Abrami discimus.
* *Cumque Sol occumberet, sopor irruit* 12
super Abram, &c. vsque ad finem capitis.
Horror magnus, & tenebrosus, Species
aliqua per visum Israelitarum afflictorũ.

q In visione enim prophetica contingunt q p.690.
interdum formæ imaginariæ. *r* & abstra- r p.694.
ctio à sensibus per somnium. *Sopor irruit*
super Abram. Scito prænoscens s spiritu, s p.683.
ac lumine prophetico, ad diiudicandum
ea, quæ visa sunt. *t* Sopor autem, ac som- t p.680.
nus, contemplationis, ac revelationis pro- 682.694.
13 phetica symbola sunt. * *Quadringentis*
annis. Hæc vltima verba referenda sunt
ad prima, *Quod peregrinum futurum sit*
semen tuum quadringentis annis, figura
Hyperbato, c.8794. Nam Israelitæ non
fuerunt afflicti quadringentis annis, sed
peregrini. *u* Videtur autem quadringen- u Ex Abul.
torum annorum initium esse faciendum hic, cum S.
ab ortu Isaac. vt cõsentiat hic textus cum Thoma, &
verbis Ex.12.40. Habitatio autem filio- Rabinis. &
rum Israel, qua mansérunt in Ægypto, Aug. apud
(id est, qua terminata est mansio in Ægy- Glos. Ex.
pto,) fuit quadringentorum triginta 12.40.
(circiter, c.544.753.) annorum. addun tur
ad quadringentos anni triginta, ordiendo
à principio peregrinandi, quod fecit Abrã
ex Aran Mesopotamiæ post obitũ Thare,
cum & peregrinatus est in Ægyptum in-
gruente fame in terram Chanaan, & pro-
missionem habuit à Deo terræ Chanaan,
vt clarè colligitur ex Paulo Galat. 3. 17.
Hoc autem dico, testamentum confirma-
tum à Deo: quæ post quadringentos &
triginta annos facta est lex, non irritum
facit ad euacuandam promissionem. ergo
initium faciendo, non ab ortu Isaac, sed à
promissione, seu ab egressu Abrahæ ex
Aran, fluxerũt vsque ad promulgationem
legis anni circiter quadringenti triginta,
c.753. id est, vigintiquinque (qui pro tri-
ginta numerantur) ante natiuitatẽ Isaac,
& centum nonaginta à natiuitate Isaac
vsque ad descensum in Ægyptum, & du-
centi decem, quibus Israelitę in Ægypto
16 mansérunt. * *Generatione quarta revertentur huc*, nempe exacto anno quadrin-
gẽtesimo: vt generatio sumatur pro sæcu-
lo centum annorum, c.1660. Aliqui su-
munt pro generatione hominum facta in
Ægypto, siue regali, siue sacerdotali.
In regali sunt, generatio Esron ex Phares
filij Iudæ, Aram ex Esron, Aminadab ex
Aram, Naason ex Aminadab; Salmon au-
tem ex Naason quinta generatione intra-
uit in terram promissionis, nempe quarta
generatione exacta. Secundum autem
lineam sacerdotalem, in Ægypto Levi ge-
nuit Chaath, Chaath genuit Amram,
Amrã genuit Aaron, Aaron genuit Elea-
zar, qui in terram promissionis ingressus
est. *Necdum enim completa sunt iniquita-*
tes Amorrhæorum, x Innuit ob eorum x p.1279.
peccata futurum exterminium, & expul- 1286.
17 sionem à terra Chanaan. * *Facta est* y p.689.
vespere, &c. *y* Similitudines contigêre sensi- 896.
biles futuram Israelitarum liberationem

Digitized by Google

à ſeruitute ægyptiaca figurantes.

Myſticè. Sume mihi vaccam trien-
nem, &c. Paulus Hebr. 10. docet, vmbram fuiſſe ſacrificia vetera, & ſacrificiũ Chriſti ſignificaſſe. z Ergo ſacrificium hoc Abrahæ, ſacrificij à Chriſto in Cruce peracti figura fuit. Vacca, capra, aries, animalia terreſtria, humanitatem; turtur, & columba, animalia aerea, diuinitatem Chriſti videntur ſignificare. a Terreſtriũ animalium diuiſio per medium facta eſt: quatenus in Chriſti morte animæ à corpore ſeparatio facta eſt. *Aues autem non*
diuiſit: quia Verbum diuinũ neque partes habet, in quas diuidi poſſit, cum ſit ſummè ſimplex; neque vnquam corpus, aut animam dimiſit, quę ſemel aſsumpſit. Rectè autem Verbum diuinum à columba, & turture figuratur. Columba enim, ac turtur contemplationis ſymbola ſunt, b c.5739.7729. b Eſt autem Verbum diuinum ipſa diuina intelligentia, contemplatioq; à Patre procedẽs. Volucres malignorum ſpirituũ ſymbolũ eſſe ſolent, c.7946. c qui cum Iudæis perturbare, ac ad nihilũ redigere Chriſti ſacrificium, noſtramque redemptionẽ moliti ſemper ſunt. d Abrã autem aues abigens, Chriſti patiẽtia fuit, qui noluit de Cruce deſcendere, Chriſtiq; protectio, qua ſuam Eccleſiam tuetur. e Solis occaſus, Chriſti mortem ſignificat, c.7453. Eandemque ſignat Abrami ſopor, c.7465. f Horror autem tenebroſus, eſt ea triſtitia, quam Chriſtus Ieſus in horto, & Cruce paſsus eſt ex cõſideratione ſuarum paſſionum, & noſtrorum peccatorũ, quibus Diabolo ſeruiebamus; & perſecutionum, quas iuſti paſsuri erant; & damnationis æternæ, in quam erãt incurſuri, qui nõ erant Chriſtum recepturi, nec eius beneficio vſuri, c.6610. 6611. 6613. 6615. 6616. Hæc ipſa mala, caligo tenebroſa ſignificat, c.5559.5562. g Clibanus autem fumans, diuinæ vltionis ſymbolum eſt, c.5708. quam Deus exercet contra perſecutores Eccleſiæ, vt olim exercuit contra Ægyptios Iſraelitarũ oppreſsores. h Lampas ignis per diuiſiones victimarum tranſiens, diuinã Maieſtatem ſignificat Chriſti ſacrificium acceptantem, & æterna bona promittentem ijs, pro quibus ſeipſum Chriſtus offerebat. Sunt enim ignis, ac lampas ſymbola Dei, c.6387. i Et pactum cum Abram initum, noui teſtamenti in Cruce confirmati figura eſt. k Terra autem, quam Deus Abrahæ poſteris habitandam promittit, figura eſt, vt ex Paulo colligitur Hebr. 4. cæleſtis patriæ, ac felicitatis æternæ, c.7634. *Amorrhæi, Cinæi,*
Cenezæi, &c. l Figura ſunt populi infidelis, & impiorum: quos apud inferos cruciandos, ſubijciet Deus vt ſeruos pœnæ cælitibus tanquam regibus, expulſos ab æterna felicitate, quatenus ſuis demeritis eam amiſerunt, ad quam fuerant à Deo creati. Vel m Terra promiſſionis figura eſt Eccleſiæ, & populi à terra promiſſionis expulſi Gentilitatis figura ſunt, & Iudæorum.

z p.544. 563. 565. 566.
a p.568.
b p.572.
c p.549. 551. 559. 882. 885. 886. 887. 888.
d p.889. 902.
e p.568.
f p.538. 539.
g p.620. 1279. 1286.
h p.525.
i p.578. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 588.
k p.953. 969.
l p.984. 996.
m p.881. 1429.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Abram, ſuadente Sarai, accipit in vxorem Agar ancillam: Agar autem concepiſſe ſe videns, deſpicit dominam ſuam: a qua afflicta, fugam arripit: ſed ab Angelo reuocatur, prædicente Iſmaelis natiuitatem, mores, ac gentem.

1 IGitur Sarai, vxor Abram, non genuerat liberos: ſed habens ancillã Ægyptiam nomine Agar, 2 dixit marito ſuo: Ecce, concluſit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cùmque ille acquieſceret deprecanti, 3 tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam, poſt annos decem quàm habitare cęperant in terra Chanaam: & dedit eam viro ſuo vxorem. 4 Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuam. 5 Dixitq; Sarai ad Abram: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quòd conceperit, deſpectui me habet. iudicet Dominus inter me & te. 6 Cui reſpondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam inijt, 7 Cumque inueniſſet eam angelus Domini iuxta fontẽ aquæ in ſolitudine, qui eſt in via Sur in deſerto, 8 dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, vnde venis? & quo vadis? quæ reſpondit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. 9 Dixitque ei angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius: 10 Et rurſum: Multiplicans, inquit, multiplicabo

Digitized by Google

plicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. 11 Ac deinceps: Ecce, ait, concepisti, & paries filium: vocabisq; nomen eius Ismael, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam. 12 Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium cõtra eum: & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. 13 Vocauit autem nomen Domini qui loquebatur ad eam: Tu Deus, qui vidisti me. Dixit enim: Profectò hic vidi posteriora videntis me. 14 Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me. Ipse est inter Cades & Barad. 15 Peperitque Agar Abræ filium: qui vocauit nomen eius Ismael. 16 Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaelem.

Interpretatio litteralis, & mystica.

1 *Igitur Sarai uxor Abram, &c. Igitur,* Hebr. littera ו *Vau,* quæ in principio sententiarum ornatus causa ponitur, & solet abundare, c. 8646. *Conclusit me Dominus.* † Nam Deus auctor omnium, quæ fiunt.* 2 *Ingredere ad ancillam meam.* Honestis verbis describit copulã coniugalem, c. 586. In quibus Sarai castitas elucet, a quæ in matrimonio verum finem intẽdebat, nempe prolem. *Cumque ille acquiesceret deprecanti.* Videtur, cũ vir iustus esset, acquieuisse b ex reuelatione aliqua, qua intellexit sibi licere alterã vxorẽ accipere viuente Sarai, vt per duas vxores, vnam liberam, alteram seruam, exprimeretur typus, ac figura Ecclesiæ, ac Synagogæ, vt Paulus docet Gal. 4. 22. 5 * *Iniquè agis contra me.* Permittens me cõtemni ab ancilla mea. Hebr. Iniquitas, siue pœna, siue contẽptus meus contra te, חמסי עליך *Hhamasi hhalẽcha,* id est, Iniquitas, quam ego ab ancilla patior, siue pœna, & cõtemptus est ex te, nempe quia tu permittis. vel Est contra te, quatenus cedit in tuum opprobrium, meum opprobrium, quæ coniux tua sum; vel quatenus tu pœnam à Deo lues huius opprobrij. ע *Hhal,* significat & A, Ab, Ex, & Cõtra, c. 2783. *Despectui me habet,* Hebr. Despicit oculis suis. fortasse gestum aliquem oculis exhibebat, superbiam præseferentem, c. 6825. c Superbiæ symbolum oculorum elevatio. d Interim Sarai ancillæ superbiam accusat. *Iudicet Dominus inter me, et te.* Sit iudex inter nos Dominus; Deum appello ad causam hanc cognoscẽdam. e Interim Abrã accusat apud Deũ. 6 * *Ancilla tua in manu tua est.* Manus iuris symbolum est, c. 6592. f His verbis iustitiæ actus exprimitur in iure compensando. *Affligente igitur eã Sarai,* g Actu licito vindicationis, in subditam à superiore. *Fugam iniit,* h Actu illicito, quatenus se & dominis surripiebat vt serua, & i marito vt vxor Abram, & correctioni vt rea. 7 * *Cumque inuenisset eam Angelus Domini,* k Sunt Angeli creaturæ spirituales, & incorporeæ; l qui ad homines mitti solent. m & visibili forma apparere. *Sur,* Desertum. n extenditur vsque ad mare rubrum, & ad fines Ægypti. 9 * *Reuertere,* o Dei prouidentia, ne Abrahæ semen periclitaretur. *Humiliare,* p Debentur superioribus officia obseruantiæ. q Deprimendus animus ne immoderatè tendat ad exelsa. 10 * *Multiplicans multiplicabo.* Repetitio eiusdem vocis maiorem actus intensionem, & maiorem sententiæ confirmationem significat, c. 8557. r Est autem futurorum reuelatio per Angelum loco Dei loquentem. s Nam Dei est prouidentia, t & generis multiplicatio. * *Audierit Dominus afflictionem tuam,* u Misericors enim Deus, & exorabilis. 12 * *Ferus,* Hebr. *Pere,* Onager, homo syluestris. Fuit sagittarius, habitãs in syluis. *Manus eius contra omnes,* verum est hoc in Saracenis, qui ex Ismael descendunt, quibus lex est gladio eam defendere. x Audacia describitur, y quæ illicita, cum contra ius aliorum 13 erigitur. * *Vocauit,* Inuocauit, z officio gratitudinis, a & religionis. *Qui vidisti,* b Prouidisti. *Profectò hic vidi posteriora videntis me.* Dat rationem, quare inuocet Deum, quia vidit effectus eius prouidentiæ, nempe Angelũ eam à fuga reuocantẽ. Potest ex hebr. ita etiam verti: An non etiam hic vidi posteriora visionis meæ, i. effectum, c siue signum diuinæ prouidentiæ erga me. Angelus loquens visibiliter loco Dei, d posteriora Dei dicitur, quasi Deus per illum tergum suum ostendat, non faciem: e Deus enim inuisibilis est. 14 * *Viuentis,* Nomen Dei, d. 3486. 3492. 3497. f Est enim Deus vita intellectiua nobilissima. *Videntis,* Nomen Dei, sed acceptum à creaturis, d. 3493. g quatenus Deus cognoscit omnia. *Cades* vrbs in finibus Edom, à qua denominatur adiacens solitudo Desertum Cades, ad quod venerunt Israelitæ, transuadato mari rubro, c. 5014. h Inter Cades, & Barad ærate Hieronymi puteus Agar monstrabatur.

Mysticè. Allegoricum huius capitis sensum fundat nobis S. Paulus Gal. 4. illis verbis:

* p. 25. 296. 303. 304.
a p. 831.
b p. 837.
c p. 2385.
d p. 1802.
e p. 1802. 1879.
f p. 1775. 1804.
g p. 1855. 2095. 2099 2103. 2104.
h p. 1817. 1830. 1860. 2061. 1635.
i d. 4728.
k p. 116.
l p. 344. 1013.
m p. 346. 1011.
n Ex Adricom. v. Pharan n. 95.
o p. 23. 304 305.
p p. 2057. 2061. 2071.
q p. 2369.
r p. 685.
s p. 23.
t p. 296. 298. 304. 309. 320.
u p. 55. 56.
x p. 247.
y p. 2217.
z p. 2083. 2084.
a p. 1915. 1918.
b p. 23.
c p. 25.
d p. 344. 346.
e p. 28.
f p. 5.
g p. 16.
h Hieron. in loc. Hebr.

Digitized by Google

verbis: *Scriptum est enim quoniã Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera*, &c. *quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans*, &c. Dicendum enim i Sarai Ecclesiæ ex gentibus, K Agar Synagogæ figuram fuisse. Gentilitas in Ecclesiam, ac sponsam Christi designata iam multò tempore fuerat sine liberis, id est, sine filijs ex Deo per gratiam genitis. l Populus Israeliticus segregatus à Deo est, ac electus, quasi Saræ ancilla, in seruũ Ecclesiæ; vt suis cæremonijs, ac legalibus institutis, per figras, & vmbras futurorũ, & per generationem secundum carnem, ac multò magis per propheticas prædictiones, præpararet homines ad Christi aduentum; & ad eius gratiã, & ad Euangelij mysteria disponeret. Hanc Synagogam Deus, vt Abram Agar ancillam, in sponsam sibi asciuit, cum Abram de Vr Chaldæorum vocauit, cum pactum cũ eo inijt, cum Israeliticum populum è seruitute ægyptiaca liberauit, & in desertum adduxit. m Quasi filium ex ea susceptu cum ei legem tradidit per Moysem, & testamentum vetus in monte Sina confirmauit. Quid autem aliud fuit Agar despectio, & inobediẽtia in dominam: quam crebra Synagogæ præuaricatio contra legem, ac cæremonias à Deo traditas? quatenus ea deserendo, ac ad idololatriam delabendo, à seruitio cessabat præparandi homines ad Euãgelium. Obid sæpè Deus Synagogam Gentibus tradidit, vt eam affligerent. n Agar autem, Angelo ministro, ad Saræ seruitium reuocatur: quatenus Israelitæ à Deo correcti, ad legis diuinæ obedientiam redibant. Multiplicatio generis, quæ Agar ab Angelo prædicitur, multiplicationem innuit Israelitarum secundum carnem. Ismaelis feritas, & tabernacula contra fratres suos; est dura gentis ceruix, & Iudæorum obstinata perfidia; o & persecutio contra Ecclesiam Christi. p Posteriora Dei videntis, sunt vmbræ, ac figuræ, quibus Synagogæ prouidit vt Christum agnosceret.

i p. 620. 621.
k p. 1120. 1133.
l p. 1116. 1125.
m p. 1117.
n p. 1118.
o p. 884.
p p. 859. 860.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Init Deus pactum cum Abraham, & posteris eius: circunciſionem præcipit: posterorum multitudinem, ac terram Chanaan promittit: se Abraham, totamq; familiam circuncidit.

1 POstquam verò nonaginta & nouem annorum esse cæperat, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. 2 Ponamq; fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. 3 Cecidit Abram pronus in faciem. 4 Dixitque ei Deus: Ego sum, & pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium. 5 Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. 6 Faciamque te crescere vehementissimè, & ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur. 7 Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis, fœdere sempiterno: vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. 8 Daboq; tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum. 9 Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. 10 Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te: Circuncidetur ex vobis omne masculinum: 11 & circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. 12 Infans octo dierum circuncidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus, quàm emptitius circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: 13 eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. 14 Masculus, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. 15 Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuã non vocabis Sarai, sed Saram. 16 Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. 17 Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dicẽs in corde suo: Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet?

18 Di-

Digitized by Google

18 Dixitq; ad Deum: Vtinam Iſmael viuat coram te. 19 Et ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabiſq; nomen eius Iſaac, & conſtituam pactum meũ illi in fœdus ſempiternum, & ſemini eius poſt eum. 20 Super Iſmael quoque exaudiui te. ecce, benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. 21 Pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero. 22 Cumque finitus eſſet ſermo loquentis cum eo, aſcendit Deus ad Abraham. 23 Tulit autem Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ: vniuerſoſque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ: & circuncidit carnem præputij eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. 24 Abraham nonaginta & nouem erat annorum quando circuncidit carnem præputij ſui. 25 Et Iſmael filius tredecim annos impleuerat tempore circunciſionis ſuæ. 26 Eadem die circunciſus eſt Abraham & Iſmael filius eius. 27 Et omnes viri domus illius, tàm vernaculi, quàm emptitij, & alienigenæ pariter circunciſi ſunt.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

Poſtquam verò nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat, &c. 1
a p.689. *Apparuit ei Dominus*, *a* Viſione
b p.690. ſiue externa, *b* ſiue imaginaria,
c p.684. ad edicenda futura, *c* quorum reuelatio eſt à Deo. *Omnipotens*, heb. שדי *Shaddai*; vnum ex Dei nominibus. quaſi, Omnia potens ad nihilum redigere: ſi deriues à שדד *Shadad*, quod eſt vaſtare. vel Omne bonum: ſi deducas à ש *She*, Qui, & די *Dai*
d p.4.9.14. Sufficientia: *d* nam Deus eſt fons omniũ bonorum, ſibi ſufficiens; ideo Omnipotẽs. *Ambula coram me*, Cogita me præſentẽ, me time, cauteque agas, c.8065. *Et eſto perfectus*, Ambula coram me perfectè, c.2897. vel Ambula coram me, vt ſis perfectus, c.2904. eſt enim cogitatio diuinæ præſentiæ efficax ad colligendũ animum, & ad reuerentiam excitandam, d.3741. & ad firmadum animum in recta actione, d.4200.4216. & ad actionum diligẽtiam, d.4306. ad amicitiam cum Deo, d.4318. ad frænandos animi motus, def.5022. *Ponamque fœdus meum inter me, & te.* Iungam tecum amicitiam, c.8256. Fœdus enim amicitiæ ſignum eſt. Ex his intelligimus 1. *e* Proſequẽdam Dei contemplatione eſſe, *Ambula coram me*. 2. *f* Ex cõtemplatione diuinorum diminutionem amoris erga ſenſibilia ſolere contingere,
g p.187. *Et eſto perfectus*. 3. *g* Excitare in nobis amorem Dei contemplatione diuinorum, d.3686.3687. *Ambula coram me, vt ſis*
h Def.4151. *perfectus*. 4. *h* Diligentem eſſe debere bonorum operum executionem, *Ambula*
i p.652. *coram me perfectè*. * 5. *i* Perfectionem in 2
charitate poſitam eſſe, *Eſto perfectus*, *Ponamque* (vt ponam) *fœdus meum inter*
k p.1491. *me, & te*. 6. *k* Amicitiam eſſe inter homi-
1492.1493. nes iuſtos, & Deum, *Ambula coram me, & eſto perfectus. ponamq; fœdus meum*
l p.194. *inter me, & te*. 7. *l* Amicitiam eſſe, Amorem benenolentiæ mutuum cognitum,
Ambula coram me (cognoſce meũ amorem in te) *& eſto perfectus. ponãq; fœdus meum inter me, & te* (en amor mutuus.)
8. *m* Summũ hominis bonum in Dei con- m p.928.
templatione poſitum eſſe, *Ambula coram* 936.971.
me, ut ſis perfectus, Contemplare me, vt ſis beatus. 9. *n* Eſſe iuſtos in terra, *Et eſto* n p.644.
perfectus. 10. *o* Eſſe bona opera æternæ o p.1035.
vitæ meritoria, & neceſſaria ad ſalutem 1037.1043.
conſequendam, *Ambula coram me perfectè* (operare perfectè) *ponamque fœdus meum inter me, & te.*
3 * *Cecidit pronus in terram*, Adorauit.
q Debetur enim Deo is cultus etiam actu q p.1915.
externo. *r* quem exhibuit Abram in gra- 1918.1957.
tiarum actionem; *s* & in ſuæ vilitatis con- 1960.
4 feſſionem. * *Pactum meum*, Pactum eſt r p.2083.
placitum duorum, vel plurium, quod re- s p.2370.
feratur ad dandum, ſeu faciẽdum aliquid vni ab altero, d.5269. Deus dat terram promiſſionis, Abraham tribuit cultum
5 Deo, & circunciditur. * *Abram* Pater excelſus, ex hebr. *Ab* Pater, & *Ram*, excelſus. *Abraham*, Pater multitudinis, ex *Ab* Pater, *Ram* excelſus, *Hamon* multitudo; Magnus multorũ pater. Nihil tollit
7 ex priore nomine, ſed addit. * *Fœdere ſempiterno*, quantum eſt ex parte mea,
8 c.1138. * *In poſſeſſionem æternã*, Diu duraturam, c.1138. nõ perpetuam abſolutè. quamquam ſpiritualibus Abrahæ filijs, id eſt electis, promittitur figuraliter his verbis æterna cæli poſſeſſio, vt in ſenſu myſtico dicetur. *Vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui*, Vt colar à te, & à tuis, vt Deus: cum contra faciant aliæ gentes. Eſſe, interdum ſumitur pro Haberi, & æſtimari,
c.2645. *t* Fuit autem vera Religio apud t p.838.
Hebræos, & peculiaris in Deum cultus. 839.1915.
u Et Deus peculiari erga Hebræos prouu p.380.
dentia oſtendit ſe eſſe eorum Deum.
9 * *Dixit iterum Deus ad Abraham*, &c.
Cuſtodies pactum meum. *x* Nam pactum x p.1776.
obli-

Digitized by Google

obligationem importat, d.5269. *y* Obligatio, ſiue debitum ex parte Abrahæ, ac ſeminis fuit Circunciſio, ſiue profeſſio cultus veri Dei. Promiſſio ex parte Dei fuit proles copioſa, in qua includebatur Incarnatio Verbi; & terra Chanaan in poſſeſſionem. vt colligitur ex toto hoc capite. * *In ſignum fœderis,* *z* In ſignum 10 pacti, & amicitiæ. * *Delebitur a* Pœna 11 mortis in pacti diuini tranſgreſſorem. 14 *b* Nam ius delicto læſum pœna compenſatur. *Anima illa,* Homo ille, c.1163.

* *Dixit quoque Deus ad Abraham,* &c. 15 *Sarai* Domina mea, vel Domini mei. *Saram* שרה *Sarah,* Domina. Futuram indicat matrem multitudinis. nam Domina mea, reſtringitur ad particularem perſonam. Domina autem abſolutè, dominium indicat amplum. * *Benedicam, c* Bene- 16 faciam, vim gignendi tribuam, c.2540. * *Riſit d* præ gaudio, & admirando Dei- 17 beneficium, d.1866. & c.7266. ob quod gratias egit, cadens in terram, & adorans. *Putaſne,* &c. *e* Verba ſunt, non dubitantis, ſed admirantis. * *Vtinam Iſmael viuat coram te,* Vtinam voluntatis tuæ ſit vt Iſmael viuat. *Viuat coramte,* Certò viuat, c.8132. *e* Poſſunt etiam temporalia ad finem honeſtum à Deo peti. * *Sara* 19 *vxor tua,* &c. *f* Prophetia futurorum. * *Aſcēdit Deus ab Abraham,* Diſparuit, 22 receſſit, c.2528. *Deus,* Angelus, qui Dei locū tenebat. nam Deus nō mutat locum. Angelus autem eſt in loco, d.852.3261.

23 * *Tulit autem Abraham Iſmael filiū ſuum,* &c. *In ipſa die. g* Præclarum elucet exemplum obedientiæ, *h* ac diligentiæ.

Myſticè. Ad capitis huius allegoricū, ac tropologicū ſenſum Paulus nobis aditum aperit Rom.4.11. verbis illis: *Et ſignum accepit* (Abraham) *circunciſionis, ſignaculū iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio.* docet, eſſe circunciſionem Abrahæ præceptam, ſignaculum eius gratia, quæ habetur per fidem in Chriſtum Ieſum. Quoniam autem etiam Baptiſmus eiuſdem gratiæ ſymbolum eſt: fuit proinde circūciſio ſymbolum, ac figura Baptiſmi. Ergo myſticè caput hoc de gratia, & Baptiſmo interpretemur. *a* Pactum, quod Deus init cum Abraham, quem multarū gentium, ac Regum patrem conſtituit; eſt pactū illud, quod iniit Pater æternus cum Filio mundum ingrediente, cum eū conſtituit Patrem omnium electorū, qui regnaturi erant in cælo. *b* Terra Chanaan in poſſeſſionem æternam; regnum eſt, ac felicitas cæli. Circūciſio reſpectu Abrahę, Chriſti paſſio, ac mors eſt: *c* per quam nobis omnis iuſtitia tribura eſt. *d* Circunciſio reſpectu noſtri, eſt & Gratia, quæ veterem hominem tollit; *e* & Baptiſmus inſtrumentum eius gratiæ; & *f* contritio, ac pœnitentia, omniſq; animi motus, qui diſponit ād gratiam, quoque veterem hominem exuimus.

y p.1796. *z* p.760. 839 *a* p 1278. 1293. *b* p.1798. 1799. *c* p. 308. 311. 320. 831. *d* p.202. *e* p.158. *e* p.1931. *f* p.684. *g* p.2061. 2063. 2066 *h* p.1767. *a* p.469. 489. *b* p. 572. 588. 969. 996. *c* Heb.10. 10. *d* p. 507. 531. 537. 543. 563. 565. 573. *e* p.757. *f* p.408. 412 2257. 2260 2272. 2273

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Apparent Abrahæ tres Angeli humana ſpecie diuinam Trinitatem repræſentantes. Qui hoſpitio excepti, Iſaaci natiuitatem prædicunt. & abeuntes certiorem faciunt Abrahamum de Sodomorum excidio. quod Abraham fuſis ad Deum precibus conatur auertere.

1 APparuit autem ei Dominus in conualle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. 2 Cumq; eleuaſſet oculos, apparuerūt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram. 3 Et dixit: Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: 4 ſed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore. 5 Ponamq; buccellā panis, & confortate cor veſtrum, poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruū veſtrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. 6 Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcenericios panes. 7 Ipſe verò ad armentū cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum; deditque puero: qui feſtinauit & coxit illum. 8 Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum, quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe verò ſtabat iuxtà eos ſub arbore. 9 Cumq; comediſſent, dixerunt ad eum: Vbi eſt Sara vxor tua? ille reſpōdit: Ecce, in tabernaculo eſt. 10 Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito, Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. 11 Erant autem ambo ſenes, prouectæq; ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria. 12 Quę riſit occultè, dicens:

Poſtquam

Digitized by Google

Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operã dabo? 13 Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens: Num verè paritura sum anus? 14 Nunquid Deo quidquam est difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodẽ tempore, vita comite, & habebit Sara filium. 15 Negauit Sara, dicens: Non risi, timore perterrita. Dominus autem: Non est, inquit, ita: sed risisti. 16 Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomã: & Abrahã simul gradiebatur, deducens eos. 17 Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham quæ gesturus sum: 18 cum futurus sit in gentem magnam, & robustissimam, & BENEDICENDÆ sint in illo omnes nationes terræ? 19 Scio enim quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. 20 Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. 21 Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. 22 Conuerteruntque se inde, & abierũt Sodomam: Abraham verò adhuc stabat coram Domino. 23 Et approquinquans ait: Nunquid perdes iustum cum impio? 24 Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? 25 Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. 26 Dixitque Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. 27 Respondensque Abraham, ait: Quia semel cepi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. 28 Quid si minus quinquaginta iustis, quinque fuerint? delebis, propter quadraginta quinque, vniuersam vrbem? Et ait: Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque. 29 Rursumque locutus est ad eum: Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: non percutiam propter quadraginta. 30 Nè quæso, inquit, indigneris Domine, si loquar: Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit: Non faciam, si inuenero ibi triginta. 31 Quia semel, ait, cepi, loquar ad Dominum meum; Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti. 32 Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel: Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non delebo propter decem. 33 Abijtque Dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est in locum suum.

Interpretatio litteralis, & mystica.

Apparuit ei Dominus, a Visione externa, *b* ad edicenda futura, quorum reuelatio est à Deo. 1

Tres viri Angeli, hominum specie, locum Dei gerentes, *c* ac tres diuinas Personas repræsentantes, vt colligitur ex verbis, *d Apparuit Dominus n. 1. & Dixit Dominus n. 13. Cucurrit in occursum*, &c. *e* Exhibiturus in illos officia affabilitatis, & hospitalitatis. *Adorauit*, *f* Reuerentiam exhibuit, non solum vt hospitibus officij causa; *g* sed etiam vt diuinam Trinitatem repræsentantibus; cuius repræsentationis videtur ipse sensum quendam internum habuisse. 2 3 4 5

Mysticè. h Tabernaculum symbolum est Ecclesiæ, c. 7585. quæ militat in cõualle huius vitæ mortalis, c. 7737. *i* Abraham ad ostium tabernaculi in feruore diei, est Christus Dominus præsens Ecclesiæ, desiderio ardens diuinæ cognitionis propagãdæ, c. 5389. ante suum in cælum ascensum.

K Tres viri, sunt Apostoli: quos imbuit Christus Dominus fide Trinitatis, & fecit vasa electionis, vt portarent gloriã Dei in omnes gẽtes. Quos adorauit, quatenus se pro ijs vsque ad mortem humiliauit. Quibus pedes lauit, quatenus puros reddidit ad eius mandata mundo nunciãda, c. 7007, 7008.

6 **Festinauit Abraham*, &c. *Ad Saram*, *a* Nam obedientiam debet vxor viro suo. *Tria sata*, Satum, hebr. *Seah*, Modium, & dimidium italicum cõtinebat, c. 2851. Modium autem mensuram non magnæ quantitatis esse colligimus ex verbis illis Plinij lib. 18. c. 16. Id præstant in iugera modia vicena. Ephi tria sata continebat. Solebant autem mulieres vnum ephi pinsere, ac coquere: vt colligimur ex hoc loco, & ex Euangelio Matt. 13. *In farinæ sata tria. Similæ*, hebr. *Qemah sòleth*, Eleuatę similæ,

a p. 689.
b p. 684.
c Gloss. S. Th. 1. p. q. 51. a. 3. ad 5. et 2. 2. q. 84. a. 1. ad 1.
d p. 57. 685 341, 344, 346.
e p. 1606. 1608. 1609. 1611. 1139.
f p. 1958.
g p. 851. 1957. 1960.
h p. 620.
i p. 899, 902.
a p. 2047.
k p. 523.

Digitized by Google

similæ, excellentis similæ, similæ se eleuãtis cum coquitur. * *Tenerrimum*, hebr. *Rach Vatòb*, mollem, & pulchrum. 7

b p. 762. *Mysticè.* b Panis subcineritius Eucharistiæ symbolum est, c.6944. c Tria sata similæ eleuatæ, dispositionem supernaturalem significant, quâ ad Eucharistiam accedendum est; nempe actum fidei, spei, contritionis. Coquitur autem panis sub cinere calido humilitatis ardentis igne

d p.739. charitatis, c.5680, 5681.6271. d Vitulus tenerrimus, sacrificij eucharistici symbolum est, Deo gratissimi, can.7896.7899. * Butyrum, & lac, doctrinã sacram significant, quatenus etiam à rudibus percipi potest, can.6377. Quid ergo aliud fuit, Abrahamum suis hospitibus panem, vitulum, & lac apponere: quàm Christum Dominum Apostolis suis ad prædicationẽ Euangelij mittentem, panem eucharisticum, & sui corporis, ac sanguinis sacrificium, & 8

e p.714. e cælestem doctrinam tribuere?

* *Cumq; comedissent*, &c. *Comederunt*, 9

f S. Thom. 1.p. q. 51. a.3. ad 5. g p.937. 971.973. f Non fuit vera comestio. quoniam non habebant verum corpus Angeli, in quod posset cibus conuerti. g Fuit comestio figuratiua, vt innuit Angelus Tob. 12. quatenus inuisibilem Angelorum cibũ significabat, qui est visio beatifica. * *Vita comite*, Loquitur Angelus more hominum, quia hominem præferebat, can.558. 588. Vel potius de vita Saræ loquitur, affirmãs illam futuram eo tempore viuam, vt colligitur ex hebr. מת נחי *Cahhheth hhaiàh*, secundum tempus vitæ i. iuxta tempus hoc anno venturo, quo eris viua; vel pariẽs, puerpera. Et fauet versio LXX. κατὰ τὸν καιρὸν εἰς ὥρας. * *Nunquid Deo quid-* 10 14

† p.14. *quam est difficile?* † qui est omnipotens.

h p.684. 685. i p.310. 311.320. k p.2113. 2120. l p.2199. m p.238. n p.159. 1415. o p.1629. 1631. p p.620. *Habebit Sara filium*, h Prophetia, i miraculosam generationẽ prædicens. * *Negauit*, K Mendacio. *Timore perterrita*, l vtique malo. m Timebat autem aliquã pœnam risus; n dubitationis conscia, sed leuis, ac venialis. *Non est ita*, o Correctio per simplicem admonitionem: quia culpa non nisi venialis fuit. 15

Mysticè. p Sara Gentilitatis figura, seu Ecclesiæ ex gentibus collectæ, c.8048. Muliebria, siue menstrua, siue semen, c.4662. diuini verbi, sacræque doctrinæ symbolum est, c.7378. Ergo cessasse Saræ muliebria, est, Gentilitati idolorum cultui iam deditæ, omnem Dei cognitionem cessasse, quæ est dispositio perneccssaria ad fidem Christi recipiendam, & semen

q p.449. gratię. q Abrahã iam vetulus, est Christus in antiquis Prophetis, qui Messiæ aduentum Gentilitati promittebant: qui multis ante Christi aduentũ annis iã desierant, & prophetiæ de Christo quasi veterauerant.

r p.620. 1429. r Filius, qui Saræ promittitur, ex Paulo Rom.9.9. sunt ij, qui ex Gentilitate receperunt Euangelium. Saræ risus, est lætitia in Gentilibus, & spes Euangelij, in prædictionibus fundata Prophetarum. Ait Sara se non risisse: quatenus Gentilitas expectando Euangelium, quasi desperauerat. Vel risit, quatenus cœperunt Gentiles ad fidem conuerti prædicantibus Apostolis: ait, se non risisse, quatenus multas Tyrannorũ persecutiones, qui fidem receperunt perpessi sunt, quæ lætitiam gratiæ perturbabant, & ad fletum cogebant.

16 * *Cum ergo surrexissent inde viri*, &c.

Deducens eos, a Humanitatis officio; a p.2139.

17 existimans esse viros. * *Num celare potero*, b Reuelabo. c Congruum est, vt non celem: d quia eum peculiari prouidentia prosequor, & amo; e ob id mea illi arcana

18 manifestabo. * *In illo*, In Christo, f qui Abrahæ filius erit secundum carnem.

19 * *Scio* g Ego cognitor futurorum. *Filijs suis*, h Debent enim parentes instruere filios de ijs, quæ necessaria sunt ad salutẽ. *Domui suæ*, i Debent superiores bonos in subditis mores procurare. *Propter Abraham*, heb. על *Hhhal* significare hic potest, Ad, & Propter, vt vertit vulgata: sed potius, Propter, quoniam iam mortuus erat Abraham cum euenerunt bona, quæ sunt Abrahæ promissa. Ex quo habes, k Per Christi futuri, cuius fidem habebat, gratiam, & merita, meruisse Abraham sua in Deum obedientia, & bonis operibus, merito de congruo, beneficia Israelitis à Deo collata, & vt Filius Dei ex eius gente nasceretur secundum carnem. vt apertè habetur infr. cap. 22. 16. *Quia fecisti rem hanc*, &c. *l Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Vid. alia sup. c.12.v.3.

b p.684. c S. Thom. 3. p. q. 43. a. 2. ad 1. d p.380. e p.1592. 1593. f p. 434. 435. 449. 457. 489. 573. 578. 579. 583. 584. 585. 586. 587. 588. g p.18. h p.2048. i p.2078. k p.1303. l p.1295. 1299.1303. 1307.

20 * *Dixit itaque Dominus*, &c. *Clamor*, Peccati magnitudo, quæ ita se habet, ac si voce contenta vindictam aduocet. Vel ita publicè, vt omnes aduertere possint: vt vocem cũ clamore omnes audiũt, c.5696.

a Quare clamor, peccati & magni, & manifesti symbolum est. *Aggrauatum nimis*, Ita graue factum, vt difficilè tolli possit, c. 5287. b Quare grauitas Difficultatis symbolum est, & peccati inueterati.

a p.1288. b p.1212.

21 * *Descendam*, Descensus in Deo, voluntatem prouidendi significat, can. 5852. Inducitur Deus loquens modo humano, quasi motu indigens, & quasi dubitans, c.454.587. c Indicatur autem diuina prouidentia; & d quod Iudex est omnium; & e vindex male agentium; & f quod inquisitio ante iudicium sit adhibenda, d.3887. g & quod superiores debent subditorum peccata punire, & corrigere, d.4838. *Qui venit ad me*, h Nam Deus cognoscit omnia. *Vt sciam*, Vt scire faciam, & manifestem toti mundo tantum scelus, pœnas infligendo, c. 556. 2735.

c p.33. d p.24. e p.35. f p.1822. g p.2099. h p.26.

22 * *Conuerterunt q; se*, Duo Angeli, remanente

nente tertio. *Coram Domino*, Coram tertio Angelo, qui remanserat, & adhuc Deum repræsentabat.

* *Et appropinquans, ait*, &c. *Nunquid* 23
perdes iustum cum impio? *a* Cultum 24
Abraham exhibet Deo oratione. *b* Orat autem pro alijs. *c* & affert rationem. *d* Non sunt, inquit, pœnæ innocuis, & immerentibus infligendæ. *e* Potest tamen vnus pro peccato alterius puniri; quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis pars communitatis. Præterea iustis est debita mors in pœnam peccati originalis. * *Qui iudi-* 25
cas omnem terram, *f* Qui es iustus; *g* & 26 Iudex omnium. * *Dimittam omni loco*,
b Ostendit se Deus exorabilem. *Propter* h *p.55.*
eos, iustos. *i* quos Deus peculiari prouidentia prosequitur. *k* Qui & alijs mereri i *p.380.*
à Deo beneficia possunt de congruo. k *p.1303.*
27 * *Quia semel cœpi*, *l* Perseuerantia in l *p.1944.*
31 orãdo requiritur. *Cum sim puluis, et cinis.*
m Mortalis, c.5682.7182. *n* Ex terra m *p.1273.*
formatus, & in terram redigendus. Vilis 1280.
conditione, c.5680.7185. *o* Pene nihil cum n *p.129.*
Deo comparatus, c.7189. *p* Humilitatẽ, 314.
vt par est, associat oratio ni. *q* Humilitatis o *p.95.*
autem origo est cognitio propriæ vilitatis. p *p.1943.*
30 * *Ne quæso indigneris*, *r* Cautio, *s* iram 2370.
32 auertens. q *p.2371.*
r *p.1761.*
s *p.2367.*

a p. 1926. 1928.
b p. 1932.
c p. 1949.
d p. 1819. 2105.
e S. Thom. 2. 2. q. 108. a. 4. Vide Extrau. Dierũ de Pœnis, et Leo. I. epist. 86. c. 4.
f p. 44.
g p. 24.

CAPVT DECIMVM NONVM.

SVMMA.

Liberatur Angelorum ministerio à Pentapolis incendio Lot: igne, sulphureq; absumuntur ob infandum scelus quatuor vrbes, Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim: vertitur in salis statuam vxor Lot: ex quo ebrio filia liberos suscipiunt per incestum.

1 VEneruntque duo Angeli Sodomam vespere, & sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitq; pronus in terram, 2 & dixit: Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: Lauate pedes vestros, & manè proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt: Minimè, sed in platea manebimus. 3 Compulit illos oppidò vt diuerterent ad eum: ingressíq; domum illius fecit conuiuium, & coxit azima: & comederunt. 4 Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vsque ad senem, omnis populus simul. 5 Vocaueruntque Lot, & dixerunt ei: Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoscamus eos. 6 Egressus ad eos Lot, post tergum occludens ostium, ait: 7 Nolite, quæso, fratres mei, nolite malum hoc facere. 8 Habeo duas filias, que necdũ cognouerunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodò viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. 9 At illi dixerunt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus es, inquiunt, vt aduena; nunquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Vimque faciebant Lot vehementissimè: iamque propè erat vt effringerent fores. 10 Et ecce miserunt manũ viri, & introduxerunt ad se Lot, clausseruntque ostium, 11 & eos, qui foris erant, percusserunt cęcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. 12 Dixerunt autẽ ad Lot: Habes hìc quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes, qui tui sunt, educ de vrbe hac: 13 delebimus enim locum istum, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos vt perdamus illos. 14 Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. 15 Cumque esset manè, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. 16 Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi. 17 Eduxeruntq; eum, & posuerunt extra ciuitatem: ibique locuti sunt ad eum, dicentes: Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circà regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. 18 Dixitque Lot ad eos: Quæso Domine mi, 19 quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiã tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne

Digitized by Google

fortè apprehendat me malum, & moriar. 20 Eſt ciuitas hæc iuxtà, ad quã poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea: nunquid non modica eſt, & viuet anima mea? 21 Dixitque ad eum: Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertam vrbem pro qua locutus es. 22 Feſtina, & ſaluare ibi: quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum eſt nomen vrbis illius Segor. 23 Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor. 24 Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo: 25 & ſubuertit ciuitates has, & omnẽ circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. 26 Reſpicienſque vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. 27 Abraham autem conſurgens manè, vbi ſteterat prius cum Domino, 28 intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & vniuerſam terram regionis illius: viditque aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumum. 29 Cum enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberauit Lot de ſubuerſione vrbiũ in quibus habitauerat. 30 Aſcenditq; Lot de Segor, & manſit in monte, duæ quoque filiæ eius cũ eo (timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo. 31 Dixitq; maior ad minorem: Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remãſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxtà morem vniuerſæ terræ. 32 Veni, inebriemus eum vino, dormiamuſq; cum eo, vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen. 33 Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa: Et ingreſſa eſt maior, dormiuitque cum patre: at ille non ſenſit, nec quando accubuit filia, nec quãdo ſurrexit. 34 Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. 35 Dederunt etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinum, ingreſſaque minor filia, dormiuit cum eo: & ne tunc quidem ſenſit quando concubuerit, vel quando illa ſurrexerit. 36 Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. 37 Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipſe eſt pater Moabitarum vſque in præſentẽ diem. 38 Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, ideſt, filius populi mei: ipſe eſt pater Ammonitarum vſque hodie.

Interpretatio litteralis, & myſtica.

VEneruntque duo *Angeli Sodomam*, *a* Sunt Angeli; *b* & mouentur de loco ad locum; & *c* viſibili ſpecie apparent, vt viri. *d* & mittuntur ad homines. *Iuit obuiam eis*, *e* Exhibiturus officia amicitię, & hoſpitalitatis. *Adorauit*, *f* Officij cauſa. * *In platea manebimus*, *g* Exemplum modeſtiæ. * *Comederunt*, *h* Figuratiuè, vt ſup. c. 18. 9. * *Vt cognoſcamus*, *i* Peccatum nefandum aggrediuntur; quod commune Sodomis erat, vt indicãt verba illa, *A puero vſque ad ſenem*, &c. * *Occludẽs oſtium*, K Cautio. * *Nolite malum hoc facere*, *l* Miſericordia, & *m* correctio fraterna, qua Lot nititur populum auertere à peccando. *Fratres mei*, quatenus ex eodem patre Adamo omnes nati, *n* * *Abutimini eis*, *n* Inuitat ad patrandum cum ſuis filiabus ſtuprum. Non licet autẽ cooperari neque parato, ad id, quod eſt per ſe peccatum. Sed quia Sap. 10. 6. Lot iuſtus appellatur: videtur Lot cum ad ſtuprũ inuitauit, animo valde perturbato fuiſſe, & non aduerti ſe quid diceret, neque ſtupri malitiam conſideraſſe, ſed tantum ſpeciem quandam minus mali, quàm eſt ſodomia, præſertim in hoſpites. *Vmbra*, Protectionis ſymbolum, c. 7507. *Culminis*, hebr. *Tigni*, Synecdoche, pars pro toto tecto, ſeu domo, c. 8692. & metaphora, *o* culmen pro iure hoſpitij, ac protectione, c. 8683. * *Recede illuc*, *p* Pertinacia, *Nunquid vt iudices?* *q* Conuitiantur. *Vimque faciebant Lot*, Illicitè, *r* tum quia detinebant cum iniuria, *s* tum quia abuti eo volebant. *Effringerent fores*, *t* Ius Lot lædentes, quod habebat in ſuam domum, & ius hoſpitij. * *Introduxerunt ad ſe Lot*, *u* Defendentes innocentem, & hoſpitalem. * *Percuſſerunt cæcitate*, *x* Prouidentiæ actus, *y* & cautionis, *z* & iuſtæ vindictæ. * *Habes hìc quempiam*, *a* Prouidentia peculiaris erga pios. * *Delebimus*, *b* Miniſtri pœnæ. *Eo quod increuerit clamor*, *c* Ad peccatum pœna conſequitur. *Clamor*, *d* Magnum peccatum. *Coram Domino*, *e* qui cognoſcit omnia. *Qui miſit nos*, *f* Angelos, † Auctor pœnæ. *g* Cuius eſt prouidentia. *b* Iudex omnium. *i* Vindex male agentium. 14 * *Locutus eſt* K Angelorum prædictionẽ. / factus

a p. 116. b p. 119. c p. 346. d p. 344. e p. 1606, 1608, 1609, 1611, 2139. f p. 1958. g p. 2368. 2419. h p. 937, 971, 973. i p. 2341. k p. 1761. l p. 1617. m p. 1629. n p. 2334. o p. 1611. P p. 2256. q p. 1894. r p. 1856. s p. 2341. t p. 1817. u p. 1606. 1607. x p. 1759. y p. 1761. z p. 1646. 2095. 2101. 2104. a p. 380. b p. 893. c p. 1279. 2101. d p. 1288. e p. 16. f p. 344. † p. 302. g p. 23. h p. 24. i p. 25. 2099. k p. 685.

Digitized by Google

l p.722. l factus ipſe prædicator, m & in ſuos miſericordiam exercens, n & pietatem.
m p. 1603. 1617.
n p.2045.
o p.717, 718.
p p.1252.
q p.380.
r p.2200.
s p.345.
t p.1767.
u p.220.
x p.243. 2199.
y p.1252.
z p.53. 56.
a p.1471.
b p.1698.
c p.234. 236.
d p.1761.
e p.146. 402.
f p.1252.
g p.1083.
h p.1091.
i p.644.
k p.1491.
l p.56.
m p. 1471. 1109.
n p. 1698.
o p. 234. 236.
p p.1761.
q p.1931. 1932.
r p. 55.
s p.1938.
t p.380.
u p.23. 24. 25. 296. 2099.

Viſus eſt eis quaſi ludens loqui. o Nõ enim erant ad recipienda charitatis monita diſpoſiti; p & in vitãdis periculis negligẽtes. * *Cogebant eum*, &c. vſque ad n. 17. Peculiariter ei q prouidebant: quia pius erat. r Vrgebant ad fugã mortis. s Exercebant cuſtodiam in homines. t Diligẽtem faciebant in negotio tanti momenti. * *Diſſimulante illo*, hebraicè moram faciente. LXX. metuente. u Cunctabatur Lot egredi ob triſtitiam, quod omnia bona in vrbe deſereret. x quod timor, ac ſtuporem auferret. y Sed in tanto periculo non erat per ſe cunctandum, niſi timor, & triſtitia excuſaſſet. *Parceret Dominus*, z benignus, & miſericors. * *Salua animã* 17 *tuam*, &c. a Timorem excitant propoſitione periculorum, b & amorem vitæ, c & ſpem euadendi periculi, d & diligentiam ad cauendum, e & monent liberi arbitrij. *Noli reſpicere poſt tergum.* f Morę occaſio præcidenda in tanto periculo: & & cauendum ne horrore vrbis ardentis exanimeris. g Præceptum imponitur contra curioſum aſpectum. h & ad vitam conſeruandam. & vt præcepti obedientiæ gratum ſe Lot Deo exhiberet pro beneficio. * *In omni circa regione.* Hebr. In 17 omni planitie. ideo ſequitur, *Sed in monte ſaluum te fac.* * *Domine mi.* Duo erant 18 Angeli. ſed Lot non Dominos, ſed Dominum appellat, An quia Deum reſpiciebat in illis, quem referebant? An quia ſingulos deprecabatur? * *Gratiam coram te.* 19 i Innuitur Lot iuſtus, k & amicus Deo. vid. ſup. c. 6. n. 8. *Miſericordiam*, l Deus miſericors. *Nec poſſum in monte ſaluari.* Non verebatur Lot ne non ab incendio ſaluaretur, cum ei ab Angelis ſalus in monte promitteretur: ſed ne periret incõmodis, quæ affert ſolitudo, & locus remotus ab hominum ſocietate. Quare ea propoſitio, *Non poſſum in monte ſaluari*, non eſt amplè intelligenda, ſed reſtringẽda, Non poſſum commodè ſaluari, Non poſſum diu viuere ob incommoda, c. 762. 1109. m Indicant hæc verba timorem in Lot. n amorem vitæ. o ſpem euadendi periculi, p & diligentiam ad cauendum. * *Eſt ciuitas hæc*, q Petit pro ſe, & pro ciuitate. * *Suſcepi preces tuas*, r Deus exorabilis, s & iuſtos exaudiens, vt ſupra exaudiuit Abraham, c. 18. 26, 28, 29, 30, 31, 32. * *Non potero facere quidquam.* 22 Poterat abſolutè, ſed poſito Dei decreto, non poterat, d. 3333. t Peculiaris Dei prouidentia erga Lot. * *Pluit Dominus à* 24 *Domino*, Pluit Dominus ipſo peculiariter volente, ac agente miraculosè. A, cauſam efficientẽ ſignificat ex hebr. *Min*, c. 2782.

x Deus auctor mali, quod eſt pœna. 25 y Deus agens miraculosè. * *Subuertit ciuitates has*, quinque erant in ea regione ciuitates: vni Balæ pepercit propter Lot, quæ deinde appellata eſt Segor, id eſt, Parua; quia parua à Lot appellata: duæ hic nominantur, Sodoma, & Gomorrha, quia maiores erant: duæ ſub illis verbis comprehenduntur, *Omnem circa regionem*, quas nominat Moyſes Deut. 29. 23. Adamam, & Seboim. z Ad peccatũ pœna conſecuta eſt. * *Verſa eſt in ſtatuam ſalis.* a In pœnam inobedientię, quod poſt ſe reſpexit, contra Dei præceptum, & b temeritatis, atque inconſiderationis. Cur ſalis? vt eius pœna eſſet alijs bene ſapiendi exemplum. Sal enim exempli ſalutaris, & ſapientiæ ſymbolum, can. 7319. 7320. quod videtur indicaſſe Chriſtus Luc. 17. 31, 32. *Non redeat retrò. Memores eſtote vxoris Lot.* c Symbolum ergo fuit illa ſalis ſtatua Conſilij, atque docilitatis. 29 * *Recordatus Abrahæ*, d Meritorum Abrahę. Non obliuiſcitur Deus, vt recordetur; ſed recordatio diuinæ cognitionis, fidelitatis, & beneficẽtiæ ſymbolũ eſt. 30 ex c. 2702. 7242. * *Timuit f* periculum, ne ignis reperet vſquè Segor. Erat mens valde perturbata. g Nõ debuerat timere; cum Deus propter ipſum vrbi Segor pepercerit. Ideo fortaſſe Deus permiſit, vt, licet non aduertens, ob ebrietatem, incideret in inceſtum. * *Veni, inebriemus*, h Inuitat ad inceſtum, i & ad inebriãdum patrem, vtrunque peccatum in filiabus. quod non videtur poſſe excuſari, quod nõ eſſent viri, qui poſſent ingredi ad illas: nam poterãt, & debebant aduertere, quod in vrbe Segor, quæ non perierat, erãt viri, atque etiam in alijs vicinarum regionum 33 vrbibus. * *At ille non ſenſit.* k Ea videtur fuiſſe ignorantia, vt excuſaret Lot à peccato. ebrius enim non aduertit quid 36 ageret. * *Conceperunt*, &c. l Habẽtes vim 37 producendi ſimiles ſibi natura. * *Moab*, Idem eſt hebraicè, quod *ex patre*. *Moabitarum*, m Gentis magnæ, fortis, & ſu- 38 perbæ, can. 5112. * *Ammon*, hebraicè *Ben-bhhammi*, Filius populi mei. nomen honeſtius, non exprimens patrem. *Ammonitarum*, heb. *Ammon*. n Gens in Arabia Felice, c. 4976.

Myſticè. a Ignis, & ſulphur, & incendium nefandarum ciuitatum, quod hoc in capite narratur; figura fuit incendij, quo totus orbis terrarũ in extremo mundi die conflagrabit. b Et ignis æterni, in quem impij ob ſua ſcelera detrudentur. Id nobis indicat Chriſtus Dominus Luc. 17. 29. *Qua die exijt Lot à Sodomis, pluit ignem, & ſulphur de cælo, & omnes perdidit: ſecundum hæc erit, qua die Filius hominis reuelabitur.* & Apoſtolus Iuda in

ſua

x p.302. 303.304. y p.310.
z p.1279. 2101.
a p.1279. 2066. 2072
b p.1763. 1764.1765.
c p 1723. 1756.
d p.1295. 1299.1307.
e p.16. 48. 54.
f p.238.
g p.2199.
h p.2337.
i p.2308. 2311.
k p.1250.
l p. 308.
m p.320.
n p.320.
a p. 611, 612.
b p.958. 1019.1276. 1279.1283.

Digitized by Google

sua Epistola n.7. *Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam* (figurâ ignis æterni) *sustinentes.*
c p. 653. 658. 659. 660. 661. 2022. 2072 *c* Porrò vxor Lot in statuam salis versa, figura fuit eorum, qui huius vitę commodis inhiantes, vitam amittunt gratiæ, & in æternam mortem incurrunt, vt indicat Christus Luc. 17.31. *In illa hora qui fuerit in tecto & vasa eius in domo, ne descēdat tollere illa: & qui in agro, similiter nō redeat retrò. Memores estote vxoris Lot. Quicunque quæsierit animam suā saluam facere, perdet illam.* Ex quibus colligimus, d Lot, quatenus hortantibus, & iuuantibus Angelis, fugit è ciuitate, & paruit vt non respiceret retrò; fuisse figurā iustorum, qui obedientes Deo inspiranti, præcipienti, adiuuanti per gratiam, abstinent ab illecebris peccatorum, & ad perfectionis statum accurrunt. Mons enim, ad quem Lot ab Angelis inuitatur, Ecclesiæ, ac perfectionis symbolum est, c.6682. 6685. *e* Colligimus etiam Sodomitas cœcitate percussos, fuisse figuram excœcationis, quā Deus sæpè in impijs permittit, *f* & generos, qui nolentes audire Lot, igne consumpti sunt; significasse nobis Sine fide non posse salutem esse. *g* Et Lot suadentem suis generis fugam, prædicatores euangelicos figurasse.
e p. 381. f p. 1342. g p. 700.
d p. 367. 369. 371. 375. 376. 378. 394. 395. 397. 398. 406. 409. 658. 659. 661.

CAPVT VIGESIMVMVM.

SVMMA.

Abraham peregrinus apud Regem Abimelech in Geraris, veritus mortem propter pulchritudinem vxoris Sarę, profitetur palam esse illam sororem suam. Quare Abimelech accersitam illam ad se, cogitat de matrimonio. Sed deterret illum Deus comminatione mortis, nisi alteri vxorem restituat. Paret ille, & Abraham Deum orante, à pœna liberatur.

1 PRofectus inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. 2 Dixitque de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Gerarę, & tulit eam. 3 Venit autem Deus ad Abimelech per somniū nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. 4 Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem & iustam interficies? 5 Nonne ipse dixit mihi: Soror mea est: & ipsa ait: Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. 6 Dixitq; ad eum Deus: Et ego scio quod simplici corde feceris; & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam. 7 Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia propheta est: & orabit pro te, & viues. Si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. 8 Statimque de nocte consurgens Abimelech, vocauit omnes seruos suos: & locutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde. 9 Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meū peccatum grande? quæ non debuisti facere, fecisti nobis. 10 Rursumque expostulans, ait: Quid vidisti, vt hoc faceres? 11 Respondit Abraham: Cogitaui mecum, dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto; & interficiēt me propter vxorem meam: 12 aliàs autem & verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. 13 Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecum: In omni loco, ad quem ingrediemur, dices, quòd frater tuus sim. 14 Tulit igitur Abimelech oues & boues, & seruos & ancillas, & dedit Abraham: reddiditq; illi Saram vxorem suam, & ait: 15 Terra coram vobis est, vbicunque tibi placuerit, habita. 16 Saræ autē dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, & quocunque perrexeris: mementoque te deprehensam. 17 Orante autem Abraham, sanauit Deus Abimelech & vxorem, ancillasq; eius, & pepererunt: 18 concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ.

CA-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

PRofectus inde. E conualle Mambre. Cur? An vt molestum halitũ fugeret sulphuris, qui ex eversa Pentapolis regione spirabat? *Cades* vrbs, & solitudo prope mare rubrũ, c.5014.5063. *Sur*, Alterum desertum. de quo supra cap.16.7. *Geraris*, Vrbs regia, Metropolis Palestinæ, c.5063. * *Tulit eã*, 2
a p.830. In vxorem, *a* vt contraheret cum ea matrimoniũ, putans Abrahæ non vxorem, sed sororem esse. Erat autẽ Sara pulchra, etiam si nonagenaria, tum quia homines eo tempore longioris vitæ erant, tum quia non genuerat liberos, nec lactauerat, quæ fœminis pulchritudinem auferre solent.
b p.684. * *Per somnium*, *b* Visiones propheticas 3
694. Deus interdum dormientibus immittere
c p.380. solet. *Morieris propter mulierem*. *c* Peculiaris Dei in Abraham prouidentia.
d p.1279. *d* Pœnam mortis minatur, nisi vxorem
1293. Abrahæ restituat. *e* Illicitum enim est
e p.2336. adulteriũ. * *Num gentẽ ignorantem*, &c. 4
f p.1053. *f* Non est voluntarium, quod omnino est
g p.1250. ignoratum. *g* & ignorantia voluntatem tollens male agendi excusat à peccato.
h p.1294. *h* Neque licet immerenti pœnam comminari, nisi ad peccatũ cauendum. * *In simplicitate cordis*, *i* Simplicitas innocentiæ, 5
i p.644. ac perfectionis symbolum est. *Munditia*,
k p.644. *k* Symbolũ quoque innocẽtiæ. *Manuum*,
l p.1036. Manus symbolum operis, c.6591. *l* Manus
1151. mundæ, symbolum operum bonorum.
m p.16. * *Et ego scio*, *m* Deus habet omnẽ scien- 6
n p.17. tiam, *n* & arcana cordium cognoscit.
o p.374. *Custodiui te, ne peccares in me*. *o* Indiget
p p.1828. homo gratia Dei ad præcepta implenda.
1835. *Redde viro suo vxorem*. *p* Non potest li-
q p.1800. citè res aliena retineri. *q* Iustum restitu-
r p.420. tione faciendum. * *Propheta est*, *r* Homo 7
644. iustus, diuinus, c.2116. *Orabit pro te, & viues*, *s* Exaudit Deus orationes iustorũ.
s p.1016. *t* Quare congruum est sanctos viros pro
t p.1928. nostris necessitatibus ad intercedendum
u p.1931. Deo aduocare. *u* Et licet etiam pro tem-
x p.1932. poralibus, vt pro vita corporis, orare.
y p.1279. *x* & nõ solum pro nobis, sed etiã pro alijs.
1293. *Morieris*, *y* Minatur mortem. *Omnia*
z p.1290. *quæ tua sunt*. *z* Quia ad te peccantem
a p.2061. spectãt. * *Statimque*, *a* Ad obediendum 8
2063. 2066 Deo festinus, *b* ac diligens, *c* tempestiuè
b p.1732. ad consultandũ accedens. *Timuerunt*que,
1767. *d* Veriti comminationẽ diuinam. * *Quid*
c p.1729. *fecisti nobis?* *e* Conqueritur non iniustè. 9
d p.238. * *Cogitaui mecũ*, &c. *f* Reddit interrogãti 11
2200. sui facti rationem, *g* se cautum ostendens.
e p.2153. *Forsitan non est timor Dei in loco isto*,
f p.1377. *h* Innuit Deum timendũ esse, *i* & frænari
g p.1761. peccãdi libidinem timore Dei, K fine quo
h p.38. quidquid illicitũ audere homines non ve-
i p.1469. retur. * *Vere soror mea est*, *l* Quare veri- 12
1470. tatem celaui, nõ mentiendo, cum meã so-
k p.2204. rorem eã dixi, nõ vxorem, cum vtrunque esset. *Filia patris mei*, Filia pro nepte ponitur, c.1617. Erat Sara filia Aran, fratris Abrahæ, quorũ pater Thare; Saræ frater Lot. *Non matris mea*, Mihi cõsanguinea, consobrina ex parte patris, non ex parte matris. *Duxi in vxorem*, *m* Matrimonio licito, *n* in gradu cõsanguinitatis nõ pro- 13
hibito lege naturæ. * *Eduxit me Deus*, Hebr. *Hithhhhù othi Elohìm*, Errare me fecerunt Dij è domo patris mei. Si nomen plurale *Elohim*, pro diuinis personis sumamus, sensus est, quem indicat vulgata: Postquã eduxit me Deus de domo patris mei. *o* & heb. *Eduxerunt*, refertur ad tres diuinas personas: quia Actiones sunt suppositorum. *p* Deus autẽ eduxit Abraham, dicẽs c.12. Egredere de terra tua. Si verò *Elohim* dij, pro Idolis accipiamus, c.1492. sensus non incongruus esse posset, quod Abrahã indicet causã cur in alienis terris peregrinetur, nẽpe idolorũ cultũ, qui erat in Vr Chaldæorũ: quem vt fugeret, exiuit Abrahã de terra sua. *q* nam ab infidelium cõmercio cauendũ, d.3583. *Hanc misericordiam*, *r* Ad præcauendũ meæ vitæ periculũ. *s* ad officiũ amicitiæ tuo viro præ- 14
standũ. * *Dedit Abraham*, *t* Ad ius lesum compẽsandũ, *u* ad officiũ amicitiæ exhibẽdum. *Reddidit Saram*, *x* vt iustũ faceret 15
restitutione. * *Habita*, *y* Hospitem te in 16
meo regno suscipio. * *In velamen*, LXX. *In honorem tuæ personæ*. Dedi fratri tuo argentum ad resarciendam iniuriam, quod illius vxorem acceperim, illud argentum erit in testimonium, quod te non violauerim; ac proinde cedet in honorem tuæ personæ. *Mementoque te esse deprehensam*. Caue, iterum dicas Abrahamum esse tuum fratrem, cum iam deprehensa sis esse vxor. In textu hebræo est pro tota hac sententia vnum nomen, quod nunc legitur נכחות *Nochahhath*, sed posset legi *Nechahhoth*, Rectitudines. & sensus esse posset: Sint tibi mille argentei in signum meæ rectitudinis, meæ, tuæque innocentiæ. *a* Ius Abrahami in coniugem acceptione coniugis læsum pœna Abimelech compensat, *b* & simul exhibet officium amicitiæ. Posset & alius esse horum verborum sensus, si sumamus *Velamen* pro confusione, c.6878. (nam & כסות græcum, honor, etiam pro pœna sumi solet) *c* esset que Regis querimonia, & obiurgatio contra Saram. Ego, inquit, dedi ad compensandam iniuriam mille argenteos. erunt in tui confusionem 5
suspi-

l p.2114.
m p.831.
n S.Tho. in Add. q.54. a.3.
o p.57.
p p.23.380
q p.913. 1422.
r p.1761.
s p.2139.
t p.1799.
u p.2139.
x p.1800.
y p.1611.
a p.1799.
b p.2139.
c p.2154.

ſuſpicabuntur ij, quibus cum verſaberis, & *Nochàbhath* coram omnibus habeberis vt adultera, vt à me violata. diſce aliàs non loqui tectè, ſed clarè profiteri te vxorem eſſe Abrahæ. Ex his duabus expoſitionibus, colligimus, *d* velamen & Pudicitiæ, *e* & Impudicitiæ ſymbolum eſſe. *Orante*, *f* Pro ſanitate, *g* & impetratione promerente. * *Propter Saram*, *h* vt deterreret pœna ab adulterio.

d p.2314.
e p.2331.
f p.1931.
18
1932.
g p.1299. 1307.
h p.1295.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

Tria narrantur: Natiuitas Iſaac, Eiectio Agar cum filio, Pactum inter Abraham & Abimelech initum ad puteum iuramenti.

1 VIſitauit autem Dominus Saram ſicut promiſerat: & impleuit quæ locutus eſt. 2 Concepitq; & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus. 3 Vocauitq; Abrahã nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac. 4 Et circuncidit eum octauo die, ſicut præceperat ei Deus, 5 cum centum eſſet annorum: hac quippe ætate patris, natus eſt Iſaac. 6 Dixitque Sara: Riſum fecit mihi Deus: quicunque audierit, corridebit mihi. 7 Rurſumq; ait: Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam ſeni? 8 Creuit igitur puer, & ablactatus eſt: fecitq; Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. 9 Cumq; vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: 10 Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. 11 Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo. 12 Cui dixit Deus: Non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. 13 Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuũ eſt. 14 Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerum, & dimiſit eã. Quæ cũ abijſſet, errabat in ſolitudine Berſabee. 15 Cumq; conſumpta eſſet aqua in vtre, abiecit puerum ſubter vnã arborum, quæ ibi erant. 16 Et abijt, ſeditque è regione procul quantum poteſt arcus iacere, dixit enim: Non videbo morientem puerum: & ſedens contrà, leuauit vocem ſuam & fleuit. 17 Exaudiuit autem Deus vocem pueri: vocauitque Angelus Dei Agar de cælo, dicens: Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt. 18 Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum. 19 Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem, deditq; puero bibere. 20 Et fuit cum eo: qui creuit, & moratus eſt in ſolitudine, factuſq; eſt iuuenis ſagittarius. 21 Habitauitq; in deſerto Pharan, & accepit illi mater ſua vxorem de terra Ægypti. 22 Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius, ad Abraham: Deus tecum eſt in vniuerſis quæ agis. 23 Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & poſteris meis, ſtirpique meæ: ſed iuxta miſericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua verſatus es aduena. 24 Dixitque Abraham: Ego iurabo. 25 Et increpauit Abimelech propter puteũ aquæ quem vi abſtulerant ſerui eius. 26 Reſponditq; Abimelech: Neſciui quis fecerit hanc rem: ſed & tu non indicaſti mihi, & ego nõ audiui præter hodie. 27 Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimelech: percuſſeruntq; ambo fœdus. 28 Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. 29 Cui dixit Abimelech: Quid ſibi volunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? 30 At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum. 31 Idcirco vocatus eſt locus ille Berſabee: quia ibi vterque iurauit. 32 Et inierũt fœdus pro puteo iuramenti. 33 Surrexit autẽ Abimelech & Phicol princeps exercitus eius, reuerſiq; ſunt in terram Palæſtinorum. Abraham verò plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni. 34 Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis, & mystica.

Visitauit autem Dominus Saram, &c. *Visitauit*, Beneficium fœcunditatis contulit, c.2776.7782. *a* Deus benefi- 1
a p.54. cus, eius beneficentiæ symbolũ visitatio.
b p.23.304 380. *b* Peculiarem erga suos cultores prouidẽtiam exercens; cuius etiam symbolum visitatio. *c* Auctor Deus omnis boni, *d* con-
c p.296. 298. currens ad operationes causarum secun-
d p.309. darum. *Sicut promiserat*, *e* Deus fidelis.
e p.48. † Standũ promissis. * *Concepitque*, *f* Sua 2
† p.2124. 2125. etiã est operatio in creaturis corruptioni
f p.308. 311.320. obnoxijs in producendo sibi similia. *Prædixerat ei Deus.* *g* Prophetia est à Deo,
g p.634. *h* qui cognoscit futura. *Circũcidit*, *i* Obe-
h p.18. dientem se Deo exhibuit in præcepto cir-
i p.760. 839. 2061. cunciſionis. * *Risum fecit*, Risus explicat 6
k p.202. gaudium intus ex re iucunda conceptum, d.1865. K Quare lætitiæ symbolum est, c.7266. Ideo LXX. pro verbis illis, *Corridebit mihi*, habent συγχαρήσεταί μοι, collætabitur mihi. Est & Risus symbolum ludibrij, c.7267. quia ridere solemus ex extraneo aliquo euentu, si concinnè accidat, vt si quis elegãter incedens, in lutum
l p.202. 807.1902. cadat, d.1866. Dicit *l* ergo se Sara ab alijs irridendam, quod vetula filium lactaret. * *Quis auditurum crederet Abraham*, &c. 7
m p.158. hebr. Quis dicet Abraham, lactat filios Sara? LXX. Quis annũciabit Abraham, quod lactat filium Sara? *m* Admiratur Sara suum conceptum miraculosum.
* *Creuit igitur puer, et ablactatus est*, &c. 8
Ludentem cum Isaac, verba illa *cum Isaac*, 9
n p.1902. 1894. non sunt in textu hebræo, sed addiderũt explicationis causa LXX. & nostra vulgata. *n* Porrò ludere, posset accipi & pro Irridere, atque conuicijs aliũ afficere: nam Galat.4. 29. Is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui
o p.2331. secundum spiritum. *o* Et pro Blandiri, atque ad libidinẽ prouocare, vt licitè ludebat Isaac cũ Rebecca vxore inf. c. 26.8.
p p.2007. *p* Et pro Idolatrare: nam ludis exhiberi
q p.2381. 2385. cultus Idolis solebat Exod.32.6. *q* Et pro Superbire, quatenus ludus solet esse cum æqualibus: & Ismael ludendo cum Isaac ita se gerebat vt æqualis, non vt filius ancillæ. Hæ potuerunt esse causæ, cur Sara indignaretur. * *Eijce ancillam, & filium* 10
r p.1278. 2099.2104. *eius*, &c. *r* In pœnam sceleris: *s* ad remo-
s p.2095. uendũ nocumenta. * *Durè accepit*, hebr. 11
t p.216. Displicuit. *t* tristatus est. *u* tristitię autem
u p.225. causa amor in filium Ismael. * *Cui dixit* 12
x p.684. *Deus*, *x* Reuelãs futura. *Audi vocem eius*,
y p.1723. 1756. *y* Recipe consilium. *In Isaac vocabitur tibi semen*, Filij Abraham appellabuntur, nõ qui ex Ismael nascentur, sed qui orientur ex Isaac, c.8541. Vel melius ex Paulo Rom.9.8. Filij Dei, qui secundũ gratiam generabuntur, ac filij Abraham dicentur; nõ ex Ismaelis, sed ex Isaac semine, id est, ex Christo (Galat.3.14.) nascentur, z qui
z p.426. 434. 435. secundum carnem est filius Isaac, filius
449. 459. Abraham. *a* Renouat Deus promissio-
573. nem de Christi aduentu. *Vocabitur*, Erit,
a p.2124. c.463. 1926. *Semen*, nempe promissum, 13 Rom.9.8. Christus, Gal.3.16. * *Faciam in gentem magnam*, *b* Alia promissio.
b p.2124. *Quia semen tuum est*, *c* Quia id tu me-
c p.1299. 1307. reris.

Mysticè. Sensum allegoricum huius loci Paulus indicat Rom. 8.9. & Gal.4. 23. qui duos Abrahæ filios duo testamẽta interpretatur; & semen, Christum; & ancillam, Synagogam; & ancillæ cum filio eiectionem, legis veteris cessationem. Sensus ergo allegoricus est: *a* Creuit puer,
a p.601. & ablactatus est, cum Ecclesiæ nascenti, id est, Apostolis, ac primis Christi discipulis, ipsius Christi præsentia visibilis sublata est, c.5223. *b* & cum per aduentum
b p.602. Spiritus sancti aucta est Ecclesia doctrina cælesti, c.5222. *c Grande conuiuium*, Cœ-
c p.762. na est eucharistica corporis, & sanguinis Christi, quæ instituta est à Christo paullo ante eius in cælum ascensum. *d Ismael*
d p.884. superbiens, ac persequens Isaac, est populus Iudaicus: qui Christum persecutus est, & Apostolos: qui omni conatu nisus est veterum cæremoniarum vmbras in luce veritatis euangelicæ cõseruare. *e* Ancilla,
e p.864. & filius eijcitur: quatenus cæremoniæ veteris legis post Christi resurrectionem cessarunt. *f* Non est hæres filius ancillæ
f p.865. cum filio liberæ: quatenus post Euangelij promulgationem licitè legalia seruari non possunt; ideò non habent ea locum in regno Dei, id est, neque in Ecclesia militante, neque in triumphante.

14 * *Surrexit Abraham*, &c. *a* Paruit Deo
a p.2061. 2066. iubenti. *Tollens panem*, &c. *b* Pius in
b p.2041. vxorem, ac filium, *c* ac prouidens necessa-
c p 1759. ria. *Dimisit eam*, *d* Diuortio Dei auctod d.4728. ritate facto, causaq; legitima. *Bersabee*, 5255. id est, Puteus iuramenti: quod ibi Abrahã, & Isaac cum Abimelech fœdus iuramẽto sanxerũt. Vrbs tribus Iudæ, terminus terræ Israel ad austrum. vbi multis annis habitarunt Abraham, Isaac, Iacob. ei vrbi contiguum desertum magnum. Bersabee nunc appellatur per anticipationẽ, c.462.
15 * *Abiecit puerum*, *e* Tristitiæ actus. *Non*
e p.216. *videbo*, *f* Tristitiam cohibere nititur.
f p.233. 16 * *Fleuit*, *g* Tristitiæ effectus, *h* ac sym-
g p.231. h p.216. 17 bolum. * *Exaudiuit*, *i* Deus exorabilis.
i p.55. *Vocem pueri*, K Desiderium, ac orationem
k p.1931. potũ petentis. *l* Vox, desiderij symbolum,
l p.200.

Digitized by Google

m p. 1926. m & orationis. *Angelus*, n Sunt Angeli,
n p. 116. o qui cognoſcunt ſingularia. p & ad homi-
o p. 121. nes mittuntur. *Noli timere*, q Neſiti puer
p p. 344. moriatur. * *Surge*, r Audaciam excitat 18
q p. 238. ſpe futuri boni. *Ingentem magnam fa-*
r p. 248. *ciam eum.* s Prædicit Deus, t per Angelũ,
s p. 684. u Iſmaelis progeniem, x ſe fidelem exhi-
t p. 685. bens: nam id Abrahæ promiſerat. * *Ape-* 19
u p. 320. *ruitque oculos eius Deus*, y Cuius eſt om-
x p. 48. nium prouidentia. *Videns, abijt*, &c.
2125. z Solicita in puero iuuando, a & pia erga
y p. 23. 304 filium, b & prouidens neceſſitati, c & mi-
z p. 1767. ſericors. * *Et fuit cum eo* Deus, vt eſt in
a p. 2041. hebræo textu, & in verſione LXX. Deus 20
b p. 1759. ei fauit, d. 3536. d ei peculiari ratione pro-
c p. 1609. uidit, vt proſperè ageret. *Sagittarius*,
d p. 23. 304 e Artem habens ſagittas iaculandi. * *Vxo-* 21
e p. 268. *rem*, f Vt eum matrimonio copularet.
f p. 830. *Pharan*, Deſertum aſperum, vaſtum, in-
uium, inaquoſum, ſterile, ſaxoſum, are-
noſum, Solis æſtu intolerabile. in quo 38.
annis vagati ſunt Iſraelitæ. Sumitur Pha-
ran interdũ pro prima parte deſerti Ara-
biæ prope montem Sinai, interdum pro
vltima parte verſus terram promiſſionis.
dicitur etiam deſertum per Sin.

* *Eodem tempore dixit Abimelech*, &c. 22
g p. 23. 304. *Tecum eſt*, g Prouidens vt proſperè agas.
309. *Iura ergo per Deum*, h Licitum eſt iura-
h p. 1982. mentum, i & licitum ab alio exigere.
i p. 2032. K Vult autẽ Abimelech inuocari expreſsè
k p. 1983. Deum, l & ſuæ, ſuorumq; incolumitati,
l p. 1759. paciq; prouidet. * *Iuxta miſericordiã*, &c. 23
24 m Gratitudinis officium exigit. * *Iurabo*, m p. 2084.
25 n Poſset etiã verti, ego iuro. * *Increpauit*, n p. 1982.
o Conqueſtus eſt, p quod ius amici læ- o p. 2154.
ſerit, q accuſauit, vt repeteret puteum. p d. 4469.
r fraternè corripuit. *Vi abſtulerant*, s Ra- q p. 1802.
26 pinæ genus. * *Neſciui quis fecerit*, t De- r p. 1629.
27 fenſio licita: u nam ignorauit. * *Dedit* 1631. 1632.
Abimelech, x Exhibens officia amicis de- s p. 1861.
bita, y in ſignificationem amoris, z ad t p. 1803.
fœdus, amicitiamq; firmãdam. *Percuſſe-* u p. 1250.
runtque ambo fœdus. a Amicitiã inierunt. x p. 2139.
30 * *Vt ſint mihi in teſtimonium*, &c. b Spe- y p. 1594.
cies eſt quædam contractus emptionis, & 1605.
venditionis. Dat Abraham ſeptem agnas, z p. 194.
vt liberam habeat putei poſſeſſionem. a p. 194.
31 * *Bersabee, quia ibi vterque iurauit,* b p. 1787.
Shèbahhh & Iuramentum, & ſeptẽ ſignifi-
cat. vt nomen indicat & ibi iuratã fuiſſe
amicitiam, & ſeptem agnas ab Abraham
32 pro puteo datas. * *Pro puteo iuramenti*,
Propter puteum iuramenti, ne eſſet ini-
micitiæ cauſa. Poſset & verti, *In puteo*
iuramenti, c. 2799. vt indicetur locus initi
fœderis. c Poteſt autẽ fœdus & pro ami- c p. 194.
citia ſumi in loco putei inita, d & pro pa- d p. 1787.
33 cto, ſeu cõtractu pro puteo facto. * *Plan-*
tauit nemus, e vt Deum coleret cultu etiã e p. 1915.
externo. nam ſequitur; *Et inuocauit ibi* 1919.
nomen Domini, f Deum coluit inuocan- f p. 1918.
do, orando, ſacrificando, laudando. vide 1926. 1957.
ſup. c. 4. 26. *Dei æterni*. g Solus Deus æter- 1962. 1998.
nus, quatenus neque principium, neque g p. 11.
finem habere poteſt, d. 1095.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

Iubetur Abraham filium immolare: Paret ille Deo præcipienti: ſed reuocato per Angelum mandato, arietem immolat: demum generatio narratur Nachor fratris Abraham.

1 Væ poſtquam geſta ſunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille reſpondit: Adſum. 2 Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. 3 Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filium ſuum. Cumq; concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locum quem præceperat ei Deus. 4 Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: 5 dixitque ad pueros ſuos: Expectate hic cum aſino: ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos. 6 Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe verò portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent ſimul, 7 dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi. At ille reſpondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? 8 Dixit autem Abraham: Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter: 9 & venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna compoſuit: cumq; alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. 10 Extenditq; manum, & arripuit gladium, vt immolaret filiũ ſuum. 11 Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpon-

Digitized by Google

respondit: Adsum. 12 Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui, quod times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. 13 Leuauit Abraham oculos suos, viditq; post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustũ pro filio. 14 Appellauitq; nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. 15 Vocauit autem Angelus Domini Abraham secundò de cælo, dicens: 16 Per memetipsum iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: 17 benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, 18 & BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. 19 Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi. 20 His ita gestis, nunciatũ est Abrahæ quòd Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, 21 Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, 22 & Cased, & Azau, Pheldas quoque, & Iedlaph, 23 ac Bathuel, de quo nata est Rebecca: octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ. 24 Concubina verò illius, nomine Roma, peperit Tabee, & Gaham, & Tahas, & Maacha.

Interpretatio litteralis, & mystica.

TEntauit *Deus*, Non vt ad peccatum induceret, vt facit Diabolus; neque vt cognosceret an Abraham esset Deo obediens, cum Deus omnia sciat: sed vt quod sciebat, scire videretur; & vt ipse Abrahã se cognosceret, scirentque ceteri eius virtutem, c. 2760. 2761. *a* & vt eius obedientia ea tentatione perficeretur. * *Vnigenitum*, Vnicus tunc erat in domo Abrahæ Isaac, expulso iam Ismael: vnicus respectu Sarę: vnicus respectu promissionis diuinę. *b* Ideo peculiari amore à patre dilectus. *Visionis*, Hebr. מוריה *Morijjah*, Moria. Ita videtur appellata integra regio, vbi fuit Ierusalem, quæ vertitur visio pacis: quæ plures montes complectebatur, vt Montem Sion, & Caluarię: nam subditur, *Super vnum montium*. *Holocaustum*, Sacrificium, quod in reuerentiam diuinæ Maiestatis offerebatur. totum cremabatur, in signum quod quidquid habemus, à Deo est, c. 2197. Ex hoc Dei præcepto habemus 1. *c* Congruum esse adorationẽ etiam exteriorẽm Deo exhibere. *Offeres eum in holocaustum*. 2. *d* Congruum esse adorationi externæ determinatum locum adhibere. *Super vnum montium, quem monstrauero tibi*. 3. *e* Aliquas oblationes esse necessariò offerendas, quatenus intercessit præceptũ. *Tolle filium tuum, &c.* 4. *f* Licere de quibuscunque rebus oblationes fieri: nisi aliud obstet. *Tolle filium*, &c. *& offer*. 5. *g* Fuisse ante legem quasdam ad cultum Dei ceremonias. * *De nocte*, Hebr. & LXX. Mane, valde mane, id est, de nocte. *h* Elucet Abrahæ obedientia, *i* ac diligẽtia. * *Expectate hìc*, K Nam contemplationi congrua solitudo. *Adorauerimus*, Adorare interdum idem est, quod sacrificare, c. 2510. *Reuertemur ad vos*. Reuertar, inquit, cum Isaac. arbitrans quia & à mortuis (inquit Paulus Hebr. 11. 19.) suscitare potens est Deus. *l* Habemus insigne & fidei exemplum, *m* & spei, quatenus in Dei promissionibus nititur. * *Tulit quoque ligna*, &c. *n* Prouidentia, ne quid ad sacrificium deesset. quam prouidentiam præsefert etiã Isaac illis verbis: * *Vbi est victima holocausti?* * *Deus prouidebit*, *o* In quo est omnis prouidentia. * *Aedificauit altare*, &c. *p* Abrahæ obedientia describitur, *q* & diligentia, *r* & religio. * *Ecce Angelus*, *s* Sunt Angeli, vt supra dictum est cap. 21. nu. 17. * *Nunc cognoui*, Notum alijs feci, c. 2572. *Timeas Dominum*, *t* Est Deus timendus. *u* De timore filiali hìc agitur, ne Deus offendatur: nam subditur, *Non pepercisti vnigenito filio tuo pròpter me*. *x* Dei enim volũtas diligẽda super omnia. *Et non pepercisti*, Quia non pepercisti, c. 2896. 2903. * *y Obtulit holocaustum*, Sacrificium inter externas adorationes summum. * *Dominus videt*, Dominus prouidebit, nempe victimã; quod responderat Abraham filio suo Isaac, & deinde est expertus. *z* Professus est Abraham ea nominis impositione, & Dei prouidentiã, *a* & gratum animum erga Deum de accepto beneficio, vt esset eius beneficij perpetua apud posteros memoria. *b* Symbolum autem diuinæ prouidentiæ visio. * *Angelus Domini*, *c* vt supra v. 11. * *Per memetipsum iuraui*, *d* Iurat Deus ergo iurare licet. *Quia fecisti rem hanc*, *e* En opera bona, *f* quæ meriti rationem habent *g* apud Deum, *h* etiam pro alijs, *i* ad impetrãda spiritualia bona. *Et benedicentur*, &c. & tẽporalia, *Multiplicabo*

a p.895. b p.183. 188.1543. c p.1960. d p.1961. e p.1969. f p.1971. g p.859. h p.2061, 2066. i p.1767. k p.682. l p.1316. m p.1442. n p.1759. o p.23. p p.2061, 2066. q p.1767. r p.859. s p.116. 121.344. 685. t p.38. u p.1470. 1493. x p.1504. 1538. y p.859. 1960.1962. z p.23. a p.2083. b p.23. c p.116, 121, 344. 685. d p.1982. 1983. e p.1151. f p.1295. g p.1299. h p.1303. i p.1307.

Digitized by Google

semen tuum, &c. *Portas*, Synecdoche, pars pro tota ciuitate, c.8692. *Propter me*, vt sup.v.12. * *Benedicam tibi*, &c. Promittuntur bona & temporalia, & spiritualia, & aduentus Messiæ. Dogmata, quæ in his verbis continentur, habetur sup.c.12.v.3. 17

k p.326. K Stellæ, Arena, symbola sunt multitudinis, c.5396.7522. * *Obedisti voci meæ*, 18

l p.2062. *l* Meo præcepto. *m p.2065.* Obedientiæ præmia præclara: *n p.1065.* quia diuinam voluntatem exequitur. *o p.1572.* per conformitatem cum diuina voluntate charitatem secum affert, *p p.1573.* & bona præstantissima. * *Quod Melcha* 20

q p.320. *quoque genuisset*, &c. *q* Narratur genealogia Nachor fratris Abraham, propter 22 Rebeccam, ducendam in vxorem ab Isaac. 23

a Tertull. adu. Iud. Clem. Alex. 1. Pædag. 5. & 1. strom. Orig. super Gen. hom. 8. 13. Ambros. de Isaac 1. Chrys. supra Genes. hom. 47. *Mystice*. *a* Nullum dubium Isaac typum fuisse Christi Iesu. Nã Paulus Gal.4. docet, Isaac noui testamenti figurã fuisse. cum autem testamentum morte firmetur testatoris: dicendum, sacrificium, quod Abrahæ præcipitur, per quod occidendus erat Isaac, fuisse figurã sacrificij à Christo in Cruce peracti; vt cõmunis est Patrum sensus, & innuit Ecclesia in Missa de sanctissimo Eucharistię Sacramento illis verbis: In figuris præsignatur, cum Isaac immolatur. & in Tridentino verbis illis: Hęc illa oblatio est, quæ per varias sacrificiorũ naturæ, & legis tempore similitudines figurabatur. Est autem eadẽ oblatio, quæ Deo in Missa offertur, cum hostia, quæ oblata est à Christo in Cruce. Sit ergo interpretatio allegorica in hunc modum:

b p.565. 566. *b* Præceptum, quod Abrahæ datur à Deo de immolando filio, significat præceptum illud, quod in instanti Incarnationis impositum est à Patre Christo in mundum ingredienti de moriendo pro hominum salute. *c p.441. 496.* *c* Abraham Dei præcepto obediẽs, typus est Christi, qui factus est obediens vsque ad mortem. *d* Abraham sacrificãs, innuit Christum, qui nõ solum hostia, sed etiam Sacerdos fuit, ipse se offerens in sacrificium. *d p.478.* *e* Illa Abrahę verba, *Expectate hic, Reuertemur ad vos*, spem Christi de sua resurrectione indicant, eam suis discipulis promittentis. *e p.498. 592.* *f* Isaac ligna gestans, est ipse Iesus Crucẽ sibi baiulans. *f p.557.* *g* Ignis, & gladius, quæ portabat Abraham, symbola erant, ille charitatis, qua Iesus in Deum, & in homines ardebat, c.6271. *g p.492.* *h* hic passionum, quas tolerabat, c.6171. 6174. *h p.545.* *i* Ponitur Isaac super struem lignorũ, quatenus Iesus affigitur Cruci. *i p.479.* *k* Aries pro Isaac immolatur, quatenus Verbum diuinũ verè crucifixum est, & mortuum, sed non in diuinitate, sed in humanitate, quam assumpserat. *k p.544. k p.568.* *l* Alligatur Isaac; quia Iesus ligatus fuit. *l p.552.* *m* Aries inter vepres, est Iesus spinis coronatus. *m p.556.* *n* Aries hæret cornibus, quatenus Christus passiones patienter perferendo, diuinam potentiam abscondit, *o* & maiestatem, se humiliando, ac verum hominem exhibẽdo: Cornu enim symbolum est & potentiæ, & dignitatis, c.5781. 5782. *n p.532.* *o p.531.* *p* Multiplicatio promittitur seminis, quatenus quotquot per gratiam filij Dei generãtur, id per Christi merita consequuntur. *p p.573.* *q* Iusti autem rectè stellis simul, & arenæ similes dicuntur, quatenus per gratiam, & perfectionem sublimes sunt, & lucidi vt stellæ, c.7519. 7523. & per tribulationes graues sunt vt arena, c.5397. *q p.644.* *r* Dicuntur possessuri portas inimicorum suorum: quia Ecclesia iurisdictionem exercet in peccatores, potestatem habens ligandi, atque soluendi. *r p.867. 869. 870. 871.* *s* Symbola autem Iurisdictionis sunt portæ: quia olim Iudicia in portis ciuitatum exercebantur, c.7135. *s p.1804.*

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Iusta soluit Abraham vxori Sara vita functa, empto in sepulturam agro.

1 VIxit autem Sara centum viginti septem annis. 2 Et mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebron, in terra Chanaan: venitque Abraham vt plangeret & fleret eam. 3 Cumque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens: 4 Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum. 5 Responderunt filij Heth, dicentes: 6 Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuũ tuum: nulluſq; te prohibere poterit quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. 7 Surrexit Abraham, & adorauit populum terrę, filios videlicet Heth: 8 Dixitq; ad eos: Si placet animæ vestræ vt sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite prò me apud Ephron filium Seor: 9 vt det mihi spelunc㠠 duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessio-

Digitized by Google

poſſeſſionem ſepulchri. 10 Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Reſponditq; Ephron ad Abraham cunctis audientibus, qui ingrediebantur portã ciuitatis illius, dicens: 11 Nequaquam ita fiat, domine mi, ſed tu magis auſculta quod loquor: Agrum trado tibi, & ſpeluncam quæ in eo eſt, præſentibus filijs populi mei, ſepeli mortuum tuum. 12 Adorauit Abraham coram populo terræ. 13 Et locutus eſt ad Ephron circumſtante plebe: quæſo, vt audias me: Dabo pecuniam pro agro: ſuſcipe eam, & ſic ſepeliam mortuũ meum in eo. 14 Reſponditque Ephron: 15 Domine mi, audi me: Terra quam poſtulas, quadringentis ſiclis argenti valet: iſtud eſt pretium inter me & te: ſed quantum eſt hoc? ſepeli mortuum tuum. 16 Quod cum audiſſet Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat, audientibus filijs Heth, quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ. 17 Confirmatuſque eſt ager quondam Ephronis, in quo erat ſpelunca duplex, reſpiciens Mambre, tam ipſe, quàm ſpelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, 18 Abrahæ in poſſeſſionem, videntibus filijs Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. 19 Atque ita ſepeliuit Abraham Saram vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ reſpiciebat Mambre. Hæc eſt Hebron in terra Chanaan. 20 Et confirmatus eſt ager, & antrum quod erat in eo, Abrahæ in poſſeſſionem monumenti à filijs Heth.

Interpretatio litteralis.

2 *p.1173.* MOrtua eſt, *a* Mors pœna peccati originalis. *Arbee*, Eadem Hebron, Mambre, Cariatharbe. Arbee, & Cariatharbe, id eſt Ciuitas quatuor: ita dicta per anticipationem à Moyſe, c.462. quod in ea quatuor Patriarchæ ſepulti ſint, Adam, Abraham, Iſaac, Iacob. *Vt plangeret, & fleret*, *b* Vt ſepulturæ iuſta perſolueret. *c* Ergo ſepulturæ ſymbola ſunt planctus, ac fletus. quia ſequitur, * *Cumq; ſurrexiſſet ab officio funeris*, Suæ coniugi debito. * *Ius*, hebraicè *Ahhuzzàh*, Poſſeſſio, hereditas. *d* Dominium petit in fundum ad vſum ſepulturæ. * *Princeps Dei*, Princeps magne. explicari ſolet apud Hebræos exceſſus per additionem nominis Dei, c.8554. Vel Princeps Magiſtratuum, nam hebraicè *Elohim*, etiam de Magiſtratibus dicitur, can. 1491. *e* Eſt officium verborum in Abraham. q. d. Principum præſtantiſſimus haberis apud nos. *In electis ſepulchris noſtris*, *f* Offerunt officia factorum. * *Surrexit Abraham, & adorauit*, *g* Officioſum ſe exhibuit. *h* Licet alijs, quàm Deo adorationem exhibere. * *i Animæ veſtræ*, Voluntati voſtræ, c. 1168. *Intercedite pro me*, Alios deprecatores aduocat. ergo multò magis id agendum apud Deum. *9 * Det mihi*, &c. *l* Contractus emptionis, & venditionis. * *Agrum trado tibi*, *13 m* Officium factorum. * *Dabo pecuniam*, &c. *n* Contractus initur. * *Siclos*, Stateres, d. 2824. quæ nunc pecunia ſiclis reſpondeat ignoratur. *Probatæ monetæ publicæ*, hebraicè Tranſientis in mercatorem. Nempe monetæ, quæ libenter accipitur à mercatoribus in pretium rerum, quas vendunt: qualis ſolet eſſe moneta iuſti ponderis, & veri metalli, & ſignata. Poſſunt & alium ſenſum verba hebraica recipere, nempe quod argentum tributum ab Abraham tranſierit in pretium; vt eſſet verus contractus venditionis, & *17* emptionis. * *Confirmatus eſt ager*, Manſit apud Abraham, tranſiuit in eius poſſeſſionem in perpetuum: vt clarius explicant verba ſequentia in fine capitis. *19 * Sepeliuit*, *o* Iuſta Saræ perſoluit.

b p.1614. *c p.2046. 2139.* *d p.1776.* *e p.2138.* *f p.2139.* *g p.2139.* *h p.853. 1958.* *i p.146.* *k p.904. 1928.* *l p.1787. 1910.* *m p.2139.* *n p.1787. 1910.* *o p.1614. 2046. 2139.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Coniugium narratur Rebeccæ cum Isaac. Describitur primum serui ad inquirendam coniugem missio: deinde eiusdem serui in inquirenda, petendaq; coniuge prudentia: tum Rebeccæ, quæ petebatur, facta à parente, fratreque concessio: postremo Rebeccæ iter, & aduentus ad Isaac.

1 Rat autem Abraham senex, dierumq; multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei. 2 Dixitque ad seruum seniorem domus suę, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, 3 vt adiurem te per Dominum, Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: 4 sed ad terram & cognationē meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. 5 Respondit seruus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es? 6 Dixitque Abraham: Caue nequando reducas filium meum illuc. 7 Dominus Deus cæli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc; ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo: 8 sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantùm ne reducas illuc. 9 Posuit ergo seruus manum sub femore Abrahæ domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. 10 Tulitque decem camelos de grege domini sui, & abijt ex omnibus bonis eius portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor. 11 Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: 12 Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecrò, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. 13 Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. 14 Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam quòd feceris misericordiā cum domino meo. 15 Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ, vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua; 16 puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro: descenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. 17 Occurritque ei seruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. 18 Quæ respondit: Bibe domine mi. celeriterque deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum. 19 Cumque ille bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. 20 Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquam: & haustam omnibus camelis dedit. 21 Ipse autem contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperū iter suum fecisset Dominus, an non. 22 Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendētes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem. 23 Dixitque ad eam: Cuius es filia? indica mihi: est in domo patris tui locus ad manendum? 24 Quæ respondit: Filia sum Bathuelis, filij Melchæ, quem peperit ipsi Nachor. 25 Et addidit, dicens: Palearum quoque & fœni plurimum est apud nos, & locus spatiosus ad manendum. 26 Inclinauit se homo, & adorauit Dominum, 27 dicens: Benedictus Dominus Deus domini mei Abrahā, qui non abstulit misericordiam & veritatem suam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. 28 Cucurrit itaque puella, & nunciauit in domum matris suæ omnia quæ audierat. 29 Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, vbi erat fons. 30 Cumq; vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis: Hæc locutus est mihi homo: venit ad virum, qui stabat iuxta

camelos,

Digitized by Google

camelos,& prope fontem aquæ : 31 dixitque ad eum : Ingredere,benedicte domini: cur foris ſtas ? præparaui domum,& locum camelis. 32 Et introduxit eum in hoſpitium:ac deſtrauit camelos,deditque paleas & fœnum;& aquam ad lauandos pedes eius,& virorum qui venerant cum eo. 33 Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis. Qui ait: Non comedam,donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei: Loquere. 34 At ille: Seruus,inquit,Abraham ſum: 35 & Dominus benedixit domino meo valde, magnificatuſque eſt : & dedit ei oues & boues, argentum & aurum,ſeruos & ancillas,camelos & aſinos. 36 Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua,deditque illi omnia quæ habuerat. 37 Et adiurauit me dominus meus , dicens : Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum,in quorum terra habito : 38 ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo : 39 ego verò reſpondi domino meo: Quid ſi noluerit venire mecũ mulier? 40 Dominus,ait,in cuius conſpectu ambulo,mittet angelum ſuum tecum,& diriget viam tuam : accipieſque vxorem filio meo de cognatione mea & de domo patris mei : 41 Innocens eris à maledictione mea, cùm veneris ad propinquos meos , & non dederint tibi. 42 Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi : Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti viam meam,in qua nunc ambulo, 43 ecce ſto iuxta fontẽ aquæ; & virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me : Da mihi pauxillum aquæ ad bibendũ ex hydria tua: 44 & dixerit mihi: Et tu bibe,& camelis tuis hauriam: ipſa eſt mulier quam præparauit Dominus filio domini mei. 45 Dumq; hæc tacitus mecum voluerem,apparuit Rebecca veniens cum hydria,quam portabat in ſcapula: deſcenditque ad fontem,& hauſit aquam. Et aio ad eam : Da mihi paululum bibere. 46 Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi : Et tu bibe,& camelis tuis tribuam potum. Bibi,& adaquauit camelos. 47 Interrogauiq; eam,& dixi:Cuius es filia?Quæ reſpondit:Filia Bathuelis ſum,filij Nachor; quem peperit ei Melcha . Suſpendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas poſui in manibus eius. 48 Pronuſque adoraui Dominum , benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem filiam fratris domini mei filio eius . 49 Quamobrem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi : ſin autem aliud placet, & hoc dicite mihi; vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. 50 Reſponderuntque Laban & Bathuel : A Domino egreſſus eſt ſermo:non poſſumus extra placitũ eius quidquam aliud loqui tecum. 51 En Rebecca corã te eſt, tolle eam,& proficiſcere, & ſit vxor filij domini tui,ſicut locutus eſt Dominus. 52 Quod cùm audiſſet puer Abraham,procidens adorauit in terrã Dominum. 53 Prolatiſq; vaſis argenteis, & aureis , ac veſtibus , dedit ea Rebeccæ pro munere , fratribus quoque eius & matri dona obtulit. 54 Inito conuiuio,veſcentes pariter & bibentes mãſerũt ibi. Surgens autẽ manè,locutus eſt puer : Dimittite me,vt vadã ad dominum meum. 55 Reſponderuntq; fratres eius & mater:Maneat puella ſaltem decem dies apud nos,& poſtea proficiſcetur. 56 Nolite,ait,me retinere,quia Dominus direxit viã meam: dimittite me vt pergã ad dominũ meum. 57 Et dixerunt: Vocemus puellam,& quæramus ipſius voluntatẽ. 58 Cumq; vocata veniſſet,ſciſcitati ſunt: Vis ire cum homine iſto? Quæ ait: Vadam. 59 Dimiſerunt ergo eã,& nutricem illius, ſeruumq; Abraham,& comites eius, 60 imprecantes proſpera ſorori ſuæ,atque dicentes: Soror noſtra es: creſcas in mille millia,& poſſideat ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ. 61 Igitur Rebecca & puellæ illius,aſcenſis camelis,ſecutæ ſunt virum:qui feſtinus reuertebatur ad dominũ ſuum. 62 Eo autẽ tempore deambulabat Iſaac per viam quæ ducit ad Puteum,cuius nomen eſt Viuentis & Videntis: habitabat enim in terra auſtrali: 63 & egreſſus fuerat ad meditãdũ in agro, inclinata iam die: cũq; eleuaſſet oculos,vidit camelos venientes procul. 64 Rebecca quoque,conſpecto Iſaac deſcendit de camelo, 65 & ait ad puerum: Quis eſt ille homo,qui venit per agrum in occurſum nobis?Dixitq; ei:Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens citò palliũ operuit ſe. 66 Seruus autẽ cuncta quæ geſſerat,narrauit Iſaac.67 Qui introduxit eã in tabernaculũ Sarę matris ſuę,& accepit eã vxorem: & in tantũ dilexit eã,vt dolorem,qui ex morte matris eius acciderat,temperaret.

Inter-

Interpretatio litteralis.

a p.54. b p.23. 380 944.

BEnedixerat, bonis auxerat, *a* Deus beneficus, *b* & peculiarem in Abraham prouidentiã exercens. 1

* *Subter femur*, In genu, circa genu. Subter femur eſt genu. Cur eo adiurandi modo vtitur? An vt adiuret per Meſſiam, qui oriundus erat ex Abrahæ femore, ſeu ſemine? An ea adiurandi ratio erat apud Hebræos, vt iurans tangeret genu eius, cui præſtabat iuramentum: vt apud nos tangitur manus? An vt iuramẽtum eſſet per veram Abrahæ religionem? nam adoratio religionis actus, genu fieri ſolet. An vt iuramẽtum eſſet per Abrahæ dominium, & ius, quod in ſeruũ habebat? nam cum ſeruitutem profitemur erga aliquem, inclinati tangimus eius genu. *c* En licet iurare, *d* & iuramentum ab alio exigere: *e* & per creaturas iurare; vt ſeruus Abrahæ iurauit per Abrahæ ſemen, ſeu progeniem, ſiue religionem, ſiue dominiũ. 2 3

c p.1982. d p.2032. e p.1984.

* *Vt adiurem te*, hebr. *Ashbihhhachà*, ſignificat etiam, Iurare faciam. Quare duplex ſenſus eſſe poteſt. 1.*f* Vt adiurem, vt iubeam te iurare per Deum. 2.*g* Vt iurare te faciam per Deum. nam etiam iurando per creaturas, per Deum iuratur; licet implicitè. *h Cæli, & terræ.* Metonymia; Omnium creaturarum, can. 8689. *Non accipias vxorem de filiabus Chananæorum.* † Ne Idololatræ conſortium ad Idololatriam trahat. * Ideo in Eccleſia cultus diſparitas impedimẽtum eſt ad matrimoniũ, d. 4753. * *Deus cæli*, Synecdoche, Pars mũdi nobilior pro toto mundo, can. 8692. *i* Dominus omnium Deus. *Ipſe mittet*, K Sua prouidentia. *Angelum ſuum coram te*, *l* Sunt Angeli; *m* qui ad homines mittuntur, *n* & eos cuſtodiunt, *o* & illuminant, ac dirigunt. *Accipies inde vxorem filio meo*, *p* Matrimoniũ licitum. Idem repetitur infr. v. 38. & 40. * *Sin autem mulier noluerit ſequi te, non teneberis iuramẽto.* Ex his verbis colligũtur multa. 4 5 6 7 8

f p. 22. g p. 1984. h p.22. † p.913. 1422. * p.834. i p. 22. k p.23.380 l p.116. m p.344. n p.345. o p.341. p p.831.

1.*q* Debitum eſſe iuramenta ſeruandi, per quę aliquid licitũ promiſſum eſt. 2.*r* Non debere iuramenta ſeruari, per quæ aliquid illicitũ eſt promiſſum. 3. *s* Licitum eſſe, illicitum, vel vanum, quod iuramẽto promiſeris, non ſeruare. Contrarium enim, quod fit, ſub iuramẽto cadere nõ poterat. 4. *t* Poſſe in iuramento promiſſorio diſpenſari. Poteſt enim contingere vt materia iuramenti varietur. 5. *u* Poſſe à Superiore iuramentum irritari, quod à ſubditis factum eſt circa ea, quæ ipſius poteſtati ſubdũtur. * *Iurauit*, *x* Religionis actum exercuit. *Poſuit manum ſub femore*, *y* Symbolum iuramenti. *Abijt*, *z* Obediẽtẽ ſe exhibens ſuo domino. *Ex omnibus bonis portans ſecum*, *a* Prouidentia. 9 10

q p.1987. r p.1988. s p.2031. t p.1989. u p.1990. x p.1982. y p.1982. z p.2061. a p.1759.

* *Vrbem Nachor*, In qua habitabat Nachor frater Abrahæ. Vel quam extruxit Nachor. * *Domine Deus*, *b* Orat *c* pro Abraham. *d* Petit autem bonum temporale, bonum euẽtum matrimonii. * *Ipſa eſt*, &c. *e* Oratio fide plena. *Per hoc intelligam*, *f* Experimentum petit diuinę prouidentiæ, pia motus obſeruantia erga Abraham dominum ſuum. * *Melcha*, Melcha erat filia Aram fratris Nachor, & Abrahæ, ſoror Lot, & Saræ, vxor Nachor. * *Decora nimis*, *g* Aliqua corpora venuſtate præcellunt. * *Bibe, Domine mi*, *h* Miſericordiæ actus. * *Quin & camelis*, &c. *i* Beneficentiæ actus, K & charitatis effectus. *Contemplabatur*, LXX. *κατέμαθεν*, Perdiſcebat, perpẽdebat, amore affectus erat pernoſcendi. * *Scire volens*, *l* Experiri cupiens diuinam prouidẽtiam. *m* Deſiderium licitæ cognitionis. * *Protulit inaures aureas*, &c. *n* Grati animi officia exhibet in benefactricem. 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

g p.1984. h p.1609. i p.1605. k p.1606. l p.2027. m p. 2401. 2416. n p.2084.

* *Locus ad manendum*, *o* Prouidum ſe præfert. * *Palearum, & fœni plurimum eſt apud nos*, &c. *p* Beneuolentiã oſtendit erga hoſpitem, *q* & miſericordiæ affectũ. * *Adorauit*, &c. *r* Exhibet ſe religioſum erga Deum, *s* & gratum. * *Benedictus*, *t* laude dignus, c. 2539. *Misericordiam*, *u* Profitetur Deum miſericordem, *x* & veracem, ac fidelem. *Et veritatem*, *y* & prouidentiam habẽtem. *Recto itinere me perduxit*, &c. * *Cucurrit*, *z* Solicitudo in hoſpitio procurãdo. * *Festinus*, *a* Etiam ipſe in hoſpitalitatis officio ſolicitus. 23 24 25 26 27 28 29

o p.1759. p p.1569. q p.1611. r p.1957. 1960. s p.2083. t p.39.1998 u p. 56. x p.47.48. y p.23.385. z p.1767. a p.1767.

* *Ingredere*, *b* Hoſpitalitatis affectum præfert. *Benedicte Domini*, Benedicte à Domino, beneficijs à Deo affecte, c. 2540. *c* Indicat eſſe in Deo beneficentiam. * *Deſtrauit camelos*, Depoſuit è camelis quod ſtratũ in ijs erat ad vectanda onera. hebr. ſoluit. * *Non comedam*. *d* Diligentiã præfert in negotio ſui domini Abrahæ. 30 31 32 33

b p.1569. 1605. 1606. 1611. c p.54. d p.1767.

* *Dominus benedixit*, *e* Vno verbo profitetur Dei beneficentiam, † & prouidentiam. * *Peperit*, *f* Narrat generationem Iſaac. *Dedit q; illi omnia*, *g* Nam debent parentes filijs theſaurizare. * *Adiurauit*, *h* Iurare me cõpulit. * *In cuius conſpectu ambulo*, *i* Qui ſcit omnia. K Qui mihi prouidet. *l* de quo colendo ego cogito. *Mittet Angelum ſuum*, vide ſup. v. 7. * *Innocens eris à maledictione mea*, *m* Maledictio licita eſt, ſi quis imperet, aut optet malũ alterius ſub ratione boni, vt ſub ratione iuſti, aut vtilis. * *Si facitis miſericordiã, et veritatem*, Phraſis hebręa 34 35 36 37 40 41 49

e p.54. † p.23.380. f p.308. 320. g p.2041. h p.1982. 1992.2032. i p.16. k p.23.380 l p.1915. m p. 1904.

ex

Digitized by Google

ex can. 2897. si verè, perfectè misericordiam exhibere vultis. *n* Misericordia hic vocatur voluntas alteri complacendi, cõsolãdi. Veritas, pro perfectione, c. 2440.

o *Sin autem aliud placet.* *o* En libertas arbitrij. *Vt vadam ad dexteram, sine ad sinistram,* Vt sciam quid prosequi debeam. vt abeam siue lætus, siue tristis. Gressus, ingressus, symbola sunt actionũ, c. 6187. 6325. 6326. Dextera, prosperitatis symbolũ, c. 5862. sinistra, aduersitatis, c. 7431.

p Innuitur actus imperij, quo cum intimatione quadã sibi homo proponit quid agendum sit: *q* & actus, qui dicitur vsus, quo se voluntas, aliasque potentias applicat ad suos actus formãdos. * *A Domino* 50 *egressus est sermo,* *r* Agnoscitur Dei prouidentia. *Non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum,* *s* Regula humanæ voluntatis diuina voluntas est: *t* & charitatis actus est, suam cum diuina voluntatem conformare. * *En* 51 *Rebecca,* &c. *u* Actus consensus, *x* & cõtractus matrimonij per procuratorem. * *Procidens adorauit.* vide supra v. 26. 52 * *Prolatisque vasis,* &c. *y* Dona profert, 53 vt officia factorum exhibeat. *z* vt gratum se præferat. *a* vt magis amicitiam conciliet. * *Inito conuiuio,* &c. *b* Licet 54 ijs etiam delectabilibus moderatè vti, quæ necessaria non sunt: si sint loco, tempori, nobis, & ijs, quibus conuiuimus conuenientia. *Surgens autem mane,* &c. *c* Actus describitur diligentia, ac solicitudinis. nam adhiberi ea debet in exequẽdis ijs, quæ sunt rectè consiliata, & iudicata. * *Vis ire,* *d* Inquisitionis actus, pars 58 Consilij, seu Cõsultationis, 1. D. 6. n. 113.

e *Vadam,* *e* Actus consensus; *f* qui requiritur ad matrimonium. * *Imprecantes,* 60 hebr. Benedicentes, *g* prospera à Deo precantes. *Portas,* Synecdoche pars pro tota ciuitate, c. 8692. * *Festinus,* *h* Diligens, 61 solicitus in exequenda Abrahę voluntate. * *Ad meditandum,* hebraicè *Lasuahh,* 63 ad loquendum ore, & corde, id est, ad orãdum. *i* Cultum Deo exhibebat oratione, *k* cui cordis attentionem adhibebat, vt indicat hebræum *Suahh. In agro,* *l* Nam orationi mentali magis cõgruus locus solitarius. * *Quis est ille,* &c. *m* Circum- 65 spectio, prudentiæ actus. *Pallium,* hebr. צעיף *Tsahhiph* velum, peplum quo mulieres faciem operiunt. *Operuit se.* *n* Modestiæ actum exhibuit, *o* & reuerentiæ er-

67 ga virum suum. * *Tabernaculum,* *p* Symbolum Matrimonij. *Accepit eam vxorem,* *q* Ratum habuit matrimonium contractum per seruum suum. *Dilexit eam,* *r* De ea complacuit. *s* Ratione maioris coniunctionis plus diligi potest vxor, quàm parentes. *Vt dolorem,* &c. *t* Tristitiæ causa bonum amissum, *u* Mitigatur dolor delectatione.

Interpretatio mystica.

a ISaac figura fuit Christi ex Rom. 9. 7. & Galat. 4. 28. ergo *b* Rebeccæ cum Isaaco desponsatio figura fuit vnionis Ecclesiæ cum Christo, c. 8015. Igitur dicendum *c* Seruum ab Abraham missum ad accipiendam vxorem filiò suo, Apostolos fuisse, ac prædicatores euangelicos missos in mundum vniuersum ad Christi fidem prædicandam, per quam fit Ecclesiæ vnio cum Christo. Seruus nolens commodonec loqueretur sermones suos, *d* sunt prædicatores, qui in prædicando verbo non intendunt finem propriorum commodorum. *e* Seruus gratias Deo agens de matrimonij negotio prosperè peracto, est prædicator quatenus agnoscit prædicationis efficaciam esse à Deo. *f* Rebeccę consensus in matrimonium cum Isaac, est motus voluntatis ad fidei assensum: *g* & voluntaria præparatio in adultis ad gratiam diuinam recipiendam. *h* Serui sermo ad eliciendum consensum, est Ecclesiæ propositio ad fidem necessaria. *i* Inaures suspensæ ad ornandam faciem, sunt argumenta in intellectu, quæ reddunt fidem euidenter credibilem, *k* & affectus voluntatis in fidei obiecta, *l* & docilitas in audiendo, ex can. 6297. *m* Armillæ in manibus positæ, charitas est, & bona opera, quæ debẽt fidem comitari. *n* Pallium, quo Rebecca conspecto Isaac operuit se, sunt ornamenta virtutum, & meditatio, & reliquæ diligentiæ, quibus præparare animum debemus ad vnionem eucharisticam cum Christo, ex c. 6924. *o* Tabernaculum Saræ matris Isaac, in quod Rebecca introducitur, est vetus Synagoga, & veteres figuræ de Christo, & Ecclesia: in quorum intelligentiam Fideles introducuntur: atque ita per fidem vniuntur cum Christo, videntes iam adimpletas esse prædictiones Scripturarum sanctarum.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

De filijs agitur: quos Abraham habuit ex Cetura: de Abrahæ morte, ac sepultura: de filijs Ismael, & eius obitu: de geminorum natiuitate Esau, ac Iacob: de venditione primogenituræ.

1 ABraham verò aliam duxit vxorem nomine Ceturam: 2 quæ peperit ei Zamram, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue: 3 Iecsan quoque genuit Saba, & Dadan. Filij Dadan fuerunt, Assurim, & Latusim, & Loomim. 4 At verò ex Madian ortus est Epha, & Opher, & Henoch, & Abida, & Eldaa: omnes hi filij Ceturæ. 5 Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac: 6 filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret, ad plagam orientalem. 7 Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta quinque anni. 8 Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum: congregatusque est ad populum suum. 9 Et sepelierunt eum Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mambre, 10 quem emerat à filijs Heth: ibi sepultus est ipse, & Sara vxor eius. 11 Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis & videntis. 12 Hæ sunt generationes Ismael filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Saræ: 13 & hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus suis: Primogenitus Ismaelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsam, 14 Masma quoque, & Duma, & Massa, 15 Hadar, & Thema, & Iethur, & Naphis, & Cedma. 16 Isti sunt filij Ismaelis: & hæc nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum. 17 Et facti sunt anni vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensque mortuus est, & appositus ad populum suum. 18 Habitauit autem ab Heuila vsque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios. coram cunctis fratribus suis obijt. 19 Hæ quoque sunt generationes Isaac filij Abraham: Abraham genuit Isaac: 20 qui cùm quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban. 21 Deprecatusque est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quòd esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. 22 Sed collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Perrexitque vt consuleret Dominum. 23 Qui respondens, ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori. 24 Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. 25 Qui prior egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus: vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. 26 Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli. 27 Quibus adultis, factus est Esau vir gnarus venandi; & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. 28 Isaac amabat Esau, eò quod de venationibus illius vesceretur: & Rebecca diligebat Iacob. 29 Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cum venisset Esau de agro lassus, 30 ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom. 31 Cui dixit Iacob: Vende mihi primogenita tua. 32 Ille respondit: En morior, quid mihi proderunt primogenita? 33 Ait Iacob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. 34 Et sic accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt: paruipendens quòd primogenita vendidisset.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

Abraham uerò aliam duxit uxorem, &c. *Aliã duxit uxorem*, *a* Vt exemplo Abrahæ *b* ostenderetur licitas esse secundas nuptias. *Quæ peperit*, † Abrahæ alia generatio narratur. * *Madian*, Ex quo Madianitæ, populi in Arabia Felici, seu Troglodytica regione, quam Abraham habitandam tribuit filijs ex Cetura, vt docent Iosephus, & Hieronymus. * *Deditque Abraham*, &c. *c* Debent parentes filios suos alere, eisque thesaurizare. *Concubinarum*, Etiam vxores legitimæ eo nomine dicebantur, cum non admittebantur ad societatem bonorum, & ad domus gubernationem. harum filij nõ erant hęredes, c. 1407. Ita Abrahæ concubinæ fuerunt duæ, Agar, & Cetura: quas sacra Scriptura etiam vxores appellat. * *Mortuus est*, *d* Subiens pœnam peccati originalis. *Congregatusq; est ad populũ suum*, Phrasis, qua vti solet Scriptura ad mortẽ, præsertim insignium virorum, significandam. Indicat ipsos quoque obijsse vt & alij maiores eorum. *e* Indicat & animos immortales esse, atque discessum fieri ex hac vita, quasi ex peregrinatione ad cives suos. nam sola cadauera, si ea sola remanerent, non appellarentur populus. * *Sepelierunt*, *f* Exhibentes misericordiæ, ac pietatis officium parẽti suo. * *Benedixit*, *g* Bonis cumulauit, beneficum se ostendit.

a *Aug.* 16. *Ciu.* c. 34. b *p.* 831. † *p.* 320. c *p.* 2041. d *p.* 1273. e *p.* 131. f *p.* 1614. 2039. g *p.* 23. 54. 380.

* *Hæ sunt generationes Ismael*, &c. *Generationes*, *h* Filij. *Mortuus*, &c. *i* Obijt vt ceteri.

h *p.* 320. i *p.* 131. 1273.

* *Hæ quoq; sũt generationes Isaac*; &c. *Generationes*, *a* Geminorum natiuitas Esau, & Iacob. vel Generationes pro actis, gestisque sumuntur, c. 1657. de quibus Scriptura incipit agere. * *Duxit uxorem*, Consanguineam, *b* sed in gradu non prohibito lege naturæ. * *Pro uxore*, *c* Etiam pro alijs orandum est, non solum pro nobis. *Eo quod esset sterilis*, *d* Posũt oratione peti tẽporalia. *Exaudiuit*, *e* Deus exorabilis, *f* & beneficus. *g* En autem potest homo aliquid à Deo mereri. *h* Possunt & bona temporalia sub meritum cadere, vt filij. *Dedit conceptum*, *i* En in Deo prouidentia, K & beneficentia, *l* & gubernatio, *m* & concursus cum causis secundis. *n* Conceptus autem concursum indicat causarum secundarum. * *Quid necesse fuit*, *o* Tristitiæ actus, ac pœnitentiæ. *Vt consuleret Dominum*, *p* Actus consilij, seu cõsultationis; *q* & desiderium addiscendi quid sibi vellet insolens ille motus in vtero. *Qui respondens*, *r* Prophetia est à Deo, *s* cuius est futurorum cognitio. * *Maior seruiet minori*, Non seruiuit Esau maior Iacob minori dum viuerent; sed Idumæi, populus ex Esau maiore ortus, seruiuit Israelitis ex Iacob minore natis. nam 2. Reg. 8. 14. dicitur: Et facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. quamquam, vt in interpretatione mystica dicetur, prophetia hæc est de maiore populo, & antiquiore, nempe de Synagoga, quæ seruitura erat populo iuniori, id est, Ecclesiæ. * *Guarus venandi*, *t* Artem habuit venationis. *Simplex*, hebr. *Tàm*, Perfectus, integer, immaculatus, c. 2329. *u* Homo sincerus, *x* & iustus. * *Eò quod vesceretur*, *y* Bonum vtile, ac delectabile amorẽ excitabat. * *Da mihi*, LXX. γεῦσόν με, Fac me gustare. *Quia oppidò lassus sum*, *z* Delectabilium regula, vitę necessitas. * *Vende mihi*, *a* Contractum molitur emptionis. *b* Elucet Iacobi & prouidentia, qua sibi consuluit de primogenitura, *c* & magnanimitas, qua primogenituræ honorẽ appetijt. Sciebat autem Iacob ex matre, cui fuerat à Deo facta reuelatio, primogenituram ex Dei voluntate non ad Esau, sed ad se pertinere: ideo non peccauit emendo Sacerdotiũ, & vile pretium pro re magni valoris pendẽdo. extorsit cum dexteritate quod erat suum. * *En morior, quid mihi proderunt primogenita?* &c. Ex his verbis, & sequẽtibus quatuor in Esau vitia colliguntur: vt indicat Paulus Hebræorũ 12. 16. 1. *d* Gula, *e* quatenus nõ frenatur ab Esau appetitus edendi, & plus estimatur cibus, quàm primogenitura. 2. *f* Impatientia, quatenus primogenita Esau vendit, non expectãs donec cibus pro ipso pararetur; famis impatiens. 3. *g* Prodigalitas, quatenus in concedendo primogenituræ bono modum excedit. 4. *h* Simonia, quatenus primogenituram, quæ dignitatem sacerdotalem includebat, pretio vendidit: * *Iura*, *i* Licet iuramentum ab alio exigere. *Vendidit primogenita*, K Perficitur contractus venditionis.

1 *p.* 2288. 2 *p.* 2110. 5 *p.* 268. 10 *p.* 2110. 27 *p.* 644. 30 *p.* 183. 184. 189. 190. 31 *p.* 2262. *a p.* 1787. 1910. *b p.* 1759. *c p.* 2211. 32 d *Aug.* 16. *Ciu.* e *p.* 2297. f *p.* 2253. 2254. g *p.* 2170. h *p.* 2035. 33 i *p.* 2032. k *p.* 1787.

Interpretatio mystica.

1 * *Abraham aliam duxit uxorem nomine Ceturam*; &c. *a* Paulus Galat. 4. 24. Saram, præcipuam vxorem Abrahæ, interpretatur allegoricè Testamẽtum nouum, id est, Ecclesiam; & Agar alteram vxorem ancillam, Testamentum vetus, & Synagogam. Dicendum ergo tertiam Abrahæ vxorem Ceturam non sine allegorica significatione fuisse. præsertim cum Paulus 1. Cor. 10. 11. doceat, omnia, quæ veteribus patribus contigerunt, in figura contigisse. Quid igitur

a *Ex Aug. Ciuit.* 16. c. 34.

Digitized by Google

putandum est fecisse Abraham cum valde senex vxorem Ceturam Chananæam
b p.880. 881. 883. 884. duxit? *b* scilicet eo facto tertium populum, hominumq; congregationem significasse ex tribus, de quibus cura est Deo, nempe populum Infidelium, vt sunt Idololatræ, Mahumetani, Hæretici. * *Dedit* 5
Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac:
c p.363. 364. 365. 366. 1330. 1331. 1335. 1336. 936. 937. *c* Quatenus omnia propter electos; hæresque est Ecclesia omnium bonorũ Dei, quatenus habet Christum, & gratiam, & visionem beatam. * *Filijs autem concu-* 6
binarum largitus est munera, e. Nam Synagogæ veteri dedit prophetias de Christo, & figuras, & Scripturas sacras. *f* Gentilibus autem doctrinas humanas, & bona tẽporalia, & Sibyllas, & lumen naturę.
e p.449. 838. 858. 859. f p. 154. 157. 945. g p.753. 870. 871. *Et separauit eos ab Isaac filio suo,* g Discreuit enim Fideles ab Infidelibus, Sacramentis.
23 * *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo*
populi, h Iusti, & impij, vt interpretatur Paulus Rom. 9. *i* Ciues Ecclesiæ, & ciues Babyloniæ. *Collidebantur in vtero par-* i p.620. 644. 880. 881.
uuli, k Figurantes bella inter Ecclesiam, & hostes Christi. *Populus populum su-* k p. 882. 883. 884.
perabit, & maior seruiet minori, l Hæc prophetia mysticè adimpleta est, quatenus Synagoga, quæ maior populus, id est, antiquior fuerat, cessit Ecclesiæ, cum figuræ veteres Christi passione consummatæ, cessarunt. *m* & quatenus iusti cum Christo impios iudicabunt, *n* & super impios cum Christo regnabunt: *o* & quatenus Fides Christiana omnes aduersarios vincit.
h Aug. 16. Ciu. c. 35. 885. 886. 887. l p.864. m p.617. n p.984. o p.1394.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Describitur peregrinatio Isaac in Geraris, & iurgium pro puteis, & fœdus cum Abimelech.

1
RTa autem fame super terram, post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abijt Isaac ad Abimelech regẽ Palæstinorum in Gerara. 2 Apparuitq; ei Dominus, & ait: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi. 3 Et peregrinare in ea, eroq; tecum, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramẽtum quod spospondi Abraham patri tuo. 4 Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli: daboque posteris tuis vniuersas regiones has: & BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, 5 eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legesque seruauerit. 6 Mansit itaque Isaac in Geraris. 7 Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit: Soror mea est. timuerat enim confiteri quòd sibi esset sociata coniugio, reputans ne fortè interficerẽt eum propter illius pulchritudinẽ. 8 Cumq; pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. 9 Et accersito eo, ait: Perspicuum est quòd vxor tua sit: cur mentitus es, eam sororem tuã esse? Respondit: Timui ne morerer propter eam. 10 Dixitque Abimelech: Quare imposuisti nobis? potuit coire quispiam de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitq; omni populo, dicens: 11 Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. 12 Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus. 13 Et locupletatus est homo, & ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est: 14 habuit quoque possessiones ouium & armentorum & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæstini, 15 omnes puteos, quos foderãt serui patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo: 16 in tantum, vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. 17 Et ille discedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi: 18 rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, & quos, illo mortuo, olim obstruxerant Philisthijm: appellauitque eos eisdem nominibus, quibus antè pater vocauerat. 19 Foderuntq; in torrente, & repererunt aquam viuam. 20 Sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium: Nostra est aqua.

quamobrem

Digitized by Google

quamobrem nomen putei ex eo, quod acciderat, vocauit Calumniam. 21 Foderunt autem & alium: & pro illo quoque rixati ſunt, appellauitq; eum, Inimicitias. 22 Profectus inde fodit alium puteum: pro quo non contenderunt: itaque vocauit nomen eius, Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit creſcere ſuper terram. 23 Aſcendit autem ex illo loco in Berſabee, 24 vbi apparuit ei Dominus in ipſa nocte, dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum ſum: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuũ propter ſeruum meum Abraham. 25 Itaque ædificauit ibi altare, & inuocato nomine Domini, extendit tabernaculum: præcepitq; ſeruis ſuis vt foderent puteum. 26 Ad quem locum cum veniſſẽt de Geraris, Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, 27 locutus eſt eis Iſaac: Quid veniſtis ad me, hominem quẽ odiſtis, & expuliſtis à vobis? 28 Qui reſponderunt: Vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco nos diximus: Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, 29 vt non facias nobis quidquã mali, ſicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet: ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini. 30 Fecit ergo eis conuiuium, & poſt cibum & potum 31 ſurgentes manè, iurauerunt ſibi mutuò: dimiſitq; eos Iſaac pacificè in locum ſuum. 32 Ecce autem venerunt in ipſo die ſerui Iſaac, annunciantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes: Inuenimus aquam. 33 Vnde appellauit eum, Abundantiam: & nomen vrbi impoſitum eſt Berſabee, vſque in preſentem diem. 34 Eſau verò quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci: 35 quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ.

Interpretatio litteralis.

ORta autẽ *fame ſuper terrã*, &c. 1 *Fame*, *a* In pœnam peccati, ſaltem originalis. *Abijt Iſaac*, *b* vt familiæ prouideret. *Abimelech*, Videtur alius ab eo, cum quo fœdus Abraham inijt ante centum annos. * *Apparuit ei Dominus*, *c* Indicatur & 2 amicitia Dei cum Iſaac, *d* & prouidentia erga illum, *e* & reuelatio prophetica eſſe à Deo. * *Benedicam tibi*, &c. *f* Innuitur 3 Dei beneficentia, & benignitas, *g* & veracitas, ac fidelitas, quatenus ſtat promiſſis Abrahę factis. *h* & licitum eſſe licita promittere, exemplo Dei, *i* & iurare, K & debere iuramenta ſeruari. * *Multiplicabo* 4 *ſemen*, *l* Promittitur fœcunditas ſtirpis. *Sicut ſtellas cæli*, *m* Præclarum multitudinis ſymbolum. Interpretationem dogmaticã à v.4. ad 6. vid. ſup. cap. 12. v. 2. 3. & cap. 22. v. 16. 17. * *Soror mea eſt*, &c. 7 *n* Cautio pro vitæ conſeruatione, *o* & veritatem prudenter celat, non mentiendo. *Timuerat*, *p* Periculum mortis, *q* quod ſecundum rectã rationem licebat fugere. *Propter illius pulchritudinem*, *r* Nam venuſtate præcellebat, ſupra cap. 24. 16. * *Iocantem*, *s* Oſculis, & tactibus, quibus 8 ſolum licet cum coniuge vti. * *Cur mentitus es*, *t* Correctio fraterna. *Timui ne morerer*, *u* Reddit facti rationẽ. *x* Cauſam facti timorem adducit. *y* Se cautum oſtendit. * *Quare impoſuiſti nobis*, &c. 10 *z* Cõqueritur nõ iniuſtè. *Præcepitque*, &c. *a* Prouidentiæ actus, *b* & præceptum prohibens adulteriũ. * *Morte morietur*, 11 *c* Congruum eſt à male agendo pœnarum 12 commination deterrere. * *Benedixitq; ei Dominus*, &c. Bonis auxit. *d* Dei prouidentia, benignitas, beneficentia innititur. 13 * *Et locupletatus eſt*, &c. *e* Interdũ bonis in hac vita proſperè agunt, in præmium 14 bonorũ operum. * *Inuidentes ei*, *f* Tri- 15 ſtitiam habentes de eius bonis. * *Obſtruxerunt*, *g* Iniuſtitiæ actus, *h* ex quo facti 17 ſunt reſtituendi damni rei. * *Et ille diſcedens*, *i* Vt occaſiones rixarum fugeret. 18 * *Fodit*, K Prouidẽs gregi. * *Iurgium fuit*, 20 *l* Peccatum eſt rixa charitati cõtrarium, cum quis alium inuadit iniuſtè. *Noſtra eſt aqua*, *m* Contentio, voluntariè veritatem impugnans. *n* & Rapina, quatenus vi alienum puteum ſubripiunt: vt indicat ſequens vox *Calumnia*, quæ hebraicè eſt פּוּק *Hhhèsheq*, occupatio, detentio rei alienæ, oppreſſio. *o* Poſſet etiam legi *Hhhèſeq*, litigium, quatenus veritatem 21 contradicendo impugnabant. * *Rixati ſunt*, *p* Moti odio erga Iſaac, vt indicat nomen puteo impoſitum, *Sitnàh*, odium, 22 inimicitia. * *Appellauit nomen eius Latitudo*, &c *q* In memoriam accepti à Deo beneficij. *Dilatauit nos Dominus*, *r* Dei prouidentiam, & benignitatem, & bene- 24 ficentiam memorat. * *Apparuit ei Dominus*, *s* Viſione, ac reuelatione prophetica, c. 584. 7834. *Ego ſum Deus*, *t* Eſſe Deum docet. *Noli timere*, *u* Ne vllum horreas malum. *Quia ego tecum ſum*, *x* Cauſatur timor ex exiſtimatione defectus virtutis. *y* Audendum, facta ſibi ſpe auxilij

a p.1280.
b p.1759.
c p.1593.
d p.23.380
e p.684.
f p.53.54.
g p.47.48.
h p.2124.
i p.1982.
k p.1987.
l p.320.
m p.320.
n p.1761.
o p.2114.
p p.238.
q p.2200.
r p.150.
s p.2317.
t p.1629.
u p.1877.
x p.238. 2200.
y p.1761.
z p.2154.
a p.1759.
b p.1083. 2336.
c p.1278.
d p.23. 53. 54.380.
e p.944.
f p.218. 1660.
g p.1817.
h p.1836.
i p.913. 914.916. 2200.
k p.1759.
l p.1679.
m p.1668.
n p.1861.
o p.2150.
p p.198. 199.1650.
q p.2083.
r p.23. 53. 54. 380.
s p.684.
t p.1.
u p.238.
x p.246.
y p.248. 2205.

Digitized by Google

z p.23.380. auxilij diuini. z Dei prouidentia, a & be-
a p.53. nignitas, b & beneficētia, c & amicitia cū
b p.54. Iſaac. *Benedicam, d* Bonorum promiſſio.
c p.1569. *Semen, e* Bonū promittitur prolis copioſę.
1592.1593. *Propter ſeruū meū Abraham, f* Innuitur
1594. meritū bonorū operum. * *Aedificauit ibi* 25
d p.2124. *altare Domino, g* Ad cultū exhibendum
e p.320. Deo, *h* ad gratias agendas pro beneficijs
f p.1295. promiſſis, vt fecit Abrahā ſup. c.12.8. &
1299.1307. c.13.18. *Inuocato nomine Domini, i* Innui-
g p.37. tur certus cultus Deo ab Iſaac exhibitus,
1915.1919. ſacrificij, orationis, & laudis. vide ſupra
h p.208 c.4. 26. *Præcepitque vt foderent puteum,*
i p. 844. K Prouidētia. *Quid venistis, l* Iuſtè con-
859.1918. queritur. * *Quem odistis, & expulistis à* 27
1926.1957. *vobis, m* Amor præſentiam cauſat; *n* at
1964.1998. odium, fugam. * *Tecum esse Dominum,* 28
k p.1759. vid. quę diximus ſup. v.24. *Sit iuramentū,*
l p.2154. *o* Licet iurare, *p* & iuramentū ab alio exi-
m p.193. gere. *q* Interim ſuę, ſuorūq; incolumitati,
n p.198. paciq; prouidet. *Ineamus fœdus, r* Pactū
199.1650. de non offendendo, *s* & amicitiam. * *Vt* 29
o p.1982. *non facias nobis quidquam mali, t* Vult
p p.2032. amicus amico bonū, nō malum. *u* & cauet
q p.1759. à lædendo ius amici. *Sicut & nos*, &c.
r p.1786. *x* Gratitudinis officiū exigunt. *Cum pace,*
s p.194. *y* Pax eſt voluntatum concordia; Effectus
1590. amicitiæ. *Auctum benedictione Domini,*
t p.1569. z Proſperè agētem, *a* Deo tibi prouiden-
1605. te, ac benefaciēte. * *Fecit eis conuiuium,* 30
u p.1817. *b* Officium exhibuit factorū, *c* & gratum
x p 2084. ſe oſtendit. *d* ad amicitiam conciliādam.
y p.1601. *e* Ad hos fines licita conuiuia. * *Iurave-* 31
z p.944. *runt ſibi mutuo, f* Amicitiam iuramento
a p.23.53. firmarūt. *Dimisit pacificè, g* Quippe ami-
54.380. cos. *Abundantiam.* heb. *Sobhhhah*, Copia.
b p.2139. Quare nomen Berſabee dicitur & à Iura-
c p.2084. mento, & à Septem, vt ſup. c.21.31. & ab
d p.1605. abundantia, vt hìc. Duplex enim eſt radix
e p.2264. hebræa, *Shabahhh* Septem, Iurare; &
f p.194. *Sabahhh*, Saturari. * *h Duxit vxores,* 34
1982. alienigenas. *Quæ amba offenderant ani-*
g p.1601. *mum Isaac, & Rebeccæ*, hebr. Et erant
h p.830. amaritudo ſpiritus Iſaac, & Rebeccæ. Vel
erant rebellātes ſpiritui Iſaac, & Rebeccę.
LXX. ἐριζουσαι, Contendentes, cōcertātes.
i p.216. Ex quibus tria colligimus 1. *i* Triſtitiam
Iſaac, & Rebeccæ ex malis moribus vxo-
k p.2072. rum Eſau. 2. K Inobedientiam illarum, ac
2382. 2389 ſuperbiam. 3. *l* Diſcordiæ ſpiritum, &
l p.1666. contentionis.
1668.

Interpretatio myſtica.

De Puteis Isaac.

QVoniam aqua in Scripturis ſanctis ſapientiæ, verique ſymbolum eſt, Pſal.41.2. Cant.3.12. Eccli.15.3. Dicendum Puteos ſymbolum eſse eorum inſtrumentorum, per quæ Deus ſui cognitionem deriuat in hominēs. Quatuor autē Deus vſus eſt inſtrumētis ad ſui cognitionē nobis cōmunicādam: lumine naturali, lege ſcripta, doctrinis humanis, Gratia, & Euangelio, ſiue Eccleſia, & Sacramentis.

15 * *a* Lumen, legēq; naturalē ſignificant illi a p.29.
putei, quos foderant ſerui Abrahā; quatenus viri iuſti, qui fuerūt ante legē ſcriptā verbis, exēploq; vitæ conati ſunt Dei cognitionē ad poſteros deriuare. *b* Sed Dia- b p.1434,
bolus, & homines impij verbis, exēploq; 1435.
puteos obſtruxerūt, implētes humo, quatenus bonorū temporaliū cupiditatem, &
18 Idolorū cultū inuexerunt. * *c* Lex autem c p.1114,
ſcripta à Moyſe, & prophetiæ de Chriſto 1115,1385.
ab antiquis Patribus enūciatę, & cęremoniæ veteris teſtamēti ab Hebræorum Synagoga exhibitæ, quæ figuræ erāt futurorum myſteriorum: putei fuerunt illi, quos foderant ſerui Abrahā, id eſt, ſerui Dei, ad cognitionē Dei bonitatis manifeſtandam, qui exinaniturus erat ſemetipſum pro nobis, formam ſerui accepturus, & facturus ſe obedientem vſque ad mortem Crucis.
d Hos puteos obſtruxerunt Philiſtijm, d p.1430,
quatenus Iudæi modò idolorum cultu, 1431,1432.
modò auaritia, modò carnis concupiſcentia, modò inuidia, vitijſque alijs, velamen induxerunt ſuæ menti ne agnoſcerent ſuū
19 Meſſiam. * Et cum puteus aquæ viuæ in
20 torrente Paſſionis clauis eſset effoſsus ad effundendam Iudæis abundantiſſimè intelligentiam diuitiarum bonitatis Dei: ipſi in Crucifixo ſcandalum paſſi ſunt, reſpuentes eius doctrinam, eumq; negantes.
21 * *e* Effoſsus autem eſt à Deo Philoſophorum opera ad Dei cognitionem inducendam Puteus doctrinarum humanarum. e p.29,154.
f Sed eo puteo abuſi ſunt ſapientes huius f p.886.
mundi: viſaque illis eſt Euangelij prædicatio ſtultitia. Et principio naſcentis Eccleſiæ rixati ſunt contra Doctores Chriſtianos, qui argumentis à philoſophica doctrina ductis, Gentilium errores conuincebant: & eorū plurimos interfecerūt.
22 * *g* Quid autem ſibi vult Puteus Latitu- g p.700,
do? Nempe Euangelij prædicatio toto 1393.
orbe diffuſa: cum vicit Chriſti Fides & Iudaicā perfidiam, & perſecutiones Gen-
33 tilium. * *h* Porrò puteum in Berſabee, h p.620.
qui appellatus eſt Abundātia, crediderim Eccleſiam eſse. Nam puteus ille Berſabee dictus eſt & ob Septem agnas, & ob Iuramentum, & ob Saturitatem, ſiue Abundantiam. Eccleſiæ autem ſeptem ſunt Sacramenta; & Spiritus ſeptiformis, quem affert gratia; & Teſtamentum, ſiue Iuſiurādum, quod Deus iurauit ad Abraham, nempe Chriſtus Abrahæ promiſsus; & abundantia gratiæ, quæ habetur per Sacramenta.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Rebecca, ac Iacobi artificium deſcribitur ad præripiendam Eſau benedictionem ab Iſaac: Eſau querela: Rebecca prouidentia, ne Iacob occideretur à fratre.

1 SEnuit autem Iſaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Eſau filium ſuum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui reſpondit: Adſum. 2 Cui pater: Vides, inquit, quòd ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ. 3 Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras: cumque venatu aliquid apprehenderis, 4 fac mihi inde pulmentũ ſicut velle me noſti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequam moriar. 5 Quod cum audiſſet Rebecca, & ille abijſſet in agrum vt iuſſionem patris impleret, 6 dixit filio ſuo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei: 7 Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequã moriar. 8 Nunc ergo fili mi, acquieſce conſilijs meis: 9 & pergens ad gregem affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libẽter veſcitur: 10 quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi prius quam moriatur. 11 Cui ille reſpondit: Noſti quòd Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego lenis: 12 ſi attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducam ſuper me maledictionem pro benedictione. 13 Ad quem mater: In me ſit, ait, iſta maledictio, fili mi: tantùm audi voeem meã, & pergens affer quæ dixi. 14 Abijt, & attulit, deditq; matri. Parauit illa cibos, ſicut velle nouerat patrem illius. 15 Et veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum: 16 pelliculaſq; hœdorũ circundedit manibus, & colli nuda protexit. 17 Deditq; pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit. 18 Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille reſpondit: Audio. Quis es tu fili mi? 19 Dixitq; Iacob: Ego ſum primogenitus tuus Eſau: feci ſicut præcepiſti mihi: Surge, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. 20 Rurſumq; Iſaac ad filium ſuum: Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit: Voluntas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebam. 21 Dixitq; Iſaac: Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non. 22 Acceſſit ille ad patrem, & palpato eo dixit Iſaac: Vox quidem, vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. 23 Et non cognouit eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi, 24 ait: Tu es filius meus Eſau? Reſpondit, Ego ſum. 25 At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cùm oblatos comediſſet, obtulit ei etiã vinum, quo hauſto, 26 dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi oſculum, fili mi? 27 Acceſſit, & oſculatus eſt eum. Statimq; vt ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. 28 Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini. 29 Et ſeruiãt tibi populi, & adorent te tribus: eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. 30 Vix Iſaac ſermonem impleuerat: & egreſſo Iacob foras, venit Eſau, 31 coctoſque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. 32 Dixitque illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui reſpondit: Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. 33 Expauit Iſaac ſtupore vehementi: & vltra quàm credi poteſt, admirans, ait: Quis igitur ille eſt qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quàm tu venires? benedixique ei, & erit benedictus. 34 Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugijt clamore magno: & conſternatus, ait: Benedic etiam & mihi, pater mi. 35 Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuã. 36 At ille ſubiunxit: Iuſtè vocatum

eſt

Digitized by Google

est nomen eius Iacob: supplãtauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam: Rursumque ad patrem: Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? 37 Respondit Isaac: Dominum tuũ illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi, vltra quid faciam? 38 Cui Esau: Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret, 39 motus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper 40 erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tempusque veniet, cùm excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. 41 Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater: dixitq; in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. 42 Nunciata sunt hæc Rebeccę: quæ mittens & vocans Iacob filiũ suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. 43 Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: 44 habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, 45 & cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eorum quæ feceris in eum: postea mittam, & adducam te inde huc. cur vtroque orbabor filio in vno die? 46 Dixitq; Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.

Interpretatio litteralis.

* *Senuit autẽ Isaac, et caligauerunt oculi eius*, &c. *Senuit Isaac*, *a* Naturæ nostræ defectus, ac pœna. * *Sume arma tua*, &c. 4 *vt comedam*, *b* Delectabilium vsus moderatus, ad celebritatem benedictionis, qua ius primogenituræ à patre tribuebatur, & confirmabatur. *Benedicat tibi anima mea*, Ego ipse, c. 1163. ex animo, toto affectu, ac voluntate, cum gaudio, tibi benedictionẽ impertiar; precer tibi à Deo prospera, c. 2541. consecrem te Sacerdotẽ iure primogenituræ, c. 2543. *c* Actus est virtutis alijs benedicere. *d* & congruum per consecrationem ad Dei cultum deputari. * *Coram Domino*, Benedictione magna, can. 8131. vera, c. 8132. * *Acquiesce* 8 *consilijs meis*, &c. *e* Consultatio, *f* in qua elucet Rebeccæ solertia, *g* & prouidẽtia. Nulla hìc astutia, nulla simulatio, nulla fraus, c. 455, 456. nam Rebecca Dei reuelatione sciebat, ius primogenituræ Iacobo à Deo tributum, vt indicant verba illa Dei supra c. 25. 23. Maior seruiet minori. Dei autem reuelationem Rebecca multis annis ante hanc benedictionem Iacobo manifestauerat. * *Nosti quod Esau*, &c. 11 *b* Circũspectio, *i* & Ratiocinatio. *Timeo*, K Malum maledictionis. * *Audi vocem* 13 *meam*, *l* Consilium exhibet; & docilitatem, atque consensum exigit. * *Et vesti-* 15 *bus Esau*, &c. *m* Cautio, ne fraudis suspicio noceret bonis consilijs. * *Quis es tu*, 19 *fili mi?* &c. *n* Prudens inquisitio. *Volun-* 20 *tas Dei fuit*, *o* Dei prouidentia. *Ego sum* 24 *primogenitus tuus Esau*. Ego sum verus Esau primogenitus tuus, quatenus Esau pro primogenito tuo accipis. Mihi enim debetur ex Dei volũtate primogenitura. Ergo Iacob nullum mendacium dixit, sed tãtum veritatẽ celauit, quod Iacob esset. *p* quod prudenter fecit, vt benedictionem 25 sibi debitã aucuparetur. * *Affer mihi*, &c. 26 *Vt benedicat tibi*, *q* vt sup. v. 4. * *Osculũ*, Amoris, & beneficij symbolum, c. 6892. 6893. *r* Erat autẽ magni amoris actus, & magnæ beneficentiæ collatio primoge- 27 turę. * *Statimq; vt sensit*. *s* Actus odoratus, vt sup. v. 25. *t* actus gustus. *u* Excitamur autẽ per actus sensuũ externorum ad cognitionẽ spiritualium, vt excitatus est Isaac ad benedictionem impertiendam. *Cui benedixit Dominus*, *x* Innuitur Dei prouidẽtia circa omnia, *y* & cõcurrere ad omnem rerum creatarum operationem. 28 * *Det tibi Deus*, &c. *z* Prædictio futurorũ, vt innuit Paulus Hebr. 11. 20. & *a* Benedictio, *b* qua bona tẽporalia à Deo precatur; quę tamen symbola erant, & figurę 29 spiritualium, vt infra dicetur in mystica interpretatione. * *Seruiant tibi populi*, *c* Debetur suis superioribus à subditis obedientia. *Adorent te tribus*, *d* Licet etiam hominibus adorationem, non solum Deo, exhibere. *Esto dominus*, *e* Est ius superiorũ in subditos. Facta est vniuersa Idumęa, id est, progenies Esau, seruiens Dauid, qui progenies Iacob. 2. Reg. 8. 14. *Qui maledixerit tibi, sit ille*, &c. *f* Innuitur maledictio illicita, qua quis optat alteri malũ, vt illi malum est: quia pœna subditur, *Sit ille maledictus*, *g* Ad remouendũ nocentem. *h* ad deterrendũ à male agendo. *i* ad ius delicto læsum compensandũ. K ad demeriti rationem indicandam. *Qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.*

a p. 1280. *b* p. 2264. *c* p. 1952. *d* p. 838. 847. 859. *e* p. 163. p. 1757. *f* p. 1759. *g* p. 1760. *h* p. 1758. *i* p. 238. *k* 2200. 2201. *l* p. 163. 164. 1756. *m* p. 1761. *n* p. 163. 2416. *o* p. 23. *p* p. 2118. *q* p. 2264. *r* p. 192. 193 194. 1569. 1605. *s* p. 175. *t* p. 174. *u* p. 148. 323. *x* p. 23. 304. *y* p. 309. *z* p. 683. *a* p. 1952. *b* p. 1931. 1932. *c* p. 2061. *d* p. 1958. *e* p. 1778. *f* p. 1903. *g* p. 2095. *h* p. 1293. *i* p. 1799. *k* p. 1296.

l Opera

Digitized by Google

l p.1295. *l* Opera bona meriti rationem habent.
m p. 1151. 1952. *m* Benedictio opus bonũ eſt. * *Coctos de venatione cibos intulit patri,* 31
n p.2042. *n* In officiũ obedientiæ : quia id Pater præceperat. *Comede, vt benedicat.* vide ſupra v. 7.
o p.163. 2416. * *Quis enim es tu? o* Inquiſitio. * *Expauit admirans,* LXX. ἐξέστη ἔκστασιν μεγάλην. 32 33
p p.243. *p* Stuporis actus, timor mali, quod propter
q p.242. nouitatẽ ingens videbatur. *q* Admirationis actus, timens filio Eſau malum, cuius
r p.158. non poſſet exitus reperiri; *r* & rei cauſam
s p.683. 693. inueſtigatu difficilem reputans. *s* Actus ecſtaſis, & emotionis à ſenſibus: in quo videtur reuelationem à Deo accepiſſe de myſterio datæ benedictionis, vt indicant verba, quæ ſequũtur, *Benedixiq; ei, eritq; benedictus.* Nam ſi non intellexiſſet fuiſſe myſterium, & Dei voluntatem vt Iacob benediceretur loco Eſau: reuocaſſet Iſaac benedictionem vt inualidã, & fraude extortã, & Iacobo maledictionẽ iniunxiſſet in pœnam fraudis, & furti, ac ſimoniæ.
t p.163. 2416. *Quis igitur ille eſt, t* vide ſupra v. 32.
u p. 216. 222. * *Clamore magno,* hebr. *Marâh,* amaro, 34 LXX. πικρὸν, amaram. *u* Innuitur actus vehemẽtis triſtitiæ, *x* ac iræ. *y* Ergo Amarum, ſymbolũ eſt Triſtitiæ, ac Irę. *Benedic etiam & mihi,* z Actus concupiſcentiæ, ac
x p.250. 251. deſiderij. * *Fraudulenter,* Catachreſis, 35
y p.216. 250. c.8696. pro Prudenter. vt Aſtutia interdũ
z p.200. pro Prudentia ſumitur, c.1228. *a* Vel,
a Ex Aug. l.con. Mendaciũ c.10. tom.4. Fraudulenter, ſecundũ ſpeciem, vel ipſius Iſaac opinionem; *b* licet nulla verè fraus eſſet, ſed ſolũ induſtria, quatenus Iacobi
b p.1710. erat Ius primogenituræ, vt ſupra dictũ eſt.
1713.1759. * *Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob.* 36
c p. 2154. *c* Iniuſta querimonia, cum ipſe vendiderit
d p.1898. ſponte ſua primogenita. *d* & Detractio, quatenus manifeſtat occultè id, quod ipſe putabat fuiſſe in Iacobo culpã. *Nunquid*
e p. 200. *non reſeruaſti,* &c. *e* Iterat actũ deſiderij; vt etiã infra v. 38. * *Dominum tuum,* &c. 37
f p.1952. *f* Deſcribit ſuã benedictionem, *g* & bene-
g p.1605. ficentiam, *h* & beatitudinem huius vitæ.
h p.928. 944. * *Cumq; eiulatu magno fleret, i* Triſtitię 38
i p.216.231. actus, cuius ſymbolum lacrymæ. K eius
k p.224. triſtitiæ cauſa benedictio amiſſa. * *Mo-* 39
l p. 217. 1603. *tus Isaac, l* Miſericordia. *In pinguedine,* &c. *m* Beneficentia; *n* & prædictio
m p. 1605. futurorum, vt docet Paulus Hebr. 11. 20.
n p.683. * *Viues in gladio.* Eris bellicoſus. & tamẽ 40
o p.1779. ex 2. Reg. 8. 14. *fratri tuo ſeruies, o* Tua progenies ſeruiet Iſraelitis. *Tempusq; veniet,* &c. Regnante Ioram filio Ioſaphat, receſſit Edom ne eſſet ſub Iuda, & conſtituit ſibi regem. 4. Reg. 8. 20. *p* Prædictio
p p.683. futurorũ. * *q Oderat,* Ob ſurreptã bene- 41
q p. 198. dictionẽ. *Pro benedictione, r* Odij cauſa
r p.1651. indicatur inuidia erga bonũ fratris, & ira pro fraude. *Occidam Iacob, s* Homicidio-
s p.1652. rum origo odium eſt. *t* Eſt autẽ actus odij
t p.198. voluntas occidẽdi. *u* Voluntas ea in Eſau
u p.1844. illicita, quatenus ius in eo non erat in vitã
42 fratris: *x* & frater innocens erat. * *Nunx p.1847.
cinta sunt hæc Rebeccæ,* Non potuit Eſau odiũ in corde abſcõdere: minatus eſt mortem fratri corã aliquo. *Quæ mittens,* &c.
43 *y* Prouidẽtię actus, *z* & cautionis. * *Audi* y p.1759.
44 *vocem meam, a* Obedientiã, & docilitatẽ z p.1761.
45 ſuadet. *Fuge, b* Ad tentationẽ rixę vitan- a p.2061. 2062.1756.
dam. *c* vt vitã ſerues, & fratrem perſecu- b p.914.
torem lateas. *d* vt des locum iræ. *Vtroque* c p.916.
orbabor filio, ſi rixa contingat, & alter al- 2200.
46 terum confodiat. * *Tædet me vitæ meæ,* d p.252.
e Triſtor valde ob malum præſens filiarũ 2366. 2367
Heth. *f* Excitat Rebecca in marito odiũ e p.216.
erga fœminas eius regionis, proponendo 224.
earum vitia, & ſuã moleſtiam. *g* Interim f p.198.
prudenter prouidet vitæ Iacob. g p.1710. 1734.1759.

Interpretatio myſtica.

PAulus Rom. 9. apertè indicat, Iacob populi Chriſtiani, Eccleſiæq; figuram fuiſſe; Eſau verò figuram Synagogæ, aĉ Iudæorum in infidelitate relictorum. & Hebr. 11. 20. idẽ innuit illis verbis: *Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob, & Eſau.* Futura, intelligenda tempora poſt Chriſti aduentum, vt ex verbis eiuſdem Pauli colligitur nu. 14, 15, 16. *Qui hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem expetunt, id eſt, cæleſtem,* &c. & num. 26. *Maiores diuitias æſtimant thesauro Aegyptiorum, improperium Chriſti.* Ergo ſecundum Paulum verus ſenſus myſticus huius capitis uidetur is eſſe: *a* * Iſaac inuitãs Eſau
4 ad benedictionem recipiendam, eſt Deus priſcis Patribus, populoque Iſraelitico
16 Chriſtum, & gratiã promittens. * *b* Iacob
hœdorum pelliculis tectus, *c* eſt Chriſtus caput noſtrum formam peccatoris aſsumens, & cũ Chriſto capite populus Gen-
28 tilis, plenus peccatis. * *d* Iſaac Iacobum benedicens, eſt Deus Pater Chriſtũ Ieſum Sacerdotem ſummũ conſecrans per vnionem hypoſtaticam, illumq; gratiæ auctorem conſtituens. *e* Frumenti, viniq; abundantia, euchariſticum Sacramentum eſt.
29 * *f* Iacobus dominus fratrum ſuorum, eſt Chriſtus caput Eccleſię, Dominus omniũ. *g* Benedictio Eſau in pinguedine terræ, & in rore cæli, eſt promiſſio bonorum tem-
40 poralium in lege ueteri facta. * *h* Eſau uiuens in gladio, eſt littera occidẽs. *i* Eſau fratri ſeruiens, eſt lex uetus ad legem nouam figurandam ordinata. & ij Iudęi, qui Euangelium receperunt. *k* Eſau excutiens iugũ de ceruicibus, eſt Synagoga à Chriſti fide, & ſeruitute ſe retrahens.

a p.449.
b Aug. de mend. c.10. tom.4.
c p.530. 531.532. 534.543. 581.
d p.478. 489.
e p.762. 763.
f p. 469. 475.
g p.1122.
h p.865.
i p.859. 860.1116.
k p.1430. 1431.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Iacob mittitur ad Laban, vt ex eius filiabus accipiat vxorem, & iterum à patre benedicitur: Esau ad imitationem fratris ducit aliam vxorem, consanguineam: Iacob in somnis scalam videt, & reuelationem audit futurorum: expergefactus erigit monumentum, ac votum vouet.

1 VOcauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei, dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan: 2 sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. 3 Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet: vt sis in turbas populorum. 4 Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te: vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. 5 Cumq; dimisisset eum Isaac, profectus venit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ. 6 Vidēs autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret: & quòd post benedictionem præcepisset ei, dicens: Non accipies vxorem de filiabus Chanaan: 7 quòdq; obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam: 8 probans quoque quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus: 9 iuit ad Ismaelem, & duxit vxorem, absque ijs quas prius habebat, Maheleth filiā Ismael filij Abraham, sororem Nabaioth. 10 Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran. 11 Cumq; veniisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. 12 Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascēdentes & descendentes per eam, 13 & Dominum innixum scalę dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. 14 Eritque semen tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad Occidentē, & Orientem, & Septentrionē, & Meridiem: & BENEDICENTVR in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. 15 Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam nisi compleuero vniuersa quæ dixi. 16 Cumq; euigilasset Iacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. 17 Pauensque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. 18 Surgens ergo Iacob manè, tulit lapidem quē suppossuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. 19 Appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. 20 Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentū ad induendum, 21 reuersusq; fuero prosperè ad domū patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & 22 lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Interpretatio litteralis.

Benedixit eum, *a* Bene precatus est ei. *Præcepit*, *b* Ius habens superioris in filium. *Noli accipere*, &c. *c* Ne coniux ad idololatriā te trahat, d.4753. * *Accipe tibi vxorem*, *d* Matrimonium licitum. * *Deus omnipotens*, *e* Cuius potentia infinita. vid. sup. c.17.1. *Benedicat tibi, et crescere te faciat*, Et, pro, Id est, *f* Precatur ei bonum multæ prolis, & possessionem terræ promissionis. *g* Innuitur spes in Deum, *h* & motiuum spei, Dei promissio, ac bonitas, siue potentia infinita, *i* & Dei prouidentia, *k* & cōcursus ad omnem rerum creatarū operationem. * *Profectus venit*, *l* Obedientem se parentis præcepto exhibens. * *Videns autem Esau*, &c. *m* Prudens, ac prouidens sibi, ut à parentibus iametur. * *Cumq; uenisset*, &c. *n* Prouidet Iacob suo corpori. * *Viditque in somnis scalam*,

a p.1952. b p.1779. c p.834. 913.1422. d p.831. e p.4,9, 14. f p.1931. 1932,1952. g p.1445. h p.1442, 1443. i p.23.304. k p.309. l p.2042. m p. 1710, 1713,1759. n p.1759.

Digitized by Google

o p.694. *ſcalam*,&c. *o* Reuelatio diuina fit Iacobo
p p.116. per ſomnium. *Angelos quoque Dei*, *p* Sunt
Angeli. *Ascendentes, & descendentes*,
q Maldon. Miniſtrantes. *q* nam qui miniſtrant, aſcen-
Io.1.51. dunt, & deſcendunt. *r* Habes Angelos
r p.119. moueri de loco ad locum. *s* & miniſtros
s p.344. 1013. eſſe Dei, ab eoq; mitti. *t* & aſcenſum, ac
t p.1767. deſcenſum ſymbolum eſſe Diligentiæ in
u p.684. miniſtrãdo. * *Dicentem ſibi*, *u* Prophetia 13
à Deo eſt. *Ego sũ Dominus Deus Abrahã*,
x p.1. *x* His uerbis Deum eſſe innuit ipſe Deus.
y p.2124. *Tibi dabo*, &c. *y* Promiſſio. *z* Dei domi-
z p.22. nium innuitur, *a* & prouidentia. * *Eritq;* 14
a p.23. 380 *semen tuum*, &c. uid. ſup. cap. 12. u. 2, 3. &
c. 22. u. 16, 17. & c. 26. u. 4. * *Et ero custos* 15
b p.380. *tuus*, *b* Peculiaris Dei erga pios prouidentia. *Nec dimittam, niſi compleuero*,
c p.47. *c* Deus uerax, *d* ac fidelis. *Niſi*, Non ne-
d p.48. gat cuſtodiam poſt adimpletionem promiſſionis, ſed affirmat non defuturam uſque ad eam adimpletionem, can. 998, 999, 2815, 2868. * *Verè Dominus eſt in* 16
loco iſto, Non ſolum ut eſt in omnibus
e p.81. locis, *e* ſed ſpeciali modo, quatenus extra ordinem conſuetum naturæ, operatur in hoc loco opera ſupernaturalia, ut reuelationis, ac prophetiæ, d. 3536. *f* & quatenus hunc locum indicat ſibi elegiſſe, vt
f p.1919. ſpeciali modo in eo colatur. * *Pauensque*, 17
quàm terribilis, &c. Quia timere interdum idem eſt, quod colere, def. 2763. *Pauor*, hoc in loco pro Reuerentia; & *Terribilis*, pro colendus, veneratione dignus, uidetur ſumi. *g* Admiratur loci
g p.158. maieſtatem, *h* & mẽte veneratur. *Domus*
h p.1917. *Dei*, *i* Locus Deo dicatus. *Porta cæli*,
i p.1919. Quia uiderat ſcalam ad cælum. vaticinatur de Eccleſia, ut in interpretatione myſtica dicetur. * *Erexit in titulum*, 18
In monumentum, ut etiã explicant LXX. εἰς στήλην. In memoriam accepti beneficij, nempe diuinæ benedictionis, ac promiſſionis. K Gratum ſe Deo exhibuit eo
k p.1915. 2083. cultu. *Fundens oleum desuper*, *l* Conſe-
l p.1919. crans iu cultum Dei. Erat enim iam Sacerdos, patris benedictione conſecratus.
m p.2153. * *Appellauitq; nomen vrbis Bethel.* *m* Ad 19
cognitionem alijs tradendam ſanctitatis eius loci, ac myſterij. * *Vouit etiam vo-* 20
n p.1977. *tum*, *n* Licitũ eſt votum, religionis actus.
o p.1926. *Si fuerit Deus mecum*, &c. *o* Cultum Deo
† p.1931. exhibet oratione. † Qua poſſunt peti
p p.23. 296 etiam temporalia. *p* Profitetur autem
304. 380. Dei prouidentiam. * *Erit mihi Dominus* 21
in Deum. *q* Non alium Deum colam q p. 1, 2, 6.
præter Deum verum *Iehoua*, qui eſt ens à ſe, principium omnium, vnus Deus.
22 * *Vocabitur Domus Dei*. hebraicè *Erit*.
r Habebitur à me vt locus Deo dicatus. r p.1919.
Decimas offeram tibi, *s* Vt lex ipſa natu- s p.1975.
ralis me docet.

Interpretatio myſtica.

CVm ex Rom. 9. & Hebr. 11. Iacob Chriſti figura ſit, & Iſaac benedictio ſit Chriſti à Patre facta in ſummum Sacerdotem prædeſtinatio, ac vnctio, ut in
2 27. capite interpretati ſumus: * *a* ergo a p.1429.
3 Iacobi in Meſopotamiam miſſio, ut inde 1431.
4 ſibi uxorem accipiat, eſt gentium vocatio; & relicta Synagoga, Eccleſiæ in Chriſti
11 ſponſam electio. * *Tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco.* *b* Lapides crucem, ſom- b *Eccleſia*
12 nus mortem Chriſti figurant. * *Vidit in* *in Pontifica-*
somnis ſcalam, &c. *c* Commeruit nobis *li De eccleſ.*
Chriſtus ſua morte quidquid nobis pro- *conſecr. in*
deſt ad uitam æternam, præſertim fidem, *prima bene-*
d per quam nobis eſt aditus ad vitam *dicti altaris.*
13 æternam. * *e* Deum inniti ſcalæ, eſt ue- p.544.568.
ram Dei cognitionem per fidem haberi. e p.572.
f. & fidei motiuum eſſe auctoritatem di- 578.
uinam; ſeu, Obiectum formale fidei eſſe d p.1331.
primam veritatem, *g* Angeli aſcendentes, 1342.
ac deſcendentes, ſunt euangelici Sacerdo- e p.1318.
tes, Malach. 2. 7. quorum labia cuſtodiunt 1344.
doctrinam fidei, eiuſque miniſtri ſunt, ac f p.1317.
prædicatores. *h* Terra, in qua Iacob dor- g p.700.
mit, figurat Eccleſiam, pro qua Chriſtus h p.620.
mortuus eſt, quæ Chriſto unitur per fi- 623.624.
14 dem, & gratiam. * *i* Semen quaſi puluis, i p.620.
figura eſt populi Chriſtiani per totum 880.630.
orbem diffuſi, K quem Chriſtus generat k p.757.
18 per Baptiſmum. * *l* Iacob mane ſurgens, l p.592.
Chriſtum reſurgentem ſignificat. *m* Lapis m p.708.
in titulum erigitur, quatenus poſt Chriſti 720.722.
reſurrectionem Crux per vniuerſum mũdum prædicatur. *n* Oleum fuſum eſt, n p.748.
quatenus Sagramentorum vſus inductus eſt in Eccleſiam, per quæ diuina gratia
22 communicatur. * *o* Lapis in titulum o p.620.
erectus Domus Dei vocatur, quatenus in 1353.
ſola Eccleſia, in qua Crux Chriſti colitur, habitat Deus per gratiam, & in ea ſola vera cognitio, veruſque Dei cultus eſt.

Pro ſenſu Tropologico vid. Gregorium apud Gloſ.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

SVMMA.

Peruenit in Mesopotamiam Syriæ Iacob, & adaquato ad puteum Rachelis grege, excipitur à Laban in hospitium. Seruit pro Rachele septem annis: sed ei supponitur Lia, cogiturque septem alijs annis pro Rachele seruire. Parit Lia quatuor filios, sorore sterili permanente.

1 Rofectus ergo Iacob venit in terram orientalem. 2 Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubãtes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. 3 Moriſq; erat vt cunctis ouibus cõgregatis deuoluerẽt lapidem, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerẽt. 4 Dixitq; ad paſtores: Fratres, vnde eſtis? Qui reſponderunt: De Haran. 5 Quos interrogans, Nunquid, ait, noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. 6 Sanusne eſt? inquit. Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege ſuo. 7 Dixitq; Iacob: Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducãtur ad caulas greges: date ante potum ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite. 8 Qui reſponderunt: Non poſſumus, donec omnia pecora congregẽtur, & amoueamus lapidẽ de ore putei, vt adaquemus greges. 9 Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui: nam gregem ipſa paſcebat. 10 Quam cũ vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, oueſq; Laban auunculi ſui: amouit lapidẽ quo puteus claudebatur. 11 Et adaquato grege, oſculatus eſt eam: & eleuata voce fleuit, 12 & indicauit ei, quod frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ: at illa feſtinans nunciauit patri ſuo. 13 Qui cũ audiſſet veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ, cucurrit obuiam ei: complexuſq; eum, & in oſcula ruens, duxit in domum ſuam. Auditis autem cauſis itineris, 14 reſpondit: Os meum es, & caro mea. Et poſtquam impleti ſunt dies menſis vnius, 15 dixit ei: Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic, quid mercedis accipias. 16 Habebat verò duas filias, nomen maioris Lia: minor verò appellabatur Rachel. 17 Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venuſto aſpectu. 18 Quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptẽ annis. 19 Reſpondit Laban: Melius eſt vt tibi eam dem, quàm alteri viro, mane apud me. 20 Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. 21 Dixitq; ad Laban: Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam. 22 Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. 23 Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum, 24 dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuiſſet ingreſſus, facto mane vidit Liam: 25 & dixit ad ſocerum ſuum: Quid eſt quod facere voluiſti? nonne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi? 26 Reſpondit Laban: Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. 27 Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere, quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis alijs. 28 Acquieuit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorem: 29 cui pater ſeruam Balam tradiderat. 30 Tandemq; potitus optatis nuptijs, amorem ſequentis priori prætulit, ſeruiens apud eum ſeptem annis alijs. 31 Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente. 32 Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. 33 Rurſumq; concepit & peperit filium, & ait: Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi, vocauitque nomen eius Simeon. 34 Concepitque tertiò, & genuit alium filium: dixitque: nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios: & idcircò appellauit nomen eius Leui. 35 Quartò concepit, & peperit filium, & ait: Modò confitebor Domino: & ob hoc vocauit eum, Iudam: ceſſauitque parere.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

Profectus ergo Iacob, &c. Est hypotypòsis pulcherrima, c. 8753. qua venustè narratur Iacobi ad Laban aduētus. *a* Diuina interim erga Iacobum prouidentia describitur. Est autem descriptio non superuacanea, sed plena mysterijs, vt in interpretatione mystica videbitur, c. 419. * *Fratres, vnde estis?* *b* Inquisitio, *c* & officia verborum. * *Adhuc multum diei*, &c. *d* Officia verborū, *e* & Cōsilium. * *Non possumus*, &c. *f* Eligenda meliora. ob aquæ penuriam, videntur pastores illud consilij cœpisse, ne plus aquæ consumeretur in singulis gregibus adaquandis. * *Nam gregem ipsa pascebat*, *g* Artem pecuariam exercebat. * *Amouit lapidem*, *h* Exhibuit suæ cōsanguineæ pietatis officia, adaquatione gregis, osculo, fletu, *i* lacrymæ, lætitiæ, nō solum doloris symbolū sunt, K osculum, amoris. *l* Amor enim vnionem realem causat cum re amata. Moris erat, vt etiam nunc est, amorem in consanguineos ostendere osculo. * *At illa festinans*, *m* Diligens. * *Cucurrit obuiam*, &c. *n* Pietatis officium sunt hæc omnia, *o* & præterea Amplexus, & oscula, amoris symbola. * *Et postquam impleti sunt*, &c. vsque ad nu. 21. *p* Conductionis, ac locationis contractum ineunt. locat Iacob operā suam, vt pro mercede Rachelem in vxorem accipiat. * *Decora facie*, *q* Rachel venustate præcellebat. * *Quā diligens Iacob*, *r* Complacuit sibi Iacob in Rachele, *s* bono delectabili sibi proposito. *Seruiam tibi pro Rachel*, *t* Amor ad vnionem vrgebat, *u* & ad feruitiū. * *Da mihi vxorem meā*, *x* Matrimonium licitum; *y* quod Iacob exigit ut debitum ex contractu. * *Qui vocatis*, &c. *z* Congruus vsus moderatus delectabilium in celebratione nuptiarum. * *Quid est, quod facere voluisti?* &c. *a* Suum repetit. *b* accusat, *c* ad restitutionem vrget. *d* de fraude iustè conqueritur. * Peccauit autem Laban, & peccare fecit filiam Liam, cum eā introduxit ad Iacob, peccato *e* tum stupri, quia virginem tradidit illicitè deflorandā. *f* tum adulterij, quia tradidit Liam viro iam coniugato cū Rachele. *g* tum incestus, quia consanguinea erat Lia vxori Iacob Rachel. *h* Non peccauit autem Iacob plures vxores ducens, quia Deo dispensante fecit. * *Non est in loco nostro consuetudinis*, &c. *i* Calumniosè se defendit: nam licet vera esset illa consuetudo; debuerat tamen eā Iacobo manifestare antequam contractus Matrimonii cum Rachele iniretur. fraus ergo intercessit. * *Imple hebdomadam dierum huius copulæ*, &c. *k* Iniustitia: nam iam solutum fuerat pretium pro Rachele. * *Acquieuit placito*, *l* Consensus. * *Tandemque potitus*, &c. *m* Propositum bonū delectabile amorem excitauit, *n* causaque longæ seruitutis fuit. * *Despiceret Liam*, hebr. & LXX. *o* Odio haberet, *p* quam vt vxorem amare debebat. Non videtur graue odium fuisse: quia Iacob vir iustus erat; nec recedebat ab officijs, quæ erga vxorē præstare ex iustitia debebat. *Videns Dominus*, *q* Qui nouit omnia, *r* cuius est omnibus prouidere. *Aperuit vuluam*, *s* Concurrens ad generationem, *t* vt Iacobum ad amorem erga Liam traheret, proposito bono vtili prolis. *Sorore sterili permanente*, *u* vt immoderatior Iacobi in Rachelem amor frænaretur. *x* vt aliqua pœna plecteretur. * *Conceptum genuit filium*, *y* Est hominum ex hominibus generatio: *z* vim enim habēt homines ad producendum sibi similes. *Vocauitque nomen eius Ruben*, *a* Ad memoriā accepti à Deo beneficij. *Vidit*, *b* Prouidit. *Humilitatem meam*, hebr. Afflictionem meam. *Nunc amabit me vir meus*, *c* Proposito bono vtili. *Audiuit Dominus*, *d* Scientiæ diuinę *e* Amabit me. *f* Causat amor vnionem realem cum re amata. * *Confitebor Domino*, *g* Gratias agam, c. 8120. *h* Celebrabo palam eius bonitatem, c. 8121.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35

a p.23. 380 b p.1713. c p.2138. d p.2138. e p.163. f p.1730. g p.268. h p.2045. i p.202. k p.183. l p.193. m p.1767. n p.2045. o p.183. p p.1791. q p.150. r p.183. s p.184. 190. t p.193. u p.197. x p.831. y p.1800. z p.2264. a p.1800. b p.1802. c p.1835. d p.1908. 2154. e p.2334. f p.2336. g p.2337. h p.837. i p.1878. k p.1817.

l p.164. m p.183. 184.190. n p.197. o p.198. p p.199. q p.16. r p.23.304. s p.309. t p.189. u p.313. 1456.1457. x p.1279. y p.320. z p.311. a p.2083. 2153. b p.16. 23. 304.899. c p.189. d p.16. e p.189. f p.193. g p.2083. h p.1998.

Interpretatio mystica.

PErtinet hoc caput ad benedictionem, qua Isaac benedixit Iacob filiū suum. Quam benedictionem cū Paulus, ut supra c. 27. dictū est, dixerit Hebr. 11. 20. fuisse de futuris, nempe de Christo: dicendum etiam hoc caput, non solum duo præcedētia, esse mysticè de Christo. Ergo, quia in Scripturis sacris Aqua symbolum est gratiæ, ac diuinæ doctrinæ, can. 5349. 5355.

2 * *a* Puteus in Mesopotamia, est Gratia, & Fides Christi in Ecclesia. *b* Quam ante Christi aduētum expectarunt tres ouium greges, id est, tres populi iustorum, nempe qui fuerūt ante diluuium, post diluuium, & post Moysem. * *c Rachel veniens cum grege suo*; *d* Est Ecclesia post Christi aduentum ex gentibus congregata. * Iacob *amouit lapidem*, *quo puteus claudebatur*, Quatenus Christus suis meritis, sua passione impedimentum abstulit gratiæ, diuinam iram, concupiscentiam, peccatum, can. 6400. 6405. 6413. *e* Non enim potest homo sine Dei auxilio se ad gratiam præparare. *f* Meruit autem nobis Christus media ad iustificationem, *g* & diuina auxilia, *h* & liberationē à diaboli potestate.

a p.363. 1316. b p. 370. 372.1342. 1344. c *Ambr. de virg. 5. et de fuga seculi, & ep.18. Aug. ser.80. Beda super Gen.30.* d p.1429. e p. 376. f p.575. g p.576. h p.579. 585.

i Ada-

Digitized by Google

i p. 573. 577. *i* Adaquauit gregem, quatenus gratia, & effectus Sacramentorum ex Christi meritis habentur. * *k* Lia Synagogam, & Iu-
k p. 1430. l p. 1429. dæos, *l* Rachel, Ecclesiam, & populum Gentilem figurauit. *m* Lia lippis oculis,
m p. 1432. quatenus Iudæi ob cœcitatem mentis sæpissimè Spiritui sancto restiterunt. *n* Ra-
n p. 629. chel decora facie, quatenus Ecclesiæ proprium sanctam esse, *o* & venusto aspectu,
o p. 633. ex pulchritudine, quæ cõsurgit in Ecclesia
p p. 623. ex diuersitate membrorum. * *p* Et Liam, 24 & Rachelem sibi Iacob copulauit, quate- 30
nus & Synagogam, & Ecclesiã sibi Chri-
q p. 624. stus vniuit per Fidem, *q* & per charitatẽ.
1139. *r* Amor sequentis priori præfertur, quate-
r p. 1113. nus lex vetus gratiam non conferebat;
s cum lex noua iustificet ratione gratiæ s p. 1136.
interius datæ. *t* Præterea hæc est lex amo- t p. 1140.
ris, illa timoris; hæc æterna, illa temporalia promittebat; illa vmbra erat futurórum; hæc ipsam veritatem continet.
31 * *u* Iacob Liam despexit, quatenus cæremoniæ cessarunt veteris legis post Christi u p. 864.
aduentum. *x* & Iudæorum Synagoga à x p. 1431.
Deo deserta, ac derelicta est. *y* Liæ fœcun- y p. 1111.
ditas figura fuit veterum Sãctorum ante Christum, quos habuit Christus è Synagoga per fidem in ipsum. *z* Rachelis ste- z p. 1428.
rilitas toto tempore, quo Lia fœcunda fuit, Gentilismum figurauit, & infidelitatem, quæ vsque ad Christum durauit, in qua infidelitate nemo saluus esse potuit.

CAPVT TRIGESIMVM.

SVMMA.

Rachel infœcunda tradit Iacobo Balam seruam in coniugium, vt saltem ex ea prolem habeat: idem facit Lia tradens Zelpham ancillam marito. Impetrat à Rachele Lia Iacobi concubitum pro mandragoris; tresque deinceps filios parit. Largitur Deus Racheli quoque prolem, Iosephum. Petit Iacob à Laban dimitti cum vxoribus in terram Chanaan: sed à Labano retinetur, inito contractu, vt maculosum quodque, ac varium ex grege cederet Iacob in mercedem: nataque est melior gregis pars maculosa, virgarum quodam variarum colorum artificio. quare Iacob dives est effectus.

1 CErnens autem Rachel quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. 2 Cui iratus respondit Iacob: Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? 3 At illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. 4 Deditq; illi Balam in coniugium: quæ, 5 ingresso ad se viro, concepit, & peperit filium. 6 Dixitq; Rachel: Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. & idcirco appellauit nomen eius, Dan. 7 Rursumq; Bala concipiens peperit alterum, 8 pro quo ait Rachel: Comparauit me Deus cum sorore mea, & inualui: vocauitq; eum, Nephthali. 9 Sentiens Lia quòd parere desijsset, Zelphã ancillam suam marito tradidit. 10 Qua post conceptum edente filium, 11 dixit: Feliciter. & idcirco vocauit nomen eius, Gad. 12 Peperit quoque Zelpha alterum. 13 Dixitq; Lia: Hoc pro beatitudine mea: Beatam quippe me dicent mulieres. propterea appellauit eum, Aser. 14 Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitq; Rachel: Da mihi partem de mandragoris filij tui. 15 Illa respondit: Parumne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. 16 Redeuntiq; ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, Et ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitq; cum ea nocte illa. 17 Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque & peperit filium quintum, 18 & ait: Dedit Deus mercedem mihi: quia dedi ancillam meam viro meo: appellauitq; nomen eius, Issachar. 19 Rursum Lia concipiens, peperit sextum filium. 20 & ait: Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomen eius, Zabulon. 21 Post quem peperit filiam, nomine Dinam. 22 Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. 23 Quæ eoncepit & peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum. 24 & vocauit nomen eius,

Digitized by Google

eius,Ioſeph,dicens:Addat mihi Dominus filium alterum. 25 Nato autē Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo: Dimitte me vt reuertar in patriam, & ad terram meam. 26 Da mihi vxores,& liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi. 27 Ait illi Laban: Inueniam gratiā in conſpectu tuo: experimento didici,quia benedixerit mihi Deus propter te: 28 conſtitue mercedem tuam quam dem tibi. 29 At ille reſpondit: Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua. 30 Modicum habuiſti ante quàm venirem ad te,& nunc diues effectus es: benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. Iuſtum eſt igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ. 31 Dixitque Laban: Quid tibi dabo? At ille ait: Nihil volo: ſed ſi feceris quod poſtulo,iterum paſcam, & cuſtodiam pecora tua. 32 Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oues varias & ſparſo vellere: & quodcunque furuum, & maculoſum,variumque fuerit,tam in ouibus quàm in capris,erit merces mea. 33 Reſpondebitque mihi cras iuſtitia mea,quando placiti tempus aduenerit coram te: & omnia quæ non fuerint varia & maculoſa & furua,tam in ouibus,quàm in capris,furti me arguent. 34 Dixitque Laban: Gratum habeo quod petis. 35 Et ſeparauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes, varios atque maculoſos: cunctum autem gregem vnicolorem, ideſt, albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorum ſuorum. 36 Et poſuit ſpatium itineris trium dierū inter ſe & generum, qui paſcebat reliquos greges eius. 37 Tollens ergo Iacob virgas populeas virides,& amygdalinas,& ex platanis,ex parte decorticauit eas: detractiſq; corticibus, in his quæ ſpoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra fuerant, viridia permanſerunt: atque in hunc modū color effectus eſt varius. 38 Poſuitq; eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aſpectu earum conciperent. 39 Factumq; eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas,& parerent maculoſa,& varia,& diuerſo colore reſperſa. 40 Diuiſitq; gregem Iacob,& poſuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autē alba & nigra quæque,Laban:cętera verò,Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus. 41 Igitur quando primò tēpore aſcendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium,vt in earum contemplatione conciperent: 42 quando verò ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaque ſunt ea quæ erant ſerotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. 43 Ditatuſque eſt homo vltra modum,& habuit greges multos,ancillas & ſeruos,camelos & aſinos.

Interpretatio litteralis.

Inuidit, hebr. Zelauit, æmulata eſt. 1
a Zelus, eſt triſtitia de bono alieno, quatenus illud nobis deeſt. *Da mihi liberos, b* Prolis deſideriū. *Alioquin moriar, c* Præ triſtitia; *d* cuius cauſa erat ſterilitas, *e* & amor prolis, *f* quæ differebatur: *g* maximè autem noxia eſt corpori triſtitia. * *h Iratus*, Quatenus exiſtimauit 2
fieri ſibi à Rachele iniuriam per petitionē moleſtam de re, quæ non erat in eius poteſtate,ſed Dei. *Pro Deo*, Loco Dei. *Qui priuauit te fructu ventris tui*, hebr. Prohibuit à te fructum ventris. *i* Indicatur Dei prouidentia. * *Habeo,inquit,famulam*,&c. 3
K Ingenioſa prouidentia. * *Dedit illi Balam in coniugium, l* Addita Iacobo tertia vxor. vtique ex Dei diſpenſatione. * *Concepit, & peperit filium, m* Vi producendi ſibi ſimile. * *Iudicauit mihi Dominus*, 4 5 6
Pro me ſententiam pronunciauit,c.2676. *n* Ipſe Iudex omnium. *Exaudiuit vocem, o* Exorabilis. *Dans mihi filium, p* Beneficus. *Appellauit nomen eius Dan, q* Ad memoriam accepti à Deo beneficij. * *Rursumq; Bala concipiens peperit*, vt ſup. v. 5. 7
* *Comparauit me Deus cum ſorore mea*, Congredi me fecit Deus cum ſorore mea, luctare me fecit, hebr. luctationibus Dei, .i. magnis, c.8554. luctata ſum cum ſorore mea. venuſta in his verbis metaphora, ducta à luctantibus. *r* Indicat vulgata nihil fieri ſine Dei gubernatione. *s* Lucta, quā memorat textus hebraicus, eſt ſymbolum Contentionis, ac litigij. Lis autem, ac lucta, quæ inter Liam, & Rachelem intercedebat, erat deſideriorū; Lia Iacobi concubitum, Rachele filios exoptante. *Vocauitque eum Nephthali, t* Luctam, ad 8
memoriā luctæ iam explicatæ. * *Sentiens autem Lia*,&c. *u* Matrimonium licitum, 9
cauſa filiorum, *x* etiam duæ ſimul vxores, 10
Deo diſpēſante. * *Edente filiū, y* Pariente. 11 12

* *Feli-*

a p.222. *b p.200.* *c p.216.* *d p.224.* *e p.225.* *f p.227.* *g p.230.* *h p.250. 251.* *i p.23, 304.* *k p.1759.* *l p.831. 837.* *m p.311. 320.* *n p.24.* *o p.55.* *p p.54.* *q p.2083. 2153.* *r p.23,296, 304.* *s p.1668. 2150.* *t p.2153.* *u p.831.* *x p.837.* *y p.311. 320.*

Digitized by Google

z p.202. 928. a p.2153. b p.2232. c p.200. d p 1894. e p.1802. f p.2154. g p.1791. h p.2293. i p.1800. k p.55. l p.1931. m p.311. 320. n p.1295. 1307. o p.23. p p.44. q p.311. 320. r p.23. s p.54. t p.200. u p.189. x p.193. y p.2153. z p.23. a p.16. b p.55. c p.1931. d p.54. e p.23.296. 304. f p.309. g p.311. 320. h p.23, 54, 296,304. i p.2153. k p.200. l p.1931. m p. 2045. 2138. n p.1800. o p.2138. p p.2084. q p.54. r p.1569. s p.1791. t p.2231. u p.2232. x p.2041.

* *Feliciter*, hebr.& LXX. Cum fortuna. 11
z De bono prolis gaudet, felicitate tem- 13
porali, vt etiam habetur in verbis ſequentibus. *a* & ad felicitatis memoriã nomina filijs imponit. *Beatam quippe me dicent*,
b Gloriæ appetitus. * *Mandragoras*, Po- 14
ma odorifera, & pulchra. radix humanam figuram refert, c.6580. *Da mihi*, *c* Actus cõcupiſcẽtię. * *Parumne tibi videtur*, &c. 15
d Actus contumeliæ, *e* & accuſationis, *f* & querimoniæ. Conqueritur autem de iniuſtitia prærepti ſibi mariti. *Dormiat tecum*, &c. *g* Locat Rachel maritũ mandragorarum pretio. *h* Gula excitante. * *Ad me intrabis*, *i* Exigit debitum, ad 16
compenſandũ ius conductione acquiſitũ. * *Exaudiuit*, K Deus exorabilis. *Preces*, 17
l Quibus petierat bonũ temporale, filios. *m Concepit*, *& peperit filium*. * *Dedit* 18
Deus mercedem, *n* Innuitur ratio meriti, *o* & diuinæ prouidentiæ, *p* & diuinæ iuſtitiæ. * *q Concipiens peperit*, vt ſupra. 19
Dotauit me Deus, *r* Prædicat diuinam 20
prouidentiam, *s* & beneficentiã. *Mecum* 21
erit maritus meus, *t* Concupiſcentia. *Eo quod genuerim ei*, &c. *u* Amabit me ratione vtilis, *x* & inhærebit. *y Appellauit*, vt ſup. * *Recordatus Dominus*, Effectis 22
oſtendens ſe Rachelis cognitionẽ habere, c.7242. *z* Recordari, ſymbolum eſt diuinæ prouidentiæ, *a* & ſcientiæ. *Exaudiuit*, *b* Exorabilis. *c* licet petere filios. *Aperuit vuluam eius*, *d* Indicatur Dei benificẽtia, *e* & prouidentia, *f* & actio cum cauſis ſecundis. *g Concepit*, *& peperit*, vt ſupra. * *h Abſtulit Deus opprobriũ meũ*, vt ſup. 23
v.22. * *i Vocauit nomen eius*, vt ſupra. 24
Addat mihi Dominus, K Actus deſiderij, *l* & precis. Eſt autẽ venuſta Paranomaſia in textu hebræo in voce *Abſtulit*, *Aſaph*, v.23.& in voce *Addat*, Ioſeph, v.24.vid. c.8715. * *Dimitte me*, &c. *m* Diſceſſurus 25
Iacob officia exhibet debita ſocero. * *Da* 26
mihi vxores, &c. *n* Debitum exigit. * *In-* 27
ueniam gratiam, *o* Officia verborum, *p* & grati animi ſignificatio. *Benedixerit propter te*, *q* Dei beneficentiam indicat, *r* & beneuolentiã in Iacob. * *Conſtitue mer-* 28
cedem tuam, &c. *s* Cõtractus initur inter Laban, & Iacob, locationis, & conductionis. * *Tu noſti*, &c. *t* Laudat non illicitè 29
operam ſuam, *u* & vult eam à Labano cognoſci. * *Prouideam domui meæ*, *x* Debẽt 30
parẽtes ſuis filijs theſaurizare. * *Cunctum* 35
autem gregem vnicolorem, &c. Dices, ſi cunctus grex vnicolor traditus eſt filijs Laban, ergo grex varius relictus eſt Iacob, ergo non debuit Iacob induſtria illa vti virgarum variarum, vt ſibi in mercedem grex varius naſceretur. Reſpondendum ex cap. 31. v.7. Labanum decem vicibus mutaſſe mercedẽ Iacob; & modò voluiſſe omnem gregem vnicolorem, qui naſceretur, cedere Iacob in mercedem, modò album tantum, modò nigrum tantum, modò varium. ergo quæ v.35. dicuntur, uidẽtur per anticipationem dicta, c.8798. & nõ variari hiſtoriam eius mercedis, de qua paullo poſt agitur, ſed alterius. Hac eadẽ reſponſione conciliatur textus hebraicus, cũ uidetur alio modo narrare, quàm nar-
33 ratur in editione vulgata, c.740. * *Respõdebit*
q; mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te, hebr. Reſpondebit pro me iuſtitia mea, cum veniet cum mercede, uel pro mercede mea, ad conſpectũ tuum. id eſt, Si me tu iudex interrogabis, An iuſtè me geſſerim in paſcendo grege: reſpondebit pro me iuſtitia mea, afferens ſecum mercedem meam in teſtimonium iuſtæ ſeruitutis meæ. *y* Me y p.644.
iuſtum reperies. *z* Vel, Mea iuſtitia exiget z p.1800.
pro me ex te mercedem, quã ego mereor.
Furti me arguent, Furti accuſabunt. *a* nã a p.1860.
34 Furtũ illicitum. * *Gratum habeo*, *b* Con- b p.164.
36 ſenſus. * *Et posuit spatium*, *c* Cautio. c p.1761.
Tollens ergo Iacob virgas populeas, &c. *d* Nullus dolus, nulla fraus intercedit, ſed d p.1759.
Iacobi artificium, prudentia, ac prouidẽtia elucet, qua conatus eſt mercedem diuturnis laboribus debitam procurare.
39 * *In ipso ualore coitus*, Imaginatio ualet
ad imagines uiſas in fœtibus imprimẽdas, d. 1488. concurrebat autem etiam Deus peculiari prouidentia; vt innuitur infra
41 c.31.12. * *Primo tempore*, Vt principio
veris, aut autumni. cum fœtus prouenie-
42 bant meliores, ac uegetiores. * *Serotina*, ut in fine veris, aut autumni. *Non ponebat eas*, Vt grex unicolor naſceretur, &
43 non aduerteret Laban artem. * *Ditatusq;*
eſt, *e* Interdum in hac uita boni proſperè e p.944.
agunt, in præmium bonæ actionis.

Interpretatio myſtica.

IAcob figura eſt Chriſti, Rom.9. Hebr. 11.20. ergo Iacob quatenus ſponſus Rachelis, & Liæ, figura eſt Chriſti quatenus ſponſus eſt Eccleſiæ, quæ congregatio eſt Fidelium tum Gentilium, tum Iudæorum; & uitam utrãque complectitur tum cõtemplatiuam, tum actiuam. Quid enim aliud ſignificent Rachel, & Lia Iacobi ſponſæ? His poſitis, facilè intelligitur ſenſus myſticus huius capitis reſpectu Chriſti, & Eccleſiæ. ad quæ reſpectum habent omnes hiſtoriæ veteris teſtamenti: cum S.Paulus dicat *a* legem ueterem umbram a *Heb.*10.1.
fuiſſe futurorum; & *b* contigiſſe omnia b 1.*Cor.*10.
in figura, quæcunque ueteribus Patribus 6,11.
contigerunt.
1 * *Da mihi liberos*, inquit Rachel ad Iacob, *alioquin moriar*. Sine fide non poteſt eſſe uita gratiæ, ſine gratia non poteſt c p.369.
eſſe uita beata gloriæ. *c* Neceſſitas Gen- 375.1342.
tilitatis

Digitized by Google

tilitatis figuratur, quæ sine Christi fide, & sine eius gratia peribat. Habes Filios symbolum esse, *d* tum fidei, *e* tum gratiæ.

f Auctorem autem tum fidei, tum gratiæ esse Christum.

573.575. * *Da mihi partem de mandragoris filij* 14 *tui.* Non vacat mysterio, quæ in Scripturis sacris uideri cuipiam possent leuiora.

g Mandragora, cuius odor grauis, & virtus contra serpentes, putādum significare *h* doctrinā sacram fidei, ex qua promanat odor bonorum operum, & medicina contra errorum venena. Hāc doctrinam Rachel ex Lia, id est, Gentilitas à Iudæis mutuata est. ad nos enim è Synagoga verus Scripturarum sanctarum sensus transiuit.

* *i* Rachel pro mandragoris una nocte 15 Iacobum Liæ mutuatur, *Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui*, Quatenus una nocte mortalitatis, & passionis Christus cum Iudæis fuit, & pauco tempore Euangelium in Iudæa prædicatum est. Mandragoræ autem, id est, Prophetiæ, quæ de Christo à Prophetis Synagogæ filijs scriptæ fuerant, semper secundum ueram intelligentiā in Ecclesia permanebūt.

K Ruben ergo filius Liæ, figura sanctorum Prophetarum, & Apostolorum fuit, qui fuerūt Iudæi. Alio modo: *l* Lia, & Rachel duas in Ecclesia vitas significāt, Actiuam, & Contemplatiuam. *m* Apud Rachelem est Iacob, quatenus principale obiectum contemplationis est Christus Deus. *o* Liæ autem sunt Mandragoræ olentes, id est, Rectæ actiones bonum famæ odorem emittentes. *p* Rachel Iacobū Liæ mutuat, quatenus uita actiua per cōtemplationem dirigitur, & ordinatur, *q* Lia Racheli mādragoras exhibet, quatenus cum casus necessitatis occurrit, debet actio contemplationi copulari, *r* & quatenus vita contemplatiua ab actiua iuuatur boni operis exercitio, quod disponit ad contemplationem, *s* & quatenus actio purgandi alios, illuminandi, perficiendi, non potest rectè fieri sine contemplatione.

37 * *Tollens ergo Iacob virgas populeas uirides, & amygdalinas, & ex platanis*, &c. Aqua, quatenus sordes abluit, symbolum est gratiæ abstergentis sordes peccatorum, c.5349. est & symbolū gratiæ, quatenus fœcundat, c.5362. Albor, puritatis, & innocentiæ symbolū, c.5296. viriditas, felicitatis, c.7869. *t* Aqua ergo cum uirgis albentibus, ac virentibus in canalibus, ad cuius aspectum Iacobi arte oues fœtus concipiunt varios: *u* est Gratia Baptismatis, ac aliorum Sacramentorum, quæ Christi virtute producit filios Dei, ornatos uarietate uirtutum, quas adducit secum diuina gratia. Alio modo: Aqua symbolū est sacræ doctrinæ, c.5355.5358. Populus, amygdalus, platanus, aliæ plātæ, uiros sanctos significant, c.5384. *x* Virgæ ergo in canalibus sunt exempla Patrum in Scripturis sanctis, quarum quia duplex sensus est, litteralis, & mysticus: ideo uirgę cū cortice sunt exempla, quæ narrat historia: virgæ decorticatæ, sunt rectæ actiones, quæ per sensum mysticum cognoscuntur. *y* Oues autem in aspectu uirgarum concipere, est iustorum mentes per contemplationem eorum, quæ à Scripturis sanctis narrantur, prolem boni operis producere.

d p.1361. *e* p.363. *f* p.489. *g* Ambr. in Psal. 118. ser. 19. *h* p.1400. *i* p.451. 866.1353. 1429. *k* p.634. 638. *l* p.641. 642. *m* p.664. 669. *o* p.662. 1035. *p* p.667. *q* p.665. *r* p.666. *s* p.668. *t* p.363. 749.752. 757. *u* Chrys. in Psal.93. *x* p.1356. Gregor. 21. Mor.1. *y* p.1356. 1046.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

Iacob apud Liam, & Rachelem uxores suas, filias Laban, de Labani erga ipsum iniustitia conqueritur: illis annuentibus, Labano nesciente, iter aggreditur ad Isaac patrem: Laban assequitur fugientem, Deique monitu agit amicè; conqestus tamen de fuga, & de idolorum furto, quod fecerat Rachel: tandem fœdus ineunt inter se, erecto tumulo in testimonium, ac digrediuntur amici.

1 POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: 2 animaduertit quoque faciem Laban, quòd non esset erga se sicut heri & nudiustertius, 3 maximè dicente sibi Domino: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationē tuam, eroq; tecum: 4 misit, & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, 5 dixitq; eis: Video faciem patris vestri quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum. 6 Et ipsæ nostis quòd totis viribus meis seruierim patri vestro. 7 Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimisit eum Deus vt noceret mihi. 8 Si quando dixit: Variæ erunt mercedes tuę:

Digitized by Google

pariebant omnes oues varios fœtus. quando verò è conrrario ait: Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. 9 Tulitq; Deus ſubſtantiam patris veſtri, & dedit mihi. 10 Poſtquam enim conceptus ouium tempus aduenerat: leuaui oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper feminas, varios & maculoſos, & diuerſorum colorum. 11 Dixitque Angelus Dei ad me in ſomnis: Iacob? Et ego reſpondi: Adſum. 12 Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper feminas, varios, maculoſos, atque reſperſos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. 13 Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem, & votũ vouiſti mihi. Nunc ergo ſurge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuę. 14 Reſponderuntq; Rachel & Lia: Nunquid habemus reſidui quidquam in facultatibus & hereditate domus patris noſtri? 15 Nonne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditq; pretium noſtrum? 16 Sed Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis, ac filijs noſtris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac. 17 Surrexit itaque Iacob, & impoſitis liberis ac coniugibus ſuis ſuper camelos, abijt. 18 Tulitque omnem ſubſtantiam ſuam, & greges, & quidquid in Meſopotamia acquiſierat, pergens ad Iſaac patrẽ ſuum in terram Chanaan. 19 Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata eſt idola patris ſui. 20 Noluitq; Iacob confiteri ſocero ſuo quòd fugeret. 21 Cumq; abijſſet tam ipſe, quàm omnia quæ iuris ſui erant, & amne tranſmiſſo pergeret contra montem Galaad, 22 nunciatum eſt Laban die tertio quòd fugeret Iacob. 23 Qui, aſſumptis fratribus ſuis, perſecutus eſt eum diebus ſeptem: & comprehendit eum in monte Galaad. 24 Viditq; in ſomnis dicentẽ ſibi Deum: Caue ne quidquam aſperè loquaris contra Iacob. 25 Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum: cùmque ille conſecutus fuiſſet eum cum fratribus ſuis, in eodem monte Galaad fixit tentorium. 26 Et dixit ad Iacob: Quare ita egiſti, vt clàm me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio? 27 Cur ignorante me, fugere voluiſti, nec indicare mihi, vt proſequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? 28 Non es paſſus vt oſculărer filios meos & filias: ſtultè operatus es: & nunc quidem 29 valet manus mea reddere tibi malum: ſed Deus patris veſtri heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius. 30 Eſto, ad tuos ire cupiebas, & deſiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? 31 Reſpondit Iacob: Quòd inſcio te profectus ſum, timui ne violenter auferres filias tuas. 32 Quòd autem furti me arguis: apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus noſtris. ſcrutare, quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer. hęc dicens, ignorabat quòd Rachel furata eſſet idola. 33 Ingreſſus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ, & vtriuſque famulæ, non inuenit. Cumque intraſſet tentorium Rachelis, 34 illa feſtinans abſcondit idola ſubter ſtramenta cameli, & ſedit deſuper: ſcrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, 35 ait: Ne iraſcatur dominus meus quòd corã te aſſurgere nequeo: quia iuxta conſuetudinem feminarum nunc accidit mihi. ſic deluſa ſolicitudo quærentis eſt. 36 Tumenſq; Iacob, cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, 37 & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? pone hìc coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicẽt inter me & te. 38 Idcirco viginti annis fui tecum? oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: 39 nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnũ omne reddebam: quidquid furto peribat, à me exigebas: 40 die noctuq; æſtu vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. 41 Sicque per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis: immutaſti quoque mercedem meam decem vicibus. 42 Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modò nudum me dimiſiſſes: afflictionem meam & laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit te heri. 43 Reſpondit ei Laban: Filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea ſunt: quid poſſum facere filijs & nepotibus meis? 44 Veni ergo, & ineamus fœdus: vt ſit in teſtimonium inter me & te. 45 Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum: 46 dixitq; fratribus ſuis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulũ, comederuntque

ſuper

Digitized by Google

ſuper eum: 47 quem vocauit Laban Tumulum teſtis; & Iacob, Aceruum teſtimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ ſuæ. 48 Dixitq; Laban: Tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie: & idcirco appellatū eſt nomen eius Galaad, ideſt, Tumulus teſtis. 49 Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando receſſerimus à nobis. 50 Si afflixeris filias meas, & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas: nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit. 51 Dixitque rurſus ad Iacob: En tumulus hic, & lapis, quē erexi inter me & te, 52 teſtis erit: tumulus, inquam, iſte & lapis ſint in teſtimonium, ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans. 53 Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac: 54 immolatiſq; victimis in monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panem. Qui cùm comediſſent, manſerunt ibi. 53 Laban verò de nocte conſurgens, oſculatus eſt filios & filias ſuas, & benedixit illis: reuerſuſq; eſt in locum ſuum.

Interpretatio litteralis.

a p.1898. b p.218. c p.198. 199. d p.684. e p.23. f p.2124. g p. 54. 1569.1594. h p.193. 1592.1593. i p. 380. k p.1492. l p. 163. 1723. m p. 1758. n p.1757. o p.198. 199. p p. 30. 37. q p.1884. 1888. r p.1791. 1800. s p.2108. t p.2119. u p.23. 380. x p.380. y p.22. z p.690. 694. a p.685. b p.116. c p.344. d p.1011. e p.1013. f p.684. g p.81,684. h p.1919. i p.1065. k p.2041. l p.2164. 2168. m p.22. 23. 380. n p.164.

TVlit Iacob, &c. *a* Detractio. 1 *Factus eſt inclytus*. *b* Inuidia. * *Faciem Laban*, *c* indicantem 2 odium. * *Dicente ſibi Domino*, 3 *d* Reuelatio. *Reuertere*, *e* Præceptum diuinæ in Iacob prouidentię. *Eroque tecum*, *f* Promiſſio. *g* Dei beneuolentiā, *h* & amicitiam, *i* & peculiarem in Iacob prouidētiam indicans, K & amorē erga homines. * *Miſit, & vocauit*, &c. *l* Deliberat, & 4 conſilium cum vxoribus init. * *Video faciem*, &c. *m* Ratiocinatione vtitur, vt ratiocinando fiat notius, quod conſultatur, *n* & principio vtitur coniectura. *o* ex facie odium ſuſpicatur. Facies ſymbolum animi, c.5982. *Deus patris mei*, *p* Qui à patre meo habetur vt Deus, & colitur. qui ſui cognitionem, ſui cultum manifeſtauit patri meo. * *Fuit mecū*, vt ſup.v.3. 6 *Et ipsa noſtis*, *q* Teſtes aduocat innocētię ſuæ. *Quod totis viribus seruierim patri veſtro*, *r* Suā iuſtitiam prędicat in contractu locationis, *s* & fidelitatem. * *t Circumuenit me*. hebr. *Hittèl*, mentitus eſt, decepit, fefellit, illuſit. *Non dimiſit*, *u* peculiari in me prouidentia. * *Si quando*, &c. 8 *x* Peculiarē in ſe Dei prouidētiam narrat. * *Tulitq; Deus*, &c. *y* Quia Dominus eſt 9 omniū Deus. * *Vidit in somnis*, *z* Reuelatio prophetica per formas imaginarias, ac per ſomnium. * *Dixitq; Angelus Dei*, 11 *a* Propheticæ reuelationes ſæpè fiunt mediantibus Angelis. *b* Sunt Angeli: *c* qui ad homines mittuntur, *d* & cum hominibus loquuntur. *e* ſolentque locum Dei ſubire, vt indicant verba, quæ ſequuntur. * *Ego* 13 *sum Deus*, *f* Prophetia eſt à Deo. *Deus Bethel*, *g* Qui me tibi reuelauì in Bethel. *b* quem tu in Bethel coluiſti. *Surge*, *i* Dei præceptum. * *Nonne quaſi alienas*, &c. 15 K Atguunt patrē impietatis, *l* & auaritię. *Sed Deus tulit*, &c. *m* Dei prouidentiam prędicāt, atque dominium. * *Omnia, quæ* 16 *præcepit tibi Deus fac*, *n* Conſenſum præ-

17 bent. † Deo parendū cenſent. * *Surrexit* † p.2066.
18 *itaque*, &c. *o* Dei præceptum exequitur. o p.2066.
19 * *Furata eſt idola patris sui*, Teraphim, idola, imagines ad cognoſcendum futura. Furata eſt, *p* An ut repeteret, ac reſarciret p p.1800.
aliquo modo damnum ſibi à patre factum ex retentione dotis ſibi debitæ, ac pretij à Iacobo ſoluti pro emptione vxorum? *q* An vt auferret à patre occaſionē idola- q p.914.
trādi? *r* An, ne pater imagines illas cōfute- r p.914.
20 ret de fuga Iacob? * *Fugeret*, *s* Fuga li- s p.913.
cita ad occaſionem iurgiorum, & idolola- 914. 2200.
23 triæ uitandam. * *Persecutus eſt*, *t* Excitante illum amore in filios, & in bona, quæ t p.196. 197.
24 ſecū Iacob aſportabat. * *Viditq; in somnis dicentem ſibi Deum*, *u* Reuelatio ex u p.684.
Deo *x* per ſomnium. * *Caue*, *y* Dei prouix p.694.
26 dentia Iacobum protegentis. * *Quare ita* y p.23. 380.
27 *egiſti?* *z* Conqueritur. * *Vt prosequerer te* 899.
cum gaudio, &c. *a* Officijs pietatis, *b* & z p.2154.
28 amicitiæ. * *Stultè operatus es*, *c* Conuiciū a p.2045.
30 officioſum. * *Cur furatus es deos meos?* b p.2139.
31 *d* Accuſat furti. * *Timui ne violēter*, &c. c p.185.
32 vt ſupra v.20. * *Necetur*, *e* Poterat pœ- d p 1802.
nam mortis infligere, quatenus Princeps e p.1278.
erat reſpectu ſuæ familiæ. *Scrutare*, &c. 1285.1843.
f Ad ſceleris inquiſitionem inuitat. quam f p.1713.
34 Laban exequitur, d.3783. * *Illa feſtinans* g p.1732.
abscondit, &c. *g* Diligentem ſe exhibuit, 1767.
35 *h* & cautam, *i* ac prouidam. * *Ne irascatur*, &c. *k* Excuſat irreuerentiā, *l* & amo- h p.1761.
uet iram, *m* & ſimulatione vtitur, ac men- i p.1759.
36 dacio. * *Tumens*, *n* Iratus ob exiſtima- k p.2039.
tionē illatę ſibi iniuriæ ex furti ſuſpitione. l p.252. 2367.
Cum iurgio, *o* Texit Iacob contra Laban m p. 2113.
querimoniam iuſtam. *p* Conqueritur de 2130.
iniuſta furti inquiſitione, *q* & de ingrati, n p.251.
42 ac auari animi actionibus. * *Timor Isaac*, o p.2154.
Deus Iſaac, hypallage, can.8688. Deus, p p.1769.
quem colebat Iſaac; qui cauſa erat timoris q p.2087.
in Iſaac, id eſt, cultus, & religionis, c.2382. 2090.2161.
43 *Reſpexit Deus*, *r* Mihi prouidens. * *Quid* 2162.2163.
possum facere filijs, & nepotibus meis? 2164.
s Non poſsum non amare bona mea. r p.23.380.
s p.184.
299.1057.

Digitized by Google

t p.194. 1590. * *Ineamus fœdus*, t Amicitiam signo ex-
u p.1802. 1803. terno. *Vt sit in testimoniũ inter me, & te.* u Vt signum illud externum accuset eum,
x p.1886. qui ius amicitiæ læserit, x & testimonium
initi inter nos fœderis exhibeat. * *In titu-*
lum, In monumentum, ut sup.c.28.n.18.
y p.1886. y in testimonium. * *Comederuntque super*
z p.2264. *eum*, z Ad fœderis solennitatem; a in si-
a p.193. 1592. gnum amicitiæ. * *Vocauit*, b Ad fœderis
initi memoriam. * *Idest, Tumulus testis*,
b p.2153. In hebræo textu ita habetur: Appellatum
est nomen eius Galaad, & Speculum, quia
dixit: Speculetur Dominus inter me, &
c p.16. inter te, &c. c Innuit Deum omnia cogno-
d p.23. scere. d esse in eo prouidentiam. e esse
e p.24. Iudicem omniũ. * *Nullus sermonis nostri*
testis est absque Deo, qui præsens respicit.
hebr. Non homo nobiscum, seu Nullus
nobiscum: videat Deus testis inter me, &
inter te. Testem fœderis inuocat non aliũ,
f p.1992. præter Deum. f est adiuratio respectu Ia-
cobi, cui necessitatem imponit seruandi
g p.1982. 1983. pactum. g est & iuramentum, quo testem
inuocat expresse Deum. * *Tumulus iste*,
h p.1984. *& lapis sint in testimonium.* h est iuramẽ-
tum per creaturam, quo implicitè in eo
tumulo inuocatur Deus, ut colligitur ex
verbis præcedẽtibus, Nullus testis absque
i p.1982. 1983. Deo, i & ex verbis sequentibus. * *Iurauit*
ergo Iacob per timorem patris sui Isaac.
k p.24. vid. sup.n.42. *Iudicet inter nos*, k Iudex
l p.1962. omnium. * *Immolatisque victimas*, l Sa-
crificium offert. An in initi fœderis con-
firmationem? An in gratiarum actionem,
quod Labani iram euaserit? *Vocauit fra-*
tres suos, vt ederent panem, ut supra v.46.
55 * *Osculatus est filios*, m Officia exhibuit m p.2045.
pietatis. *Benedixit*, n Bona precatus est. n p.1952.

Interpretatio mystica.

QVoniam Iacob Christum figurauit, Hebr.11.20. & Iacobi ad Mesopotamiã aduentum Christi, Euangelijq; in Gentibus prædicationem interpretati sumus cap. 28. dicendum proinde Iacobi fugam è Mesopotamia, Gentilium contra Ecclesiam persecutiones figurasse.
17 * *Surrexit Iacob, & impositis liberis,*
& coniugibus suis super camelos, abijt.
a Pastores figurãtur, qui persecutores fu- a p.916.
giebant, cum maior Dei gloria, & Ecclesiæ
19 utilitas sperabatur. * *Rachel furata est*
idola patris sui, b Quatenus Ecclesia ex b p.1400.
Gentibus congregata Idolorum cultum
perdidit, & aboleuit; quem tenuerant, &
usque ad ipsam deriuauerãt eius parentes
23 secundũ carnem. * *Qui assumptis fratri-*
bus suis, persecutus est eum diebus septem,
& comprehendit eum in monte Galaad,
c Quatenus Gentiles Ecclesiam impugna- e p.886.
24 runt. * *Viditque in somnis dicentem sibi*
Deum: Cave ne quidquam asperè loquaris
contra Iacob, d Quatenus Deus Eccle- d p.627.
siam tuetur. 899.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

Iacobo Angeli occurrunt ad patrem redeunti: Fratris in se beneuolentiam conciliare nititur, legatione, precibus ad Deum fusis, oblatis fratri muneribus. Luctatur nocte cum Angelo, à quo percutitur in femore, ac benedicitur.

1 IAcob quoque abijt itinere quo cœperat: fueruntq; ei obuiam Angeli Dei. 2 Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc: & appellauit nomen loci illius Mahanàim, ideſt, Castra. 3 Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom: 4 præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem. 5 Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas: mittoq; nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. 6 Reuersique sunt nuncij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris. 7 Timuit Iacob valde: & perterritus diuisit populum qui secum erat: greges quoque & oues & boues, & camelos in duas turmas, 8 dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, saluabitur. 9 Dixitque Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine, qui dixisti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: 10 minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. 11 Erue

me de

Digitized by Google

me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo: ne forte veniens percutiat matrem cum filijs. 12 Tu locutus es, quòd benefaceres mihi, & dilatares ſemen meum ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari nō poteſt. 13 Cumq; dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his, quæ habebat, munera Eſau fratri ſuo, 14 capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, 15 camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earum decem. 16 Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges, dixitque pueris ſuis: Antecedite me, & ſit ſpatium inter gregem & gregem. 17 Et prçcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum, Eſau: & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut, Cuius ſunt iſta quæ ſequeris? 18 reſpondebis: Serui tui Iacob, munera miſit domino meo Eſau: ipſe quoque poſt nos venit. 19 Similiter dedit mandata ſecundo, & tertio, & cunctis qui ſequebantur greges, dicens: liſdem verbis loquimini ad Eſau, cùm inueneritis eum. 20 Et addetis: Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrū inſequitur: dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & poſtea videbo illum, forſitan propitiabitur mihi. 21 Præceſſerūt itaque munera ante eum, ipſe verò manſit nocte illa in caſtris. 22 Cumq; maturè ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidem famulas, cum vndecim filijs, & tranſiuit vadum Iaboc. 23 Traductiſq; omnibus quæ ad ſe pertinebant, 24 manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cū eo vſque manè. 25 Qui cum videret quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. 26 Dixitq; ad eum: Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. 27 Ait ergo: Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Iacob. 28 At ille: Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines prævalebis? 29 Interrogauit eum Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. 30 Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. 31 Ortuſque eſt ei ſtatim ſol poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel: ipſe verò claudicabat pede. 32 Quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſrael, qui emarcuit in femore Iacob, vſque in præſentē diem: eo quod tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit.

Interpretatio litteralis.

Verunt ei obuiam Angeli Dei, 1 Ante hęc verba habēt LXX. alia: Reſpiciens uidit παρεμβολὴν θεοῦ παρεμβεβλημένην, Caſtra Dei ordinata. vt ſe Angeli paratos ad eum cuſtodiendum, ac defendendum oſtenderent, timoremq; depellerent. *a* Erant fortaſſe Angeli tutelares tertæ Chanaan, qui gratulabantur de reditu Iacob. * *Caſtra Dei* 2 *ſunt hæc, b* Bellum eſt inter Eccleſiam, & hoſtes Dei. *c* Angeli miniſtri ſunt Dei in Eccleſia tuenda. *Appellauit nomen loci illius Mahanim, d* Ad memoriam officij ab Angelis in ipſum exhibiti, uiſionis, protectionis, gratulationis. * *Miſit autem* 3 *& nuncios ante ſe ad Eſau,* &c. *e* Cauet 4 à fratris ira prudenti prouidētia, *f* & officijs pietatis. *Seir,* Mons in Idumæa, ſiue Palæſtina; & ipſa Idumæa ita dicta, in qua Eſau habitauit cū ſuis, c. 5041. 5200. * *Habeo boues, & aſinos,* &c. *g* Opinionē 5 acceptæ iniuriæ remouere nititur legatione, ac munuſculis, ſibiq; fratrē conciliare, d. 4420. 4461. * *Timuit, h* Horrens pe- 7 riculum. *Diuiſit populum, i* Cauſā timoris innuitur, amor familiæ. K & cautio deſcribitur ab eo exhibita, *l* & prouidentia. * *Deus patris mei Abraham,* &c. 9 *m* Deo cultum exhibet oratione, *n* eique in memoriā reuocat pietatem, & merita Abraham, & Iſaac; & Dei præceptum, ac promiſſionem ſibi factam. * *Minor ſum* 10 *cūctis miſerationibus tuis, & veritate tua,* Quodcunque beneficium tuum in me maius eſt merito meo. Veritas pro fidelitate ſumitur, qua ſtamus promiſſis, c. 2438. *o* Humilitatis actus, *p* quo ſuā uilitatem confitetur. *q* Humilitatem orationi aſſociat, ut ſuum oratio ſortiatur effectum. *r* Aſſociat etiam gratiarum actionem. * *Erue me, s* Bonum petit temporale, 11 Meſſiæ aduentum intendens. *Valde eum timeo, t* Timet ob amorem uxorum, & filiorum. *u* Timet autem licitè. * *Tu locutus es,* &c. *x* Actus eſt ſpei. *y* Motiuum autem ſibi ad ſperandū proponit Dei promiſſionem. * *Separauit de his, quæ habebat,* &c. *z* A v. 13. ad 23. elucet Iacobi ad fratrem

a p. 116. 119. 345. 346. 2139. *b* p. 882. *c* p. 1013. *d* p. 2153. *e* p. 1759. 1761. *f* p. 2045. *g* p. 252. *h* p. 238. *i* p. 245. *k* p. 1761. *l* p. 1759. *m* p. 1926. *n* p. 1928. *o* p. 2370. *p* p. 2379. *q* p. 1943. *r* p. 2083. *s* p. 1931. *t* p. 238. 245. *u* p. 2200. 2202. *x* p. 234. 1439. *y* p. 1442. *z* p. 1759.

Digitized by Google

fratrem placādum prouidentia. * *Placabo illum muneribus,* a vt sup. n. 5. d. 4420. 4465. * *Ecce vir,* b Angelus, c Custos fortasse Iacobi, missus à Deo ad timorem è Iacobo depellendum, d & ad reuelādum futura. *Luctabatur cum eo,* Retinere eum Iacob nitebatur in sui protectionem, Angelus obluctabatur; vt maius in Iacob sui desiderium faceret. * *Superare non posset,* Euadere è Iacobi manibus. Non quod vtè nō posset euadere, cum sit quilibet Angelus quolibet homine potētior: sed quod vim ostendere volebat desideriorum, & orationis, quæ ad Deum funduntur à viro iusto. e Symbolū ergo orationis fuit lucta illa. *Neruum femoris*, hebr. Concauum femoris. LXX. latitudinem femoris. *Emarcuit*, heb. ויתן *Tèqahhh*, Luxatū est. LXX. ἐνδεκνος, propulsauit. vt magis eluceret Iacobi perseuerantia in petendo liberationem ab ira fratris, f Angelus percussit illum in femore, vt tentaret an dolorem sentiens, Angelum abire sineret, & cessaret orare. * *Dimitte me*, Ita loquitur, quasi vim Angelus ab homine patiatur, & retineri spiritus possit: vt vis orationis ostendatur. *Iam enim ascendit aurora*, Nolo per lucem ab alijs videri. *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi,* g Perseuerantia in petendo requiritur, vt efficacitatem habeat oratio. * *Israel*, quasi *Potens Dei*. *Contra Deum fortis fuisti,* h Voluit Angelus à Iacobo superari, vt indicaret Dei benignitatē, qui vult à nobis precibus vinci, suamq; voluntatē nobis tradit. En orationis efficacia, & meritum. Interim aduerte Angeli artificium, Interrogat quo nomine appelletur Iacob: vt quia Iacob supplantatorem significat, & luctam indicat, quam in ventre matris fecerat cum fratre Esau; nomine Israel victoria significetur in lucta cum Deo; i & interim spem Iacob concipiat liberationis ab omni periculo, cum vicerit Deum. * *Quo appellaris nomine?* K Studiositas, non Curiositas: nam eam cognitionem referebat ad bonum finem. *Cur quaeris nomen meum?* Hæc interrogatio innuit Nomen Dei essentiam explicans esse impossibile, can. 8726. l Est enim Deus ineffabilis; quem Angelus repræsentabat. *Et benedixit ei in eodem loco*, m Ostendit se Deus exorabilem, n & benignum, o & beneficum. * *Phanuel*, Vidi Deum, seu Facies, vel Aspectus Dei. p Vocauit locum eo nomine ad memoriā beneficij. *Vidi Deum facie ad faciem,* q Angelum hominis forma repræsentantem Deum, quod perinde fuit, ac vidisse Deum. Deus autem est inuisibilis, nisi per lumen gloriæ, & Dei auxilio supernaturali à beatis. *Et salua facta est anima mea*, hebr. Et euasit anima mea, vita mea, can. 1165. Duplex sensus esse potest: 1. Vidi Deum, & tamen viuo. quia nemo in hac vita videt Deum, Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. 2. Visio Dei me recreauit. nam timor abscessit, certusque sum redditus de euasione periculorum. r Grati erga Deum animi verba sunt hæc.

a p.184. b p.116. c p.344. d p.685. 1011. e p.1927. f p.900. g p.1944. h p.1929. i p.235. k p.2416. l p.33. m p.55. n p.53. o p.54. p p.2153. q p.346. 684. 685. 689. 1011. r p.2083.

Interpretatio mystica.

QVoniam Esau Synagogam, & populum Iudaicum interpretati sumus ex Hebr. 11. 20. * *a* Quid significare putandum est legationem, & munera Iacobi ad Esau, nisi prædicationem, & miracula, quæ Apostoli, alijque Christi discipuli apud Iudæos ediderunt, vt eos allicerent ad Christum recipiendum, & Euāgelium? * *b* Quid est Iacobi lucta cum Deo? vtique Christi oratio, & merita: quibus impetrata est pro nobis à Deo omnis benedictio in cælestibus. * *c* Quid femoris percussio, & Iacobi claudicatio? Christi passio, & mors, *d* ex Patris obedientia, *e* per quæ bona maxima recepimus. Nam sequitur: Et benedixit ei in eodem loco. * Ipse verò claudicabat pede. S. Aug. 16. Ciu. 39. Iacobum benedictum, & claudum interpretatur Christum in Iudæis, qui crediderunt, benedictum; claudum in ijs, qui non crediderunt.

a p.451. b p.571. 579. c p.531. 537. d p.565. 566. e p.572. 573. 574. 575. 576. 583. 584. 585. 586. 588.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Describitur artificium, quo vsus est Iacob ante quàm cum fratre Esau congrederetur. Narrantur officia beneuolentiæ, ac pietatis, quibus sunt fratres alter alterum congressi, & à se digressi. Recensetur Iacobi aduentus in terram Chanaan, & gratiarum actio, quam Deo exhibuit pro accepto beneficio.

1 Leuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: diuisitq; filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum: 2 & posuit vtranque ancillam, & liberos earũ in principio: Liam verò, & filios eius, in secundo loco: Rachel autem & Ioseph nouissimos. 3 Et ipse progrediens adorauit pronus in terrã septies, donec appropinquaret frater eius. 4 Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum: stringensq; collũ eius & osculans fleuit. 5 Leuatisq; oculis, vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo. 6 Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati sunt. 7 Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cùm similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. 8 Dixitq; Esau: Quænam sunt istæ turmæ, quas obuiã habui? Respondit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo. 9 At ille ait: Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi. 10 Dixitque Iacob: Noli ita, obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculũ de manibus meis: sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei: esto mihi propitius, 11 & suscipe benedictionem quã attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens, 12 ait: Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. 13 Dixitque Iacob: Nosti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecũ: quasi si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. 14 Præcedat dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominũ meum in Seir. 15 Respondit Esau: Oro te, vt de populo qui mecum est saltem socij remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi. 16 Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir. 17 Et Iacob venit in Sochot: vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Sochot, idest, tabernacula. 18 Transiuitq; in Salem vrbem Sichimorum, quę est in terra Chanaan, postquàm reuersus est de Mesopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum. 19 Emitq; partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem, centum agnis. 20 Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.

Interpretatio litteralis.

Diuisitq; filios Liæ, et Rachel, &c. 1 *a* Prouidentia; & Cautio. * *Ipse progrediens adorauit*, 3 *b* Officiosus in fratrem, obsequiosus ad leniendum iratum, def. 4420. *c* hominem colit. * *Amplexatus est eum*, 4 *d* Obsequia pietatis. * *Quos donauit mihi* 5 *Deus seruo tuo*, *e* Profitetur veram religionem, *f* & gratum animũ erga Deum, * *g* quem omnium auctorem agnoscit. 11 *Incuruati sunt*, &c. * *h* Exhibuerunt officia pietatis, *i* adorarunt. * *Vt inuenirem* 7 *gratiam coram domino meo*, &c. Describitur Iacobi diligentia in fratre reconciliando, d. 4420. 4465. K & mutua inter fratres officia. *Deus tribuẽs omnia*, *l* Gratiarum verba, *m* & agnoscẽtis auctorem omnium. * *Nosti domine mi, quod paruulos*, &c. *n* Prouidentia. *Orate*, *o* Persistit in officijs pietatis. * *Appellauit nomen loci illius Socoth*, *p* Ad memoriam primæ illius habitationis. * *Emit*, *q* Emptionis contractum, & venditionis. * *Et erecto ibi altari*, &c. *r* Vt Deum adoraret *s* etiam actu externo, *t* & sacrificio erexit altare. *Inuocauit*, Adorauit, sacrificauit.

a p.1759. 1761. b p.2045. c p.1958. d p.2045. e p.1915. f p.2083. g p.304. 309. h p.2045. i p.1958. k p.2045. l p.2083. m p.304. 309. n p.1759. o p.2045. p p.2153. q p.1787. r p.1957. s p.1960. 1961. t p.1962.

Digitized by Google

ſacrificauit, c.8339. u in gratiarum actionem. *Fortiſſimum*, x Omnipotentem. *Deum Iſrael*, Quē Iſrael colebat, c.8339. qui protegebat Iſrael, c.8338.

u p.2083.
x p.14.

Interpretatio myſtica.

VT myſtica huius capitis interpretatio reſpondeat præcedēti: a Dicendum, aduentum Eſau ad Iacobum, eiuſq; amplexus, ſignificare fidem, quam multi Iudæorum ad Apoſtolorum prædicationem receperunt. Quid eſt autem illud: *Gradiamur ſimul, eroq; ſocius itineris tui?* An voluntas illa, quam habuerunt aliqui Iudæi ad fidem conuerſi, vt ſimul cum lege euāgelica legalia ſeruarentur? Quare quod noluit Iacob ſociū itineris Eſau, ceſsatio legalium ſignificatur: quod ait ſe paulatim fratris veſtigia ſecuturum, innuitur non ſtatim poſt mortem Chriſti omnia legalia ceſsaſse, ſed poſt perfectam Euangelij promulgationem; & legem euangelicam legi veteri ſucceſſiſſe, veritatem vmbræ, & figuræ.

a p.864. 865.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Dinæ ſtuprum narratur, & fratrum ira, & dolus ad ſtuprum vlciſcendum: & vindicta ſuscepta, & Iacobi triſtitia.

1 EGreſſa eſt autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. 2 Quam cùm vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cū illa, vi opprimens virginem. 3 Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtemq; deliniuit blanditijs. 4 Et pergens ad Hemor patrem ſuum, Accipe, inquit, mihi puellā hanc coniugem. 5 Quòd cùm audiſſet Iacob, abſentibus filijs, & in paſtu pecoris occupatis, ſiluit donec redirent. 6 Egreſſo autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, 7 ecce filij eius veniebant de agro: auditoque quod acciderat, irati ſunt valde, eo quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſrael, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetraſſet. 8 Locutus eſt itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ: date eam illi vxorem: 9 & iungamus viciſſim connubia: filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite. 10 Et habitate nobiſcum; terra in poteſtate veſtra eſt, exercete, negotiamini, & poſſidete eam. 11 Sed & Sichem ad patrē & fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunque ſtatueritis, dabo: 12 augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantùm date mihi puellam hanc vxorem. 13 Reſponderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, ſequientes ob ſtuprum ſororis: 14 Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo: quòd illicitum & nefarium eſt apud nos. 15 Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in vobis omne maſculini ſexus; 16 tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras: & habitabimus vobiſcum, erimuſq; vnus populus: 17 ſi autē circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus. 18 Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius: 19 nec diſtulit adoleſcens quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim puellā valde, & ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui. 20 Ingreſſiq; portas vrbis, locuti ſunt ad populum: 21 Viri iſti pacifici ſunt, & volunt habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exerceāt eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget: filias eorū accipiemus vxores & noſtras illis dabimus. 22 Vnum eſt, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes. 23 Et ſubſtantia eorum, & pecora, & cuncta quæ poſſident, noſtra erunt: tantùm in hoc acquieſcamus, & habitantes ſimul, vnum efficiemus populum. 24 Aſſenſiq; ſunt omnes, circumciſis cunctis maribus. 25 Et ecce die tertio, quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt: arreptis, duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs, ingreſſi ſunt vrbem confidenter: interfectiſque omnibus maſculis, 26 Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam. 27 Quibus egreſſis,

irruerunt

Digitized by Google

irruerunt ſuper occiſos ceteri filij Iacob: & depopulati ſunt vrbem in vltio nem ſtupri. 28 Oues eorum, & armenta, & aſinos, cunctaque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant: 29 paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas. 30 Quibus patratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terrę huius. nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. 31 Reſponderunt: Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

Interpretatio litteralis.

a p.2413. VT *videret mulieres,* *a* Illicita cognitio ſenſuũ vana. * *Quam cum vidisset*, &c. *adamauit eam*. *b* Propoſita pulchritudine amor excitatus eſt. *c Et rapuit*, Speciale luxuriæ peccatum, qui raptus appellatur. *Vi opprimens virginem*, *d* Peccatum ſtupri, iniuriam & puellæ inferens, & patri puellæ. *e Dormiuit cum illa*, Amor præſentiã cauſauit. * *f Conglutinata eſt anima eius cum ea*, Amor eſt vnio quædã affectus. *g Triſtemque*, de ſtupri iniuria accepta, *h* de amiſſa virginitate. *Deliniuit blanditijs*, *i* Triſtitia delectatione mitigatur. * *Accipe mihi puellam hanc coniugem*, *k* Matrimonium petit. * *Quod eum audisset Iacob*, additur in hebræo, quod polluit (Sichem) Dinam filiã ſuam. *Siluit donec redirent*, Vt quid agendum filios conſuleret. *l* Nam conſilium ante omnem electionem adhibendum. *m* nec debet deliberatio præceps eſſe. * *n Irati ſunt valde*; ob iniuriam acceptam.

b p.183. 184.186. c p.2335. d p.2334. e p.197. f p.192. g p.216. h p.224. i p.232. k p.830. 831. l p.1723. m p.1726. n p.250. 251.2334. o p.192. p p.197. 830.831. q p.2045. 2050.2139. r p.184.189. s p.252. t p.2130. u p.2119. x p.250. 251.2334. y p.834. z p.1598. a p.760. b p.839. c p.197.

1 2 3 4 5 6 7

* *o Adhæſit anima*, Actũ amoris. *Date eam illi vxorem*, *p* Concedite matrimoniũm. * *Habitate nobiscum*, &c. *q* Officia promittit beneuolentiæ, ac pietatis. * *Inueniam gratiam coram vobis*, &c. *r* Propoſitis bonis, amorẽ excitat, d.4465. *s* & irã conatur remouere, d.4420. * *In dolo*, *t* Cũ ſimulatione, *u* & mendacio pernicioſo. *x Sauientes*, &c. *Non possumus facere*, &c. *y* Innuitur impedimentum ad matrimonium cultus diſparitas, d.4753. * *In hoc valebimus fœderari, ſi voluerit esse ſimiles noſtri*, *z* Similitudo & cauſa, & effectus eſt amicitiæ. *Circuncidatur*, *a* vt nos, *b* in ſignum fidei vnius Dei. * *Amabat enim puellam*, *c* Non diſtulit ſubire pactũ moleſtum, propter amorem.

8 9 10 11 13 15 22 19

20 * *Locuti sunt ad populum*, *d* Conciſium, 23 & *e* Ratiocinatio. * *In hoc acquiescamus*, *f* Opportunitates feliciter agẽdi arripien- 24 dæ. * *Aſsenſiq; sunt omnes*, *g* Cõtractus. *Circunc. ſis cunctis maribus*, *h* Executio 25 deliberationis celer. * *Ingreſſi sunt vrbem confidenter*, *i* Proditio. K audax. 27 *Interfectisque omnibus masculis*, *l* Ho- 28 micidij peccatum, tum quia dolo factum, 29 tum quia à non habentibus publicam auctoritatem; quam fortaſe poterat aut alius Chananæorum Princeps, aut ipſe Iacob dare vt Princeps in ſuos: ſi tamen Hemor Rex iniuriam ſtupri repetentibus compenſari noluiſſet, aut pœnam filio nõ inflixiſſet. *m* Fuit ergo illicita ea vindicatio. *Depopulati sunt vrbem in vltionem ſtupri*, Vltio fuit illicita, vt ſupra dictum eſt: *n* ideo depopulatio illa fuit rapina. 30 * *Quibus patratis audacter*, *o* quod ſupra dixerat *confidenter*. *Turbaſtis me hodie*, verbum hebr. ſignificat etiam corrumpere: Perturbaſtis meam quietem, in periculum extremum adduxiſtis. *p* Timet ſi is bonis. *q* conqueritur; *r* & corrigit filios. *Nos pauci sumus*, *s* Cauſa timoris, defectus virtutis ad repellendum imminens 31 malum. * *Nunquid vt scorto*, &c. *t* Non licet calumnioſè ſe defendere, fraudem, aut dolum adhibendo.

d p.163. 1722.1723. e p.1758. f p.1734. g p.164. h p.1732. i p.2128. k p 247. 2217. l p.1844. m p. 2097. n p.1861. o p. 247. 2217. p p.238. 245. q p.2154. r p.1629. 2048. s p.246. t p.1878.

Interpretatio myſtica.

a CIrcuncisio per dolũ admiſsa, quatenus mortis cauſa Sichimitis fuit; videtur fuiſse figura cæremoniarum veteris legis, quæ poſt promulgationem Euangelij ſeruari licitè non poſsunt; ac proinde mortem animæ ſuis cultoribus inferunt. a p.865.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Ascendit Iacob à Deo monitus in Bethel; & purgata ab idolis familia, sacrificij cultum exhibet Deo, & exequias Deborae nutrici Rebeccæ. Apparet iterum Iacobo Deus in Bethel, benedicens, & Israelis illi nomen imponens. Moritur in Beniamin partu Rachel, ac sepelitur in Bethlehem. Dormit Ruben cum Bala patris vxore. Numerantur filij Iacob duodecim. Obit Isaac, & ab Esau, & Iacob sepelitur.

1 INterea locutus est Deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. 2 Iacob verò cõuocata omni domo sua, ait: Abijcite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. 3 Surgite, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. 4 Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem. 5 Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. 6 Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipse & omnis populus cum eo. 7 Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius, Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum. 8 Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum: vocatumque est nomen loci illius, Quercus fletus. 9 Apparuit autem iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei, 10 dicens: Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel, 11 dixitque ei: Ego Deus omnipotens, cresce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. 12 Terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi, & semini tuo post te. 13 Et recessit ab eo, 14 ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, & effundens oleum: 15 vocansque nomen loci illius, Bethel. 16 Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel, 17 ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. 18 Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, idest, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin, idest, filius dextræ. 19 Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem. 20 Erexitq; Iacob titulũ super sepulchrum eius: Hic est titulus monumenti Rachel, vsque in præsentem diem. 21 Egressus inde, fixit tabernaculũ trans Turrem gregis. 22 Cumq; habitaret in illa regione, abijt Ruben, & dormiuit cũ Bala concubina patris sui: quòd illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. 23 Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulon. 24 Filij Rachel: Ioseph & Beniamin. 25 Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. 26 Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser: hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. 27 Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, ciuitatem Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. 28 Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. 29 Consumptusque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex, & plenus dierum, & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis, & mystica.

a p.684. b p. 37. 1915.1957. c p. 1819. 1919.1960. 1962. d p.2083.

Locutus est Deus, a Prophetia est à Deo. *Fac altare Deo, b* Deus colendus, ad venerandus, *c* etiam adoratione exteriore sacrificij, vt innuit altare. *Qui apparuit tibi, quando fugiebas*, &c. *d* Innuit gratias agendas Deo pro beneficijs, vt indicant sequentia verba Iacob: Qui exaudiuit me in die tribulationis meæ. * *Abijcite deos alienos, e* Idola, falsos deos, quos patri Rachel surripuerat, quos fortasse colebant serui Iacob. *f* Præcipit Iacob, *g* quod ad Religionem spectat, d.4123. Vt Sacerdos, d.3711. *Mundamini, h* Dei cultores esse debent sancti. *Mutate vestimenta, i* Exteriores corporis actus cõuenienter in cultũ Dei exhibentur. * *Qui exaudiuit me, k* Gratitudo. * *In auribus eorum*, Idolorum. ornamenta deorum. *l* Obedientes fuere superioris præcepto. *Infodit, m* vt tentationum occasiones auferret. * *Terror Dei*, Timor magnus, phrasis hebr. can.8554. vt Montes Dei, id est, montes magni. Vel, Timor à Deo immissus, *n* peculiari erga Iacobum prouidentia. * *Aedificauit altare*, vt sup.n.1. *Appellauitque nomen loci illius, Domus Dei, o* ad memoriam apparitionis diuinę. * *Mortua est, p* Subijt cõmunem pœnam. *Quercus fletus, q* Quia ibi fleuit Iacob cũ tota familia. *r* Fletus doloris symbolum. * *Apparuit iterum Deus*, &c. *s* Prophetia narratur. *Benedixitque ei*, &c. *t* Describitur Dei erga Iacobum benignitas, *u* & beneficentia, *x* & benevolentia, *y* & prouidẽtia. * *Appellauit eum Israel, z* Confirmauit nomen, quod Angelus imposuerat, supra c.32. quia luctando Deum superauit. * *Omnipotens, a* quatenus est principium omnium. *Cresce, & multiplicare, b* Multitudo gentis promittitur, *c* & felicitas tẽporalis, figura spiritualis prosperitatis. * *Ille vero erexit titulum*, &c. *d* Conueniẽter in Dei cultum materialia dicantur, *e* & specialia quædam obseruantur ad maiorem erga Deum reuerentiam. *f Vocansque Bethel*, Domum Dei; quia ibi ei Deus apparuerat; quia Deo locum dicauerat. *Venit verno tempore*, hebr. Et transgressus quasi miliare, aut leucam terræ, quæ ducit Ephratam. * *Cum parturiret Rachel, g* Beniamin nascitur. * *Periclitari cœpit, h* Primi peccati pœna. *i Noli timere*, LXX. Θάρσει, aude, K audendi causam proponit, spem filij. * *Præ dolore, l* quo laborabat corpus, *Filius doloris mei*, Dolor meus, phrasis hebr. c.8246. *m* A dolore, quem experiebatur, nomen imponit. *Filius dextræ*, id est, Dextra; hoc est Felicitas. nam felicitatis symbolum est Dextra, c.5862. Opponit dolori matris felicitatem suam. *n* erat aliqua felicitas, multitudo prolis. * *Mortua est Rachel, o* In pœnam primi peccati. *Erexit titulum, p* Pietatis officia exhibuit coniugi. *Dormiuit cum Bala, †* Incestus valde turpis. *Concubina*, Vxore, c.1407. * *Erant autem filij Iacob*, &c. *q* Iacobi generatio narratur. *Qui nati in Mesopotamia*, Non ibi natus Beniamin, sed satis fuit reliquos ibi fuisse natos. c.762. 1168. *Venit ad Isaac, r* Vt officia exhiberet pietatis erga patrem. *Mortuus est, s* Subijt communem pœnam. *Apposítus est populo suo, t* vid. sup. c.25.n.8. *Sepelierunt eum Esau, & Iacob, u* Debitum pietatis officium, *x* & charitatis.

a p.684. 1 b p. 37. 1915.1957. 2 c p. 1819. 1919.1960. 1962. d p.2083. 3 e p.7.2007. 4 f p.167. 5 g p.1083. h p.1920. 6 i p.1918. 1919. k p.2083. 7 l p. 2061. m p.914. 8 n p.380. 9 o p.2153. p p.1273. 1280. 10 q p.1614. 2153. r p.231. 11 s p.18.684. 12 t p.53. u p.54. x p.1569. y p.23.380. 13 z p.2153. a p.14. 14 b p.320. 2124. c p.928. 944.2156. 2216. 15 d p.1919. e p.844. f p.2153. 16 g p.320. h p.1274. 1280. 17 i p.247. k p.248. 18 l p.215. 1274.1280.

m p.2153. n p.928. 944. o p.1273. 1280. p p.2046. 1614. † p.2337. q p.320. r p.2039. s p.1273. 1280. t p.131. *Secundum Glossã hic.* u p.2039. x p.1614.

Interpretatio mystica.

2 *Abijcite deos alienos, qui in medio*
3 *vestri sunt, & mundamini*, &c.
4 *a* Figura sunt hæc, mysticèque significant idololatriam per Apostolorum prædicationem è mundo eiectam, & morum renouationem, & veram Dei cognitionem,
11 cultumque inuectum. * *Crescé, & multiplicare*, &c. *b* Signantur Ecclesiæ nascentis incrementa, *c* & generatio iustorum
12 ex Christo per gratiam. * *Terram, quam dedi Abraham*, &c. *d* Innuitur æterna felicitas, quam per Christum habẽt iusti;
13 * *Erexit titulum*, &c. *e* Figura est Consecrationis templorum, & altarium, quæ
14 17 facit in Dei cultum Ecclesia. * *Hunc bá-*
18 *bebis filium*, &c. Beniamin est Pauli figura, qui ex tribu fuit Beniamin. Is filius doloris principio fuit Ecclesiæ, quatenus Stephani morti consensit, & persecutus est Ecclesiam: *f* sed postea Christo filius fuit dextræ, potens verbo, diffundens Euã-
22 gelium. * *Abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui.* Iacobi, id est, Christi sponsæ sunt animæ fidelium. Semen Christi est verbum Dei; quod adulteratur, & fit semen non Christi, sed hominum; cum mixtis erroribus ab hæreticis, aut inanibus doctrinis, & verbis à prædicatoribus Catholicis cõmunicatur. Horum figura fuit adulterium, & incestus Ruben.

a p.1400. b p.1392. 1393. c p.573. d p.578. 588. e p. 844. 846.1919. f p.700. 884.906. g p.710. 731.732. 885.910.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Narratur secessus Esau à Iacobo fratre in montem Seir: & recensetur Esau generatio, & Duces, ac Reges, qui ex eo orti sunt. Occasione loci, in quo Esau habitauit, & vxoris Horrææ, quam inde accepit; generatio interseritur Seir Horræi.

1 HÆ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom. 2 Esau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi: 3 Basemath quoque filiam Ismael sororem Nabaioth. 4 Peperit autem Ada, Eliphaz: Basemath genuit Rahuel: 5 Oolibama genuit Iehus & Ihelon & Core. hi filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaan. 6 Tulit autem Esau vxores suas & filios & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan: & abijt in alteram regionem, recessitque à fratre suo Iacob. 7 Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorũ præ multitudine gregum. 8 Habitauitq; Esau in monte Seir, ipse est Edom. 9 Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir, 10 & hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath vxoris eius. 11 Fueruntq; Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez. 12 Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filij Esau: quæ peperit ei Amalech. hi sunt filij Ada vxoris Esau. 13 Filij autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filij Basemath vxoris Esau. 14 Isti quoque erant filij Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, vxoris Esau, quos genuit ei Iehus & Ihelon & Core. 15 Hi duces filiorum Esau: filij Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, 16 dux Core, dux Gatham, dux Amalech. hi filij Eliphaz in terra Edom, & hi filij Ada. 17 Hi quoque filij Rahuel filij Esau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autẽ duces Rahuel in terra Edom: isti filij Basemath vxoris Esau. 18 Hi autem filij Oolibama vxoris Esau: dux Iehus, dux Ihelon, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau. 19 Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum: ipse est Edom. 20 Isti sunt filij Seir Horræi, habitatores terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana, 21 & Dison, & Eser, & Disan. hi duces Horræi, filij Seir, in terra Edom. 22 Facti sunt autem filij Lotan: Hori & Heman. erat autem soror Lotan, Thamna. 23 & isti filij Sobal: Aluam, & Manahat, & Ebal, & Sephò, & Onam. 24 Et hi filij Sebeon: Aia & Ana. Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui: 25 habuitque filium Dison, & filiam Oolibama. 26 Et isti filij Dison: Hamdan, & Eseban, & Iethram, & Charan. 27 Hi quoque filij Eser: Balaan, & Zanan, & Acan. 28 Habuit autem filios Disan: Hus & Aram. 29 Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, 30 dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti duces Horræorum, qui imperauerunt in terra Seir. 31 Reges autẽ qui regnauerunt in terra Edom antequã haberent regem filij Israel, fuerunt hi: 32 Bela filius Beor, nomenq; vrbis eius Denaba. 33 Mortuus est autẽ Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. 34 Cumque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorũ. 35 Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab: & nomẽ vrbis eius Auith. 36 Cũq; mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Masreca. 37 Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. 38 Cumq; & hic obijsset, successit in regnum Balanan filius Achobor. 39 Isto quoque mortuo, regnauit pro eo Adar, nomenq; vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab. 40 Hęc ergo nomina ducũ Esau, in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, 41 dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, 42 dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, 43 dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater Idumæorum.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis, & mystica.

1 *Ipse est Edom.* Solent aliqui in Scripturis sacris pluribus nominibus appellari. vt Esau, qui hoc nomen habuit in ortu. dictus etiam Edom ex rubore lenticulæ, ac etiam corporis. dictus & Seir, quia hispidus, ac pilosus.

2 * *Ada filiam Elon Hethæi.* Videntur a vxores Esau fuisse binominiæ, binomij quoque patres, c.752. Nam supra c.26.34. secũda vxor Esau vocatur Basemath filia Elon; hìc verò vocatur Ada filia Elon Hethæi. illic prima vxor vocatur Iudith filia Beeri Hethæi; hìc verò Oolibama filia Anæ filiæ Sebeon Heuæi: quamquam fortasse Iudith fuit alia vxor, cuius non recensentur filij, quod vel fuit sterilis, vel mortua est antequã filios haberet. Tertia vxor in hoc capite dicitur fuisse Basemath filia Ismael soror Nabaioth: supra autem cap.38. 9. dicitur Mahaleth filia Ismael soror Nabaioth. nisi dixeris Nabaioth duas sorores habuisse, Basemath, & Maheleth; & vtranque traditam Esau in vxorem; Maheleth autem fuisse vel sterilem, vel mortuam ante partum, vel ab Esau relictam, ideo non fieri eius mentionem in hoc capite, vbi de Esau generatione agitur. * *Peperit Ada Eliphaz*, &c. 4

a p.831.

5 b *Homines ex hominibus generantur.* c *Basemath genuit Rahuel,* c Suam creaturæ operationem habent, d & sibi similes producunt, quæ corruptioni obnoxię sunt.

b p.320. c p.308. d p.311.

6 * *Recessit à fratre suo Iacob.* Recesserat indignatus à patre in montem Seir. Post aduẽtum autem Iacob, redijt ad patrem, e reconciliatus. e Nunc rursum recedit à fratre, vt occasiones præcidat iurgiorum, & ita Deo prouidente, vt Chanaæorum terra non ab Esau, sed à Iacobi progenie possideretur, cui promiserat Deus. * *Pa-* 9

e p.914.

21 *tris Edom,* Idumęorũ. * *Hi duces Horræi,* supra num.2. Sebeon dicitur Heuæus, qui nunc numeratur inter duces Horræos. An tota gens Heuæa dicta est; deinde Horræi nominati, qui à Seir descẽderunt; qui for-

24 tasse habuit cognomen Horrei? * *Iste est Ana.* Hoc in loco Ana vt vir, supra nu.2. etiam in textu hebræo vt femina recensetur, dicitur non filius, sed filia Sebeon. Sed interdum Scriptura phrasi hebraica genus commutat, c.8572. Positum ergo supra est *Filia*, pro *Filij*. *Aquas calidas*, hebraice יימים *Iemim*, quod etiam legi posset alijs punctis יַמִּים *Iammim*, maria. secundum hanc lectionem vertit vulgata Aquas calidas, stagna aquæ calidæ. Alij legentes *Iemim*, interpretantur mulos; f quod is primus fecerit ascendi equas ab asinis, & mulos nasci: aut ascendi asinas ab onagris, & gigni asinos velocissimos. Hæc ex Hieronymo in lib. hebraic.quæst.

f p.268.

31 * *Reges, qui regnauerunt in terra Edom antequàm haberent regem filij Israel.* Primus Rex Israel fuit Saul. quomodo scire potuit Moyses reges Idumæos, qui regnauerunt ante Saul, cum ipse mortuus fuerit tanto ante Saul? Inspirante Deo, & Moysi afflante prophetiam. An hunc textum Esdras addidit? c.61. qui fuit multò post Saul.

Interpretatio mystica.

6 *Recessitque à fratre suo Iacob,* Quia dictum est supra per Iacob Ecclesiam, per Esau Synagogã figurari: a quid putandum est fuisse aliud recessum Esau à Iacobo, quàm principio nascentis Ecclesię separationem Iudęorum ab Ecclesia?

a p.452. 1430.1431.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Exosus Ioseph fratribus redditur, fratrum apud patrem accusatione, patris erga ipsum amore, somniorum coram fratribus narratione. Mittitur à patre ad inuisendos fratres ad pascua qui appropinquantem illum interficere primum cogitant; tum suadente Ruben, comprehensum in cisternam siccam immittunt, postremo auctore Iuda, vt à nece abstineant, Ismaelitis illhac transeuntibus venundant. Eius tunicam hœdi sanguine intinctam ad patrem mittunt. Is arbitratus filium à fera deuoratum luget dolore inconsolabili. Interim Ioseph rursum in Aegypto venditur Magistro militum Pharaonis.

1 HAbitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est. 2 Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cùm sexdecim esset annorum, pascebat gregem cũ fratribus suis adhuc puer: & erat cum filijs Balæ & Zelphæ vxorum patris sui: accusauitq; fratres suos apud patrem crimine pessimo. 3 Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum: fecitque ei tunicam polymitam. 4 Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui. 5 Accidit quoque vt visum somnium referret fratribus suis: quæ causa maioris odij seminarium fuit. 6 Dixitque ad eos: Audite somnium meum quod vidi: 7 Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulũ meum, & stare, vestrosq; manipulos circumstantes adorare manipulũ meum. 8 Respondérunt fratres eius: Nunquid rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. 9 Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnium, quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me. 10 Quod cum patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? 11 Inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat. 12 Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, 13 dixit ad eũ Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondente: 14 Præsto sum, ait ei: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga frátres tuos, & pecora: & renũcia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem: 15 inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. 16 At ille respõdit: Fratres meos quæro, indica mihi, vbi pascãt greges. 17 Dixitq; ei vir: Recesserunt de loco isto: audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain. 18 Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerũt illum occidere: 19 & mutuò loquebantur: Ecce somniator venit: 20 venite, occidamus eum, & mittamus in cisternã veterem: dicemusque, Fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. 21 Audiens autẽ hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: 22 Non interficiatis animam eius, nec effundatis sanguinem: sed proijcite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusq; vestras seruate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. 23 Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita: 24 miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. 25 Et sedentes vt comederent panem, viderũt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorũ, portantes aromata, & resinam, & stacten in Ægyptum. 26 Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? 27 Melius est vt venundetur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius: 28 Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eũ de cisterna, vendiderunt

eum

Digitized by Google

eum Iſmaelitis, viginti argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum. 29 Reuerſuſq; Ruben ad ciſternam, non inuenit puerum: 30 & ſciſſis veſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non comparet, & ego quo ibo? 31 Tulerunt autem tunicam eius, & in ſanguine hœdi quem occiderant, tinxerunt: 32 mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui ſit, an non. 33 Quam cùm agnouiſſet pater, ait: Tunica filii mei eſt, fera peſſima comedit eum; beſtia deuorauit Ioſeph. 34 Sciſſiſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. 35 Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere, ſed ait: Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perſeuerante in fletu, 36 Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magiſtro militum.

Interpretatio litteralis.

HAE *ſunt generationes (Iacob,)* 2 ſi generatio pro gente ſumatur, c. 1661. *a* deinceps in libro Geneſis agetur de gente, ac progenie Iacob. Sin hoc in loco generationes pro rebus à Iacob geſtis ſumas, can. 1657. innuunt hæc verba Actum eſſe hactenus de geſtis Iacob; nunc fieri tranſitū ad geſta Ioſeph. *Sexdecim annorum,* hebr. & LXX. Septemdecim. quia vulgata reſpexit ad annum iam exactum ſextum decimum, hebr. & LXX. ad annum ſeptimum decimū iam cœptū, c. 742. 753. *Pascebat gregem, b* Artem exercebat paſtoritiam. *Accusauitq; fratres suos, c* Ne crimen in alios ſerperet, *d* & ad fraternā correctionem. *Crimine peſſimo,* hebraicè, דבתם רעה *Dibbathām rahhāh,* quòd etiam verti poteſt, Infamis malitia, & Detractio, contumelia mala. *e* Peccatum eſt & detractio, *f* & contumelia. * *Diligebat,* 3 *g* In Ioſeph ſibi maximè complacebat. *Eo quod in senectute genuisset eū, h* Quia multum optauerat filium ex Rachele habere. *Fecitque ei tunicam polymitam, i* Amoris effectus fuit ea beneficentia. Polymitā, varijs, ac verſicoloribus licijs, ac filis contextā, c. 2075. * *Oderant eum,* 4 K quem potius amare cum patre debebāt. *l* Odij origo erat inuidia. * *Quæ causa* 5 *maioris odij seminarium fuit, m* quia magis excitauit inuidiam. * *Inuidia, & odij fomitem ministrauit, n* Triſtabantur fratres de Ioſephi bono, quod vt malum proprium æſtimabant. * *o* Eà verò 6 Ioſephi ſomnia futurorum reuelationes 7 erant. * *Increpauit eum pater suus, p* Ad 8 patrem ſpectabat filij correctio. *Rem tacitus considerabat, q* Prudentiæ actus eſt 10 grauiora quædam non contemnere, ſed 11 attentius conſiderare, ac obſeruare. * *Fratres tui pascunt oues,* &c. *r* Patris 13 erga filios prouidentia, *s* & vigilantia. * *Præsto sum, t* Filij in parentē obediētia. 14 * *Interrogauit quid quæreret, u* Inquiſitio- 15 ne licita, vt ei proſpiceret. * *Indica mihi,* 16 *x* Inquiſitio prudens, vt obedientiæ paternæ ſatisfaciat, vt fratribus proſpiciat. 17 * *Perrexit ergo Ioseph post fratres suos,* 18 *y* Diligens in inquirendo fuit. * *Cogitauerunt illum occidere, z* Actus odij, *a* & peccatum homicidij, quatenus machinātur mortem non habentes occidendi au- 19 ctoritatem, *b* & innocenti. * *Somniator,* hebr. בעל החלמות *Bāhhbal hhalomōth,* Dominus, poſſeſſor, vir ſomniorum. qui habet præ manibus ſomnia, qui fingit ſomnia vt lubet. *c* Detrahebant innocenti, *d* & ſuſurrabant excitantes odium, *e* & 20 conuitium inferebāt. * *Venite occidamus eum, f* Homicidium, *g* & ſcādalum, quatenus dicto præbent inuicem occaſionem ruendi in peccatū homicidij. *Dicemusque, Fera peſſima,* &c. *h* Mendacium culpam excuſans. *Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua,* hebraicè, Et videbimus, (experiemur) an ſubſiſtant ſomnia eius. *i* Videntur ſuſpicatos fuiſſe in Ioſepho ſpiritum prophetiæ, & velle nunc tentare an veræ viſiones fuerint, K & velle Dei 21 prouidentiæ reſiſtere. * *Audiens autem* 22 *hoc Ruben,* &c. *l* Elucet in Ruben & pietas in patrem, ac fratrem, *m* & miſericordia, *n* & charitas in auertendo fratres ab homicidio, *o* & prouidentia in fratre ſeruando, *p* & circūſpectio, *q* & prudens 23 conſilium. * *Confestim, r* Præcipites ad malū patrandum. *Nudauerunt, s* Illicitè 24 ſpoliant. * *Miseruntq; eum,* &c. *t* Incar- 25 ceratio illicita, *u* ad homicidiū. * *Ismaelitas viatores,* Dicuntur infra v. 28, & 36. Madianitæ. Hæc nomina confunduntur, 26 c. 1788. * *Quid nobis prodest,* &c. *x* Conſilium, ſed prauum: quia ſuadebat fratris 27 venditionem illicitam. * *Acquieuerunt fratres sermonibus ipsius, y* Conſenſus 28 ſed non erat conſentiendum. * *Vendiderunt eum Ismaelitis, z* Venditio cū dolo, quatenus celarunt ſe non habere ius vendendi fratrem, *a* & cum furto, quatenus 30 acceperunt iniuſtè pecuniam. * *Sciſſis veſtibus, b* Doloris ſymbolū. *Ego quo ibo?* ad eum quærendum. Ruben, quatenus primogenitus, princeps erat inter fratres.

a p.320.
b p.268.
c p.1870.
d p.1629. 1636.
e p.1898.
f p.1894.
g p.183.
h p.190.
i p.1594.
k p.198. 199.
l p.1651.
m p.1651.
n p. 218. 1651. 1660.
o p.694.
p p.1629. 2048. 2078 2100.
q p.1760.
r p.1759.
s p.2079.
t p.2042. 2061.
u p.2416.
x p.1713. 2416.
y p.1732. 1767.
z p.198. 1207.
a p.1844. b p.1847.
c p.1898.
d p.1901.
e p.1894.
f p.1844. 1847.
g p.1683.
h p.2113. 2120.
i p.2025.
k p.1243.
l p.2039. 2045.
m p.1603.
n p.1629.
o p.1759.
p p.1760.
q p.163. 1725.
r p.1764.
s p.1861.
t p.1856.
u p.1844. 1847.
x p.163.
y p.164.
z p.1908.
a p.1860.
b p.216.

Digitized by Google

c Debent autem ſuperiores vigiles eſſe.
* *Vide vtrum tunica filij tui*, &c. *d* Simulatione. *e* fratricidium celãt, & excuſant,
* *Beſtia deuorauit Ioſeph*, *f* Coniectatio hominis pij, nihil mali de filijs ſuſpicãtis.
* *Sciſſis veſtibus, cilicio, lugens*, *g* Symbola doloris. * *Congregatis cunctis liberis*, &c. *b* Debita pietatis officia, *i* & actus miſericordiæ. *Dolorem*, K Triſtitiam de amiſſione filij. *Descendam ad filiũ meũ*, *l* Indicãt hæc verba immortalitatem animarum. *Lugens*, *m* Triſtitiæ effectus eſt fletus. *In infernum*, *n* In lymbum. Ibi ante Chriſti aduentum hominum animæ detinebantur, can. 1759. * *Vendiderunt*,
o Venditionis, & emptionis contractus paſſim initur. *Eunucho*, Principi. ſumitur hebr. סרים *Serim*, etiam pro Principe. Is enim vxorem habebat. *Militum*, hebr. טבחים *Tabhahhim*, Coquorum, carnificũ. LXX. ἀρχιμαγείρῳ Coquorum præfecto, ſeu magiſtro. Potuit idem & cocorum, & apparitorum, ſiue militum eſſe præfectus.

c p. 2079. d p. 2130. e p. 2120. f p. 1757. g p. 216. h p. 2039. i p. 1618. k p. 216. l p. 131. m p. 231. n p. 957. o p. 1787.

Interpretatio myſtica.

† *Chryſ. in Geneſ. hom. 61. Tertullian. adu. Iud. Orig. in Ex. hom. 1. Arn. in pſ. 104. Ambroſ. de Ioſeph 12. Chryſoſt. in pſal. 8, 93. Hieron. in pſal. 8. Aug. q. in Iud. 49. & ſerm. 84. Bed. in Gen. 37. 49. et in Exod. 1. Vitraq; Glo.*

QVoniam communis † Patrum, & Interpretum ſacrorum ſententia eſt, Ioſeph typum Chriſti fuiſſe: nullum dubium huius capitis myſticam interpretationem de Chriſto veriſſimam eſſe.

* *a* Iſrael diligens Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eſt æternus Pater prædeſtinans Chriſtum quatenus hominẽ Filium Dei, ac Principem omnium. *b* Dicitur Ioſeph in ſenectute genitus: quia vltima mundi ætate natus eſt Chriſtus ſecundum carnẽ.
c Tunica polymita eſt Humanitas Chriſti omnibus gratiæ bonis ornata. *d* Eſt & Eccleſia Chriſto adhærens ex omnibus gentibus congregata. *e* Sacramentis, & eccleſiaſticis ordinibus, & alijs membris mirabili pulchritudine diſtincta. * *f* Odium fratrum in Ioſeph, quod plus cęteris à patre amaretur: eſt odium Iudæorum in Chriſtũ ob opera, quæ auctore, ac fauente Patre faciebat. * *g* Somnia Ioſeph regnũ, & adorationẽ prænunciantia; ſunt Chriſti prædicatio, & miracula, quibus ſe eſſe Filium Dei oſtendebat; ſunt & Prophetarum vaticinia de Chriſti diuinitate, regno, ſacerdotio. * *h* Inuidia, & odium fratrum in Ioſeph occaſione ſomniorum, eſt inuidia, & odium Iudęorũ in Chriſtum occaſione miraculorũ. * *i* Ioſephi miſſio à patre ad fratres, eſt Chriſti miſſio, & prædicatio ad Iudæos. * K Fratricidium, quod fratres moliuntur in Ioſeph, eſt Chriſti paſſio: cuius miniſtri fuere Iudæi; fuere & Gentiles, qui à Madianitis figurantur, quorum opera vſi ſunt fratres Ioſeph. * *l* Nudatio tunicæ polymitæ, eſt mors ipſa Chriſti, & opprobria, quæ à Iudæis paſſus eſt. * *m* Demiſſio in ciſternam veterem, eſt Chriſti ſepultura. * *n* Venditio facta à fratribus Iſmaelitis, eſt Iudæ proditio. * *o* Ruben lugens, figurale ſymbolum eſt mortis Chriſti reſpondẽs luctui Marię, ac diſcipulorum Chriſti. * *p* Pater lugens, eiuſdem mortis eſt figurale ſymbolum. * *q* Madianitæ vendentes Ioſeph, ſunt Gentiles Chriſtum crucifigentes, *r* & perſequentes Chriſti corpus Eccleſiam.

c Tunica polymita eſt Humanitas Chriſti c p. 426.
omnibus gratiæ bonis ornata. *d* Eſt & Ec- 490. 491.
cleſia Chriſto adhærens ex omnibus gen- 492. 493.
tibus congregata. *e* Sacramentis, & eccle- 494. 495.
ſiaſticis ordinibus, & alijs membris mira- 499.
4 bili pulchritudine diſtincta. * *f* Odium d p. 620.
fratrum in Ioſeph, quod plus cęteris à pa- 623. 624.
tre amaretur: eſt odium Iudæorum in 630. 1397.
Chriſtũ ob opera, quæ auctore, ac fauente e p. 633.
7 Patre faciebat. * *g* Somnia Ioſeph regnũ, 645. 748.
8 & adorationẽ prænunciantia; ſunt Chriſti 1399.
9 prædicatio, & miracula, quibus ſe eſſe f p. 549.
10 Filium Dei oſtendebat; ſunt & Prophe- g p. 425.
tarum vaticinia de Chriſti diuinitate, re- 427. 455.
8 gno, ſacerdotio. * *h* Inuidia, & odium 469. 470.
11 fratrum in Ioſeph occaſione ſomniorum, 475. 476.
eſt inuidia, & odium Iudęorũ in Chriſtum 481.
14 occaſione miraculorũ. * *i* Ioſephi miſſio h p. 456.
à patre ad fratres, eſt Chriſti miſſio, & 549.
20 prædicatio ad Iudæos. * K Fratricidium, i p. 449.
36 quod fratres moliuntur in Ioſeph, eſt 451. 482.
Chriſti paſſio: cuius miniſtri fuere Iudæi; k p. 564.
fuere & Gentiles, qui à Madianitis figurantur, quorum opera vſi ſunt fratres Io-
23 ſeph. * *l* Nudatio tunicæ polymitæ, eſt l p. 554.
19 mors ipſa Chriſti, & opprobria, quæ à Iu- 559.
24 dæis paſſus eſt. * *m* Demiſſio in ciſternam m p. 569.
28 veterem, eſt Chriſti ſepultura. * *n* Ven- n p. 546.
ditio facta à fratribus Iſmaelitis, eſt Iudæ
30 proditio. * *o* Ruben lugens, figurale ſym- o p. 568.
bolum eſt mortis Chriſti reſpondẽs luctui
34 Marię, ac diſcipulorum Chriſti. * *p* Pater p p. 568.
lugens, eiuſdem mortis eſt figurale ſym-
36 bolum. * *q* Madianitæ vendentes Ioſeph, q p. 564.
ſunt Gentiles Chriſtum crucifigentes, *r* & r p. 884.
perſequentes Chriſti corpus Eccleſiam. 886.

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Iudas tres filios generat ex vxore Sue Chananæa, Her, Onan, & Sela; gemellos Phares, & Zara ex vno concubitu cum nuru Thamar, quam ab ea deceptus meretricem putauerat.

1 EOdem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis, diuertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram. 2 Viditq; ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingreſſus eſt ad eam. 3 Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. 4 Rurſumque conceptu fœtu, natum filium vocauit Onan. 5 Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela. quo nato, parere vltra ceſſauit. 6 Dedit autem Iudas vxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar. 7 Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Domini: & ab eo occiſus eſt. 8 Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & ſociare illi, vt ſuſcites ſemen fratri tuo. 9 Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine naſcerentur. 10 Et idcirco percuſſit eum Dominus, quod rem deteſtabilem faceret. 11 Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui ſuæ: Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus: timebat enim ne & ipſe moreretur, ſicut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo patris ſui. 12 Euolutis autem

multis

Digitized by Google

multis diebus, mortua est filia Sue vxor Iudæ: qui post luctum consolatione susceptа, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas. 13 Nunciatumq; est Thamar, quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. 14 Quæ, depositis viduitatis vestibus, assumpsit cheristrum: & mutato habitu, sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quòd creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. 15 Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultū suum, ne agnosceretur. 16 Ingredienſq; ad eam, ait: Dimitte me vt coeam tecum: nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente: Quid dabis mihi vt fruaris concubitu meo? 17 dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumque illa dicente: Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. 18 Ait Iudas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit, 19 & surgens abijt: depositoque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus. 20 Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cum non inuenisset eam, 21 interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier, quæ sedebat in biuio? Respondētibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix; 22 reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. 23 Ait Iudas: Habeat sibi, certè mendacij arguere nos non potest: ego misi hœdum quē promiseram, & tu non inueneristi eam. 24 Ecce autem post tres menses nunciauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitq; Iudas: Producite eam vt comburatur. 25 Quæ cùm duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: De viro, cuius hæc sunt, concepi: cognosce cuius sit annulus, & armilla & baculus. 26 Qui, agnitis muneribus, ait: Iustior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltra non cognouit eam. 27 Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium, vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: 28 Iste egredietur prior. 29 Illo verò retrahente manū, egressus est alter: dixitq; mulier: Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. 30 Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

Interpretatio litteralis.

a p.830. 831. *Accepta vxore, a* Matrimonium. 2 Videtur accepisse vxorem aliquot annis ante quàm Ioseph 3 venderetur, vt filij Iudæ apti 4 essent matrimonio ante quàm Iudas cum 5
b p.320. patre in Ægyptum descēderent. *b Peperit filium*, Hominū ex hominibus generatio. *Quo nato parere vltra cessauit*, LXX. alio modo vertunt: & ipsa erat in Chasbi, quādo eum peperit. hebræum נכזיב *Chaζib*, à *Chaζab*, mendacium, putarim etiam. Defectum, seu sterilitatē significare; ideo vulgatam vertisse Parere vltra cessauit.
c p.1193. 1198. ** Nequam in conspectu Domini, c* Indicatur malitia mortalis odibilis Deo. 7
d p.1264. *d* Indicatur iniuriam inferri Deo per peccatū.
e p.16. *e* & Deum omnium cognitionem habere.
f p.1279. *Et ab eo occisus est, f* Consequuntur ad
g p.2099. peccatum pœnæ, quas Deus infligit. *g* Ad Deum vltio spectat, vt supremum Dominum, *h* & Iudicem omniū. ** Semen fun-* 9
h p.24. 25. i p.2339. *debat in terram, i* Luxuriæ, quæ contra 10 naturam est, speciale peccatū Immunditia. *Ne liberi fratris nomine nascerentur,* K Inuidia de bono fratris, quod vt proprium malū existimabat. *l Percussit eum* k p.218. l p.1279.
Dominus, Consecuta est ad peccatum
11 pœna *m* ab vltore, ac Iudice Deo. ** Esto* m p.24.25.
vidua, &c. *n* Cautio astuta, *o* cum simu- 2099.
latione. *p Timebat*, Horrebat mortis pe- n p.1769.
12 riculum filio. ** Mortua est, q* Primi pec- o p.2130.
cati pœna mors. *Luctum, r* Tristitiæ sym- p p.238.
bolū luctus. *Consolatione suscepta, s* Tri- q p.1273, 1280.
14 stitia delectatione mitigatur. ** Theristrum*, hebr. תמנה *Tsahhhiph*, Peplum, quo r p.216. 231.
mulieres faciem operiūt. *Mutato habitu,* s p.232.
t Astutia, & dolus, *u* & simulatio. *Eo quod* t p.1769.
creuisset Sela, &c. Vsa est nō vero modo, u p.2130.
sed simulato, & ad peccatum inducente,
ad Iudę fraudem vlciscendam. *x* Est ergo x p.2096.
voluntas vltionis illicitæ, *y* & incestus, 2097.
quatenus nurus ipsa erat respectu Iudæ, y p.2337.
quem trahere volebat ad fornicandum.
15 ** Quam cum vidisset*, &c. *z* Voluntas z p.2329.
16 fornicandi. *Operuerat vultum, a* Vultus a p.2329.
mulieris opertus, symbolum meretricis,
& fornicationis. *Quid dabis mihi*, &c.
b Contractus locationis, & conductionis. b p.1791.

Digitized by Google

Arrhabonem, Pignus, quod datur in ſignum promiſsæ fidei, c. 1213. ac proinde
e p. 2125. c promiſſionis ſymbolũ. * *Miſit hædum*, 20
d p. 2125. d Stetit promiſſis. * *Interrogauit*, e In- 23
e p. 1713. quiſitio. * *Producite eam vt comburatur*, 21
f p. 1278. f Conſequitur ad peccatum pœna, quam 24
politica gubernatio præſcribit. * *Miſit* 25
g p. 1803. *ad socerum*, g Se defendit, vt pœnam
h p. 2125. effugiat. * *Iuſtior me eſt*, h Culpam fate- 26
tur, quod promiſſis non ſteterit. * *Appa-* 27
i p. 320. *ruerunt gemini*, i Fœcunda generatio.
* *Maceria*, heb. Diuiſio, ruptura. nempe 29
matricis fractio. ergo Maceria matricis 30
k p. 2153. eſt ſymbolum. *Ob hanc causam*, &c. K Ex
eo euentu Phares nomen imponitur.

Interpretatio myſtica.

ALlegorica, & moralis huius capitis interpretatio legenda in Gloſsatum ordinaria, tum interlineari. Neque enim operæpretium ducimus, cum nihil noui afferimus, alienos labores tranſcribere. neque voluntas eſt alios ſenſus myſticos in hoc opere ponere, præter eos, quos ad doctrinæ ſacræ dogmata confirmanda, certo nixi Scripturæ ſacræ, aut Patrum communis ſententiæ fundamento, tanquam veras eorum dogmatum figuras poſſimus afferre.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

SVMMA.

Prosperè Ioseph agit in Aegypto in domo Putipharis, cui venditus fuerat. quod dominam repulerat, ne committeret adulterium; accusatus ab illa, innocens in carcerem truditur. vbi etiam, Deo ita prouidente, agit feliciter, & vt liber.

1 IGitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitq; eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat. 2 Fuitq; Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens: habitauitque in domo domini ſui, 3 qui optimè nouerat Dominũ eſſe cũ eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. 4 Inuenitq; Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant: 5 benedixitq; Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam: 6 nec quidquam aliud nouerat, niſi panem quo veſcebatur. Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu. 7 Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait: Dormi mecũ. 8 Qui nequaquã acquieſcens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua: 9 nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malũ facere, & peccare in Deum meum? 10 Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum. 11 Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret: 12 & illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras. 13 Cumq; vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſse contemptam, 14 vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virũ Hebræum, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum: cùmq; ego ſucclamaſſem, 15 & audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. 16 In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtẽdit marito reuertenti domum, 17 & ait: Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus, quem adduxiſti, vt illuderet mihi: 18 cùmq; audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. 19 His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus eſt valde: 20 tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. 21 Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius, dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. 22 Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos, qui in cuſtodia tenebantur: & quidquid fiebat, ſub ipſo erat. 23 Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

Emitq; eum, a Emptionis cõtractu. 1
Fuitq; Dominus cum eo, b Eſt amicitia inter iuſtos, & Deum. 2
c eſt & beneficentia Dei erga homines. *In cunctis prosperè agens, d* Cõtingit beatitudo aliqua in hac vita, *e* præſertim iuſtis, in præmiũ bonæ actionis. * *Dominum* 3
esse cum eo, f Ei amicum eſse. *g* ei benefacere. *Ab eo dirigi, h* Dei prouidentia eſt, *i* peculiaris erga pios. *In manu illius,* K Suã quęque res creata operationẽ habet. *l* Manus ſymbolũ prouidentię. * *Gratiam* 4
coram domino suo, m Amicitiam, *n* beneuolentiam. *Gubernabat, o* Prouidebat. * *Benedixitq; Dominus, p* Deus beneficus. 5
Propter Ioseph, q Opera bona ſuũ meritũ habent. *Cunctam substantiam, r* Poſſunt bona temporalia ſub meritum cadere. * *Pulchra facie, s* Aliqui venuſtate præcellunt. * *Iniecit oculos suos in Ioseph, t* Concupiſcentia, *u* & voluntas adulterij. * *Ne-* 6 7 8
quaquam acquiescens operi nefario, x Elucet caſtitatis virtus. *y* Non eſt in malam actionem conſentiendum. * *Hoc malum* 9
facere, z Nã illicitus eſt proditionis actus, *a* & ingratitudinis, *b* præſertim cum mala pro bonis retribuuntur, *c* & illicitũ adulteriũ. *d Peccare in Deum meum,* Iniuria infertur Deo, ac læditur ius diuinum per peccatum, quatenus cõtra Dei præceptum eſt. * *Molesta erat, e* Triſtitia afferebat. 10
f Tentationis bellũ intentabat. *Ille recusabat, g* Nõ cõſentiebat. *h* caſtitatis actus. *Stuprum,* Abuſio, c. 8696. ſtuprũ ponitur pro adulterio. * *Apprehensa lacinia, i* Attinet hic actus ad impudicitiã, K & voluntatẽ includit adulterij. *Fugit, l* Abſtinendum à tactibus illicitis. *m* Tentationum occaſiones vitandæ. * *Vocauit ad se homi-* 11 12 14
nes, &c. *n* Aſtutia, *o* & mendacium perni- 17
cioſum, intentione nocendi, *p* & malitioſa ſimulatio, *q* & calumnia, falſum crimen imponens, *r* & detractio, famam lædens innocẽtis. *Ingressus est ad me,* &c. *s* Accuſat falsò. * *Nimium credulus, t* Indicia 19
non erant certa contra Ioſeph, poterant eadem eſse cõtra ipſam vxorem accuſantem. *u* nec unum teſtimonium erat ſatis ad credendum, & iudicandum. *His auditis, iratus est valdè, x* Cõcitatus eſt irę motus ex exiſtimatione iniuriæ acceptæ. *y* Malè autẽ iratus eſt, quia inordinatè, & ex leui indicio. heb. חרה מאד *Iihhar appò,* Excãduit ira eius. * *Tradiditq; Ioseph in carcerem,* 20
z Iniuſtè, quia erat innocens, nec ſufficienter probatũ fuerat crimẽ delatum. * *Fuit* 21
Dominus cum Ioseph, &c. *a* Proſequendũ illum amore, *b* prouidentia, *c* beneficẽtia, *d* miſericordia. *Dedit ei gratiam, e* Cum omnia à diuina volũtate pendeant, *f* & ab eo gubernentur. *Gratiam, g* amorem, 21
h beneuolentiam. * *Qui tradidit, i* Bene- 22
ficentia, amicitiæ effectus. *Dominus* 23
enim erat cum eo, &c. vt ſup. v. 3.

a p.1787. b p.1491. 1492. c p.54. d p.928. e p.944. f p.1491. 1492. g p.54. h p.23. i p.380. k p.308. l p.1759. m p.194. 1567. n p.1569. o p.1759. p p.54. q p.1295. r p.1307. s p.150. t p.200. u p.2336. x p.2313. y p.1731. 2151. z p.2128. a p.2086. b p.2090. c p.2336. d p.1199. 1264. e p.216. f p.882. g p.1731. 2151. h p.2313. i p.2331. k p.2336. l p.2314. m p.914. n p.1769. o p.2119. p p.2130. q p.1872. r p.1898. s p.1872. 1883. t p.1822. u p.1838. x p.250. 251. y p.2350. 2351. z p.1294. a p.1491. 1492. b p.23. 380. c p.54. d p.56. e p.296. f p.304. g p.194. 1567. h p.1569. i p.1605.

Interpretatio myſtica.

IOſeph Chriſtum figurabat, vt dictum eſt ſupra c. 37. ergo omnia geſta Ioſeph ad Chriſti geſta referenda ſunt.

2 * *Fuit Dominus cum eo, a* Deus erat cũ a p.425.
3 Chriſto per vnionẽ hypoſtaticã. *In cunctis*
4 *prosperè agẽs, b* Prędicatione, *c* miraculis, b p.523.
d merito. *Habitauitque in domo domini* c p.524.
sui, e quatenus Chriſtus ſecũdum carnem d p.571.
ad Iudæos venit, apud quos verus Dei e p.451.
cultus erat. *Optimè nouerat Dominũ esse*
cum eo. f Fuit Chriſtus à priſcis Patribus f p.449.
cognitus, *g* & à Iudæis etiam perſecutoribus Meſſias agnitus. *Ab eo dirigi in* g p.455.
manu illius, h Omne opus noſtræ ſalutis ope- h p.445.
ratus eſt Deus per Ieſum Chriſtum. 475.480.
5 * *Benedixit Dominus domui Aegyptij*
propter Ioseph, i Bona veræ Religionis, i p.116.
legem, cæremonias, Prophetas, & alia hu- 1122.
ius generis, habuit omnia Synagoga propter Chriſtũ: quatenus populo Iſraelitico in figura contingebant omnia, vmbrã habenti futurorum per Chriſtum bonorum.
6 * *Erat Ioseph pulchra facie, & decorus*
aspectu, k Chriſti ſũma gloria ſignificatur, k p.488.
l & ſumma gratia, *m* & perfecta ſcientia, l p.490.
o & ſũma innocentia, *p* & decor corporis. m p.491.
7 * *Iniecit domina sua oculos suos in Ioseph,* o p.494.
& ait: Dormi mecum. q Synagoga, Chriſti p p.499.
domina dicitur, quatenus Chriſti corpus q p.435.
ex Abrahæ, ac Dauidis ſtirpe deriuatum
fuit, *r* & quatenus Chriſtus Marię, ac Ioſephi iuſſis ſe obedientẽ exhibuit, *s* & quatenus ſecundũ legẽ moſaicã eſt in hac vita cõuerſatus. *t* Ea Synagoga adulterio aſsueta, Deum verũ deſerendo, & eius religionem, ac fidem, inuitauit ipſum Chriſtũ ad adulterãdum. i. ad negandũ ſe eſse Filium Dei, ac proinde ad negãdũ Patrẽ, ac Deũ.
12 * *Apprehensa lacinia vestimenti eius.*
u Veſtis Verbi, humanitas; veſtis lacinia, u p.552.
caro Chriſti: quã apprehẽdit Synagoga cũ Chriſtũ ligauit, flagellauit, ſpinis coronauit, crucifixit. *Qui relicto in manu eius*
pallio fugit, & egressus est foras. x Reli- x p.568.
quit Chriſtus pallium, cũ mortẽ oppetijt.
† Reliquit in manu Synagogæ palliũ: cũ †p.864.
vmbras veteres, & figuras apud incredu- 865.1430.
los Iudæos reliquit. *y* Fugit, cum Fidem, y p.1431.
& Euangelium, relictis Iudæis, ad gentes
20 tranſtulit. * *z* Porrò Ioſeph clauſus in z p.569.
carcere, fuit figura corporis Chriſti in ſe-
22 pulchro. * † Traduntur in manu Ioſeph †p.590.
vniuerſi vincti, quatenus Chriſtus Patres ab inferis liberat.

Digitized by Google

CAPVT QVADRAGESIMVM.

SVMMA.

Duo Pharaonis Præfecti, alter pincernarum, alter pistorum, ambo ob peccatum in Regem admissum in carcerem conjiciuntur; & à Præfecto carceris Iosepho regendi traduntur. Ambo eadem nocte somnium vident: quod Iosepho narrant. Vtrique interpretationem veram explicat Ioseph somnio congruentem, alteri liberationis, alteri condemnationis: vt ipse probauit euentus.

1 His ita gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & pistor, domino suo. 2 Iratusque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) 3 misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. 4 At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in cûstodia tenebantur. 5 Videruntq; ambo somnium nocte vna iuxta interpretationem congruã sibi: 6 ad quos cum introisset Ioseph manè, & vidisset eos tristes, 7 scisciatus est eos, dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra? 8 Qui responderunt: Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph: Nunquid non Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis. 9 Narrauit prior, præpositus pincernarum, somnium suum: Videbam coram me vitem, 10 in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas matureſcere: 11 calicemq; Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expressi in calicem, quẽ tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. 12 Respondit Ioseph: Hęc est interpretatio somnij: Tres propagines, tres adhuc dies sunt: 13 post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradũ pristinum: dabisq; ei calicem iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras. 14 Tantum memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: 15 quia furtò sublatus sum de terra Hebræorũ, & hic innocens in lacum missus sum. 16 Videns pistorum magister, quòd prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego vidi somnium, Quod tria canistra farinæ haberem super caput meũ: 17 & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria, aueſque comedere ex eo. 18 Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tria canistra, tres adhuc dies sunt: 19 post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. 20 Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. 21 Restituitq; alterum in locũ suum, vt porrigeret ei poculum: 22 alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. 23 Et tamen succedentibus prosperis, prępositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

Interpretatio litteralis.

1 PEccarent *domino suo*, Contra dominum suum. *a* Debetur personis in dignitate constitutis obseruantia, & cultus. *b* debetur suis superioribus à subditis obedientia. *c* Peccare in aliquem, est contra rationem alteri non reddere id, quod ei siue secundum iustitiam, siue secundum decentiam debetur. 2 * *Iratus Pharao*, *d* ex existimatione iniuriæ ipsi illatæ. 3 *Misit eos in carcerem*, *e* Superioris est subditorũ malefacta pœnis compensare, *f* proinde ei licet incarcerare. * *Viderunt ambo somnium*, *g* Contigit illis reuelatio per formas imaginarias, *h* & per somnium. Facta autem est illis reuelatio propter Ioseph, peculiari Dei erga illum prouidentia. 7 * *Tristes*, 8 *i* quia ignorabãt somnij interpretationẽ. *Sciscitatus est*, *k* Inquirit, vt suo officio satisfaciat, vt suis vinctis prospiciat. *Nunquid non est Dei interpretatio?* *l* Non bene, inquit, dicitis, quòd nõ sit, qui somnia interpretetur, cũ vera sint. est Deus, à quo & reuelationes sũt, & interpretatio earum.

a *p.* 2052.
b *p.* 2061.
c *p.* 1193.
d *p.* 250. 251.
e *p.* 2099.
f *p.* 1858.
g *p.* 690.
h *p.* 694.
i *p.* 216. 224.
k *p.* 2436.
l *p.* 684.

Digitized by Google

m p.683. earum. * *Reſpondit Ioſeph, m* Lumine à 12
Deo accepto ad dijudicãdum ea, quæ viſa
per ſomniũ fuerant. *Tres propagines*, &c.
Vitis; humanæ vitæ, hominiſq; ſymbolũ,
c.7888. Propagines, ſymbolum dierum,
vitæ humanæ, c.7164. * *Facias mecum* 14
o p.1613. *misericordiam, o* Miſericordiæ actus eſt,
ad liberandum à vinculis innocentẽ ope-
ram impendere. * *Quia furto ſublatus* 15
p p.1803. *ſum*, &c. *p* Sitæ defenſionis rationes pro-
q p.1879. ponit, Pharaoni ſuggerendas. *q* Licet ei,
qui contra iuſtitiã grauatur, ad Superio-
ris poteſtatem recurrere. *Furto ſublatus*
r p.1860. *ſum*, *r* Ereptus occultè reſpectu mei pa-
s p.1861. tris, ac per furtum. *s* Per rapinam ſubla-
tus reſpectu mei. *Innocens in lacum miſ-*
t p.1872. *ſus ſum*, *t* Calumnioſè accuſatus. * *Pru-* 16
denter, Congruenter, ſapienter, c.2127.
u p.1757. *u* ſolerter. * *Caniſtra*, ſymbolum artis pi- 18
ſtoriæ, ac proinde vitæ piſtorum. * *Reſti-* 21
tuitq; alterum in locum ſuum, Remiſit
y p.1869. ei peccatum, de quo ſup. v. 1. *y* Poteſt ſu-
premus Princeps relaxare pœnam reo, ſi
non ſit, qui iniuriam perſequatur. * *Alte-* 22
z p.1278. *rum ſuspendit in patibulo. z* Ad peccatũ
a p.2099. pœna ſecuta eſt. *a* Pharao vt Superior
ſubditi malefacta pœna compenſauit.
b p.2106. *Vt coniectoris veritas probaretur, b* Ita ſe
rem habere, vt Ioſeph prædixerat, com-
pertum eſt ipſo euentu. * *Oblitus eſt in-* 23
c p.2087. *terpretis ſui, c* Ingratitudo eſt, acceptum
beneficium nõ retribuere, quando potes,
d p.2089. & debes, *d* & beneficij culpabiliter obli-
uiſci.

Interpretatio myſtica.

QVoniam certum eſt Ioſeph figuram eſſe Chriſti, eius proinde geſta geſtorum Chriſti figuram eſſe: inquirendum eſt Ioſephi vaticinium, ad quod pincernarum principis liberatio, & damnatio piſtorum principis conſecuta eſt; cuius Chriſti myſterij figura fuerit. *a* Chriſti mors, ac paſſio, quæ Ioſephi carcere figuratur, populo Gentili ſalutem reddidit, Iudæis eorum culpa ſcandali, ac ruinæ occaſio fuit. Contigit autem mors Chriſti per ſeparationem ſanguinis à corpore Chriſti. *b* Sanguis autẽ Chriſti vino, caro pane ſignificatur, ipſo auctore Chriſto, qui Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui repræſentatiuũ mortis ſuæ, panis, viniq; ſpeciebus voluit contineri. Dicamus ergo idem eſſe, Pincernarum principem Pharaoni vinum miniſtrare, ac Gentilem populum fidem Chriſti recipere, & ſacrificium ſanguinis Chriſti, per quod redemptionem accepit. *c* Id enim eſt Ioſephi vincti vaticinio pincernæ liberationem pronunciari, efficacia mortis Chriſti populum Gentilem à peccato liberari. Piſtori autem volucres farinam, ciboſque vorant, quatenus fidem diuini Sacramenti è Iudæorum mente Diabolus furripit: quod eſt occaſione mortis Chriſti Iudæos reprobari.

a *Vide vtramque Gloſſ.*

b p.762. 763.

c p.564. 1429.1431.

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

Eductus è carcere Ioſeph, Pharaoni ſomnium interpretatur; ſeptem boues pulchras, & ſeptem ſpicas plenas, ſeptem eſſe vbertatis annos; ſeptem autem boues macilentas, & ſeptem ſpicas tenues, ſeptem annos famis ſuperuenturæ. Hortatur autem Regem ad recondendum in horreis frumentum, vt prouideat futuræ fami ſeptem annorum. Curam hanc Rex ipſi Ioſepho demandat: conſtituit illum Principem, ac ſecundum poſt Regem: mundi Saluatorem appellat: vxorem ei tradit genere nobiliſſimam; è qua duos Ioſeph filios habet ante famem, Manaſſem, & Ephraim. Interim condit frumentum in horreis: quibus, fame peruadente, inopia prouidet tum Aegypti, tum aliarum prouinciarum.

1 POſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, 2 de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus. 3 Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus: 4 deuorauerunt que eas, quarum mira ſpecies & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, 5 rurſum dormiuit, & vidit alterũ ſomnium: Septem ſpicę pullulabant in culmo vno plenæ atque formoſæ: 6 aliæ quoque totidem ſpicæ tenues & percuſſę vredine oriebantur, 7 deuorantes omnẽ priorũ pulchritudinem. Euigilans Pharao poſt quietem, 8 & facto manè, pauore perterritus, miſit ad omnes coniectores Ægypti, cunctoſque ſapientes: & accerſitis narrauit ſomnium, nec erat qui interpretaretur. 9 Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait: Confiteor

peccatum

Digitized by Google

peccatum meum: 10 Iratus rex ſeruis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem principis militum: 11 vbi vna nocte vterque vidimus ſomniũ præſagum futurorum. 12 Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem ducis militum famulus: cui narrantes ſomnia, 13 audiuimus quidquid poſtea rei probauit euentus. ego enim redditus ſum officio meo: & ille ſuſpenſus eſt in cruce. 14 Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt: ac veſte mutata, obtulerunt ei. 15 Cui ille ait: Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat: quæ audiui te ſapientiſſimè conijcere. 16 Reſpondit Ioſeph: Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. 17 Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis, 18 & ſeptẽ boues de amne conſcendere, pulchras nimis, & obeſis carnibus: quæ in paſtu paludis virecta carpebant. 19 & ecce, has ſequebantur aliæ ſeptem boues in tantùm deformes & macilentæ, vt nunquam tales in terra Ægypti viderim, 20 quæ, deuoratis & conſumptis prioribus, 21 nullum ſaturitatis dedere veſtigium: ſed ſimili macie & ſqualore torpebant. Euigilans, rurſus ſopore depreſſus, 22 vidi ſomnium: Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ. 23 Aliæ quoque ſeptem tenues & percuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula: 24 quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus ſomnium, & nemo eſt qui ediſſerat. 25 Reſpondit Ioſeph: Somnium regis vnum eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. 26 Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt: eandemque vim ſomnij comprehendunt. 27 Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ, ſeptẽ anni venturæ ſunt famis. 28 Qui hoc ordine complebuntur: 29 Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in vniuerſa terra Ægypti; 30 quos ſequentur ſeptem anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: conſumptura eſt enim fames omnem terram, 31 & vbertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo. 32 Quòd autẽ vidiſti ſecundò ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt, eo quod fiet ſermo Dei, & velociùs impleatur. 33 Nunc ergo prouideat rex virum ſapientem & induſtrium, & præficiat eum terræ Ægypti: 34 Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis, 35 qui iam nunc futuri ſunt, congreget in horrea: & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſerueturque in vrbibus. 36 Et præparetur futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Ægyptum, & non conſumetur terra inopia. 37 Placuit Pharaoni conſilium & cunctis miniſtris eius: 38 locutuſq; eſt ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? 39 Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid ſapientiorem & conſimilem tui inuenire potero? 40 Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantũ regni ſolio te præcedam. 41 Dixitq; rurſus Pharao ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Ægypti. 42 Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius: veſtiuitque eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit. 43 Fecitq; eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, vt omnes coràm eo genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Ægypti. 44 Dixit quoque rex ad Ioſeph: Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. 45 Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca, Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aſeneth filiam Putiphare ſacerdotis Heliopoleos. Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terrã Ægypti. (46 triginta autem annorum erat quando ſtetit in conſpectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti. 47 Venitque fertilitas ſeptem annorum: & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea Ægypti. 48 Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis vrbibus condita eſt. 49 Tantaq; fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia menſuram excederet. 50 Nati ſunt autem Ioſeph filij duo antequam veniret fames; quos peperit ei Aſeneth filia Putiphare ſacerdotis Heliopoleos. 51 Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes, dicens: Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, &

domus

Digitized by Google

domus patris mei. 52 Nomen quoque ſecundi appellauit Ephraim, dicens: Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. 53 Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto: 54 cęperunt venire ſeptem anni inopiæ: quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Aegypti panis erat. 55 Qua eſuriente, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quidquid ipſe vobis dixerit, facite. 56 Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Aegyptijs: nam & illos oppreſſerat fames. 57 Omneſque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.

Interpretatio litteralis.

Poſt duos annos à reſtitutione 1
Præpoſiti pincernarum. *Vidit* 5
Pharao somnium, *a* Viſionem
a p.690. 694. vidit imaginariã per ſomnium.
b p.238. * *Pauore perterritus*, *b* Verebatur malum. 8
c p.245. *c* Timentur mala, quę tollũt bona, quibus amore inhæremus. Vaccæ pingues, ſpicęq; plenæ innuebant Pharaoni bona: contra mala portendebant vaccæ fœdæ, ſpicæque tenues, abſumentes vaccas pulchras, & ſpicas formoſas. *Miſit ad omnes coniectores*, &c. *d* Deſiderium cognoſcendi,
d p.2401. e p.1713. *e* & inquiſitio mediorum ad periculum vitandum. *Coniectores*, hebraicè חרטמים *Hhartummim*, Genethliaci, harioli, venefici. * *Confiteor peccatũ meum*, *f* Ingra- 9.
f p.2086. g p.2086. titudo peccatum eſt. *g* Ingratitudo autẽ eſt beneficium non recognoſcere, vt contingit per obliuionẽ culpabilem. * *Totonderunt, ac veſte mutata obtulerunt ei*, 14
h p.2061. i p.2052. *h* Officia erga Regẽ exhibuerunt, & obedientiæ, *i* & cultus, qui deberur perſonis in dignitate conſtitutis, vt nemo cum eis
k p.2053. agat nõ decenter ornatus. K Exhibuerunt & cultũ erga Ioſephum, vt virum ſapientem, eum ornando. * *Absque me Deus re-* 16
spondebit prospera Pharaoni, Spiritu loquitur prophetico, Deum per ſomnium illud proſperitatem Pharaoni prõnũciare.
l p.683. *l* Innuit prophetiam eſſe à Deo, ſeu reuelationem propheticam fieri per lumen à Deo infuſum, ad dijudicandum ea, quæ à
m p.2369. ſe, uel ab alijs uiſa ſunt. *m* Interim humilitatis actum exercet, interpretationem ſomnij non ſibi tribuens, ſed Deo reuelãti.
* *Quæ facturus eſt Deus oſtendit Pharaoni*, 25
n p.683. *n* Habes & Deum auctorem eſſe reuelationum propheticarum, *o* & erga homi-
o p.23.304 p p.298. nes prouidẽtiam exercere, *p* & à Deo eſſe
q p.303. tum proſpera, *q* tum aduerſa. * *Nunc* 33
r p.1759. *ergo*, &c. *r* Prouidentia malis occurrendũ.
s p.163. 1723. *s* ſuggerit Ioſeph ipſe prouidẽtię modum.
* *Placuit Pharaoni conſilium*, *t* Cõſenſit, 37
t p.164. * *Quia oſtendit tibi Deus*, &c. *u* Electio 39
u p.162. 1730. Ioſephi in Principem, alijs poſthabitis. 40
Tulitq; annulum, &c. *x* Cultus Ioſepho, 42
x p.2052. 2053. ut uiro & ſapienti, & in dignitate iam conſtituto exhibetur. * *Vertitque nomen* 45
eius, *y* Ad cultum, & honorem Ioſephi. y p.2153.
Deditque illi vxorem, *z* Iunxit illum z p.831.
46 matrimonio. * *Circuiuit omnes regiones*
Aegypti, *a* ut conſideratis circunſtantijs a p.1760.
47 locorum, melius prouideret. * *Congrega-*
48 *te sunt in horrea Aegypti*, *b* Actus prouib p.1759.
50 dẽtiæ. * *Nati sunt autem Ioseph filij duo*,
c Hominum ex hominibus generatio. c p.320.
51 * *Vocauitque nomen primogeniti*, &c.
52 *d* Ad memoriam beneficij à Deo accepti. d p.2153.
e Grati erga Deum animi ſignificatio. e p.2083.
53 * *Obliuisci me fecit Deus*, &c. *Crescere*
me fecit Deus, &c. *f* Omnia à diuina uo- f p.296.
luntate pendent, *g* & bonorum auctor g p.298.
Deus. *h Septem anni inopiæ*, Pœna con- h p.1279.
ſequens ad peccatum primi parentis. 1280.
54 * *Alimenta petens*, *i* Inquirens medium i p.1713.
55 ad famem tollendã. *Ite ad Ioseph*, *k* Con- k p.163.
56 ſiliũ. * *Aperuitq; Ioseph vniuersa horrea*, 1723.
l Prouidentia. *Vendebat*, *m* Contractus l p.1759.
57 uenditionis, & emptionis. * *Veniebant*, m p.1787.
n ut occurrerent fami. n p.1759.

Interpretatio myſtica.

CVm Ioſeph Chriſtum figuret: videndũ quid de Chriſto pręſignet Ioſephi prouidentia, qua occurritur fami. Fames, calamitatis ſpiritualis ſymbolũ eſt, Amos
26 8.11. *a* Ergo * ſeptem boues pulchræ, & a *Ex Gloſſ.*
ſeptem ſpicæ plenę, *b* ſeu ſeptem ubertatis *vtraque.*
anni, ſeptem dona ſunt Spiritus ſancti: b p.366.
quibus ornauit Deus animum Adami, & in Adamo ut in capite totũ genus humanum: quibus repletur quicunque Dei gra-
27 tiam recipit in iuſtificatione. * Septem boues, ſpicæque tenues, *c* ſeu ſeptem anni c p.1198.
famis, peccata ſunt mortalia, quæ ad ſeptẽ 1648.
20 capita reducuntur. * Septẽ boues, ſpicęq;
30 tenues, *d* ſeu ſeptem inopiæ, ac ſterilitatis d p.797.
anni, deuorant ſpicas, & boues pulchras, & ubertatis annos conſumunt: quatenus peccata mortalia opera in charitate facta mortificant, *e* & corrumpunt uitã gratiæ, e p.1266.
f & ornamenta uirtutum infuſarum. f p.1267.
14 * *g* Ioſephi è carcere eductio, eſt Chriſti g p.592.
ab inferis reditus, ac reſurrectio. *h* Veſtis h p.593.
mutata, eſt immortalitas, & gloria cor- 596.
poris.

Digitized by Google

poris. * Spiritus,& ſapientia, *i* Sunt in Chriſto dona Spiritus ſancti, & omnium ſcientia. * Ioſeph K frumenta condens in horreis, eſt Chriſtus doctrinam fidei conſtituens in Eccleſia, *l* & gratiam in Sacramentis. * *m* Ioſeph Princeps à Pharaone conſtituitur: quatenus Chriſtus à Deo Patre caput hominum, & Angelorum prædeſtinatur. * *n* Annulus in manu Ioſeph, eſt Chriſti poteſtas ad cæli adytum aperiendum, & claudendum, *o* & ad iudicandum, *p* & ad docēdum, *q* & ad leges condendas. *r* Stola byſſina, eſt ſumma in Chriſto gratia, *s* & innocentia, ac impeccabilitas. *t* Torques aurea, charitas. *u* Aſcenſus in currū ſecundum, eſt aſcenſio Chriſti ſuper omnes cælos. Currus enim Pharaonis, id eſt Dei, duo ſunt, quibus præſidet, Mundus idealis omnium poſſibilium, & Mundus creatus; cui præfectus eſt à Patre Chriſtus Ieſus. * *x* Præco clamans, ut omnes coram Ioſepho genuflectant, & Præpoſitum eſſe ſciant vniuerſæ terræ Ægypti; eſt Ioannes Baptiſta, Apoſtoli, alijque prædicatores Euangelij, qui docent, Chriſtum eſſe verum Meſſiam Dominum omnium, *y* ab omnibus adorandum. * *z* Ioſephi matrimonium, eſt Chriſti vnio cum Eccleſia. * *a* Duo filij duos populos fideles figurant, Manaſſes maior Iudæum; *b* Ephraim minor, Gentilem. *c* Vel duas vitas, quæ ſunt in Eccleſia: Manaſſes maior contemplatiuam, *d* Ephraim minor actiuam. * *e* Clamor populi alimenta petentis, eſt mundi neceſſitas Incarnationis Dominicæ remediū exigens, *f* & priſcorū Patrum expectatio. Quid autē innuunt verba illa: *Ite ad Ioſeph: et quidquid ipſe vobis dixerit, facite?* nempe, *g* ex Chriſti meritis eſſe quidquid nobis prodeſt ad uitā æternam. * Horrea, quæ Ioſeph aperuit ad famis remedium, *h* Sacramenta ſunt à Chriſto Domino inſtituta, ex quibus diuina gratia hauritur, *i* preſertim Sacramentum euchariſticum; cuius effectus eſt non ſolum vita gratiæ, *k* ſed etiam præſeruatio à peccatis futuris.

i p.491. 495. k p.575. l p.489. 577.749. 750.751. m p.443. 469.470. 475.486. 487.488. n p.474. o p.480. p p.483. q p.485. r p.490. s p.494. t p.492. u p.601. 603. x p.5476. 510.700. y p.481. z p.621. 623.624. a p.451. b p.1429. c p.642. d p.641. e p.446. 447. f p.450. g p.578. h p.749. 751. i p.767. k p.769.

CAPVT QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

Deſcendunt Ioſephi fratres in Aegyptum, à Iacobo patre miſſi, ad emendum à Ioſepho frumenta. Agnitis Ioſeph fratribus, & agnitionem diſſimulans, durius cum illis agit quaſi cum exploratoribus. Iubet redire ad patrem, & fratrem Beniaminum in Aegyptum adducere, niſi velint exploratores haberi; retento in obſidem Simeone. Redeunt filij Iacob ad patrem, narrantque omnia, quæ accidere, & neceſſitatem adducendi Beniaminum in Aegyptum. Quod durè accipit Iacob, & aſſensum negat ſe præſtaturum.

1 AVdiens autem Iacob, quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filijs ſuis: Quare negligitis? 2 audiui quod triticum venundetur in Aegypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & nō conſumamur inopia. 3 Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, 4 Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali. 5 Ingreſſi ſunt terram Aegypti cum alijs, qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. 6 Et Ioſeph erat princeps in terra Aegypti, atque ad eius nutū frumenta populis vendebantur. Cumq; adoraſſent eum fratres ſui, 7 & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur, interrogans eos: Vnde veniſtis? Qui reſponderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui neceſſaria. 8 Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis. 9 Recordatuſque ſomniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis. 10 Qui dixerunt: Non eſt ita, Domine, ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos. 11 Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali. 12 Quibus ille reſpondit: Aliter eſt: immunita terræ huius conſiderare veniſtis. 13 At illi: Duodecim, inquiunt, ſerui tui, fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum patre noſtro eſt, alius nō eſt ſuper. 14 Hoc eſt, ait, quod locutus ſum: Exploratores eſtis. 15 Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus. 16 Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autē eritis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera an falſa ſint: alioquin

Digitized by Google

alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis. 17 Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus. 18 Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. 19 Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emiſtis, in domos veſtras, 20 & fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, 21 & locuti ſunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcircò venit ſuper nos iſta tribulatio. 22 E quibus vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur. 23 Neſciebant autem quòd intelligeret Ioſeph: eò quòd per interpretem loqueretur ad eos. 24 Auertitq; ſe parumper, & fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos. 25 Tollenſq; Simeon, & ligans illis præſentibus, iuſſit miniſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſuprà cibarijs in viam: qui fecerunt ita. 26 At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. 27 Apertoque vnus ſacco, vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi, 28 dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatique, mutuò dixerunt: Quidnam eſt hoc, quod fecit nobis Deus? 29 Veneruntq; ad Iacob patrem ſuum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia, quæ accidiſſent ſibi, dicentes: 30 Locutus eſt nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ. 31 Cui reſpondimus: Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias. 32 Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus nō eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in terra Chanaan. 33 Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici eſtis: Fratrem veſtrum vnū dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite, 34 fratremq; veſtrum minimum adducite ad me, vt ſciam quòd non eſtis exploratores: & iſtum, qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam. 35 His dictis, cùm frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias: exterritiſque ſimul omnibus, 36 dixit pater Iacob: Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph nō eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. 37 Cui reſpondit Ruben: Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eū tibi reſtituam. 38 At ille: Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei aduerſi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Interpretatio litteralis.

a p.1759.

b p. 1761.

c p.1279. 1280.

d p. 1958.

e p. 2416.

Descendite, et emite, &c. *a* Actus prouidētię. * *Beniamin domi retento*, &c. *b* Cautio. * *Erat autem fames*, *c* Malū humanum è primo peccato deriuatum. * *Cumq; adorassent eum fratres sui*, *d* Licet alijs, quā Deo adorationem, vt Dei perfectionem participantibus exhibere. * *Interrogans eos*, *e* Inquiſitionis actus, ad bonum finem. * *Exploratores eſtis*, Ea verba non videtur dixiſſe Ioſeph animo affirmandi, (fuiſſet enim mendacium, & ſimulatio) ſed interrogandi. vt ea arte de patre, fratreque cognoſceret. * *Per ſalutem Pharaonis non egredieſmini hinc, donec veniat frater veſter minimus*, An periurij reus fuit Ioſeph, quod infra n. 19. permiſit ſuos fratres abire, præter vnū Simeonem? Nequaquam. Nam iuramenti veritas ſtabat, vno retento, per ſynecdochen, qua multi pro uno accipi ſolent, can. 8693. vel dicendum, Potuiſſe ſine periurio mutare ſententiam, vt non omnes, ſed vnum retineret: quoniam uiſa eſt ſecunda ſententia melior. *f* iuramentum autem eſt de meliori bono. * *Alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis*. *g* Iuramentum eſt per creaturam, *h* non periurium. mens enim Ioſephi non erat affirmare eos eſſe exploratores, ſed ſe vt exploratores geſturos: vt haberi, & exiſtimari ut exploratores poſſint. Eſſe, accipi ſolet pro Haberi, & exiſtimari, c. 2645. * *Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus*, *i* Licuit Ioſepho fratres incarcerare: nam ſummus poſt Regem in Ægypto Princeps erat: & poterat ea ratione fratrum peccatum plectere, quo eum vendiderant. Poterat & ad finem bonum, vt Beniaminū uideret; ut maior eſſet fratrum gaudium, cum ſe

f p.1982.

g p.1984.

h Auguſt. apud Gloſ.

i p.1858.

Digitized by Google

illis patefaceret. * *Deum enim timeo,* 18
Videntur hęc verba respondere tacitę cogitationi, quam Ioseph suo in animo voluebat. Possem vindictam sumere de mea venditione, fratres occidendo vt exploratores. sed vereor ne iniuriam Deo inferam
k p.38. mortis pœna falsi criminis specie. *k* Est
l p.1470. Deus timēdus. *l* Timet Ioseph Dei offensam. Vel hoc in loco Timere, idem est, quod Colere. Deum, inquit, verum colo, qui totus bonitas est; debeo pius esse: nolo vos omnes retinere. *m* Est Deus colendus. * *Meritò hæc patimur,* &c. *En* 21
n p.1278. *sanguis eius exquiritur, n* Consequitur ad 22
1279. peccatum pœna, *o* & cessāte actu peccati,
o p.1288. remanet debitū pœnæ. * *Fleuit, p* Misē- 24
p p.217. ricordiæ symbolum fletus, qua tristabatur Ioseph de malo fratrum. * *Iussit ministros,* &c. *q* Misericordiæ actus, quo esu-
q p.1608. rientes pauit, *r* & actus pietatis erga con-
r p.2045. sanguineos. * *Obstupefacti, s* Admiratio 28
s p.158. nouitate rei. * *Turbati, t* Terrore cor- 35
t p.238. repti. * *Quidnam est hoc quod fecit nobis* 28
u p.298. *Deus? u* Fatentur Deum auctorem bonorum. * *Absque liberis me esse fecistis,* &c. 36
x p.2154. *x* Querimonia. * *Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi.* Duos ex 37
filijs meis, pro vno Beniamin. Duo peccauit Ruben his verbis: *y* alterū, quod morti y p.1847.
obijciebat innocentes; quod non licet:
z alterum, quod debitum filijs cultū con- z p.2045.
seruandæ eorum vitæ nihili faciebat. Duo
interim innuit: alterum, *a* Consequi pœ- a p.1279.
nam ad peccatum, quam politica gubernatio præscribit: *b* alterum, Contingere b p.1290.
interdum vnum pro peccato alterius puniri, quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris. *Eum tibi restituam, c* Licitum promittit, *d* & c p.2124.
38 iustum restitutionem faciendum. * *Non* d p.1800.
descendet, &c. *e* Cautio. *Si quid ei aduersi,* &c. *f* Tristitiæ causa amissio boni. e p.1761. f p.224.

Interpretatio mystica.

a IOseph est Christus: ergo fratres Ioseph sunt Iudæi, ex quorum stirpe a *Ex Glos.*
8 ortus est Christus. * Fratres Ioseph, quatenus eum non cognoscunt; *b* sunt Iudæi b p.456.
persecutores, qui Christum ignorarunt vt
9 Deum, sed ignorantia culpabili. * Fratres à Ioseph exploratores uocati, *c* figurant c p 549.
illos Iudæos, qni Christum, & Ecclesiam sunt persecuti.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Redeunt fratres Ioseph in Aegyptum ad emenda frumenta cum muneribus, & cum Beniamino, Iacobo ob Beniamini absentiam mœrente. Gaudet Ioseph viso Beniamino, & fratres amanter alloquitur, & excipit conuiuio.

1 INterim fames omnem terrā vehementer premebat. 2 Consumptisque cibis, quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. 3 Respondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens: Non videbitis faciem meā, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. 4 Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria: 5 sin autem non vis, non ibimus: vir enim, vt sæpè diximus, denunciauit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. 6 Dixit eis Israel: In meā hoc feciſtis miseriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. 7 At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem: si pater viueret: si haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scisciatus: nunquid scire poteramus quod dicturus esset: Adducite fratrem vestrum vobiscum? 8 Iudas quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos & paruuli nostri. 9 Ego suscipio puerum: de manu mea require illum. nisi reduxero. & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. 10 Si non interceſſisset dilatio, iam vice altera venissemus. 11 Igitur Israel pater eorum, dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum. 12 Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam, quam inueniſtis in sacculis, reportate, ne fortè errore factum sit: 13 sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum. 14 Deus autem meus omnipotens

Digitized by Google

omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcũ fratrem veſtrum quem tenet, & hunc Beniamin: ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero. 15 Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin: deſcenderuntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. 16 Quos cum ille vidiſſet, & Beniamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Introduc viros domũ, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam mecũ ſunt comeſturi meridie. 17 Fecit ille quod ſibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum. 18 Ibique exterriti, dixerunt mutuo: Propter pecuniam, quam retulimus priùs in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violenter ſubijciat ſeruituti, & nos, & aſinos noſtros. 19 Quamobrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem domus 20 locuti ſunt: Oramus domine vt audias nos. Iam ante deſcendimus vt emeremus eſcas: 21 quibus emptis, cum veniſſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniã in ore ſaccorum: quam nunc eodem pondere reportauimus. 22 Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis neceſſaria ſunt: nõ eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupijs noſtris. 23 At ille reſpondit: Pax vobiſcum, nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri, dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris. nam pecuniã, quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon. 24 Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos, deditq; pabulum aſinis eorum. 25 Illi verò parabant munera donec ingrederetur Ioſeph meridie: audierant enim quòd ibi comeſturi eſſent panem. 26 Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntq; ei munera, tenentes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terram. 27 At ille, clementer reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens: Saluus ne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? 28 Qui reſponderunt: Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum. 29 Attollens autem Ioſeph oculos, vidit Beniamin fratrem ſuum vterinum, & ait: Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum: Deus, inquit, miſereatur tui, fili mi. 30 Feſtinauitque, quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebãt lachrymæ: & introiens cubiculũ, fleuit. 31 Rurſumque lota facie egreſſus, continuit ſe, & ait: Ponite panes. 32 Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus, Ægyptijs quoque qui veſcebãtur ſimul, ſeorſum (illicitum eſt enim Ægyptijs comedere cum Hebræis, & profanum putant huiuſcemodi conuiuium.) 33 Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam. Et mirabantur nimis, 34 ſumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq; pars venit Beniamin ita vt quinque partibus excederet. Biberuntque & inebriati ſunt cum eo.

Interpretatio litteralis.

* *Fames, a* Pœna peccati. * *Emite nobis, b* Prouidentia. * *Denunciauit nobis*, &c. *c* Iuramẽtum, *d* & adiuratio. * *In meam hoc feciſtis miſeriam, e* Querimonia. * *Nos reſpondimus ei conſequenter, f* Veracitas, *g* & iuſta purgatio, ac defenſio. * *Mitte puerum, h* Actus conſilij, *i* & imperij. * *Ego ſuſcipio puerum,* K quaſi in depoſitum. *De manu mea require illum*, &c. *l* Ius alterius, reſtitutione debiti compenſandũ. *Facite quod vultis, m* Conſenſus. * *Deferte viro munera, n* Cultus ſuperioribus muneribus exhiberi ſolet. * *Pecuniam quoque*, &c. *o* Suadet iuſtũ reſtitutione facere. * *Deus autem meus omnipotens*, &c. *p* Deo cultũ exhibet oratione, *q* Petit temporalia. *Omnipotens, r* Deus omnia poteſt. *Faciat placabilem, remittat*, &c. *s* Omnia à diuina prouidentia, & voluntate pendent. *Ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero. t* Triſtitiam indicat, cuius cauſam commemorat bonum, quod putabat ſe amittere, nempe filios. * *Præcepit, u* Actus imperij. *Introduc viros domum, x* Officia pietatis in fratres, *y* & miſericordiæ in hoſpites. *Inſtrue conuiuium, z* Licita delectabilia eſſe poſſunt, ſi bonas habeant circunſtantias. * *Fecit ille*, &c. *a* Obedientia. * *Ibique exterriti, b* Timent imminens, quod opinantur, periculum ſeruitutis. * *Oramus, Domine, vt audias nos*, &c. *c* Furti purgatio. * *Eodem pondere reportauimus, d* Vt debitum reddamus. * *Vt emamus, e* Emptionis, ac venditionis contractus innuitur. *Non eſt in noſtra conſcientia, f* Veracitas. * *Pax vobiſcum,*

a p.1279. b p.1759. c p.1982. d p.1992. e p.2154. f p. 2108. g p.1803. h p.163. i p.167. k p.1792. l p.1800. 1833. m p.164. n p.2056. o p.1800. p p.1926. q p.1931. r p.14. s p.23.296. 304. t p.216. 224. u p.167. x p.2045. y p.1611. z p.2264. a p.2061. b p.238. c p.1803. d p.1800. e p.1787. f p.2108.

Digitized by Google

g p.1643. h p.23.298 g Pax eſt in appetitu, cum non eſt contrarietas motuum. *Deus veſter*, &c. h Dei prouidentiam innuit. *Nam pecuniam, quam dediſtis mihi, probatam ego habeo.* Niſi velimus diſpenſatorē de mus officioſi mendacij arguere; dicendū videtur, hunc diſpenſatorem nihil ſciſſe de eo, quod Ioſeph ſuis miniſtris præceperat, vt reponerent in ſaccis fratrum pecuniam, quam attulerant: & miraculosè factum eſſe, vt pecunia multiplicaretur, & alterum tantum remaneret apud diſpenſatorem: aut in ſaccis repoſitā non eam pecuniam, quæ tradita fuerat à fratribus Ioſeph diſpenſatori, ſed aliā ſimilem, & æqualis valoris.

i p.1611. 2139. k p.1959. 2056. l p.2347. m p. 2138. n p.2039. o p.2416. p p.2045. q p.1926. 1932. r p.56. s p. 184, 202. t p.1611. u p.2045. x p.1722.

24 * *Attulit aquam*, &c. i Officia humanitatis in hoſpites. * *Obtulerunt munera*, 26 *& adorauerunt*, k Cultum exhibent vt Principi. * *Clementer reſalutatis*, &c. 27 l Clementiæ actus, temperare animum in poteſtate vlciſcendi. *Interrogauit eos*, &c. m Officia verborum, n & pietatis erga parentem, o & pia inquiſitio. * *Deus miſereatur tui*, p Verba hæc & Ioſephi pietatem indicant erga fratrem, q & religionem erga Deum, quē precatur, r & Deum miſericordem prædicant. * *Commota viſcera, fleuit*, s Motus ille, ac fletus ſymbola amoris, & lætitiæ, c.4648. * *Ponite* 31 *panes*, t Officia in hoſpites, u & cultus in conſanguineos. * *Seorſum Ioſeph*, &c. 32 x Diſpoſitum eſt conuiuium, vt par erat, penſatis circunſtantijs perſonarum.

34 * *Mirabantur nimis*, y neſcientes qua ratione ſciret Ioſeph vniuſcuiuſque ætatem, vt ætatis ordine eos faceret ſedere. *Maiorq; pars venit Beniamin*, z Seruauit Ioſeph in oſtendendo amorem in fratres ordinem, vt muneribus oſtenderet plus à ſe Beniaminum amari, quia erat ei magis coniunctus. *Inebriati ſunt*, a Inebriare b in ſacra Scriptura interdum eſt ſatiare, c.2672.

y p.158. z p.1543. a p.2307. b *Auguſt. qq. in Gen. q.144.*

Interpretatio myſtica.

PRæcipuum, quod in hoc capite ad figuras de Chriſto, cuius typus eſt Ioſeph, attinere videtur, eſt Conuiuium. 32 * Ponite, inquit, Ioſeph, panem. Paris in 33 Scripturis ſanctis ſymbolum eſt Diuini 34 verbi, & euchariſtici Sacramēti, c.6944. 6947. Euchariſtiæ quoque ſymbolum eſt conuiuium, c.5774. & Cœna, ſymbolum Eccleſiæ, Luc.14.16. Ergo quatenus Ioſeph ad conuiuium ſuos fratres, & Ægyptios vocauit; Chriſti figura fuit, c qui ad ſuam Eccleſiam, d & ad Euangelium, e & ad Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui, f & Iudæos vocauit, g & Gentiles. Beniamin Paulum figurauit, qui è tribu Beniamin poſt alios Apoſtolos vocatus, preſtantiſſimis donis cumulatus à Chriſto fuit.

c p.620. d p.1316. e p.762. 763. f p.451. g p.1429.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Abſconditur Ioſephi iuſſu ſcyphus in ſacco Beniamin: inquiritur à diſpenſatore, & inuenitur: arguuntur vndecim fratres furti & Beniamin ſeruitutis reus pronunciatur: Iudas pro liberatione Beniamin deprecatur, ſeque offert in ſeruitutem.

1 PRæcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere: & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci. 2 Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris. Factumque eſt ita. 3 Et orto mane, dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis. 4 Iamq; vrbem exierant, & proceſſerant paululum: tunc Ioſeph accerſito diſpenſatore domus, Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito: Quare reddidiſtis malum pro bono? 5 Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet: peſſimā rem feciſtis. 6 Fecit ille vt iuſſerat. Et apprehenſis per ordinem locutus eſt. 7 Qui reſponderunt: Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantum flagitij commiſerint? 8 Pecuniam, quam inuenimus in ſummitate ſaccorum reportauimus ad te de terra Chanaan: & quomodo conſequens eſt vt furati ſimus de domo domini tui aurum vel argentum? 9 Apud quemcunque fuerit inuentum ſeruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus ſerui domini noſtri. 10 Qui dixit eis: Fiat iuxta veſtrā ſententiam: apud quemcunque fuerit inuentum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem eritis innoxij. 11 Itaque feſtinatò deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli. 12 Quos ſcrutatus, incipiens à maiori vſque ad minimū, inuenit

ſcyphum

Digitized by Google

ſcyphum in ſacco Beniamin. 13 At illi ſciſſis veſtibus, oneratiſq; rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidum. 14 Primuſq; Iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph (necdum enim de loco abierat) omneſq; ante eum pariter in terram corruerunt. 15 Quibus ille ait: Cur ſic agere voluiſtis? an ignoratis quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia? 16 Cui Iudas: Quid reſpondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorũ tuorum: en omnes ſerui ſumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſcyphus. 17 Reſpondit Ioſeph: Abſit à me vt ſic agam: qui furatus eſt ſcyphum, ipſe ſit ſeruus meus: vos autem abite liberi ad patrem veſtrum. 18 Accedens autem propiùs Iudas, confidenter ait: Oro Domine mi, loquatur ſeruus tuus verbum in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo: tu es enim poſt Pharaonem 19 dominus meus. Interrogaſti prius ſeruos tuos: Habetis patrem, aut fratrem? 20 Et nos reſpondimus tibi domino meo: Eſt nobis pater ſenex, & puer paruulus, qui in ſenectute illius natus eſt; cuius vterinus frater mortuus eſt, & ipſum ſolum habet mater ſua, pater verò tenerè diligit eum. 21 Dixiſtiq; ſeruis tuis: Adducite eũ ad me, & ponam oculos meos ſuper illum. 22 Suggeſſimus domino meo: Non poteſt puer relinquere patrem ſuum: ſi enim illum dimiſerit, morietur. 23 Et dixiſti ſeruis tuis: Niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum, non videbitis amplius faciem meam. 24 Cum ergo aſcendiſſemus ad famulum tuum patrem noſtrum, narrauimus ei omnia quæ locutus eſt dominus meus. 25 Et dixit pater noſter: Reuertimini, & emite nobis parum tritici. 26 Cui diximus: Ire non poſſumus: ſi frater noſter minimus deſcenderit nobiſcum, proficiſcemur ſimul: alioquin illo abſente, non audemus videre faciem viri. 27 Ad quæ ille reſpõdit: Vos ſcitis, quod duos genuerit mihi vxor mea. 28 Egreſſus eſt vnus: & dixiſtis: Beſtia deuorauit eum: & hucuſque non comparet. 29 Si tuleritis & iſtum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cũ mœrore ad inferos. 30 Igitur ſi intrauero ad ſeruum tuum patrem noſtrum, & puer defuerit (cum anima illius ex huius anima pendeat) 31 videritque eum non eſſe nobiſcum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. 32 Ego propriè ſeruus tuus ſim, qui in meam hunc recepi fidem, & ſpopondi, dicens: Niſi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. 33 Manebo itaque ſeruus tuus pro puero in miniſterio domini mei, & puer aſcendat cum fratribus ſuis. 34 Non enim poſſum redire ad patrem meum, abſente puero: ne calamitatis, quæ oppreſſura eſt patrem meum, teſtis aſſiſtam.

Interpretatio litteralis.

a *p.*167. 1715. b *p.*2160. c *p.*1605. d *p.*2045. e *p.*1710. f *p.*2061. g *p.*2090. h *p.*1860.

PRæcepit, a Actus imperij. *Imple frumento, & pone pecuniam, b* Actus liberalitatis, *c* & beneficentiæ, *d* & pietatis in fratres. 1

* *Scyphũ autem meum, e* Prudentię actus, in diſponendo medio, quod aptum viſum eſt Ioſepho, & congruentius ad habendũ ſecum fratrem Beniaminum, & ad ſe ceteris fratribus manifeſtandum. *Factumq; eſt ita, f* Obedientia. 2

* *Quare reddidiſtis malum pro bono?* &c. Ne dicamus mendacium à Ioſepho, & à diſpenſatore dici, cum furtum factum dicitur; dicendum, dici factum id, quod verè nõ fuit factum, ſed quod ſpeciem habebat facti, nempe furti patrati. *g* eſt autẽ ingratitudo peſſima, Malum pro bono reddere. 4

* *Scyphus, quem furati eſtis*, &c. *h* Peccatum eſt rem alienam occultè furto ſurripere. *In quo augurari ſolet.* Cum augurium ſit illicitũ, non eſt putandũ Ioſephum, qui pius erat, augurandi arte vſum fuiſſe: nec tamen dicẽdum eſt tale mendacium dixiſſe, quo ſibi actum illicitum tribueret, & Gentiliũ proprium. Dicendum ergo hunc loquendi modum eſſe potentialem, vt clarè eſt in hebræo נחש ינחש אשר בו *Vehù nahhèsh jenahhèsh bò*, Augurans augurabitur in eo: Eſt, inquit, vas illud aptum ad auguria captãda. Eius generis ſcypho ſolent Ægyptij augurari. Intelligẽdus textus latinus interrogationem tacitam habere: An dominus meus ſolet in eo augurari? non affirmat, ſed ait potuiſſe eſſe, vt in eo Ioſeph auguraretur. *i* vtebantur Ægyptij augurijs. *k* Vel dicendum, loqui Ioſeph ſecundum diſpenſatoris, & vulgi de ipſo opinionem. Sed ſi dicamus, augurari hoc in loco idem eſſe, quod ſydera obſeruare, vt Iſa. 47. 13. inſtrumentum erat ſcyphus ille, quo Ioſeph præſtãs Aſtrologus ſydera obſeruare ſolebat. *l* Vel potius dicẽdum, 5

i *p.*2014. k *Auguſt. apud Gloſ.* l *Rab. apud Pagninum.*

In eo,

Digitized by Google

In eo, idē eſse, quod *Propter eum*, *Pro eo*, c.2957.& augurari idem eſse, quod inſpirante Deo coniectari, & deprehendere. & ſenſus eſset: Solitum fuiſse Ioſephum, cum cōtingeret ſcyphum amittere, certò conijcere, ac deprehendere vbi, & apud quē vas illud eſset.* *Fecit ille, vt iusserat*, 6
m p. 2061. *m* Obedientia. * *Quare ſic loquitur dominus noſter?* &c. *n* Se defendunt,& repellunt crimen. * *Moriatur*, *o* Remanet 9
n p.1803.
o p. 1288. poſt actum peccati debitū pœnæ. *Erimus*
p p. 1290. *serui*, *p* Pro vnius peccato puniamur omnes, quia fratres ſumus. * *Fiat iuxta ve-* 10
q p.164. *ſtram sententiam*, *q* Actus conſenſus, *r* &
r p. 1804. iudicij. * *Quos serutatus*, *s* Inquiſitio. 12
s p.2416. * *Sciſſis veſtibus*, *t* Triſtitiæ ſymbolum. 13
t p. 216. * *In terram corruerunt*, *u* Adorauerunt, 14
u p.1958. *x* cultum vt Principi exhibuerunt. * *Cur* 15
x p.2052. *ſic agere voluiſtis?* *y* Querimonia. *Quod*
y p.2154. *non ſit ſimilis mei in augurandi scientia*, Videtur augurari idem eſse, quod ſydera obſeruare,c.3317. * *Deus inuenit iniqui-* 16
z p.1876. *tatem seruorum tuorum.* *z* Confitetur cri-
1877. men,quod apparebat deprehenſum; *a* &
a p.302. facit Deum auctorē pœnæ, *b* & vindicem
b p.25. male agentium, *c* & indicat eius prouidē-
c p.23.304. tiam. *En omnes serui sumus*, &c. *d* Rei
d p.1288. ſumus pœnæ. * *Qui furatus eſt scyphum*, 17
1290. *ipse ſit seruus meus*, *e* Non eſt pœna infli-
e p.1294. genda innoxijs. * *Oro, domine mi, loqua-* 18
2105. *tur*, &c. *f* Officia, cultuſque verborum,
f p.2052. ad conciliandam beneuolentiam. *Ne ira-*
2138. *scaris*, &c. *g* Artificio vtitur ad iram re-
g p.252. mouendam. * *Ipsum solum habet mater* 20
2367. *sua*, Ipſe ſolus māſit ex eius matre, nempe Rachele, quæ in eius partu obijt. *Tenerè diligit*,*h* Quod matrem tenerè amauerat, h p.183.
vel quia natu minimus erat, vel quia ceteros fratres venuſtate, vel obſeruantia
30 ſuperabat. * *Si intrauero ad seruum tuum*
34 *patrem noſtrum*,&c. *i* Pium ſe Iudas erga i p.2039.
31 patrem exhibet,qui ſe offert ſeruituti, ne non redeunte Beniamino,pater præ triſtitia moriatur. *k* Interim propoſita patris k p.217.
miſeria, excitare nititur in Ioſepho miſe-
32 ricordiam.* *In meam hunc recepi fidem*,
33 *l* Fui fideiuſsor. *Et ſpopondi*,*m* Standum l p.1794.
eſt promiſſis. m p. 2125.

Interpretatio myſtica.

ARgentum ſymbolum eſt verbi Dei. Pſal.11.7.Eloquia Domini,eloquia caſta: argentum igne examinatum.
1 * *a* Ergo pecunia (hebr.argentum) ſaccis a p.449.
2 incluſa fratrum Ioſeph, videtur figurare Scripturas ſacras, & veram de Meſſia doctrinam priſcis Hebræis à Deo traditam, ſed vmbris,ac figuris tectam.proinde ſcyphus argenteus in Beniamini ſacco incluſus, eſt lex Moſaica in pectore Pauli ante-
12 quam ei Ieſus reuelaretur. * *b* Pecunię,ac b p.451.
ſcyphi argentei reuelatio, eſt ea, quæ à Ioanne Baptiſta,& ab ipſo Chriſto facta eſt incredulis Iudæis de vero Meſſia prædicatio, *c* quem tamen non agnouerunt vt c p.456.
Deum.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Agit Ioseph cum fratribus clementer, amanterque, seque eis esse Iosephum manifestat. Timorem vindictæ remouet ex eorum animis, diuinæ prouidentiæ tribuens quod illum vendiderint: id pro eorum salute factum esse dicens, vt ipse annonæ in Aegypto præfectus occurreret eorum fami. Iubet suam in Aegypto inuolumitatem, & gloriam patri nunciare, & ad descendendum in Aegyptum inuitare. Eos amplexatus dimittit ornatos donis, cum iumentis, plaustrisque, vt ipse Pharao volebat, ad supellectilem, & vxores, & paruulos deuehendos. Ad latum nuncium, aspectumque plaustrorum Iacobi senis animus reuiuiscit.

1 NOn ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph multis coram aſtātibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. 2 Eleuauitq; vocem cum fletu:quam audierunt Ægyptij,omniſque domus Pharaonis. 3 Et dixit fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph: adhuc pater meus viuit? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti. 4 Ad quos ille clementer: Accedite,inquit,ad me. Et cū acceſſiſſent prope: Ego ſum,ait, Ioſeph,frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum. 5 Nolite pauere,neque vobis durum eſse videatur,quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. 6 Biennium eſt enim quòd cœpit fames eſse in terra: & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit nec meti. 7 Præmiſitq; me Deus vt reſeruemini ſuper terram,& eſcas ad viuendum habere poſſitis. 8 Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem

Pharaonis,

Digitized by Google

Pharaonis, & dominũ vniuerſæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti. 9 Feſtinate & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioſeph: Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris, 10 & habitabis in terra Geſſen: eriſq; iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuerſa quæ poſſides. 11 Ibiq; te paſcam (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ poſſides. 12 En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin, vidẽt quod os meum loquatur ad vos. 13 Nunciate patri meo vniuerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Ægypto: feſtinate, & adducite eum ad me. 14 Cumque amplexatus recidiſſet in collum Beniamin fratris ſui, fleuit: illo quoque pariter flente ſuper collum eius. 15 Oſculatuſq; eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſuper ſingulos: poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum. 16 Auditumq; eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioſeph: & gauiſus eſt Pharao, ac omnis familia eius. 17 Dixitque ad Ioſeph vt imperaret fratribus ſuis, dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan, 18 & tollite inde patrem veſtrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. 19 Præcipe etiam vt tollant plauſtra de terra Ægypti, ad ſubuectionem paruulorum ſuorum ac coniugum: & dicito: Tollite patrem veſtrum, & properate quantociùs venientes. 20 Nec dimittatis quidquam de ſupellectili veſtra, quia omnes opes Ægypti veſtræ erunt. 21 Feceruntq; filij Iſrael vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioſeph plauſtra, ſecundùm Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. 22 Singulis quoque proferri iuſſit binas ſtolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis, 23 tantumdem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo, addens & aſinos decem, qui ſubueherent ex omnibus diuitijs Ægypti: & totidem aſinas, triticũ in itinere paneſq; portantes. 24 Dimiſit ergo fratres ſuos, & proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via. 25 Qui aſcendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem ſuum Iacob. 26 Et nunciauerunt ei, dicentes: Ioſeph filius tuus viuit: & ipſe dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilãs, tamen non credebat eis. 27 Illi è contra referebant omnem ordinem rei. Cumq; vidiſſet plauſtra, & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius, 28 & ait: Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

Interpretatio litteralis.

NOn se poterat vltra cohibere, 1
a Ne miſericordiæ motum fletu, ſeq; manifeſtatione non aperiret. *Præcepit vt egrederentur cuncti foras*, b Circumſpectio, ne quid deprehenderent Ægyptij, quod cognitum ſuis conſilijs, aut ſuæ, fratrumve exiſtimationi obeſſet. * *Cum fletu*, c Fletus 2
miſericordiæ ſymbolũ. * *Ego sum Ioseph*, 3
d Veracitatis actus. *Adhuc pater meus viuit*, e Inquirit de patre, vt pietatis debito ſatisfaciat. *Nimio terrore perterriti*, f Actus timoris. Timebãt ne Ioſeph venditionem vlciſceretur. * *Ad quos ille clementer*, &c. 4
g Clementiam præfert, oſtendens non eſſe in eo voluntatem vlciſcendi, proinde timorem remouet vltionis. * *Miſit me Deus. Præmiſit me Deus*, 5
h Prouidentiam Dei indicat. i & beneficentiam. * *Feſtinate, & ascendite*, &c. 7 8
K Celeritas adhibenda in exequendis ijs, 9
quę ſunt à ratione rectè conſultata, & definita. * *Hæc mandat*, &c. l Cultus, & 9 13
10 pietas erga patrem, & conſanguineos.
11 *Ibique te pascam*, &c. m Miſericordiæ
12 actus, n & prouidentiæ. * *En oculi veſtri*, &c. o Hortatur vt rei veritatem con-
14 fiderent. * *Cumq; amplexatus*, &c. p Am-
15 plexus, fletus, oſculum amoris ſymbola,
16 q ſymbola quoque lætitiæ. * *Gauisus eſt Pharao*, &c. r Lætatur Pharao de gaudio
17 Ioſeph, quem amabat. * *Dixitque ad*
18 *Ioseph*, &c. s Elucet in his affabilitas Pha-
19 raonis, t & grati erga Ioſeph animi offi-
20 cium, u & benenolentia, x & beneficẽtia.
21 * *Fecerunq; filij Israel vt eis mandatum*
22 *fuerat*, y Obedientia. * *Quibus dedit Io-*
23 *seph*, &c. z Deſcribitur pietas Ioſephi erga patrem, ac fratres. a & benenolentia,
24 *b* & beneficentia, *c* & prouidentia. * *Ne iraſcamini in via*, d Conſilium ad amorẽ mutuũ conſeruandum. e Non licet inordi-
27 natè iraſci. * *Referebant omnẽ ordinẽ rei*,
28 *f* Veritatem. * *Reuixit spiritus eius*, &c. g Actus gaudij ex cognitione filij ſuperſtitis. *Vadam, & videbo*, h Amor præſentiã cauſat. In-

a *p.* 217.
b *p.* 1760.
c *p.* 217.
d *p.* 2108.
e *p.* 2416.
f *p.* 238.
g *p.* 2347.
h *p.* 23. 304
i *p.* 54.
k *p.* 1732.
l *p.* 2039. 2045.
m *p.* 1608.
n *p.* 1759.
o *p.* 2106.
p *p.* 183. 193.
q *p.* 202.
r *p.* 202. 207.
s *p.* 2138. 2139.
t *p.* 2084.
u *p.* 1569.
x *p.* 1605.
y *p.* 2061.
z *p.* 2039. 2045.
a *p.* 1569.
b *p.* 1605. 1606.
c *p.* 1759.
d *p.* 163.
e *p.* 2350.
f *p.* 2106. 2108.
g *p.* 202. 204.
h *p.* 193.

Digitized by Google

Interpretatio mystica.

QVatenus Ioseph fratribus se manifestat, & ab eis agnoscitur; 3 4
a Christum figurat, qui se Apostolis, & alijs Iudæis, qui in ipsum crediderunt, se prædicatione, ac miraculis verum Messiam probauit, & Filium Dei.
b Plaustra, & cibaria, & vestes, quæ dedit Ioseph fratribus suis, vt redirent ad patrem, & omnem familiam ad Ioseph adducerent: sunt doctrina, & vitæ exemplũ, & miracula; quibus Christus Apostolos instruxit, vt traherent ad Christianam 17 fidem alios Iudæos. * 6 Vt Iosephi fratres à Pharaone, & à Iosepho mittuntur: ita Apostoli iuridicè prædicarunt, quia legitimè ad prædicandum missi sunt.

a p. 523. 524.
b p. 700. 701. 702. 793.
c p. 735.

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Iacobi in Aegyptum descensus describitur. Primum descendendi modus: Præmisso sacrificio, iubente Deo, in plaustris. Deinde Iacobi familia recensetur, id est, filiorum, ac nepotum numerus qui ad ingressum in Aegyptum spectabant. Postremo Iosephi occursus narratur: quomodo congressus cum patre, quid fratribus consilij dederit.

1 PRofectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum iuramẽti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, 2 audiuit eum per visionem noctis vocantem se, & dicentẽ sibi: Iacob, Iacob, cui respõdit: Ecce adsum. 3 Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. 4 Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. 5 Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti: tuleruntque eum filij cum paruulis & vxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandũ senem, 6 & omnia quæ possederat in terra Chanaan: venitque in Aegyptum cum omni semine suo, 7 filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies. 8 Hæc sunt autẽ nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. 9 Filij Ruben: Henoch: & Phallu & Hesron & Charmi. 10 Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul filius Chanaaniditis. 11 Filij Leui: Gerson & Caath & Merari. 12 Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natique sunt filij Phares: Hesron & Hamul. 13 Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Semron. 14 Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. 15 Hi filij Liæ, quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres. 16 Filij Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Arodi & Areli. 17 Filij Aser: Iamne & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. 18 hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. & hos genuit Iacob sexdecim animas. 19 Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Beniamin. 20 Natique sunt Ioseph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim. 21 Filij Beniamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. 22 hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ quatuordecim. 23 Filij Dan: Husim. 24 Filij Nephthali: Iasiel & Guni & Ieser & Sallem. 25 Hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob: omnes animæ septem. 26 Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius, sexaginta sex. 27 Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. 28 Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, vt nunciaret ei, & occurreret in Gesen. 29 Quò cum peruenissent, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eundem locum, vidensque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. 30 Dixitq; pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.

31 At

Digitized by Google

31 At ille locutus eſt ad fratres ſuos,& ad omnem domum patris ſui: Aſcendam & nunciabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei,& domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me: 32 & ſunt viri paſtores ouium, curamque habent alendorum gregum: pecora ſua,& armenta,& omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt ſecum. 33 Cumque vocauerit vos, & dixerit: Quod eſt opus veſtrum? 34 Reſpondebitis: Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſque in præſens,& nos,& patres noſtri. Hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in terra Geſſen: quia deteſtantur Aegyptij omnes paſtores ouium.

Interpretatio litteralis.

Vide ſupra c.4. 26. & c.21.in fin.

a *Chriſtian. Adrichom. v. Simeon n.28.*

b *p.1926. 1955.1956.*

c *p.1915. 1918.1957.*

d *p.1919. 1961.*

e *p.2083.*

f *p.684.*

g *p.694.*

h *p.14.*

i *p.248.*

k *p.2124.*

l *p.54.*

m *p. 23. 298.380.*

n *p.320.*

o *p.308.*

p *p.311.*

Actatis ibi victimis Deo patris ſui, vbi Abraham ſacrificauerat ſupra cap. 21.33. *a* terminus terræ Iſrael ad Auſtrum. *b* Iacob,vt erat pius,antequam iter aggrediatur,Deum orat, *c* & colit ſacrificio, *d* in loco certo, & aliàs Deo dicato, *e* & gratias agit pro beneficio Ioſephi ſuperſtitis. * *Audiuit eum per viſionem noctis,* *f* Reuelationes propheticæ ſunt à Deo, *g* interdũ dormientibus. * *Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui,* Deus omnipotens, hebr. אל *el*, c.3093. *h* Deus omnia poteſt. *Noli timere, i* Audaciam excirat ſpe diuini auxilij. * *In gentem magnam faciam te ibi,* *k* Diuina promiſſio, *l* & beneficentia, *m* & prouidentia peculiaris erga pium. * *Quos genuit,*&c. *n* Hominum ex hominibus generatio. *o* ipſarum creaturarum operatio, *p* ſeu ſimilium productio. * *Omnes animæ,* Homines. Anima pro toto homine per ſynecdochen,c.1163. 8692. *Ingreſſa in Aegyptum,* pro Fuere in Ægypto,nempe Iacob cum filijs,& nepotibus: ex quibus aliqui nõ ſunt propriè ingreſſi Ægyptum,ſed in eo nati. Ingreſſę dicuntur per anticipationem, can. 8798. *Fuère ſeptuaginta,* Legimus apud LXX. Interpretes, ſeptuagintaquinque, & hanc verſionẽ ſequuntur *q* Apoſtoli. *r* quinque autem,quos addunt LXX. ſunt filij Manaſſes, & Ephraim, quos Iacob ſibi in filios adoptauit. duos Manaſſes filios habuit,duos Ephraim,& filiam; vt legimus 28 1.Paralip.7. * *Geſſen,* Terra in introitu Ægypti veniẽtibus è terra Chanaan, apta pecoribus paſcẽdis,vbi habitarũt Hebręi. 29 * *Iuncto curru ſuo,* Parato curru ad iter faciendum. hebr. רתם *Iasar,* Vincire,ligare,accingere. *Aſcendit obuiam, s* Officia exhibet patri debita. *Inter amplexus fleuit, t* Amplexus, & Fletus amoris ſymbola. * *Iam lætus moriar,* &c. *u* Actus gaudij. * *At ille locutus eſt ad fratres ſuos,* &c. *x* Actus prouidentiæ,vt fratres commodè habitent, *y* & cautionis, ne ab Ægypto expellantur. *Viri paſtores, z* Artem exercentes pecuariam. *Deteſtantur,* † Abominantur.

q *Vid. Luc. Act.7.14.*

r *ex Hiero.*

s *p.2039.*

t *p.183. 184.193.*

u *p.202.*

x *p.1759.*

y *p.1761.*

z *p.268.*

† *p.198.*

Interpretatio myſtica.

5 6 * *a* QVatenus Iacob cum filijs deſcẽdit ad Ioſephum in Ægyptum, ad habitandum ibi; figuraſſe videtur veri Dei cultum, qui ab Apoſtolis ad nouam Eccleſiam translatus eſt è gentibus congregatam; quã Chriſtus regit,& alit ſua doctrina, & Sacramentis. 32 * *b* Fratres Ioſeph quatenus viri paſtores ouium; ſunt Epiſcopi in Eccleſia,quorum 34 eſt paſcere gregẽ Chriſtianum. * *c* & terra Geſſen eſt Eccleſia, in qua paſcua ſunt verbi Dei, & Sacramentorum.

a *p.1429.*

b *p.636.*

c *p.620.*

Q CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Iacobo, & filijs ingressis Aegyptum terra Gessen ad habitandum traditur; petentibus Iosepho, & fratribus; ipso Rege Pharaone annuente. Deficiente pecunia, & fame premente, coguntur Aegyptij & pecora & agros Iosepho tradere in pretium pro alimentis. Cum Iacob vicinum se morti cerneret, vocatum ad se Iosephum adiurauit, ne ipsum vita functum in Aegypto, sed in sepulchro patrum suorum sepeliret.

1 INgressus ergo Ioseph nunciauit Pharaoni, dicēs: Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quæ possident, venerūt de terra Chanaan: & ecce consistūt in terra Gessen. 2 Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege: 3 quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Respondērunt: Pastores ouium sumus serui tui, & nos, & patres nostri. 4 Ad peregrinandum in terra tua venimus: quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum, ingraueſcente fame in terra Chanaan: petimusque vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. 5 Dixit itaque rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. 6 Terra Ægypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. 7 Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo: qui benedicens illi, 8 & interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? 9 Respondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt. 10 Et benedicto rege egressus est foras. 11 Ioseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco, Rameſſes, vt præceperat Pharao. 12 Et alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis. 13 In toto enim orbe panis deerat, & oppressérat fames terram, maximè Aegypti & Chanaan. 14 E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. 15 Cumque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia? 16 Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. 17 Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. 18 Venerunt quoque anno secundo, & dixerunt ei: Non celabimus dominum nostrum, quòd deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clam te est, quod absque corporibus & terra, nihil habeamus. 19 Cur ergo moriemur te videnté? & nos & terra nostra tui erimus: eme nos in seruitutē regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. 20 Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni, 21 & cunctos populos eius, à nouissimis terminis Ægypti vsque ad extremos fines eius, 22 præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. 23 Dixit ergo Ioseph ad populos: En vt cernitis, & vos & terrā vestram Pharao possidet: accipite semina, & serite agros, 24 vt fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familijs & liberis vestris. 25 Qui responderunt: Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tantùm dominus noster, & læti seruiemus regi. 26 Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti, regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. 27 Habitauit ergo Israel in Aegypto, idest, in terra Gessen, & possedit eam: auctusque est, & multiplicatus nimis. 28 Et vixit in ea decem & septem annis: factique sunt omnes dies vitæ

illius

Digitized by Google

illius centum quadraginta septem annorum. 29 Cumq; appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo: & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto: 30 sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in sepulchro maiorũ meorum. Cui respondit Ioseph: Ego faciam quod iussisti. 31 Et ille: Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel Deum, conuersus ad lectuli caput.

Interpretatio litteralis.

* *Ingressus ergo Ioseph*, &c. *a* Narratur Ioseph prouidentia, *b* & pietas in patrem, ac fratres. *Quos ille interrogauit*, *c* Inquirit, vt prouideat. * *Pastores ouium sumus*, *d* Artis pecuariæ. * *Ad peregrinandum in terra tua venimus*, &c. *e* Actus electionis describitur. * *Dixit itaque Rex ad Ioseph*, &c. *f* Actus consilij, *g* & imperij. * *Benedicens illi*, Bene precatus, & prospera, c.2541. *b* Officia Iacobi verborum erga Pharaonem, *i* & cultus erga Regem. *Interrogatus*, k Verba beneuolentiæ. * *Peregrinationis meæ*, Peregrinatio vitæ humanæ symbolum, c.7039. *Mali*, *l* Tribulationibus plenis. * *Dedit possessionem*, *m* Pius in suos. *Rameses*, Videtur nomen totius regionis, vbi erat terra Gessen locus optimus, c.5140. * *Alebat eos*, &c. *n* Officia pietatis. * *Pro venditione frumenti*, *o* Iusto contractu. * *Da nobis panes*, *p* Inquisitio remedij contra famem. * *Adducite pecora vestra*, *q* Licet commutare rem cum re. * *Præter terram Sacerdotum*, &c. *r* Lex est naturalis, Esse Dei ministris ad victum necessaria ministranda. *Accipite semina*, &c. *s* Prouidentia. * *Quintam partem Regi dabitis*, *t* Regi debitam ad ius Regis compensandum ex venditione frugum acquisitum, *u* quæ cedet in tributum perpetuum, quod debet à subditis suis superioribus solui, d.4861.4866. sed moderatum à superioribus exigi, Iosephi exẽplo, d.4339. 5069. * *Qui responderunt*, &c. *x* Actus consensus. *Absque terra sacerdotali*, &c. Bona ecclesiastica, *y* Libera à soluendo principibus secularibus censu. * *Auctusq; est, & multiplicatus nimis*, *z* Interdum boni in hac vita prosperè agunt in præmiũ bonæ actionis. * *Cumque appropinquare cerneret*, &c. *a* Actus prouidentiæ. *Pone manum tuam sub femore meo*, id est, Iura, vt infra, *Iura ergo mihi*. vide supra c.23. nu.3. *b* Licet iurare, *c* & iuramentum ab alio poscere, *d* & per creaturas iurare, vt per Iacobi progeniem, siue religionem. *Facies mihi misericordiam, et veritatem*, Misericordiam veram, verè, fideliter. Et, pro, Ideſt, c.2897. *e* Pietas erga parentem innuitur, *f* & opus misericordiæ sepeliendi mortuos, *g* & virtus fidelitatis. *Ego faciam quod iussisti*, *h* Consensus, *i* obedientia, *k* pietas, *l* promissio. *Adorauit Israel Deum*, hebr. וישתחו Incuruauit se. *m* Actus adorationis, *n* in gratiarũ actionem, quod impetrarit à Iosepho, quod petierat, *o* aut orauit Deum, vt sua prouidentia eius desiderio responderet. LXX. *Adorauit Israel fastigium virgæ eius*, quã versionẽ Paulus amplexus est Heb.11.21. & congruit textui hebraico, vbi non est Deum; & vox מטה *Mittah* lectus, potest etiam legi *Mittoh* virga. & sensus esset: *p* Audita Iosephi promissione, Iacobum exhibuisse Iosepho officium cultus, quatenus erat Princeps in Ægypto, eumque adorasse iuxta Iosephi summum, adorando summitatem eius virgæ, quam Ioseph gestabat in signum summæ præfecturæ.

Interpretatio mystica.

1 * *a* Terra Chanaan, de qua veniunt fratres Ioseph, est Iudæa, & Synagoga, quam Apostoli reliquerunt discedentes ad Gentilitatem. * *b* Ægyptus autem, qui à Pharaone Iosephi voluntati traditur, vt ab eius fratribus habitetur, est Gentilitas, quatenus ad fidem vocatur. *c* Terra Gessen optima, est Ecclesia, 4 * vbi herba gregibus, id est, *d* verbũ Dei, *e* & Sacramenta. *f* Fames ingraues cens in terra Chanaan, est cœcitas mentis in Iudæis, & priuatio gratiæ ad intelligendas 7 Scripturas. * *g* Introductio Iacobi patris Ioseph ad Regem Pharaonem, est notitia vnius veri Dei facta Principibus sæculi. 11 * *h* Possessio in optimo terræ loco à Iosepho fratribus attributa, est ecclesiastica iurisdictio à Christo Episcopis in Ecclesia 12 tradita. * *i* Cibaria, quæ præbebat Ioseph domui patris sui, est fides, k & Sacramenta, *l* quæ per merita Christi habentur. 27 * *m* Israelis multiplicatio, sunt Ecclesiæ 30 nascentis incrementa. * *n* Iacob moriturus petit in sepulchro patrum suorum sepeliri; quatenus vera Dei, ac Messiæ fides, quæ apud Iudæos perijt, remanet adhuc in sepulchro patrum Christi secundum carnem, id est, in sacris Scripturis, quas

a p.1759. b p.2039. 2045. c p.2416. d p.268. e p.162. 1730. f p.163. g p.167. h p.2138. i p.2052. 2055. k p.2138. 2416. l p.895. m p.2040. 2045. n p.2045. o p.1787. 1910. p p.1713. q p.1787. 1910. r p.1975. s p.1759. t p.1800. u p.2060. x p.164. y Conc. Laterauen. sub Alex. III. par. 1. c. 19. & sub Inn. III. cap. 46. c. S. Mariæ, Extrau. de Constit. c. Quãquã, de Cens. in 6. Extr. Quod olim, de immun. eccles. Cod Theod. lib. 16. tit 2. l. 16. & 26. Cod. Iustin. l. Sancimus tit. de sacrosanct. Eccl. z p.928. 944. a p.1759. b p.1982. c p.2032. d p.1984. e p.2039. f p.1614.

g p.2108. 2125. h p.164. i p.2042. k p.2039. l p.2124. m p. 1957. 1960. n p.2083. o p.1926. p p.2052.

a p.1431. b p.1429. c p.620. d p.1353. e p.748. f p.456. 1430. g p.1429. h p.636. 866. 867. 868. 869. 870. i p.1316. k p.748. l p.575. 576 577. m p. 1393. n p.1133.

Digitized by Google

adhuc habent Iudæi, quas Prophetæ conſcripſerunt, ideoque eorum memoria, & auctoritas apud illos eſt tanquam in ſepulchris. o Adorat autem Iacob ſummitatem virgæ Ioſeph, quatenus Iudæi, qui in Chriſtum crediderunt, eius Crucem adorarunt. atque hanc figuram innuit Paulus Hebr. 11. 21.

• p. 474. 481. 607.

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Iacob morti proximus duos Ioſephi filios, Ephraim, & Manassen adoptat in suos: quod Rachele Ioſephi matre mortua, non potuerit ex ea alios filios gignere, vt optabat, præter Ioſephum & Beniaminum. Deinde adoptatis benedictionem largitur; præponens prophetico ſpiritu minorem fratrem Ephraim fratri Manasse, qui erat natu maior. Poſtremo Ioſephum hæredem inſtituit peculiaris cuiusdam partis terræ Chanaan.

a

1 HIs ita tranſactis, nunciatum eſt Ioſeph, quòd ægrotaret pater ſuus: qui, aſſumptis duobus filijs Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. 2 Dictumq; eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. 3 Et ingreſſo ad ſe ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt terra Chanaan: Benedixitq; mihi, 4 & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorũ: daboq; tibi terrã hanc, & ſemini tuo poſt te, in poſſeſſionem ſempiternam. 5 Duo ergo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. 6 Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erũt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. 7 Mihi enim, quando veniebam de Meſopotamia mortua eſt Rachel in terra Chanaan in ipſo itinere, eratq; vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & ſepeliui eã iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. 8 Videns autẽ filios eius dixit ad eum: Qui ſunt iſti? 9 Reſpondit: Filij mei ſunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. 10 Oculi enim Iſrael caligabant præ nimia ſenectute, & clarè videre non poterat. Applicitoſque ad ſe deoſculatus, & circumplexus eos, 11 dixit ad filium ſuum: Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum. 12 Cũq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terrã. 13 Et poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, ideſt, ad ſiniſtrã Iſrael: Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicuitq; ambos ad eum. 14 Qui extendens manũ dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtrã autem ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, cõmutans manus. 15 Benedixitq; Iacob filijs Ioſeph, & ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac, Deus, qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentẽ diem: 16 Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram. 17 Videns autem Ioſeph quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. 18 Dixitq; ad patrem: Non ita conuenit, pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. 19 Qui renuens, ait: Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo: & ſemen illius creſcet in gentes. 20 Benedixitque eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Iſrael, atque dicetur: Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Conſtituitque Ephraim ante Manaſſen. 21 Et ait ad Ioſeph filium ſuum: Ecce ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducetque vos ad terram patrum veſtrorum. 22 Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

QVi assumptis, &c. *a* Pietatis erga patrem officia. * *Deus omnipotens, b* id est, verus, & vnus Deus: quia omnipotens est infinitę perfectionis: Deus autem infinitus perfectione non potest nisi vnus esse. * *Mei erunt,* Filij adoptiui, d.5266. 5330. * *Reliquos autem, quos genueris post eos,* Subintelligе, Si quos genueris. nā non legitur Ioseph alios filios genuisse. *Nomine fratrum suorum vocabuntur,* Nomine Ephraim, & Manasse. * *Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia,* &c. Rationem reddit quare adoptet sibi in filios Ephraim, & Manasse; nempe vt suppleat defectum duorum aliorū filiorum, aut saltem vnius, quem sperabat se accepturum ex Rachele, quæ immaturè mortua est. *Eratque vernum tempus,* Verba hebraica possunt recipere duplicem sensum. Vnus est: Vltra quasi ברת *Berath* (certū terrę spatiū significat, vt miliare, vt leucam; incertū quantū spatiū sit) terrę versus Ephratam: Sepeliui, inquit, eam in via tanto spatio ante Ephratam. quem etiā sensum adduximus supra c.35.16. Alter sensus est, quem sequuta est vulgata: Dum esset in dare cibū terra. id est, Dum gigneret. quod accidit verno tempore. * *Qui sunt isti? c* Inquisitio Dei instinctu facta ad benedicendum. *Filij mei sunt, d* Vera responsio. *Quos donauit mihi Deus, e* Deum auctorem bonorum prædicat, *f* & eius prouidentiam, *g* & beneficentiam. *Vt benedicam illis, h* Actus beneuolentiæ. * *Deosculatus, & circumplexus eos, i* Osculum, & amplexus amoris symbola. * *Non sum fraudatus aspectu tuo,* &c. K Amorem indicat in Ioseph suum, *l* ac desiderium eū videndi. *Ostendit mihi Deus; m* Indicat Dei prouidentiam, *n* & beneficētiam. *Semen tuum, o* Est hominum ex hominibus generatio. * *Adorauit pronus in terram, p* Reuerentiam exhibuit an Deo? *q* an patri? *r* Deo, in gratiarum actionem, quod dedisset ei semen. *s* Patri, vt eum coleret vt parentem, *t* vt Sacerdotem, *u* vt Prophetam. * *Commutans manus, x* Gestus propheticus, & magni mysterij figuratiuus, vt infra in sensu mystico dicetur. * *Benedixitque, y* Beneuolentiæ actus. *In cuius conspectu ambulauerunt, z* Ambulare coram Deo, vt habetur c.8065. est eum præsentem cogitare. *a* est eum amare. amor enim causat amici præsentiam. *b* est eius offensam timere, *c* est vnionem cum Deo habere, suam cum diuina voluntatem conformando. *d* est cautè agere, quippe vidente Deo. *Qui pascit me, e* Dei erga se prouidentiam prædicat, *f* & beneuolentiam, *g* & beneficentiam. * *Angelus, qui eruit me de cunctis malis. h* Sunt Angeli, *i* qui præsidunt creaturis corporeis, K & ad homines mittuntur, *l* & eos custodiunt. *Benedicat pueris istis, m* Oratio pro pueris, *n* ad Deum, *o* ad Angelum. Debemus Deum oratione colere. possumus & Sanctos precari. & orare non solum pro nobis, sed etiā pro alijs debemus. *Inuocetur super eos nomen meum, p* Sortiantur nomen à me, vt vocentur Israelitæ, c.8338. 8541. * *Crescant in multitudinem, q* Fœcundam generationem precatur. * *Videns autem Ioseph,* &c. *r* Actus consilij, *s* quo proponit Iosephus quod sibi videbatur honestum. * *Qui renuens,* &c. *t* Non est consilio non recto consentiendum. Erat autem Iosephi consilium non rectum, licet ipsi videretur; quia non erat Dei reuelationi conforme. *Iste quidem erit,* &c. *u* Prophetia. *Maior erit illo,* Nam tribus Ephraim numerosior fuit, & honoratior, præsertim quatenus ex ea fuerunt Reges decem tribuum: quorum primus Icroboam. * *Benedixitque eis, x* Bona precatus est. *In te benedicetur Israel, y* In tuis filijs, in tuo nomine, o Ioseph, laudabitur, can.2539. *z* beatus dicetur Israel, c.2541. *Faciat tibi Deus, a* Oratio pro alijs, *b* qua innuitur Deus auctor bonorum. *Constituitque Ephraim ante Manassen,* Præposuit Ephraim Manasse: primogenitum adoptione instituit. * *En ego morior, c* Subeo communem primi peccati pœnam. *Erit Deus vobiscum, d* Prouidebit vobis, *e* vobis benefaciet. * *Do tibi partem vnam,* Hæredē instituit, d.5384. *Partem vnam,* heb. שכם אחד *Shechem ehhad,* quod LXX. transtulerunt Sichimam electam. videtur pars illa regionis Sichem significari, quam Iacob Gen.33.19. emit centū agnis. quam fortasse post diutam à filijs Iacob Sichimam Amorrhæi occuparūt, & Iacob vi, belloque recuperauit. *Vnam,* id est, præcipuam, ex Hieronymo. Hæc expositio videtur consona Scripturæ verbis Ios. 24.32. *Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem, centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph.*

Interpretatio mystica.

CVm Paulus Hebr. 11. 21. dicat, fide Iacobum morti proximum benedixisse singulos filiorum Ioseph: de fide autem

a p.2039.
b p.14.
c p.2416.
d p.2108.
e p.298.
f p.23.304.
g p.54.
h p.1569.
i p.183. 193.
k p.183. 193.
l p.2000
m p. 23. 298.304.
n p.54.
o p.320.
p p. 37. 1957.
q p. 1958.
r p.2083.
s p.2039.
t p.2052.
u p.2053.
x p.683. 684.
y p.1569.
z p.669.
a p.193.
b p.1586.
c p.1572.
d p.1761.
e p.23.380.
f p.53.
g p.54.
h p. 116.
i p.340.
k p.344.
l p.345.
m p.1932.
n p.1926.
o p.1928.
p p.2153.
q p.320.
r p.163.
s p.1725.
t p.1731.
u p.683.
x p.1932.
y p.1297.
z p.928. 944.
a p.1932.
b p.298.
c p.1273. 1280.
d p.23.
e p.54.

Digitized by Google

autem loquatur futurorum myſteriorum per Chriſtum operandorum; vt ex contextu clarè colligitur: videndum cuius in nouo teſtamento myſterij figura ſit benedictio, quam Iacob exhibuit filijs Ioſeph. * Iacob pater Ioſephi figura videtur eſſe 14 Dei patris, cuius filius eſt Ieſus Chriſtus.

a p.620. a Duo Ioſeph filij Manaſſe, ac Ephraim, duo populi ſunt Iudæus, ac Gentilis, ſiue duę congregationes ad Chriſti fidē electę, Synagoga, & Eccleſia. b Iacobi brachia figurā Crucis exprimentia manibus commutatis, Crucis Chriſti figura ſunt. per quam Dei benedictio ad nos deſcendit.

b p.544. 584.585. 586.587. 588.

c Ephraim frater minor Manaſſe maiori 19 fratri præponitur, *d quatenus Eccleſia naſcens magna habuit incrementa, præſertim in Gentilitate. e Iudæi autem, ac eorum Synagoga à Deo deſerta, ac reprobata eſt. Paſſa enim eſt ſcandalum in Chriſti Cruce. quare congruè per Manaſſem figuratur, cuius nomen obliuionem ſignificat; cum nomen Ephraim ſignificet incrementum. Gen.41.51,52.

c Ex Gloſ. d p. 1393. 1429. e p. 1431.

CAPVT QVADRAGESIMVM NONVM.

SVMMA.

Vocat ad se filios Iacob: singulis futura prænunciat: suam cuique benedictionem tribuit: iubet in terra Chanaan sepeliri: finitis mandatis, obit.

1 VOcauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. 2 Congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum: 3 Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. 4 Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius. 5 Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. 6 In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. 7 Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. 8 Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. 9 Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? 10 NON AVFERETVR ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. 11 Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, o fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. 12 Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. 13 Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidonem. 14 Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos. 15 Vidit requiem quod eſſet bona: & terram quod optima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factuſque eſt tributis ſeruiens. 16 Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſrael. 17 Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. 18 SALVTARE tuum expectabo Domine. 19 Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipſe accingetur retrorſum. 20 Aſer, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. 21 Nephthali, ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. 22 Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerūt ſuper murum. 23 Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuideruntque illi habentes iacula. 24 Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. 25 Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ. 26 Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius: donec veniret deſiderium collium æternorum: fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos. 27 Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & veſperè diuidet ſpolia. 28 Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim:

hæc

Digitized by Google

hæc locutus eſt eis pater ſuus, benedixitque ſingulis, benedictionibus proprijs. 29 Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici, quæ eſt in agro Ephron Hethæi, 30 contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. 31 Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia condita iacet. 32 Finitiſq; mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obijt: appoſituſque eſt ad populum ſuum.

Interpretatio litteralis.

a p.683. VT *annunciem quæ ventura* 1 *ſunt vobis*, *a* Propheticè loquitur, Dei ſpiritu afflatus. Nam ſolius Dei eſt cognitio futurorum à libera hominum voluntate, Deique peculiari prouidentia pendẽtium. *In diebus nouiſſimis*, Cum dies nouiſſimi duobus modis ſumi ſoleant in Scriptura; nempe pro Diebus conſequẽtibus, c.8164. & pro tempore Euangelij, & gratiæ, can. 8163. vtroque modo ſumuntur hoc in loco. nam & prædicuntur quæ conſequente tempore acciderunt poſt Iſraelitarum aſcẽſum ab Ægypto; & quę Euangelij tempore euentura erant, vt infra videbimus. * *Fortitudo mea*, hebraicè כח 3 *Còahh*, fortitudinem ſignificat, & humidum radicale, & fructum. quare hìc videtur pro ſemine, ac ſubſtãtia virili ſumi.

b p.320. *b* eſt enim hominum ex hominibus per deciſionẽ ſeminis generatio. *Principium*, hebr. ראשית *Reshith*, etiam primitiua, & primitias ſignificat. *Doloris mei*, hebr. אוני *òn*, non ſolum dolorem, & afflictionem; ſed etiam virtutem, fortitudinem, & metaphoricè ſemen, filium ſignificat. Quare duplex ſenſus eſſe poteſt. primus.

c p.216. *c* Tu præcipuus dolor meus. quia maximam triſtitiam Iacobo attulit turpiſſimũ illud adulterium, & inceſtus filij Rubẽ concubentis cum Bala Iacobi coniuge. Alter ſenſus, Tu primitiæ generationis meæ. LXX. Principium filiorum meorũ. *Prior in donis, maior in imperio.* Voces *Prior, Maior*, hebr. יתר *Ietber*, quod verti poteſt multis modis, Plus, maior, fortis, excellens. LXX. verterunt σκληρῶς, durè, duriter. *In donis*, hebr. נשוא *Seeth*, Eleuare, exaltare, accipere, ferre. LXX. φέρεσθαι, ferri. *Imperio*, hebr. עז *hhhaz*, fortis, difficilis, altus, durus, pertinax. LXX. αὐθάδης, ſibi placens, arrogans, ſuperbus. Senſus eſt multiplex, qui conuenire poteſt originali hebraico. vnus ex vulgata: Tu mihi primus filius datus, cæteros filios meos antecellis dignitate, quatenus tibi vt primogenito debetur ſacerdotium, & imperium in alios. Alius ex græca verſione: Tu durus ad ferendum, tam malis moribus, vt tolerari non poſſis: Tu audax, & ſuperbus, & arrogans. ideo tolerari non potes, quia audax es, arrogans, ſuperbus. *d* Innuitur ſuperbiam, arrogantiam, audaciam immoderatam, vitia eſſe. Fortaſſe vulgata Imperium pro ſuperbia ſumpſit, & ſeueritate. nam Imperioſus, apud Latinos eſt acerbus, & ſeuerus nimis in imperando, Cicero 2. de Fin. 4 * *Effusus es ſicut aqua, non crescas.* hebr. Feſtinatio, ſeu motus ſicut aqua, non remanebis. ſenſus eſt: Priuo te iure primogenituræ, Non eris magnus dignitate, non remanebit in te regia, ſacerdotaliſque poteſtas. *e* Aqua, quatenus effuſa perit, ſymbolum eſt hominum miſerorum, ac detrimentum patientium in bonis ſuis, c.5348. Deponitur Ruben à ſacerdotio, d.5293. *f* in pœnam peccati adulterij, & inceſtus. *g* Pœna hæc indicat quàm graue peccatũ ſint adulterium, & inceſtus; ſubditur enim, *Quia aſcendiſti*, &c. *Maculaſti*, *h* Macula, peccati ſymbolum.

d p.2136. 2204. 2381.

e p.1278.

f p.1278. 2104.

g p.2336. 2337.

h p.1193. 1275.

5 * *Vaſa iniquitatis*, Vaſa iniqua, phraſ. hebr. c.8547. Vas, pro quolibet inſtrumento ponitur, c.2414. *Bellantia*, hebr. מכרותיהם *Macherothehèm*, Gladij eorum. *i* Sichimitas enim iniuſtè occiderunt, vt ſupra cap.34. dictum eſt. * *In conſilium eorum non veniat anima mea.* *k* Actus conſilij. *l* A conſilio, quod conformitatem cum recta ratione non habet, cauendum. *m* Non eſt in malam actionem conſentiendum. *Gloria mea*, Ratio, voluntas, affectus. hebr. כבוד *Cabòd*, ſignificat & gloriam, & animam rationalem, quod fit ad imaginem Dei. LXX. legerunt *Cebedi*, Iecur meum. metaphora, Affectus meus. *In voluntate ſua*, Non mea, qui eorum pater, & Princeps eram. * *Maledictus furor eorum*, *n* Maledictio licita, cum maledicitur culpa. *o* aut ſi quis imperet, aut optet malum alterius ſub ratione boni, vt ſub ratione iuſti, aut vtilis. *Furor eorum*, *p* Ira, vindictæ appetitus. *q* Inordinata vitium eſt, ac peccatum. *r* & cum eſt alteri iniuriosa, *s* & crudelis: quia ira filiorum Iacob ita ſe habuit, ideo maledicitur. *Dura*, hebr. עז *hhhaz*, vt ſupra v.3. vbi vulgata vertit, Imperium.

6 7

i p.1818. 1844. 2097.

k p.163.

l p.1724.

m p.1731.

n p.1905.

o p.1904.

p p.250.

q p.2350.

r p.2360.

s p.2362.

Diui-

Digitized by Google

Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel, t In pœnam sceleris, non vult eos separatim habitationem habere in terra promissionis, sed inter alias tribus mixtim habitare. quod & accidit, vt narratur Ios. 19. & 21. Nam fuit hæreditas filiorum Simeon in medio possessionis filiorum Iuda: quia non magnus erat eorum numerus. Filij autem Leui commixti cæteris tribubus habitarunt.

t p.1278. 2104.

* *Iuda, te laudabunt*, In hebr. est pulchra Annominatio, c.8715. יהודה אתה יודוך *Iehudà attà iodùcha. Laudabunt*, Te celebrabunt cum spe recipiendi beneficia, c.8353. Potestas regia innuitur. Laudari solent à subditis Reges, vt gratiam incãt, vt alliciant ad benefaciendum. u Debetur personis in dignitate cõstitutis cultus. x Cultus autem, qui personis excellentibus exhibetur, est laus. Describitur Maiestas regia. Floruit autem tribus Iudæ regno super alias tribus. *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum*. Reges Iuda, præsertim Dauid, inimicos Israelitarum debellarunt. Manus, potestatis, ac iuris symbolum, c.6590. 6592. Ex his verbis duo dogmata colligimus. y Iustum bellum non esse illicitum. & z Esse ius superioris in subditos. *Adorabunt te filij patris tui*. Principio omnes tribus fuerunt sub Regibus Iuda Dauid, & Salomon. a Licet alijs, quam Deo, adorationem, vt Dei perfectionem participãtibus exhibere. b Cultus quidam externus est adoratio, qui superioribus exhibetur. * *Catulus leonis*, id est, leo. vt filij taurorum, tauri. italicè, *Ratza di Leone*. c Leo symbolum regiæ potestatis. *Ad prædam, fili mi, ascendisti*. hebraicè, Ex præda. d Præda, quæ fit à leonibus, symbolum est bellorum, quæ à potentioribus Regibus geruntur. Multa bella gessit Dauid, & alij Reges Iuda, in quibus victoriam reportarunt. *Requiescens accubuisti*. heb. Incuruauit se, accubuit. describitur situs leonis quiescentis. e Accubitus symbolum pacis, can. 5253. 7218. 7221. Fuit autem magna pax in Regno Iuda regnante Salomone. *Quis suscitabit eum?* Nemo audebit illum ad bellum prouocare. omnes nationes eius potentiam timebunt. erit in eius regno summa pax. f Ergo & somnus pacis est symbolum, c.5899. * *Non auferetur sceptrum de Iuda*, &c. Prophetia de Christi aduentu. g Nulla enim expositio horum verborum magis congrua textui hebraico, quàm quæ ad Christi aduentum refert hæc uerba. Semper fuerunt Reges, aut Principes, aut Rectores in tribu Iuda, siue de semine masculino, ut fuit Dauid, Salomon, & alij; siue de semine fœmineo, ut fortasse aliqui Summi Sacerdotes, qui rexerunt populum Iudaicum, ut Machabæi; quia tribus Leuitica iungebat matrimonia cum tribu Iuda. Certè post captiuitatem Babylonicam, quia pauci ex alijs tribubus redierunt, omnis populus, Iudæus est appellatus. ergo semper in tribu Iuda fuit imperium vsque ad excidium Ierosolymitanum, cum cessauit apud Iudæos & regnum, & Sacerdotium cum sacrificio. immo cessauit imperium temporale ante excidium, cum natus est Christus; nam Rex imperans Iudæis fuit Herodes Ascalonita, homo alienigena. *Et Dux*, Et, verti etiam, *Vel*, potest, c.2896. *Dux*, hebraicè מחקק *Mehhoq·q*, Scriba, legislator, rex, iudex, princeps, dux. *Qui mittendus est*. hebr. שילה *Shilòh*, *Tharg*, Messias. שיל *Shil*, filium significat. Filius autem per antonomasiam est Filius Dei Verbum æternũ. h qui per excellentiam Mitti dicitur, quatenus à Patre procedẽs nouum facit opus gratiæ, naturam humanam assumendo. Aduertendum litteram ה *He*, in fine vocis שילה *Shilòh*, esse formatiuam nominis, & indicans nomen esse proprium, non quemcunque filium, sed filium Dei. seu potius *He* litteram esse positam pro nomine יה *Iah*; quod Dei nomen est. vt sit *Shilòh* pro *Shiljàh*, Filius Dei. i Atque ita ex hoc loco probatur Messias esse Filius Dei, verus Deus, k & esse Filium in diuinis. Esse etiam potest *Shilòh*, à *Shalah*, quod significat pacificum esse: quia Iesus princeps est pacis. sed littera radicalis *Iod*, post *Shin*, suadet præferendam esse priorem etymologiam. Quoniam igitur vox *Shilòh*, secundum linguæ proprietatem, & secundum antecedentia, & consequentia verba contextus non potest nisi Messiæ conuenire: dicendum omnino est sermonem esse hoc in loco de aduentu Messiæ. Dicendum proinde Duces, qui rexerunt populum Iudaicum ante Christum omnes fuisse ex Iudæ semine siue secundum lineam masculinam, siue secundum fœmininam, vt supra dictum est. vt uera sit prophetia, Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius. *Donec ueniat*, In aduentu Messiæ cessauit quidem apud Iudæos sceptrum temporale, & spirituale apud Synagogam: sed non spirituale in Christo, qui fuit ex tribu Iuda, & regnum eius manet in æternum. *Ipse erit expectatio gentium*. hebr. ולו יקהת עמים *Lò jiqqehath hhhammim*, Ipsi auditus, obedientia populorum. id est, Ipsi obedient populi: secundum illud Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Innuitur 1. l Ratio capitis, quæ est in Christo, & ius, ac imperium in Ecclesiam, & in omnes gentes. 2. m Fides omnium gentium in Christum. 3. n Ratio causæ meritoriæ, quæ

8

9

10

g p.449. 450.1385.

h p.82.

i p.425.

k p.59.

l p.469. 470.475. 476.

m p. 1393. 1429.

n p.482. 489.576.

Digitized by Google

quæ eſt in Chriſto. Ipſi, inquit, tribuendum vt auctori gratiæ, ac mediatori, fides, & obedientia diuinorum præceptorum, quę eſt in hominibus. Ideo vulgata vertit, *Ipse erit expectatio gentium*, id eſt, Spes
o p.1444. gentium, can.2647.8214. *o* eſt motiuum ſpei Chriſtianæ valor infinitus meritorum
p p.425. Chriſti. Innuuntur & duo; *p* alterum, Meſſiam eſſe verum Deum. Non poteſt enim dici ſpes omnium populorum abſolutè, niſi ſolus Deus, omnipotens, & au-
q p.1445. ctor omnium bonorum. Alterum, *q* Eſſe in ſolo Chriſto, quippe Deo principaliter ſperandum. * *Ligans ad vineam pullum* 11
suum, & ad vitem, ò fili mi, asinam suam. hebr. Ligabit vineæ pullum ſuum, & viti electæ, optimæ, filium aſinæ ſuæ. Idem repetit. Idem enim eſt, Pullus, & Filius aſinæ. Videtur, interiecto myſterio de Chriſto, redire ad hiſtoriam, quæ figura
r p.928. erat Chriſti, ut infra dicetur. *r* Deſcribit
2156.2216. felicitatem temporalem, qua fruitura erat in terra promiſſionis tribus Iudæ: & innuit abundantiam vini, & lactis. licet ergo his bonis vti, cũ Iacob benedicendo Iudam hæc ei bona precetur. *Lauabit in vino*, &c. Tanta erit vini abundantia, vt vti eo poſſit ut aqua ad lauandum. * *Pulchriores sunt oculi eius vino,* 12
& dentes eius lacte candidiores. Ita uertit vulgata, indicans ſenſum myſticum, quem infra afferemus. Hebraicè ita ſe habet: Rubicundus oculis ex uino, albus dentibus ex lacte. Rubeſcunt autem oculi potantium uinum abundanter; albeſcunt dentes ex lacte inhæreſcente, cum ore copioſè hauritur.

* *Zabulon in littore maris habitabit,* 13
&c. Vaticinium de ſitu terræ, quam incoluit tribus Zabulon, circa littus maris Mediterranei, vbi erant aliqui portus.

* *Issachar asinus fortis, accubans inter* 14
terminos. hebr. Aſinus oſſeus, id eſt, fortis ad ferendum magnum pondus. Habitatio prædicitur, & officium tribus Iſſachar. Habitatio inter duos terminos, nempe inter mare Mediterraneum, & Iordanem ad lacum Geneſareth. * *Requiem,* Locum 15
habitationis, vbi quieuit poſt peregrinationem ab Ægypto, c.8499. *Ad portandum*, Ad comportanda onera mercium, quas colligebat ex terra fertili, quam colebat. *Tributis seruiens.* hebr. עבד מס *Lemas hhhobèd*, verti poteſt, Tributo ſeruiens, & Tributi cultor. vt ſit ſenſus, quod comportabat merces, quæ in tributum ab aliis, qui eas emebant, ſoluebantur. Vel, Totus erat in colenda terra, ex cuius fru-
s p.268. ctibus tributa ſoluebantur. *s* Agricultura indicatur, vt habet verſio LXX. Et factus eſt vir agricola. * *Sicut & alia tri-* 16
bus in Israel. hebr. Sicut vna tribuum, vel ſceptrorum Iſrael. LXX. Sicut vna tribus in Iſrael, id eſt, prima tribus, primaria. Prædicitur futurum imperium penes tribum Dan, ſicut fuit tempore Iudicum penes alias tribus. *t* quæ prophetia t p.1804.
in Sãſone impleta eſt, qui iudicauit Iſrael
17 viginti annis. * *Fiat Dan coluber in* 17
via, &c. Prædicitur ruina, quam Samſon fecit Philiſtæis, prohibens illis aditum ad vexandos Iſraelitas. Equus enim ſymbolum belli eſt, can.5926. quare mordere vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro; idem eſt, quod hoſtes debellare. Coluber, ac ceraſtes ſymbola ſunt hominis multum nocentis. *u* Vox, Fiat, indi- u p.1678.
cat iuſtum bellum non eſſe illicitum.
18 * *Salutare tuum expectabo, Domine*, 18
x Prophetia de Chriſto Saluatore. *y* & x p.1385.
indicatur Samſon figura fuiſſe Chriſti. y p.450.
quem priſci patres expectabant. *z* per z p.583.
quem facta eſt noſtra redemptio, & libe- 584.585.
ratio à peccato, & à ſeruitute Diaboli.
19 * *Gad, accinctus præliabitur ante eum:* 19
& ipse accinget retrorsum. ex hebr. ita verti poteſt: Gad, exercitus congregabit ipſum, & ipſe congregatus reuertetur veſtigio, id eſt, retrò. Senſus eruitur ex hiſtoria, quæ habetur Num.32. & Ioſ. 22.
a Gaditæ relictis in terra Galaad armen- a p.1510.
tis, & vxoribus, tranſierunt armati Iordanem, vt auxilio eſſent cæteris Iſraelitis ad debellandos Chananæos. rurſum poſt treſdecim annos reuerſi ſunt armati in
20 Galaad. * *Aser, pinguis panis eius,* 20
& præbebit delicias regibus, Tanta erit fertilitas terræ Aſer, ut fructus pro Regum delicijs deſeruire poſſint. *b* Felicitas tem- b p.928.
21 poralis. * *Nephthali ceruus emissus, dans* 21 2156.2216.
eloquia pulchritudinis. Multis ea interpretatio placet: quod in terra Nephthali fructus ualde primitiui naſcebantur: ob id deſeruiebant primitijs, quæ Sacerdotibus offerebantur, & in ſacrificia; quibus diuinæ laudes aſſociabantur. Dei autem laudes eloquia pulchra ſunt. Non longè ab hac interpretatione abeſt verſio LXX. *νεφθαλεὶμ σέλεχος ἀπεμένον, ἐπιδιδὺς ἐν τῷ γεννήματι κάλλος.* Nephthalim truncus aſſurgens, exhibens in fructu pulchritudinem. Poſſet etiam ex hebræo verti: Nephthali quercus expanſa, proferens ramos pulchros. *c* Hiſce metaphoris terræ c p.928.
22 fœcunditas ſignificatur. * *Filius accre-* 22 2156.2216.
scens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu. hebr. Filius creſcens Ioſeph, filius creſcens iuxta fontem. *d* Arbores creſcen- d p.150.
tes iuxta fontem pulchræ ſunt. *Filiæ discurrerunt super murum*, Mulieres Ioſephi pulchritudine captæ, ut eum aſpicerent, ad muros, & turres, & feneſtras confluebant. *e* Actus amoris innuitur, *f* & e p.185.
23 concupiſcentiæ. * *Sed exasperauerunt* 23 184.
eum, & iurgati sunt, inuiderunt que illi habentes iacula. hebr. Oderunt eum viri f p.200.

Digitized by Google

sagittarij. Sagitta symbolum est mali noxij, c.7313. *g* Describitur odium, & persecutio fratrum contra Ioseph. actus etiã iræ, inuidiæ, rixæ innuuntur. * *Sedit in forti arcus eius.* Arcus symbolum potentiæ, c.5388. hebr. איתן *Ethan*, & Fortem, & fortitudinem significat. Fortis per excellentiam Deus est, quatenus omnipotens. Potentia, inquit, Iosephi à Deo robur accepit. vel, Perseuerauit fortiter. potenter restitit aduersis casibus. *Et dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob*: hebr. Et roborata sunt brachia manuum eius. Vox, Manuum, abundat, hebræo idiotismo, vt Agni ouium. Per manus fortis Iacob, idem est, ac Per manus Dei Iacob. id est, Auxilio veri Dei. *h* Dei potentia innuitur, *i* & prouidentia erga Ioseph. *Inde pastor egressus est, lapis Israel.* Pastor, Ducis, Rectorisque symbolum est, c.6978. Lapis, firmitatis, ac fortitudinis, c.6397. Postquam Ioseph è carcere est eductus, factus est Princeps in Ægypto: factus firmitas Israelis, ne fame Israelitica familia periret. Vel, Inde, id est, è Iosepho egressa est tribus Ephraim, quæ habuit Reges, & quæ fortissima tribus fuit. * *Deus patris tui erit auditor tuus*, &c. *k* Dei beneficentiam prædicat, *l* & prouidentiam, *m* & potentiam. *Abyssi.* LXX. verterunt, Terræ. Textus hebraicus ita se habet: Ex Deo, vel Per Deum patris tui, & auxiliabitur tui; & ab Omnipotente, & benedicet tibi. eum sensum videtur facere: Deus patris tui auxilietur tibi, Omnipotens benedicat tibi. *Benedictionibus cæli desuper*, &c. Influat in te bona cælum, exhibeat tibi fructum terra, vbera lacte, vultæ armentorum tuorum fœtibus abundent. *n* Precatur à Deo felicitatem temporalem. * *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius.* hebr. Præualuerunt, superauerunt benedictiones genitorum meorum. sensus est: Plus ego te benedico, quàm fuerim ego benedictus à patribus meis. vel quàm patres mei fuerint benedicti. *Donec veniret desiderium collium æternorum*, &c. Sit benedictus Ioseph his benedictionibus bonorũ temporalium, donec veniat Christus; qui est desiderium collium æternorum. Expectatus à sanctis Patribus, magnis virtute, quasi colles; quorum memoria est æterna. Expectatus ab ipsis Angelis; qui sunt colles naturæ nobilitate, æterni immortalitate. Vel, Opto tibi, Ioseph, non solum bona tẽporalia maiora, quàm patres mei, & ego ipse acceperim; sed etiam bona spiritualia, & æterna in cælo, felicitatem æternã. *o* Significatur expectatio Messiæ. *p* vel felicitas æterna. *Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos*, Supradictæ benedictiones veniant super Ioseph, qui est sanctus inter fratres suos. Vel, Separatus (hoc enim significat Nazaræus) à fratribus, quatenus semper vixit separatus ab illis.

27 * *Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere dividet spolia.* Hebræi interpretantur de Altari Ierosolymitano, quod erat in parte sortis tribus Beniamin. in quo mane imponebantur hostiæ, quas ignis deuorabat; vespere autem Sacerdotes inter se diuidebãt oblationes, quæ ipsis contingebant. Alij interpretantur de prælio, quod bis iniit tribus Beniamin contra vndecim tribus, Iud.20. de quibus primo prælio occidit viginti millia, secundo decem & octo millia; quod fuit mane comedere prædam. Vespere autem diuidebant milites inter se spolia interfectorum. Vel absolutè dicitur Beniamin lupus rapax, quia viri eius tribus erant bellicosi: quare sæpè illis contingebat mane comedere prædam, occidendo; vesperè autem, nempe finito prælio, diuidere spolia. *q* Gessit autem Beniamin contra vndecim tribus bellum iniustum, ideo fortasse appellatur lupus rapax. Lupus cupidi, crudelisque symbo-
28 lum est, c.6555. * *Benedixitque singulis,* *r* Bona precatus est. *s* Actum exhibuit
29 orationis, *t* & beneuolentiæ. * *Et præcepit eis*, *u* Præceptum indicat deberi parentibus obedientiam à filijs. *Ego congregor ad populum meum*, *x* Immortalem esse animum innuit. vide supra cap.25.8. *Sepelite me*, &c. *y* Exhibete misericordiæ, ac pietatis officium parenti vestro.
32 * *Obijt*, *z* Subiens communem hominum poenam. *Appositusq; est ad populum suum,* † Vtique secundum animam, quæ remanet post mortem. nam secundum corpus erat in lectulo, non cum populo suo.

Interpretatio mystica.

QVoniam Iacob Christi figura fuit, vt suprà dictũ est: ergo filij Iacob figura sunt filiorum Christi. Duos autem filios Christus habuit, populum Iudaicum, siue Synagogam; & populum Gentilem, siue Ecclesiam. Prophetia Iacobi de primogenitis Ruben, Simeone, Leui, ad populum Iudaicum videtur mysticè pertinere: qui Christi primogenitus fuit respectu Ecclesiæ, ac populi Gentilis. omnis autem prophetia de Iuda, & reliquis filijs, ad Ecclesiam spectare videtur, illique congruere: quæ minor est Christi filius ad Synagogam comparata. Mystica ergo interpretatio ferè ex Patribus collecta, ita se habet.

3 * *a* Ruben primogenitus, est populus Israe-

g p.198. 199.218. 250.1681. h p.14. i p.23.380. k p.54. l p.23.380. m p.14. n p.928. 1931.2156. 2216. o p.450. p p.938. 953.969. q p.1675. r p.1952. s p.1932. t p.1569. u p.2042. x p.131. y p.1614. 2039. z p.1273. 1280. † p.131. a p.449.

Digitized by Google

Iſraeliticus, quatenus Chriſti fides primum penes ipſum fuit, facta promiſſione de aduentu Chriſti priſcis eius populi patribus, *b* & data ei lege, quæ Chriſti figuris plena erat, *c* & quatenus Chriſti, & Apoſtolorum prædicatio principio ſolis Iudæis exhibita fuit. *Principium doloris mei*, *d* Primi Iudæi cœperunt impugnare Chriſtum, & Eccleſiam. *e* ipſi præcipui paſſionis Chriſti miniſtri, qui peccato grauiſſimo, occidendo Filium Dei, maximam animæ Chriſti triſtitiam pepererunt. * *Effusus es ſicut aqua, non remanebis*, *f* Iudæorum, ac Synagogæ reprobatio ſignificatur. Carent Iudæi Chriſto Rege, & ſacerdotio, & ſacrificio. *Quia aſcendiſti cubile patris tui*, *g* Chriſtus Iudæorum pater, quatenus per fidem in ipſum homines ante Chriſti aduentum filij Dei fiebant per gratiam. Deſponſata autem erat Chriſto vetus Synagoga per fidem. *h* Iudæos autem aſcendiſſe cubile patris, eſt, Principes populi, Sacerdotes, ac Scribas, procuraſſe verbis, ac factis Synagogam, totam gentem à fide in Chriſtum diuertere, & ad ſuam, Chriſto de medio tollendo, voluntatem trahere.

* *Simeon, & Leui fratres*, *i* Sunt etiam hi populus Iudaicus. Dicuntur Scribæ à Simeone deſcendiſſe; certè à Leui Sacerdotes originem traxerunt; qui Chriſtum acerrimè perſecuti ſunt, *k* eumque occiderunt, *l* & ſuffoderunt murum, quatenus Chriſti corpus vulnerarunt, c. 6565. & quatenus eorum culpa ſublata eſt à Synagoga fides, & peculiaris cuſtodia Dei, can. 6564. 67 4. *m* Symbolum fidei, ac diuinæ prouidentiæ Murus. *n* Propterea Iudæi à Deo deſerti, ac reprobati ſunt, & à terra promiſſionis pulſi, per totum orbem diſperſi ſunt.

* Iuda, Chriſti figura eſt, vt apertè colligitur ex verbis ſequentibus, *Non auferetur sceptrum de Iuda*, &c. *o* & ex eo, quod Chriſtus de Iudæ ſtirpe carnem ſumpſit. *Te laudabunt fratres tui*, *p* Apoſtoli, & alij Iudæi, qui in Chriſtum crediderunt, eumque prædicatione celebrarũt. *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum*, *q* Chriſti poteſtas ſignificatur, *r* & redemptio à ſeruitute peccati, & mortis, & Diaboli, *s* & liberatio Patrum ab inferis, *t* & ſecundus Chriſti aduentus ad iudicandum. *Adorabunt te filij patris tui*, Apoſtoli è ſtirpe Iacob, Iuſti, & Angeli, qui ſecundum gratiam filij ſunt Dei. *u* Innuitur Chriſti maieſtas, *x* & dignitas capitis, *y* & regia, *z* & ſacerdotalis, *a* & debitum vt adoretur. * *b* Catulus leonis, non abſolutè leo, Chriſtus appellatur; vt ſignificetur eſſe Filius Dei. *Ad prædam fili mi, aſcendiſti*, *c* Ad prædam Ieſus aſcendit, cum ſublatus in Crucem eſt, *d* & noſtram redemptionem eſt operatus. verti etiam poteſt ex hebræo, *Ex præda aſcendiſti*, *e* & ſignificatur Chriſti reſurrectio, *f* & aſcenſus in cælum, cum captiuam duxit captiuitatem. *Fili mi*, *g* Quia Chriſtus Filius eſt Iacob ſecundum carnem, verus homo. *Requiescens accubuiſti*, &c. Duo his verbis figurantur, *h* & Mors Chriſti, *i* quæ accubitus appellatur, quatenus eam ex propria voluntate ſuſcepit, *k* & Conſeſſus ad dexteram Patris. *Quis suscitabit eum?* Nemo, præter ipſum met. Vel Quis audebit Chriſti regnum perturbare, Chriſtum irritare ad Patris dexteram ſedentem? * *Non auferetur sceptrum de Iuda*, &c. Hæc verba, quæ ſecundum ſenſum litteralem de Chriſto ſunt, apertè indicant præcedentium, & ſequentium verborum ſenſum myſticum eſſe de Chriſto. * *Ligans ad vineam*, &c. Vinea, eſt Eccleſia, can. 7849. vitis, item Eccleſia, c. 7886. & ipſe Chriſtus, c. 7887. Aſina, Gentilitas quatenus Deum ignorabat, & ſeruiebat peccatis, c. 5426. 5427. Pullus aſinæ, Populus Gentilis. *l* Hunc fide, & lege euangelica ſuæ Chriſtus Eccleſiæ, ſibique coniunxit. Veſtis, humani corporis, & multitudinis creaturarum ſymbolum eſt, can. 7817. 7820. Botrus, Chriſtum ſignificat, c. 5494. *m* Ex quo expreſſus in torculari Crucis eſt pretioſus ſanguis, quo Chriſti corpus maduit; *n* quo animæ fidelium, Chriſto tanquã pallium, ſtolaque per fidem, & charitatem adhærentium, lotæ ſunt, & à peccatis purgatæ. * *Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores*, Oculi, quatenus per illos maximè cognoſcimus, doctrinam ſignificant. Pulchriores, inquit Iſidorus, ſunt Chriſti oculi vino: quia doctrina Apoſtolorum auſteritatem veteris legis exuperat; & euangelica præcepta clariora ſunt, quàm legis mandata. Dentes, id eſt, Eccleſiæ Doctores, qui fortem, & validum verbi cibum manducãt; candidiores ſunt lacte, quatenus excellentiorem doctrinam docent, nempe euangelica myſteria, quippe cum prædicent veritatem: *o* ad quam vetus lex comparata, vt lac ſe habet, puerorum cibus, quatenus tradita hominibus rudibus per vmbras, & figuras, & temporalium promiſſiones. Quoniam autem verti etiam alio modo poteſt textus hebræus, Pulchri ſunt oculi tui vino, & dentes tui lacte candidi; ſenſus myſticus eſt: Eſſe oculos, id eſt, Doctores in Eccleſia, c. 6821. diuinę doctrinæ eruditione ornatos, can. 7855. & ſacra prædicatione præſtantes, c. 7858. Eſſe vigiles Prælatos, c. 6822. diuino zelo præditos, c. 7853. Eſſe dentes, id eſt, Prædicatores, qui permanſum verbum Dei auribus fidelium præbent, can. 5846.

Digitized by Google

facilioris doctrinę lacte rudiores inſtruentes, c.6380. p Talibus enim Doctoribus, ac Prædicatoribus Chriſtus ſuam Eccleſiam inſtruxit.

p p.636. 637.700. 702.704. 723.724. 728.

13 * Zabulon, quod habitaculum ſignificat, videtur Eccleſiæ figuram eſſe. q Quæ dicitur in littore maris habitare, quatenus ſtabilis perſeuerat iuxta mare, id eſt, iuxta mundum, quod periculis plenum eſt, in quo naufragium faciũt Iudæi, & Hæretici circumferuntur ventis errorum. r Portus nauium (vt habetur in hebr.) eſt Eccleſia, quatenus extra illam non eſt in hoc ſæculo ſalus. *Pertingens vsque ad Sidonem*, hebr. Pes eius vſque Sidonem. Sidon vrbs Gentilium. s Significatur miſſio ad gentes, quæ fit ab Eccleſia ad prædicandum illis Euangelium; & vocatio gentium ad fidem.

q p.627. r p.620. s p.1429.

14 * Iſachar, quod interpretatum vertitur; Cui eſt merces, populum Gentilem ſignificat: cui eſt ſpes mercedis propter fidem, quam amplexatus eſt. *Aſinus fortis*, hebr. Oſeus, fractus. Populus Gentilis, Aſinus ob ignorantiam diuinæ doctrinæ; Fractus ob corruptionem peccati. Fortis ob conſtantiam in fide. *Habitans inter terminos*, alij vertunt inter chytropodes, id eſt, in loco humili; alij, inter duas ſarcinas. Duo termini ſunt, Terra, & cælum; vel æterna felicitas, & æterna miſeria. Chytropodes, ſunt tentationes, & pericula, & miſer peccati ſtatus. Duæ ſarcinæ, quæ animum onerant, ſunt culpa, & pœnæ reatus. vel Duo præcepta charitatis. 15 * *Vidit requiem, quod esset bona, & terram quod optima*, Requies, & Terra pro Eccleſia tum militante, tum triumphante ſumi ſolent, c.7632.7634.8499. *Et supposuit humerum ad portandum, & factus est vir agricola*, Amplexatus eſt legem euangelicam, & cœpit bonis operibus colere agrum animæ ſuæ. Ex his habes figuras pro effectibus peccati, t quod inducit ignorantiam per Aſinum ſignificatam, u & malitiam, ac duritiem, quatenus peccator Aſinus fortis, & oſeus dicitur, x & corrumpit naturæ bonum, ob idque aſinus fractus dicitur. Habes figuram fidei Chriſtianæ Aſinum fortem. y Aſinus fides eſt, quatenus non eſt de ijs, quæ ſciuntur, ſed de ijs, quę non videmus, z & tamen fortis eſt, nempe certiſſima, & infallibilis. † Habes *Virum agricolam*, figuram bonorum operum, quibus ad felicitatem æternam acquirendam eſt incumbendum. * Dan, a figura videtur 16 eſſe Antichriſti, & omnium Hęreſiarcharum Eccleſiam Chriſti perſequentium. Nam tribus Iſraeliticæ pro vniuerſitate fidelium ſumuntur, quæ ſuos legitimos Paſtores habent, ac Iudices animarum. Hæreſiarchæ iudicant, ac regunt populum ſuum, non Chriſti gregem; & imi- 17 tari nituntur veros Paſtores. * Via, humanæ vitæ, & Fidei, & diuinæ legis ſymbolum eſt, c.7825.7826.7828. Coluber, & Ceraſtes, quatenus veneno occidunt, ſymbola ſunt peccati, quod vitam gratiæ corrumpit, c. 5661.5733. Hæretici, quatenus veneno falſæ doctrinæ fideles inficiunt, ſunt quaſi ſerpentes ambulantibus per viam fidei, ac mandatorum diuinorum, & in hac mortali uita ad cæleſtem patriam peregrinantibus. Equus, hominis concupiſcentiæ dediti, & imprudentis ſymbolum eſt, can.5921.5922. Vngulæ, potentiam, rectamque intentionem ſignificant, c.7934.7935. Mordent Hæretici vngulas equi, quatenus euertere tentant fidei firmitatem, & orthodoxam doctrinam in hominibus, vt ſæpè accidit, vitijs deditis, & inſipientibus. Equi autem aſcenſor eſt Recta ratio. Rectè 18 autem ſubdit: * *Salutare tuum expectabo, Domine*, Orans ab Hæreticorum inſidijs per Chriſti gratiam liberari.

a *Ex Gloſ.* f.882.883. 885.

19 * Gad, b Chriſti figura eſt. qui ante, & poſt Antichriſtum præliatus eſt. in primo aduentu c per humilitatem, & mortem, & Euangelium. d in ſecundo aduentu per maieſtatem, & extremum iudicium.

b *Iſidorus. Gloſ. interl.* p.882. c p.446. 447.583. d p.607.

20 * Aſer quoque Chriſtũ figurat. e Nam panem nobis pinguiſſimum exhibet ſuam carnem ad manducandum. is panis delicias præbet Regibus, nempe hominibus iuſtis, qui filij Dei ſunt, & imperãt vitijs: f non enim poteſt cum conſcientia peccati mortalis accedi ad Euchariſtiam.

e p.763. f p.774.

21 * Nephthali, Chriſtus eſt, g qui ceruus emiſſus dicitur, quatenus miſſus à Patre in mundum, velociter hominum ſalutem opetatus eſt, h factus Patri obediẽs vſque ad mortem. i Dedit autem eloquia pulchritudinis, quatenus Euangelium prædicauit præſtantiſſimis myſterijs plenum, & ſummè conſonum rationi.

g p.82. h p.565. i p.523. 1378.

22 * Ioſeph, Chriſtus eſt. k Filius accreſcens, tum ratione multitudinis fidem eius amplexantis, l tum ratione gloriæ, qua poſt Crucis humilitatem exaltatus eſt. m Decorus aſpectu, tum ſecundum corpus ob præſtantiſſimum temperamentum, & partium proportionem, & beatiſſimæ animæ, Verbique vnionem. n tum ſecundum animam, cuius gratia fuit ſumma, o & ſcientia perfectiſſima, p & virtutes omnes, ac maximæ. *Filiæ discurrerunt super murum*, Murus ſymbolum eſt fidei, ſacræ Scripturæ, Doctorum; quibus ſe tuetur Eccleſia, c.6704. ſymbolum difficultatis, & impedimenti, c.6705. ſymbolum Eccleſiæ, can.6706. q Ergo filiæ diſcurrere ſuper murum, ad Ioſephi aſpectum, eſt fidelium animas ad Chriſti cognitio-

k p.1393. l p.605. m p.499. n p.490. o p.491. p p.492. 493. q p.1393.

Digitized by Google

gnitionem cutrere. est anhelare ad visionem beatificam Verbi; r eb idque ad murum aduolare doctrinæ sacræ sanctorum Doctorum, s & ad ipsam Ecclesiam, t & vt Christo in æternum fruantur, omnia incommodorũ genera, & mortem ipsam perpeti. * *Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuidcruntque illi habentes iacula, u* Significantur his verbis Christi passiones; & odia, accusationesque Iudęorum. * *x* Sedit in forti arcus Christi, quatenus vi Crucis omnes suos hostes deuicit, *y* & exaltationem sibi meruit. *z* Dissoluta sũt eius vincula, quatenus resurrexit. *a* Pastoris symbolo influxus significatur capitis, quem habet Christus in Ecclesiam tum militantem, tum triumphantem, *b* & gloria Christi, *c* & caput visibile Christi Vicarius. qui dicitur quoque lapis Israel, id est, Petra in qua Iesus Ecclesiam suam fundauit. *d* Significatur etiam Pastoris voce Potestas Ecclesiæ. * *Deus patris tui erit adiutor tuus;* Quia Deus suscitauit Iesum à mortuis; Deus, inquam, Iacob, ex cuius semine ortus est Christus. *e* nam Christus etiam homo verus est, non solum Deus. *f* Benedixit autem Deus Pater suũ Filium Iesum Christum benedictionibus cæli, quatenus fecit illum Principem in Ecclesia triumphante, eique potestatem dedit, vt electos ad æternam hæreditatem adduceret. *g* Benedixit benedictionibus abyssi, siue terræ, quæ Ecclesiæ militantis symbolum est, c. 7632. quatenus caput illum fecit Ecclesiæ militantis, vt omnis cælestis benedictio per illum ad nos descenderet, per illum nobis clauderetur abyssus æternæ miseriæ. *h* Benedixit benedictionibus vberum, quatenus fecit illum auctorem Sacramentorum, præsertim Eucharistiæ, vt electos suo corpore, sanguineque nutriret. *i* Fecit illum Doctorem, à quo lac cęlestis doctrinæ hauriremus. *k* Benedixit benedictionibus vuluæ, quatenus fecit illum auctorem gratiæ, qua filij Dei generamur, diuinæ naturæ participes. Nam vbera, cęlestis doctrinæ symbola sunt, & speciem Eucharistiæ, c. 7759. 7761. vulua quatenus generationi deseruit, ecclesiasticę Hierarchię symbolum est, quæ filios Christo gignit per Fidem, ac Baptismum, c. 7787.

* *Benedictiones patris tui præualuerunt* 26 *benedictionibus patrum meorum,* Ita habet textus hebręus. vt sensus mysticus sit: Benedictiones, quas tuus æternus Pater in te contulit, multò maiores sunt benedictionibus, quibus benedixerunt me patres mei, vel quibus ipsi à Deo benedicti sunt, donec veniret desiderium collium æternorum, id est, tu ipse Messias. Patres mei benedicti sunt benedectionibus temporalibus, benedictiones spirituales figurantibus, quibus ipse es benedictus. *l* Indicatur imperfectio veteris legis, *m* & perfectio nouę. *Fiant in capite Ioseph*, &c. *n* Caput, & vertex Ioseph, dignitas Christi est, c. 5611. quatenus Christus caput est Ecclesię, hominum, Angelorum. *o* Dominus, ac Rector omnium. *p* Rex, & Sacerdos summus. *q* Nazaręus, id est, segregatus dicitur inter fratres suos: quia segregatus à peccatoribus, qui fratres Christi sunt secundum carnem, quatenus ipse solus sũma innocentia prędituS, & impeccabilis. *r* ipse ex hominibus assumptus, pro omnibus constitutus, vt sit Mediator inter homines, & Deum.

27 * Beniamin, qui filius dexteræ vertitur, videtur esse figura Operariorum apostolicorum; qui zelo ardentes animarum, quasi famem patientes ad fidem, & sanctitatem illas trahendi; vt lupi rapaces excurrunt in mane huius vitæ per nationes, ac gentes, vt vorent animas, id est, in Christi mysticum corpus conuertant: vespere autem, id est, in fine vitæ, spolia diuidunt, quatenus in cælo suorum, quos in aequirendo Christo animas tolerauerũt, laborum vberem mercedem accipiunt. Aliqui Patres Beniaminum, Paulum interpretantur, qui fuit ex tribu Beniamin. Paulus mane, id est, principio, prædam comedit, quia persecutus est Ecclesiam, quasi rapax lupus: vespere, id est, deinde vsque ad finem suæ vitæ semper spolia diuisit, quatenus & suis bonis Gentilitatem expoliauit, vt fuit cultus inanium deorum, & cupiditas temporalium: & spiritualia bona per Ecclesias, quas fundauit, sua prædicatione distribuit, vtrunque enim bonorum genus significant Spolia in sacris Scripturis, c. 7505. 7506. *s* Facit hic sensus mysticus pro Ministris verbi, qui sacra prædicatione peccatores interficiunt, vt Christo viuant.

r p. 637.
s p. 620. 627.
t p. 1392.
u p. 549. 551. 559.
x p. 583.
y p. 589.
z p. 592. 593.
a p. 604.
b p. 605.
c p. 626.
d p. 866.
e p. 426. 434. 435. 457.
f p. 471. 474. 572. 588.
g p. 469. 489. 573. 576. 578. 583. 587.
h p. 576. 577. 750. 752. 762. 767. 769.
i p. 483.
k p. 489. 573. 575.
l p. 1113.
m p. 1140. 1141.
n p. 469. 470. 471.
o p. 475.
p p. 476. 478.
q p. 494.
r p. 482.
s p. 709. 727.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

SVMMA.

Describitur luctus, & exequiæ; quas Iacobo exhibuerunt Ioseph, & fratres eius, & Aegyptij, tum in Aegypto, tum in terra Chanaan, ad quam Iacobi corpus, vt ipse iusserat, asportauerunt. Iosephi fratres præcauentes vltionem iniuriæ in Iosephum illatæ; veniam Iacobi nomine deprecantur. quos Ioseph bono animo esse iubet, & consolatur. Iam autem morti proximus, plenus dierum, fratres adiurat, vt aduentante ipsorum in terram Chanaan reditus tempore, eius ossa secum illuc transferant.

1 QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum. 2 Præcepitque seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem. 3 Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum. fleuitque eum Ægyptus septuaginta diebus. 4 Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: Si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis: 5 eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar. 6 Dixitque ei Pharao: Ascende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. 7 Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu Terræ Ægypti: 8 domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerant in Terra Gessen. 9 Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica. 10 Veneruntque ad Aream Atad, quæ sita est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies. 11 Quod cum vidissent habitatores Terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste Ægyptijs. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti. 12 Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis: 13 Et portantes eum in Terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. 14 Reuersusque est Ioseph in Ægyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. 15 Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes: Ne fortè memor sit iniuriæ quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus, 16 mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, 17 vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. 18 Veneruntque ad eum fratres sui: & proni adorantes in terram dixerunt: Serui tui sumus. 19 Quibus ille respondit: Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? 20 Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. 21 Nolite timere: ego pascam vos & paruulos vestros. consolatusque est eos, & blandè ac leniter est locutus. 22 Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris sui: vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. 23 Quibus transactis, locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. 24 Cumque adiurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto: 25 mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

Inter-

Digitized by Google

Iuterpretatio litteralis.

RVit *super faciem patris*, &c. 1
a Officia pietatis. *b* Fletus, 2
ſymbolum doloris. *c* Doloris
autem cauſa, mors parentis,
d & amor erga illum. nam ſequitur, *Et*
deosculans eum, *e* Oſculum ſymbolum
amoris. * *Quibus iussa explentibus*, *f* Obe- 3
dientia. *Mos erat*, *g* Quaſi lex, *h* & non
illicita: ideo & Ioſeph ſeruauit. *Fleuit*
eum Aegyptus, *i* Ea officia debebantur
bono incolæ, qualis fuerat Iacob, *k* & pa-
renti Ioſephi, qui dominabatur in Ægy-
ptios, *l* & qui de Ægyptijs optimè meri-
tus. * *Locutus eſt Ioseph ad familiam* 4
Pharaonis, &c. *m* Prouidentia pro patris
ſepultura. *Si inueni gratiam*, &c. *n* Exi-
git amicitiæ officia, *o* & actionem bene-
uolentiæ, *p* ac beneficentię. * *Eo quod pa-* 5
ter meus adiurauerit, &c. *q* Miſericordiæ 6
actus, ſepelire mortuos; qui exhibendus,
r præſertim cum promiſſio interceſſit, *s* &
iuramentum, vt Ioſepho accidit. *t* Actus
etiam obedientiæ, quæ parẽti debebatur.
* *Quo ascendente*, &c. *u* Obſequia comi- 7
tatus, ac luctus deſcribuntur, debita Iaco- 8
bo, ac Ioſepho. * *Idcirco vocatum eſt no-* 9
men loci illius, *Planctus Aegypti*, *x* ad 10
celebris planctus memoriam conſeruan- 11
dam. * *Fecerunt ſicut præceperat eis*, *y* De- 12
betur parentibus obedientia. * *Sepelie-* 13
runt eum, *z* Officium pietatis exhibentes,
a & miſericordiæ. * *Timentes fratres* 15
eius, &c. *b* Actus timoris, *c* & conſulta-
tionis, *d* & prouidentiæ, *e* & cautionis.
* *Pater tuus præcepit nobis*, &c. *f* Nitun- 16
tur iram in fratre compeſcere, *g* & artifi- 17
cio vtũtur *h* pietatis, ad quam Ioſephum 18
excitant erga parentem, *i* & pœnitentiæ,
quam præ ſe ferunt veniam deprecantes,
k & humilitatis, quam oſtendunt adoran-
do, & ſeruos ſe profitendo, *l* & obſeruan-
tiæ, quam exhibent officijs verborum, &
adoratione. *Fleuit Ioseph*, *m* Fletus ſym-
bolum miſericordiæ. *Adorantes*, *n* Licet
alijs, quàm Deo adorationem exhibere.
* *Nolite timere: num Dei possumus reſi-* 19
stere voluntati? Hebr. Nolite timere,
quoniam nõne ſub Deo, vel pro Deo ego?
LXX. Quoniam Dei ſum ego. Timorem
à fratribus abigit ea ratione, quoniam ipſe
eſt ſeruus Dei, cupiens Dei voluntatem
exequi, ac tueri. proinde cum voluntas
Dei fuerit, vt à fratribus venderetur, non
erat ab eo venditionis vltio expectanda.
Ex his colligimus 1. *o* Eſſe in Deo volun-
tatem. 2. *p* Deum omnia poſſe: Num Dei
poſſumus reſiſtere voluntati? 3. *q* Omnia
à diuina voluntate pendere. 4. *r* In Deo
prouidentiam eſſe. 5. *s* Nihil in mundo
eſſe, quod præter ordinem gubernationis
diuinæ contingat, vt ex verbis ſequenti-
20 bus clarius intelligitur. * *Vos cogitastis*
de me malum: sed Deus, &c. *t* Permit-
tuntur à Deo peccata in maius bonum.
Pascam vos, *u* Miſericordiæ actus eſu-
rientes paſcere. *x* Elucet in his verbis
Ioſephi pietas erga fratres, *y* & beneuo-
lentia, *z* & beneficentia. *Consolatusque*
est eos, *a* Miſericordiæ actus, quo afflictis
conſolationem exhibet. *Blandè, ac leni-*
ter est locutus, *b* Verba blanda, ac lenia,
clementiæ ſymbolum ſunt, *c* & amoris.
22 * *Et vidit Ephraim filios*, &c. *d* Ioſephi
23 progenies ipſo viuente. * *Deus viſitabit*
vos, &c. *e* Nam ſtandum eſt promiſſis, &
24 iuramento. * *Cumque adiurasset eos*,
25 *f* *Mortuus eſt*, *g* Subijt communem pœ-
nam. *Conditus aromatibus*, &c. *h* Miſe-
cordiæ officia ergo mortuum.

a *p.* 2039.
b *p.* 216.
c *p.* 224.
d *p.* 225.
e *p.* 183.
f *p.* 2061. 2062.
g *p.* 1106.
h *p.* 1098.
i *p.* 2139.
k *p.* 2052.
l *p.* 2084.
m *p.* 1759.
n *p.* 2139.
o *p.* 1569.
p *p.* 1606.
q *p.* 1614.
r *p.* 2125.
s *p.* 1987.
t *p.* 2042.
u *p.* 2084. 2139.
x *p.* 2153.
y *p.* 2042.
z *p.* 2039.
a *p.* 1614.
b *p.* 238.
c *p.* 163. 1723. 1729.
d *p.* 1759.
e *p.* 1761.
f *p.* 2367.
g *p.* 252.
h *p.* 2039. 2042.
i *p.* 223. 781.
k *p.* 2370.
l *p.* 2056.
m *p.* 217.
n *p.* 1958.
o *p.* 21.
p *p.* 14.
q *p.* 296.
r *p.* 23.
s *p.* 304.
t *p.* 301.
u *p.* 1608.
x *p.* 2045.
y *p.* 1569.
z *p.* 1605.
a *p.* 1618.
b *p.* 2347.
c *p.* 1569.
d *p.* 320.
e *p.* 1987. 2125.
f *p.* 1991. 1992.
g *p.* 1273. 1280.
h *p.* 1614.

Interpretatio mystica.

TErra promiſſionis figura eſt Eccleſiæ
tum militantis, tum triumphantis;
vt ex capite tertio, & quarto Epiſtolæ
S. Pauli ad Hebræos apertè colligitur.
Iacob autem, & Ioſeph Chriſti figura
1 fuerunt, *a* vt ſupra viſum eſt. * *b* Ergo
25 Iacob, & Ioſeph morientes, mortis Chri-
ſti figura ſunt, qui in morte Iacob figu-
ratur, quatenus in teſtamento veteri ſe-
cundum ſacrificiorum vmbras, & figuras
mortuus eſt. figuratur in morte Ioſeph,
quatenus ſecundum veritatem mortuus
eſt in Cruce, hoſtia factus pro peccatis no-
ſtris. Vetus igitur, ac nouum Teſtamen-
tum figuratur, vtrunque Chriſti teſtato-
ris morte firmatum. *c* Quare Iacobi be- c *p.* 1133.
nedictiones, & mandata filijs tradita ante
mortem; legem veterem ſignificant, quа-
tenus ea promiſſionem de Chriſto ventu-
ro continet Chriſti morte firmatam, vete-
ribus ſacrificijs figuratam. *d* Ioſephi au- d *p.* 1148.
tem mandata, legem nouam ſignificant;
quæ Teſtamentum eſt, quatenus æternæ
hæreditatis promiſſionem continet Chri-
13 ſti morte firmatam. * *e* Vterque autem e *p.* 620.
24 Iacob, & Ioſeph, vult ſuum corpus in 739. 764.
terram Chanaan aſportari: quia Chri-
ſtus Dominus myſterium ſuæ mortis, &
Sacramentum corporis ſui Eccleſiæ reli-
quit per terram Chanaan figuratę. *f* Iacc- f *p.* 569.
bi, Ioſephique ſepultura, Chriſti ſepultu-
ram præfigurauit.

a *p.* 1608.
b *p.* 544.
568. 569.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII DOGMATICI,

Siue

THEOLOGICÆ INTERPRETATIONIS IN PENTATEVCHVM,

LIBER SECVNDVS.

In Exodum.

Materia totius Exodi.

Exodus, id est, Egressus, nempe è seruitute ægyptiaca, liber inscribitur. a *Eius materia est: Captiuitas Israelitica in Aegypto, electio Moysis in ducem, Aegypti plagæ, Israelitarum libertas, eorum iter per desertum, Dei præcepta tum moralia, tum iudicialia, tum mystica.* Hieron. ad Paulinum, Athan. in Synopsi.

a Summa Exodi ex c. 19.

CAPVT PRIMVM.

SVMMA.

Post Ioseph mortem Israelitæ in ingentem multitudinem creuerunt: quam, sibi, & regno timens Rex Aegypti, oneribus opprimere nisus est, & cæde partuum masculorum; quam primum per obstetrices iussit patrari, tum per ipsos parentes, quibus præcepit natos in flumen proijcere.

1 HÆc sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob: singuli cũ domibus suis introierunt: 2 Ruben, Simeon, Leui, Iudas, 3 Issachar, Zabulon & Beniamin, 4 Dan & Nephthali, Gad, & Aser. 5 Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Ægypto erat. 6 Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa, 7 filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt terram. 8 Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph: 9 & ait ad populum suum: Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. 10 Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediatur de terra. 11 Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom & Rameses. 12 Quantòque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant: 13 oderantq; filios Israel Ægyptij, & affligebant illudentes eis: 14 atque ad amaritudinem perducebãt vitam eorum operibus duris luti & lateris, omniq; famulatu, quo in terræ operibus prmebantur. 15 Dixit autem rex Ægypti obstetricibus

Digitized by Google

stetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, 16 præcipiens eis: Quando obstetricabimini Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reseruate. 17 Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, sed conseruabant mares. 18 Quibus ad se accersitis, rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? 19 Quæ responderunt: Non sunt Hebrææ sicut Aegyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt. 20 Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusque est nimis. 21 Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos. 22 Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quidquid feminini, reseruate.

Interpretatio litteralis.

QVi egressi sunt de femore Iacob, 5
b Est hominū ex hominibus 7
generatio. *Septuaginta*, Vide quæ diximus Genes. 46. 28.
Quo mortuo, &c. c Peccati communis pœna mors. * *Ecce populus* 9
filiorum Israel, &c. *Venite, sapienter opprimamus eum*, &c. Actio 1. d Inuidiæ. 10
Tristatur de bono alieno, quatenus proprium malum æstimatur. 2. e Astutiæ, *Sapienter opprimamus*. Excogitat ad finem consequendū malas artes. 3. f Odij, *Opprimamus eum*. Auertitur appetitu ab Israelitis æstimatis vt noxijs sibi. g Oritur autem odium ex inuidia, *Ecce populus multus est*, h & ipsū origo est homicidiorum, *Venite opprimamus eum*. 4. i Homicidij, seu voluntatis illicitæ interficiendi innocentes, *Opprimamus eum. Si ingruerit contra nos bellum*, &c. K Iudicium suspicionum & temerarium, l ex leuibus indicijs malitiam Israelitarum æstimans, & de bonitate eorū dubitans. * *Vt affligerent* 11
eos oneribus, m Illicitè, & cum iniuria. Nam vexabāt innocentes, n & sine culpa, sine vero fine boni cōmunis oneribus grauabant, & seruitio addicebant. *Vrbes tabernaculorum*, Vrbes ad habitandum, à פתם *Shachān*. vel vrbes thesaurorum, ad reponēdos thesauros regios, à פתן *Sachān*. *Rameses*, Vrbs in extremis Ægypti finibus. vid. c. 514. * *Quanto eos: opprimebant* 12
eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. q Tribulationibus iusti probantur, ac perficiuntur. * *Oderantque filios* 13
Israel Aegyptij. Hebr. Angustijs afficiebātur propter filios Israel Ægyptij. r Tristabantur de bono Israelitarum. inuidebant. s Oderant Israelitas, quod prosperè agerēt. *Et affligebant illudentes eis*. Hebr. Et seruire faciebant cum sæuitia. Crudele sæuitiæ genus, affligere alium cum derisione. t Crudeles in oneribus imponendis, excedendo. u Sæui, quatenus Israelitarum afflictione delectabātur. * *Atque ad ama-* 14
ritudinem perducebant, &c. x Tristitia vehemens erat in Israelitis y ob onera duriſſima. z Crudelitas in Ægyptijs, qui 15
ea onera imponebant. * *Dixit autem* 16
Rex, &c. a Imperium, b sed iniustum, & contra Dei præceptum, d. 4087. † homici- 17
dium præcipiens innocentiū. * *Timuerunt*
obstetrices Deum, c Est Deus timendus. d Bonus timor, quo quis abstinet à peccato sive ne æternæ pœnæ malum incurrat, e sive né Deum offendat. *Et non fecerunt* 18
iuxta præceptum Regis Aegypti. f Legibus humanis diuinæ legi contrarijs non est parendum, g nec debent subditi suis superioribus obedire in ijs, quæ diuinis præceptis contraria sunt. * *Quidnam est* 19
hoc quod facere voluistis? h Querimonia, sed iniusta. * *Ipsæ obstetricandi habeant* 20
scientiam, &c. i Mendacium officiosum. * *Bene ergo fecit Deus obstetricibus*, &c. 21
Indicatur 1. K Dei prouidentia erga obstetrices. 2. l Dei iustitia, qua bono obstetricum præmercedem dedit. 3. m Dei beneficentia erga obstetrices. 4. n Opera bona suum valorem, & meriti rationem habere, *Quia timuerunt*, &c. *ædificauit eis*
domos. 5. o Posse hominem aliquid à Deo mereri. 6. p Posse bona temporalia sub meritum cadere: nam bonum temporale innuit vox *Domos. Aedificauit eis domos*, Dedit filios, ac posteros, c. 8c 59. Genus enim, ac familia quasi quoddam ædificiū est, ex progenie quasi ex coagmentatis la- 22
pidibus constans. * *Præcepit ergo Pharao*, &c. q Præceptum r contrarium Dei legi, & homicidium.

b p.320. c p.1273. 1280. d p.218. 1660. e p.1769. f p.198. 199. g p.1651. h p.1652. i p.1847. k p.1821. l p.1822. 1823. m p.1847. n p.1856. q p.895. t p.218. s p.198. 199. t p.2362. u p.2364. x p.216. y p.224. z p.2362. a p.167. 1715. b p.1097. † p.1847. c p.38. d p.1469. e p.1470. f p.1100. g p.2067. h p.2154. i p.2113. k p.23. l p.44. m p.54. n p.1295. o p.1299. p p.1307. q p.167. 1715. r p.1097. 1847.

Interpretatio mystica.

PRoposito nobis est, non alios sensus mysticos adducere, nisi quos certò ex ipsis Scripturis, aut Ecclesiæ auctoritate scimus, fuisse à Spiritu sancto per historicam narrationem intentos. Iam quæ in libro Exodi scribūtur, fuisse veras futurorum figuras apertè Paulus docet 1. Cor. 10. 11. *Hæc autem omnia in figura contingebant illis*. & ad Heb. 11. 22. *Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel*

memo-

Digitized by Google

memoratus est. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cũ populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Et ne dubitemus, sermonem esse de fide in Christum, ac proinde persecutiones Israelitarum fuisse figuras persecutionum in Christum, & Ecclesiam; subiungit ea verba: *Maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi.* & in fine capitis: *Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionẽ, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis, consummarentur.* Acceperũt illi quidem promissiones illius temporis, sed non illas, quarum eæ promissiones erant figuræ, & quas in primis spectabat Patrum illorum fides. & Hebr. 8.5.& 9.23.& 10.1. appellat Ritus, & cęremonias veteris legis, de quibus magnã partem in Exodo mentio fit, vmbram, & exemplaria cælestium. Ergo ad interpretationem mysticam aggredimur de Christo, & Ecclesia, ad imitationem sacrorum Doctorum.

* Mortuo Ioseph, qui figura fuit Christi; & fratribus eius, qui Apostolos figurarunt; & omni cognatione illa, quę septuaginta duos discipulos signabat: *a* multiplicati sunt filij Israel, quatenus magna cœpit habere Ecclesia nascens incremẽta.

8 * *b* Rex Ægypti, qui Ioseph um ignorat, sunt Principes huius sæculi, Infideles, ac Paganismum profitentes. * *c* Ægyptiorũ odia, & persecutiones contra Israelitas; 14 impugnationes Gentilium sunt contra Ecclesiam, *d* & tribulationes, quibus iusti probantur. * *e* Quantò magis Israelitæ opprimuntur, tantò magis multiplicãtur, & crescunt: quia iusti quantò magis tribulationibus vexantur, tantò magis perficiuntur. * *f* Præcipiũtur masculi occidi, & in flumen proijci, feminæ reseruari: quatenus Fideles ab Ecclesiæ persecutoribus tormentis, ac morte plectuntur; Infideles reseruantur, & sinuntur prosperè agere. *g* Israelitarum masculi, Fidelium typi sunt, fortitudine præstãtium; qui pro bono Ecclesię, & pro diuina veritate tuenda mortem obeunt. Nam Isa. 66.7. verba illa, *Peperit masculum*, multi Patres primos Christianos interpretãtur. Ergo *h* feminæ, quæ reseruãtur, figurę sunt eorum, qui mortis timore victi, fidem deserunt. vide Patres in Sylua Allegoriarum v. Femina. *i* Flumen autem, figura est martyriorum, & mortis, c. 5350.6063.

b p.1428. 1432. c p.882. 886. d p.895. e p.895. f p.885. g p.2191. 2192. h p.1426. 2199. i p.886, 895, 1392.

3 p.1393.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMA.

Nascitur Moyses, & in flumen proijcitur: à filia Pharaonis reseruatur, & in filium adoptatur. Factus grandior occidit Ægyptium, qui Hebræum percusserat: & quæsitus à Pharaone ad necem, fugit in Madian. vbi à Sacerdote Raguel exceptus hospitio, accipit illius filiã Sephoram in vxorem: ex qua duo filij nascuntur, Gersam, & Eliezer. Interim vexati operibus Israelitæ vociferantur ad Dominum, & exaudiuntur.

1 Egressus est post hæc vir de domo Leui: & accepit vxorem stirpis suæ. 2 quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. 3 Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq; intus infantulum, & exposuit eum in caręto ripæ fluminis, 4 stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. 5 Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per ripidinem aluei. Quæ cùm vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam è famulabus suis: & allatam 6 aperiens, cernensq; in ea paruulum vagientem, miserta eius, ait: De infantibus Hebræorum est hic. 7 Cui soror pueri: Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? 8 Respondit: Vade. Perrexit puella & vocauit matrem suam. 9 Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedẽ tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: adultumque tradidit filiæ Pharaonis. 10 Quem illa adoptauit in locum filij vocauitq; nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. 11 In diebus illis postquã creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditq; afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. 12 Cùmque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo. 13 Et egressus die altero con-

Digitized by Google

ſpexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? 14 Qui reſpondit: Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos? num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Aegyptium? Timuit Moyſes, & ait: Quomodo palam factum eſt verbum iſtud? Audiuitque Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moyſen: qui fugiens de conſpectu eius, moratus eſt in Terra Madian, & ſedit iuxta puteum. 16 Erant autem ſacerdoti Madian ſeptem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebãt greges patris ſui. 17 Superuenere paſtores, & eiecerunt eas: ſurrexitq; Moyſes, & defenſis puellis, adaquauit oues earum. 18 Quæ cum reuertiſſent ad Raguel patrem ſuum, dixit ad eas: Cur velociùs veniſtis ſolito? 19 Reſponderunt: Vir Ægyptius liberauit nos de manu paſtorum: inſuper & hauſit aquã nobiſcum, potumque dedit ouibus. 20 At ille: Vbi eſt? inquit, Quare dimiſiſtis hominem? vocate eum vt comedat panem. 21 Iurauit ergo Moyſes quòd habitaret cũ eo. Accepitq; Sephoram filiam eius vxorem: 22 quæ peperit ei filium, quem vocauit Gerſam, dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis. 23 Poſt multum verò temporis mortuus eſt rex Aegypti: & ingemiſcentes filij Iſrael, propter opera vociferati ſunt: aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. 24 Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Iacob. 25 Et reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognouit eos.

Interpretatio litteralis.

Vir de domo Leui, Amram, filius Caath, filij Leui. vt habetur infra c. 6. *Accepit vxorem*, *a* Matrimonium. vxor autem fuit Iochabed, patruelis, c. 6. 20. *Stirpis ſuæ.* Hebr. *Filiam Leui*, Filij dicuntur, quamuis immediatè non ſint geniti, ſed per alios intermedios, c. 16 17. * *Quæ concepit, & peperit filium*, *b* Eſt hominum ex hominibus generatio, *c* & ſuam quæque res creata operationem habet. Pepererat autem tribus ante annis aliũ filiũ Aaron, & ante Aaron Mariam. *Videns eum elegãtem, abſcondit tribus menſibus*, *d* Effectus amoris, *e* quem amorem ſpecies excitauerat. *f* Actus autẽ prouidentiæ, & cautionis. * *Cumq; iam celare non posset*, &c. *g* Id quoque ad prouidentiam, & cautionem attinet; qui ſunt actus ad prudẽtiam ſpectãtes. * *Ecce autem descendebat filia Pharaonis*, &c. *h* Dei erga puerum Moyſem prouidentia deſcribitur, vt è periculo liberaretur. *Miſit vnam è famulabus ſuis*, &c. *i* Inquiſitio, *k* vt cognoſceret quid eſſet in ſiſcella. * *Miserta eius*, *l* Triſtitiæ actus de pueruli malo. * *Cui soror pueri*, &c. *m* Occaſionem, & opportunitatem arripit ſoror pueri, eripiendi à periculo. in qua actione elucet *n* tum prouidentia, *o* tum diligentia, *p* tum conſultatio, *q* tum pietas. * *Vade*, *r* Conſenſus. *Perrexit puella*, *s* Executio. * *Accipe puerum iſtum*, &c. *t* Miſericordiæ actus. *Ego dabo tibi mercedem tuam*, *u* Locationis, & conductionis contractus. *Suscepit mulier, & nutriuit puerum*, *x* Actũ exercuit pietatis, vt mater, *y* & iuſtitiæ, vt nutrix, ſuam exhibens operam pro mercede. 10 * *Adoptauit in locum filij.* Heb. Fuit ei in filium, nempe adoptiuum, d. 5330. *Vocauitque nomen eius Moyses*, *z* Ad cognitionem facti apud alios deriuandum, vt omnes ſcirent, eum ex aqua ſeruatum. נשה *Mosheh* à *mashah*, quod eſt extrahere; vt ipſe textus ſubdit, *Quia de aquatuli* 11 (extraxi) *eum.* * *Vidit virum Aegyptium percutientem quendam*, *a* Non licet non habenti publicam auctoritatem aliũ verberare. 12 * *Cumque circumspexisset*, &c. *abscondit*, *b* Cautio. *Percussum Aegyptium.* *c* Putandum eſt, Moyſem hominem mitiſſimum Dei iuſſu eum interfeciſſe; habita aliquo modo reuelatione, ſiue per internam inſpirationem, ſiue per viſum, ſiue quod ſciret ſe à Deo electum in Principem Iſraelitarum. *d* Licita ergo fuit pœna mortis. *e* Conſequitur pœna ad peccatum, quam politica gubernatio prę- 13 ſcribit. * *Rixantes*, *f* Peccatum charitati contrarium rixa. cum quis alium iniuſtè. *Quare percutis proximum tuum?* *g* Peccatum iuſtitiæ contrarium percuſſio alterius ſine publica auctoritate. *h* Charitatis autem actus correctio fraterna, quã exhibet Moyſes. quã repouere nititur à 14 fratre magnum malum peccatum. * *Quis te constituit principem, & iudicem super nos?* &c. *i* Correctio fraterna, quæ fit per delinquentis punitionem, ad ſolos ſuperiores pertinet. *k* Nec licet vſurpare ſibi iudicium in his, in quibus auctoritatem non habet. Sed Iſraelita hæc reſpondens

peccat

Digitized by Google

l p.1635. peccat 1. *l* Quatenus correctionē respuit.
m p.2154. 2. *m* Quatenus de Moyse iniustè conqueritur. 3. *n* Quatenus iniicit contumeliam in Moysem, arguens illum homicidij, &
n p.1894. vsurpati iudicij. 4. *o* Quatenus sine sufficienti ratione de Moysis bonitate dubitat.
o p.1823. 5. *p* Quatenus impatiēs est admonitionis.
p p.2253. *q Timuit Moyses* imminente mortis periculo, *r* quo casu timendum erat. *Verbum istud*, Factum istud. verbum pro facto sumi solet, c.2421. * *Quærebat*, *s* In-
q p.238. quisitio. *t* licuit Pharaoni inquirere, si iustitiam sibi finem proposuit, non Hebræorum perniciem. *Occidere Moysem*, *u* Vo-
r p.2200. luntas homicidij, si ex odio, quia Moyses
s p.1713. Hebræus erat. *x* Voluntas iusta, si finem
t p.2416. sibi proposuit bonum commune, *y* & Superioris officium, cuius est subditorum
u p.2105. malefacta pœnis compēsare. *Qui fugiens*,
x p.1843. *z* Licuit Moysi fugere, vt periculum vitaret, seque ad maius bonum seruaret.
y p.2099. *Madian*, Vrbs, & regio iuxta mare rubrum. Ita vocata à Madian vno filiorum Abraham, ex Cethura progenito, c.5098.
z p.916. * *Venerant ad hauriendam aquam*, &c. 16
2200. *a* Prouidentia erga greges. * *Eiecerunt* 17
a p.1759. *eas*, *b* Rapinæ genus, haustam à puellis
b p.1861. aquā surripiunt. *Defensis puellis*, *c* Actus
c p.1618. misericordiæ, *d* & patrocinij. * *Cur velo-* 18
d p.1890. *ciùs venistis solito?* *e* Inquisitio. * *Vir* 19
e p.1713. *Ægyptius*, &c. *f* Moysis misericordiam,
2416. & patrocinium commemorant. * *Vbi* 20
f p.1618. *est?* &c. *g* Inquisitio. *Vocate eum vt co-*
1890. *medat panem*, *h* Voluntas reddendę gratiæ, *i* & hospitalitatis. Panis pro omni ci-
g p.1713. bo sumitur, c.1971. * *Iurauit ergo Moy-* 21
2416. *ses*, &c. *k* Licet iurare. *Accepitque Sephoram filiam eius vxorem*, *l* Matrimonium:
h p.2084. * *Quæ peperit*, *m* Generatio. *n* viuentium 22
i p.1611. operatio. *Quem vocauit Gersam*, &c. *o* Ad
K p.1982. memoriam fuæ fugæ. *Eliezer*, *p* Ad me-
l p.830. moriam beneficij à Deo accepti, *q* & in-
831. officium grati animi, *r* & ad Dei erga se
m p.320. prouidentiam protestandam. * *Mortuus* 23
n p.308. *est Rex Ægypti*, *s* Pœna communis. *In-*
o p.2153. *gemiscentes*, *t* Fletus, symbolum tristitię.
p p.2153. *Propter opera*, *u* Tristitiæ causa malum
q p.2083. operum. *Vociferati sunt*, *x* Clamor, symbolum tristitiæ, *y* & orationis. * *Audiuit* 24
r p.23. 304. *gemitum eorum*, &c. Indicant hæc verba 25
380. 1. *z* Deum exorabilem esse. 2. *a* Misericordem. 3. *b* Esse in Deo prouidentiam.
s p.1273. 4. *c* Disposuisse Deum multa non nisi pe-
1280. tentibus elargiri. 5. *d* Deum omnia co-
t p.216. gnoscere. 6. *e* Esse Deum fidelem. *Recor-* e p.48.
u p.224. *datus est fœderis*, &c. *f* Standum enim est f p.2124.
x p.216. promissis. Porro, Audire, Recordari, Re- 2125.
y p.903. spicere, metaphoricè dicuntur de diuina
1941. cognitione, ac benignitate, c.2721.5435.
z p.55. 7242. *g* Auditus ergo, Recordatio, Visus, g p.23.
a p.56. symbola sunt Prouidentiæ. *h* Beneuolen- 1759.
b p.23. tiæ. *i* Benignitatis. *k* Beneficentiæ. *l* Mi- h p.1569.
c p.1927. sericordiæ. *Cognouit eos*, Prosecutus est i p.53.
d p.16. beneuolentia, c.2573. k p.54. 1605. l p.56.217. 1603.

Interpretatio mystica.

3 *a* MOyses infantulus in fiscella scirpea, est Fides in Christum tecta a p.859. 860. 1116.
legis veteris velamine, & vmbris, ac fi- 1120.1125.
5 guris antiquis. * *b* Filia Pharaonis, quæ 1133.
6 infantem excipit Moysem, eumque sibi b p.1429.
adoptat in filium; est Gentilitas Diaboli filia ob peccata, præsertim Idololatriæ: quæ vocata ad Christi fidem, primitias Catholicæ doctrinæ prædicantibus Apostolis recepit. *c* Pater Moysis exponens c p.548.
eum in arecto ripæ fluminis; est populus 564.
Iudaicus, qui Christum Iesum passioni, ac
9 morti tradidit. * Mater Moysis, quæ susscepit illum nutriendum filiæ Pharaonis; sunt Prophetæ, qui fidem in Christum complexi sunt, & docuerunt, atque scripto posteris tradiderunt; sunt Apostoli primi Euangelij prædicatores, qui Iudæi fuerunt. ita primitiæ spiritus Christi, fuerunt apud Synagogam, quæ Christi etiam mater fuit secundum carnem. *d* quæ de- d p.451.
mum Christum à se nutritum dimisit, ac 864.865.
12 Gentilitati tradidit. * *e* Moyses percutiēs 1131.
Ægyptium, est Christus Iesus delens in e p.584.
13 Cruce peccatum. * *f* Moyses Hebræos ri- f p.451.
xantes obiurgans; est Christus, & Apostoli 523.
Euangelium in Iudæa prædicantes, & Iu-
15 dæorum vitia redarguentes. * *g* Pharao g p.549.
quærens occidere Moysem, sunt Iudæi 551.564.
Christum, & Ecclesiam persequentes. 884.
h Fuga Moysis in Madian, est Synagogæ h p.1431.
reprobatio, *i* & Gentium ad Fidem voca- i p.1429.
21 tio. * *k* Matrimonium Moysis cū Sephora Gentili; est vnio Christi cum Eccle- k p.621.
sia ex Gentibus congregata. * *l* Israelita- 623.624.
23 rum gemitus, & vociferatio; est desi- l p.450.
derium priscorum Patrum Christi aduen-
24 tum expectantium. * *m* Pactum, quod m p.449.
Deus pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob; est Dei promissio de Christi aduentu priscis Patribus facta.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

SVMMA.

Missio Moysis narratur. Apparet Dominus Moysi in flamma ignis de medio rubi: suam de liberando à seruitute ægyptiaca populum Israeliticum voluntatem illi aperit: legatum illum constituit ad Israelitas, & ad Pharaonem: verba legationis suggerit, quæ dicenda Israelitis; quod Deus eum mittat, quod misertus sit ipsorum, quod educere eos velit ad terram optimam; quæ dicenda Pharaoni; vt sinat populum abire ad sacrificandum Deo in deserto: denique futurum pronunciat, vt Rex Ægypti non dimissurus sit populum, nisi pluries à Deo percussus; vtique populus abiturus sit onustus spolijs Ægyptiorum.

3 MOyses autem pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian: cùmq; minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. 2 Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. 3 Dixit ergo Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. 4 Cernens autẽ Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eũ de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. 5 At ille: Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentũ de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est. 6 Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum. 7 Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram, quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi. 9 Clamor ergo filiorum Israel venit ad me: vidiq; afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur. 10 Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Israel, de Ægypto. 11 Dixitque Moyses ad Deum: Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? 12 Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, quòd miserim te: Cùm eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum. 13 Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen eius? quid dicam eis? 14 Dixit Deus ad Moysen: EGO SVM QVI SVM. Ait: Sic dices filijs Israel: QVI EST, misit me ad vos. 15 Dixitque iterum Deus ad Moysen: Hæc dices filijs Israel: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem. 16 Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens: Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto: 17 Et dixi vt educam vos de afflictione Aegypti, in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle. 18 Et audient vocem tuam: ingredierisq; tu, & seniores Israel, ad regem Aegypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro. 19 Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Aegypti vt eatis, nisi per manum validam. 20 Extendam enim manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hæc dimittet vos. 21 Daboque gratiam populo huic coram Aegyptijs: & cùm egrediemini, non exibitis vacui: 22 sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.268. PAscebat oues, *a* Artem pecuariã 1
exercebat. *Ietro soceri sui*, Is ſu-
pra c.2.n.18. vocatur alio nomi-
ne Raguel. erat ergo binomius,
c.752. *Horeb*, Mons monti Sinai iunctus,
eo inferior, c.5197. Mons Dei dictus, ſiue
quia ibi apparuit Deus, & legem dedit;
ſiue quia ibi eſt Deo cultus exhibitus; ſiue
quia mons altiſſimus, montes autem al-
tiſſimi vocantur montes Dei, can.8554.
* *Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis* 2
de medio rubi. In hebr. Apparuit Ange-
lus, & ita habetur Act.27.20. Solent ali-
qui in Scripturis appellari nomine eorũ,
b p.684. quorum locum tenent, c.593. *b* Prophetię
c p.685. ſunt à Deo. *c* ſæpè autẽ reuelationes pro-
phetiçæ fieri ſolent mediantibus Angelis,
d p.689. *d* & per ſimilitudines ſenſibiles externas.
Porrò Flamma ignis in medio rubi, eſt
Deus vt vltor pro populo Iſraelitico. nam
rubus ab igne non comburebatur. Ignis,
iræ, vltionisque ſymbolum eſt, can.6270.
e p.25. *e* ergo flãma ignis hoc in loco diuinæ vin-
dictæ ſymbolum eſt, quæ cõtra Aegyptios
erat exercenda. Rubus, ac ſpinæ ſymbo-
lum ſunt tribulationum, & curarum an-
f p.899. xiarum, c.7295.7489. *f* proinde hoc in
901. loco Rubus in igne calamitatem Iſraeli-
tarum ſignificat, quos Deus protegebat.
* *Vadam, & videbo viſionem hanc ma-* 3
g p.2401. *guam*: *g* Deſiderium addiſcendi diuina,
2402. licitum. *h* licet etiam inquirere, vt ædifi-
h p.2415. ceris. * *Vocauit eum de medio rubi*, *i* Mit- 4
i p.344. tuntur Angeli ad homines, K & ſolet eo-
k p.1011. rum ad homines locutio eſſe. * *Ne appro-* 5
l p.851. *pies, inquit, huc*, &c. *l* Decet ſacra vene-
rari. *Solue calceamentum de pedibus tuis*,
m p.1918. *m* Exteriores corporis actus conuenienter
in cultum Dei exhibentur. Signis enim
ſenſibilibus excitatur mens ad actus ſpi-
n p.1918. rituales. *n* Calceamentum deponere, ſi-
gnum eſt reuerentiæ, c.555c. *Locus, in quo*
ſtas, terra ſancta eſt, Diuino cultui dica-
o p.1919. ta, c.2211. *o* Materialia, & ſenſibilia con-
uenienter in Dei cultum dicãtur. Corpus
enim hominis ſẽſibile, quo vtitur animus,
ſenſibilibus inſtrumentis indiget in actio-
nibus ſuis. * *Deus patris tui*, Quem coluit 6
p p.37. pater tuus. *p* Colendus eſt Deus. *Deus*
Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob,
q p.131. *q* Eſt anima immortalis. Nam, vt docet
Chriſtus Matth. 22. non ſe diceret Deus
horum Deum, ſi horum animæ non extа-
rent. *Abscondit Moyses faciem suam*,
Abſcondere faciem, eſt ſubtrahere cogni-
tionem, ſeu Conſiderationem auertere,
r p.238. c.5231. *r* ſymbolum timoris. *s* ſymbo-
s p.37.38. lum etiam reuerentię erga Deum, qui ve- 7
nerandus, ac timẽdus. * *Vidi afflictionem* 8
populi mei, &c. Viſus, Auditus, Deſcen- 9
ſus, ſymbola prouidentiæ, &c. vt ſupra
cap.2.v.25. vid.can.5852. *t* Indicat Deus t p.56.
his verbis ſuam miſericordiam, *u* & pro- u p.23.
uidentiam, *x* & benignitatem, *y* & bene- x p.53.
ficentiam. *z* Clamor, ſymbolum triſtitiæ, y p.54.
10 *a* & oratienis. * *Veni, et mittam te*, *b* Actus z p.216.
electionis, *c* & imperij, *d* & prouidentiæ. a p.903.
11 *Quis sum ego*, &c. *e* Humilitatis actio, 1941.
qua frænat Moyſes animum ne tendat ad b p.162.
principatum. *f* quod facit, ſuam vilitatem c p.167.
12 agnoſcendo. * *Ego ero tecum*, *g* Licitum 1715.
aggredi arduа ex fiducia, quod adſint di- d p.23.
uina auxilia ad exequendum. *h* Peculia- 1759.
ris autem Dei erga pios prouidentia eſt, e p.2370.
i ac protectio. K Vires à Deo Eccleſiæ tri- f p.2371.
buuntur ad ſe tuẽdum, ad ſuos hoſtes de- g p.2213.
bellandum. *Hoc habebis ſignum*, Reme- h p.23. 380
moratiuum. quod datur in memoriam i p.899.
effectus præteriti, ad ſignificandum, & k p.992.
confirmandum, quod ille effectus fuerit à
Deo, can.2269. *l* Diuinæ veritatis argu- l p.1385.
mentum Prędictiones futurorum. *Immo-*
labis Deo super montem istum, *m* Deus m p.37.
colendus, ac venerandus. *n* & conuenien- 1915.
ter materialia dicantur in cultum Dei. n p.1919.
13 * *Si dixerint mihi*: *Quod est nomen*
eius? &c. *o* Deſiderium maximè proſe- o p.2401.
quendum, addiſcendi quid ſit Deus. No- 2402.
14 men, pro eſſentia ſumitur, c.1926. * *Ego*
sum qui sum. Hebraicè Ego ero, qui ero.
Futurum apud Hebræos habet ſignifica-
tionem & præteriti, & præſentis, & fu-
turi: perpetuitatem quandam ſignificat in
actione. Quare optimè explicatur in he-
bræo per vocem, *Ero*, & in verſione lati-
na per vocem, *Sum*, ratio diuini eſſe,
q Eſt enim Deus Ens neceſſarium, princi- q p.1.2.
15 pium omnium; de cuius eſſentia eſt exi-
ſtentia. * *Misit me ad vos*, *r* Miſſio ma- r p.735.
xime auctoritatis, & valde legitima, qua-
tenus fit à Deo. *Hoc nomen mihi est*, &c.
s Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Ia- s p.2153.
cob', dicitur, vt dignoſcatur à dijs falſis,
& in memoriam beneficij, quod populo
Iſraelitico contulit, ſuum illi cultum tri-
16 buens. * *Vade, & congrega seniores*, &c.
t Inſtructiones dandæ ijs, qui mittuntur, t d.3653.
d.3653. *u* & electis ad regimen, d.4022. u d.4022.
x Habetur hoc in loco pulchra concionis x p.736.
forma. *Visitans visitaui vos*, *y* Beneuo- y p.737.
lentiam conciliat, vt ſupra *z* attẽtionem, z p.738.
Dominus Deus patrum vestrorum appa-
17 *ruit mihi*. * *Dixi*, Conſtitui, can.2619.
18 *a* Actus Iudicij, ſeu Decreti diuini. * *Et* a p.163.
audient vocem tuam, *b* Futura Deus co- b p.18.
gnoſcit, etiam liberè contingentia. *c* Præ- c p.1756.
dicitur docilitas Iſraelitarum, *d* & obe- d p.2061.
dientia erga Deum, & Moyſen. *Dominus* 2066.
Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus, &c.
e Tenentur homines in omnibus diuinis e p.2066.

præ-

Digitized by Google

præceptis obedire. *Ibimus viam trium dierum*, &c. Mentio fit ſacrificij, tacetur terminus migrationis, nempe terra Chanaan. *f* Cautè loquendum, non dicenda quæ obſtare bonis conſilijs poſſunt. *g* Poteſt veritas prudenter celari, non mentiendo. *Vt immolemus Domino Deo noſtro*, *h* Deus colendus *i* adoratione. *k* Inter externas adorationes ſumma eſt ſacrificium. *In ſolitudinem*, *l* Congruus eſt adorationi externæ determinatus locus.

* *Sed ego ſcio*, *m* Deus omnia cognoſcit, 19
n etiam futura liberè contingentia.

* *Extendam manum meam*, Manus, 20
ſymbolum potẽtię, *c.* 6590. *o* Deus omnipotens. *Percutiam Aegyptum*, *p* In pœnam inobedientiæ. *q* ad vlciſcendam iniuriam mihi Deo illatam. *r* Superioris eſt ſubditorum malefacta pœnis compenſare. *s* Pro culpæ quantitate licitæ pœnæ. *t* Multitudo pro Regis peccato punitur, quia quid Regis eſt. *In cunctis mirabilibus meis*, *u* Deus ſæpè miracula facit, præter ordinem, quem indidit rebus.

* *Daboque gratiam populo huic coram* 21
Aegyptijs, *x* Moueri, & mutari poteſt à Deo voluntas hominum. *y* Mouit Deus Ægyptios ad beneuolentiam erga Iſraelitas. *Spoliabitis Aegyptum*, Non furto, non rapina; ſed dono Dei, *z* qui dominium habet in omnia, & poteſt ius vnius in alium transferre. *a* Non eſt peccatum rem alienam arripere auctoritate Iudicis iuſtè decernentis. S. Thomas 2.2. q. 66. ſ. ad 1.

f p.1761.
g p.2114.
h p.37.
i p.1957.
k p.1962.
l p.1961.
m p.16.
n p.18.
o p.14.
p p.1279.
q p.2095.
r p.2099.
s p.2104.
t p.1290.
u p.310.
x p.328.
y p.1569.
z p.22.
a p.1862.

Interpretatio myſtica.

APparuit ei *Dominus in flamma* 2
ignis de medio rubi, &c. Myſticum huius loci ſenſum indicat Eccleſia in ſecunda Antiphonarum, quæ ante diem Natalem Domini canuntur ad Magnificat: O Adonai, & dux domus Iſrael, qui Moyſi in igne flãmæ rubi apparuiſti, &c. veni ad liberandum nos in brachio extento. Indicat viſionem hanc Rubi ardentis non ſolum ſignificaſſe Deum liberantem Iſraelitas à ſeruitute ægyptiaca; ſed etiam Filium Dei vindicantem nos in libertatem filiorum Dei è ſeruitute peccati. *a* Eſt ergo Flamma ignis in medio rubi Perſona diuini Verbi charitate accenſi in carne paſſibili. *b* Rubus ardebat, quatenus Chriſtus veras paſſiones humanas ſuſtinuit, *c* verum dolorem paſſus eſt, *d* verè mortem oppetijt. *e* Rubus non comburebatur; quatenus Chriſti corpus, licet mortuum, putrefactum non eſt. *f* & quatenus in Chriſto nullus paſſionũ motus fuit contra rationem.

Indicatur & alius myſticus huius loci ſenſus ab Eccleſia in tertia Antiphona in primis veſperis Purificationis: Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtũ, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem: Dei genitrix, intercede pro nobis. *g* Ignis in medio rubi, eſt Verbum diuinum in ventre Virginis. *h* Rubus ardens, eſt Virgo verè concipiens, ac generans Deum, vera Mater Dei. *i* Rubus, licet ardeat, non comburitur; quatenus ſine libidinis ſenſu, ſine virginitatis detrimento, Dei Filium & concepit, & peperit B. Maria, & perpetuò virgo manſit.

4 * *Cernens autem Dominus quod per-*
5 *geret ad videndum*, &c. *Solue calceamentum de pedibus tuis* *k* Flamma ignis in rubo eſt perfectio chriſtiana in charitate poſita, *l* & primarium contemplationis obiectum, Deus. *m* Pergere ad videndum, eſt ad ſtatum perfectionis, & ad contemplationem diuinorum inhiare. *n* Contemplatio diuinorum ex amore, quo in illa ferimur, proficiſcitur. *o* Soluere calceamenta de pedibus, eſt actus perfectus, quo Fideles ſe bonis temporalibus abdicant propter Chriſtum, *p* & patriam, ſuoſque relinquunt. *q* Eſt impedimenta remouere paſſionũ animi, & actionum exteriorum, quę auertunt à contemplatione.

a *Gregor. Mor.* 18. c. 5. p.428.429. 530.
b p.531. 532.545.
c p.537. 538.539.
d p.568.
e p.570.
f p.536.
g p.457.
h p.459.
i p.462.
k p.652.
l p.669.
m p.656.
n p.673.
o p.658.
p p.659.
q *Bernard. ſer. in c.12. Apocal. ante medium.* p.680.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

SVMMA.

Potestas datur Moysi ad patrandum tria signa, vt fides ei habeatur ab Israelitis, quod à Deo missus sit. Datur & socius legationis Aaron, ad loquendum; & virga, ad miracula edenda. Iter Moyses aggreditur cum vxore, ac filijs in Aegyptum; abire à socero permissus. Iubetur signa patrare contra Pharaonem: & vxor Sephora filium circumcidere adigitur, Deo mortem puero comminante. Congrediuntur inter se Moyses, & Aaron, & populum alloquuntur, editisque signis à Deo mandatis, populus credit.

1 REspondens Moyses ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus. 2 Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. 3 Dixitq; Dominus: Proijce eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. 4 Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudã eius. Extendit, & tenuit, versaq; est in virgã. 5 Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrũ suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. 6 Dixitq; Dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. 7 Retrahe, ait, manum tuam in sinũ tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. 8 Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. 9 Quòd si nec duobus quidẽ his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem. 10 Ait Moyses: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum. 11 Dixit Dominus ad eũ: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego? 12 Perge igitur, & ego ero in ore tuo: doceboq; te quid loquaris. 13 At ille: Obsecro, inquit, Domine, mitte quẽ missurus es. 14 Iratus Dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquẽs sit: ecce ipse egreditur in occursum tuum, videnq; te lætabitur corde. 15 Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendã vobis quid agere debeatis. 16 ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autẽ eris ei in his quæ ad Deum pertinẽt. 17 Virgã quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. 18 Abijt Moyses, & reuersus est ad Iethro socerum suum, dixitque ei: Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade in pace. 19 Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade, & reuertere in Aegyptum: Mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam. 20 Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reuersusq; est in Aegyptum, portans virgam Dei in manu sua. 21 Dixitq; ei Dominus reuertenti in Aegyptum: Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias corã Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. 22 Diceſq; ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel. 23 Dixi tibi: Dimitte filium meũ vt seruiat mihi; & noluisti dimittere eum: ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. 24 Cumque esset in itinere, in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. 25 Tulit illico Sephora acutissimã petram, & circumcidit præputium filij sui, tetigitq; pedes eius, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. 26 Et dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum, ob circũcisionem. 27 Dixit autẽ Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertũ. Qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & osculatus est eum. 28 Narrauitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. 29 Veneruntq; simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel. 30 Locutusq; est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa corã populo, 31 & credidit populus. Audieruntq; quòd visitasset Dominus filios Israel, & quòd respexisset afflictionem illorum: & proni adorauerunt.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.1375. NOn credent mihi, &c. *a* Non est temerè credendum. * *Quid est, quod tenes in manu tua?* &c. *vt credant*, &c. *b* Magnũ diuini verbi testimonium miracula. Ideo docetur Moyses fidem facere miraculis, quæ suggerit ipse Deus. Porrò interrogatione Deus vtitur, *Quid est, quod tenes in manu?* non quasi dubitet; sed vt certior reddatur Moyses de virga, quod verè esset virga; quæ tamen Dei miraculo versa est in colubrum, c.8724. * *Versa est in colubrum*, *c* Miraculum. *d* Solet aliquibus communicari à Deo donum faciendi miracula; quod vocatur operatio virtutũ. * *Obsecro, Domine*, &c. *e* Humilitatis actus, proprij defectus confessio. *f* Contemnere honores licitũ, ne quid agas contra rationem. *Non sum eloquens*, *g* Verbi ministri esse docti debent, *h* & exercitatione ministrandi verbi modum comparare. * *Quis fecit os hominis?* *i* Deus omnia potest. K Omnia ab ipso sunt, *l* inter quæ os hominis. * *Ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris.* *m* Moueri potest à Deo intellectus noster, *n* & voluntas. * *Mitte, quem missurus es.* LXX. Elige alium aptum, quem mittas. *o* Eligenda meliora. *p* Non eligendi ad regimen indigni. *q* Nec munus vllum regendi admittendum, ad quod te omnino ineptum certò noueris. * *Iratus Dominus in Moysen*, Dicitur Deus irasci, non quod verè irascatur Deus, sed quod qui Moysen detrectantem vidisset, potuisset existimare Deum ad iracundiam concitatum, can.760. *r* Ira symbolum diuinæ vltionis. Dicitur enim ira de Deo quatenus punit, can.6347. *s* Iratus dicitur Deus in Moysen, id est, non approbans eius in parendo renitentiam; vel quod cum aliquo leui peccato fuerit, quod non statim iussis diuinis paruerit. vel quod Deus excusationem Moysis à suscipiendo munere nõ admittebat. *t* Compellendi ad regiminis onus subeũdum, si qui apti regimini, subire onus absque causa graui detrectarint. *Aaron frater tuus Leuites*, &c. *u* Instruendi, qui mittuntur. *x* Instruendi, qui ad regimen eliguntur. *y* Iuuandi. *Scio quod eloquens sit*, *z* Deus omnia nouit. *Ecce ipse egreditur*, &c. *a* Deus futura cognoscit. *Lætabitur corde*, *b* Cognoscit Deus arcana cordium. † Tua, inquit, præsentia fratri gaudiũ excitabit. * *Pone verba mea in ore eius*, *a* Prædicat iuridicè, qui legitimè ad prædicandum vocatur, ac mittitur. *b* Ministris instructiones suggerendæ, *c* & Concionaturis, *d* qui nihil aliud prædicare debent, nisi verbum Dei, id est, credenda, & agenda. *Pone verba mea.* *e* Homines ab hominibus docentur. *Ego ero in ore tuo, & in ore illius*, &c. Docemur his verbis 1. *f* Dei prouidentiam esse. 2. *g* Verbum Dei esse ab Ecclesia, ab Ecclesiæ capite visibili quam à proponente. 3. *h* Moueri posse à Deo intellectum, & volũtatem nostram. 4. *i* Peculiarem Dei erga pios prouidẽtiam esse. 5. K Esse à Spiritu sancto illustrationes, & affectus ad donum consilij spectantes, & ad rectam actionem excitantes. 6. *l* Esse à Deo vocationem ad præclara in Ecclesia munera exercenda. * *Ipse loquetur pro te ad populum*, &c. *m* Rectè sunt in Ecclesia maiores, ac minores Dei ministri. * *In qua facturus es signa*, *n* Miracula. *o* Datur à Deo Moysi donũ, quod appellatur, Operatio virtutum. * *Vadam, & reuertar ad fratres meos*, &c. *p* Officiosum se Moyses exhibet erga Iethro socerum suum. *Vade in pace.* *q* Negandum nihil, quod à familiari honestè petitur. *r* Obsequendum voluntatibus honestis amicorum. * *Mortui sunt enim omnes*, &c. *s* Admirabilis est in diuina prouidentia cũ efficacitate suauitas coniuncta. Poterat Deus sua potentia incolumem seruare in Ægypto Moysen, etiã viuentibus eius inimicis. sed vt suauius ageret, expectauit vt inimici Moysis obirent. * *Tulit ergo Moyses*, &c. *t* Actus prouidentię, *u* & obedientiæ erga Deum, qui reditum in Ægyptum præceperat. * *Vide vt omnia ostenta*, &c. *facias*, *x* Est in omnibus parendum præceptis Dei. *Quæ posui in manu tua*, *y* Solet à Deo quibusdam communicari donum, quod dicitur Operatio virtutum. Manus, symbolum Ministerij, c.6589. *Vide, vt facias*, *z* Indicat esse in homine liberum arbitrium. *Ego indurabo cor eius*, Dicitur Deus facere, quod ipse permittit vt fiat. ita dicitur indurare cor, can.557. *a* Solet Deus quædam gratiæ auxilia subtrahere ab illis, in quibus obstaculum inuenit. quæ gratiæ subtractio, excæcatio, & induratio dici solet. *b* Quare Induratio, symbolum est obstinationis, ac pertinaciæ: quam dicitur Deus inducere, cũ iusto iudicio permittit, nec præbet auxilia efficacia, vt eam auferat, c.6319.8207. *Et non dimittet populum*, Solet accipi Et, pro Quia. Ideo permittam indurari, quia contra meum præceptum peccabit, non dimittendo populum, c.2896. *c* Contingit interdum vt vnũ peccatum sit alterius peccati pœna: quatenus Deus in pœnã subtrahit à peccante efficax auxilium gratiæ diuinæ. * *Dices ad eum*, &c. *d* Instructio, vt supra cap.3.num.16. *Filius meus primogenitus Israel.*

a p.735. b d.4082. c d.3594. d p.714. e p.2379. f p.2209. g p.702. h p.706. i p.14. k p.87. 88. l p.115. 314. m p.327. n p.328. o p.1730. p d.4018. q d. 4034. r p.25. s p.397. 2061 2066. t d.4033. u d.3653. x d.4022. y d.4793. z p.16. a p.18. b p.17. † p.202. c p.310. d p.419. 1384. 3 10 13 11 12 14 1 2 5 6 8 15 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

a p.1375. b p.696. c p.310. d p.419. e p.339. f p.23. g p.1353. 1355. h p.327. 328. i p.380. K p.390. l p.396. m p.645. 649. n p.310. o p.419. p p.2045. 2138. 2139. q d. 4424. r d.4433. s p.305. t p.1759. u p.397. 2066. x p.2066. y p.419. z p.146. 402. a p.381. b p.2256. c p.1281. d def.3653, 4022.

Digitized by Google

Israel, An primogenitus dicitur, id est, dignior inter alios populos? can. 572. nam veram religionem habebat. An primogenitus respectu populi Christiani, multò
e p. 53. post per gratiam nasciturí? *e* Dulcia hæc verba, Dei benignitatem innuunt. * *No-* 23
f p. 2072. *luisti dimittere eum*, *f* Inobedientia contra Dei præceptum,
g p. 2066. *g* ad quod Pharao tenebatur, vt pœna indicat, quæ subsequitur: *Ecce ego interficiam filium tuum pri-*
h p. 2099. *mogenitum*, *h* Superioris est subditorum
i p. 25. malefacta pœnis cõpensare. *i* Consequuntur pœnæ ad peccatũ, quas Deus infligit.
1279.
k p. 1290. K Contingit interdum vnum pro alterius peccato puniri: quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris. * *Cumque esset in itinere, in diuer-* 24
sorio, ex hebr. Et accidit in via in diuersorio, vt occurreret ei Dominus. *Occurrit ei*
l Gloss. ex *Dominus, & volebat occidere eum*, *l* Pronomen, Ei, Eum, referendum est ad filium
Augusti. Moysis, non ad ipsum Moysen. Antece-
dentia solẽt interdum à suis relatiuis præ-
m p. 2066. cedi, c. 8595. *m* volebat autem Deus occi-
2072. 2079 dere puerum, quia contra quã præceperat
2099. Genes. 17. 14. puer circuncisus non erat.
n p. 1293. *n* Congruum est à male agendo pœnarum
comminatione deterrere. * *Circumcidit* 25
o p. 760. *præputium*, *o* Circuncisione veteres patres
p p. 839. vsi sunt *p* in protestationẽ fidei vnius Dei.
Sponsus sanguinum, Sanguineus. Opus est mihi, te sponso, sanguinem à prolis visceribus elicere. * *Dimisit eum*, Aliqui inter- 26
pretãtur, Sephoram dimisisse Movsen, & redijsse in Madian. sed quoniam, Dimisit, in textu hebræo est generis masculini, melius est referre ad Deum, siue Angelum; vt sit sensus: Angelus dimisit puerum, ne interficeret, propter circuncisionem, postquã dixerat Sephora Moysi, Sponsus sanguinum tu mihi es. Non est tamen negandum, Sephoram cum filijs redijsse in Madian, ne Moysi essent impedimẽto in missione tam graui; & ipsum Moysen eam dimisisse. Porrò Deus pepercit puero post
a p. 52. circuncisionem: *a* quia clemens, *b* quia
b p. 55. exorabilis. Et docemur 1. *c* Pœnitentiam
c p. 781. agendam esse, vt peccatorum remissio re-
d d. 4342. cipiatur. 2. *d* Legitimè, verèq; resipiscen-
e d. 4352. tes, suscipiendos esse. 3. *e* Pœnam esse remittendam ei, qui satisfecerit. * *Dixit au-* 27
f p. 684. *tem Dominus ad Aaron*, *f* Reuelationes propheticæ sunt à Deo. *Vade in occursum*
g p. 1759. *Moysi*, *g* Prouidẽtia. *Qui perrexit*, *h* Obe-
h p. 2066. diẽtia. *Osculatus est eum*, *i* Debetur con-
i p. 2045. sanguineis cultus suos. *k* Osculum, amo-
k p. 193. ris symbolum. * *Narrauitq;* *Moyses*, &c. 28
l p. 2066. *l* Actus obedientiæ erga Deum, *m* & ve- 29
m p. 2108. racitatis. *Signa coram populo*, *n* Miracula. 30
n p. 310. *Et credidit populus*, *o* Nam ad fidei te- 31
419. stimoniũ miracula fiunt. *Quod visitasset*
o p. 696. *Dominus*, &c. Visitare, est beneficia con-
2383. ferre, c. 2473. 2776. 7882. Respicere, est misericordiam, & prouidentiam exercere, c. 2773. *p* Quare Visitatio, symbolum p p. 54.
est diuinæ beneficẽtiæ, *q* Visio, symbolum q p. 23. 37.
diuinæ prouidentiæ, *r* & misericordiæ. r p. 56.
Et proni adorauerunt, *s* Est Deo adora- s p. 1957.
tionis reuerẽtia exhibenda. *t* Congruum, t p. 1960.
etiã exteriorem adorationem Deo exhibere. *u* Nam exteriores corporis actus, u p. 1918.
non solum interni, debentur Deo; & excitant mentis actus internos.

Interpretatio mystica.

2 QVid est, *quod tenes in manu? Respondit: Virga.* Cum Moyses sit figura Christi, vt supra dictum est: dicendum, virgã in manu Moysi, esse virtutem diuinam, ac diuinitatem in carne Christi: Nam Dei virtus virga dicitur psal. 109. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Virga dicitur Verbum in carne, Isa. 11. Egredierur virga de ra-
3 dice Iesse. * *Proijce eam in terram*, *a* Virga in terram proiecta est, quatenus Filius a p. 434.
Dei verum corpus humanum assumpsit, & exinaniuit semetipsum, formam serui accipiẽs. *Versa est in colubrum*, Coluber, peccati symbolum est, Eccle. 10. 8. Eccli. 21. 2. Amos 5. 19. Innuit autem ipse Christus Ioan. 3. 14. serpentem æneum in deserto exaltatum sui typum fuisse in Crucem eleuandi. *b* Ergo verti virgam in b p. 531.
colubrum, est Verbum diuinum formam 532. 537.
peccatoris accepisse, & positas in eo fuisse 538. 539.
iniquitates omnium nostrum: ac proinde, 545. 568.
quasi ipse peccasset, passiones veras pro nobis sustinuisse, ac verã mortem passum fuisse. *Vt fugeret Moyses*, *c* Moyses fu- c p. 538.
git, quatenus suas passiones Christus in 539.
4 horto exhorruit. * *Apprehende caudam eius*, *d* Apprehendit Christus caudam co- d p. 589.
lubri, & eleuauit illum è terra; quatenus 592.
seipsum à mortuis resuscitauit. *e* & mè- e p. 580.
ruit sibi corporis gloriam. *Versaque est in* 589.
virgam. *f* Vertitur coluber in virgam, f p. 593.
quatenus viuit Christus vitam immortalem, *g* & corpus in Christo idem resurre- g p. 595.
xit, quod in Cruce pependerat, *h* & cor- h p. 596.
pus resurrexit glorioſum, *i* & apparuit i p. 603.
5 Christi potestas, & gloria. * *Vt credãt*, &c. 605.
K Necessarium fuit, præsertim ne inanis K p. 594.
esset fides nostra, Christum à mortuis re-
6 surgere. * *Mitte manum tuam in sinum tuum*, Manus figura est Verbi diuini, per quod facta sunt omnia. Manus enim potentiæ, & operis symbolũ est, c. 6590. 6591.
l Manus in sinum missa, est Verbum in l p. 434.
Virginis vterum descẽdens, & incarnatũ. 457.
Quã cum misisset in sinum, protulit lepro- m p. 530.
sam, Lepra, peccati symbolũ est, c. 6444. n p. 531.
m Manus è sinu leprosa educta, est Filius 537. 538.
Dei corpus humanum passibile assumens, 539. 543.
n & passiones humanas sustinens, *o* & vt 545. 568.
o p. 558.

Digitized by Google

peccator ab impijs habitus, & vt leproſus reputatus, Iſa. 53.4. * *Retrahe manum* 7
pp.569. *tuam in ſinum tuum.* p Manus in ſinum retracta, videtur eſſe corpus Chriſti in ſepulchrum illatum. *Protulit iterum, & erat*
qp.592. *ſimilis carni reliquæ,* q Manus iterum è ſinu protracta, ac mũda; eſt Chriſti è mortuis reſurrectio r in vitam immortalem.
rp.593. * *Sume aquam fluminis, & effunde eam* 9
ſuper aridam, & quidquid hauſeris de fluuio, vertetur in ſanguinem, Fluuius, torrens, ſymbola ſunt humanę vitę, quatenus præteriti, c.6061.7694. Aqua, quatenus effunditur, ſymbolum eſt miſerię, c.5348. quatenus abluit, ſymbolum eſt remiſſionis peccatorum, & gratiæ, can. 5349. 5362. Sanguis, vitę ſymbolũ eſt, quatenus effuſo ſanguine, nõ eſt vita, c.7325. Videtur ergo is eſſe huius tertij ſigni myſticus ſenſus, duobus præcedẽtibus ſignis maximè congruus: s Moyſes aquam de flumine ſumit, quatenus Verbum diuinum ſibi noſtram mortalitatẽ per incarnationem vnit. quod beneficium eſt maximę gratiæ in humanũ genus collatæ. t Effudit Moyſes aquam ſuper aridam, quatenus Verbum incarnatum humiliauit ſemetipſum, & humanas paſſiones ſuſcepit, ac mortem. Nam terra ſymbolicè ſtatus vilis, & calamitoſus eſt. Vel u Effudit aquam ſuper aridam, quatenus omnia gratiæ bona hominibus per Chriſti paſſionem collata ſunt. Nam terra homines ſignificat, qui sũt in terra, c.7630. & Eccleſiam militãtem, c.7632. x Quidquid à Moyſe hauritur de flumine, vertitur in ſanguinem, quatenus quiſquis à Chriſto ad fidem, & ad Eccleſiam à ſæculo trahitur, gratiam per Sacramenta recipit, & viuificatur per merita Chriſti, vt ſupra.

sp.434. 457. tp.531. 532. 537. 543. 545. 568. up.573. 577. 578. 579. xp.363. 573. 749.

CAPVT QVINTVM.

SVMMA.

Legati pro Iſraelitico populo Moyses, & Aaron, poteſtatem fieri petunt à Pharaone abeundi in ſolitudinem ad ſacrificandum Deo. Negat ſe facturum Pharao: & ne ſit Iſraelitis otium cogitandi de diſceſſu, iubet non præberi eis paleas ad lateres fabricandos, ſed ipsos ſtipulas colligere, & tamen quotidie tantundem operis exhibere, quantum prius. Menſuram laterum explere non valentibus Iſraelitis, flagellantur eorum præfecti: qui conqueruntur apud Regem, ſed fruſtra. Conqueruntur & apud Moysem. isque proponit querimonias Deo.

1 POſt hęc ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. 2 At ille reſpondit: Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam. 3 Dixeruntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro: ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius. 4 Ait ad eos rex Aegypti: Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis populũ ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. 5 Dixitque Pharao: Multus eſt populus terræ: videtis quòd turba ſuccreuerit: quãto magis ſi dederitis eis requiẽ ab operibus? 6 Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens: 7 Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut priùs: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas. 8 Et menſuram laterum, quam priùs faciebãt, imponetis ſuper eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcirco vociferãtur, dicentes: Eamus, & ſacrificemus Deo noſtro. 9 Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquieſcant verbis mendacibus. 10 Igitur egreſſi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: 11 Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere veſtro. 12 Diſperſuſq; eſt populus per omnem Terram Aegypti ad colligendas paleas. 13 Præfecti quoque operum inſtabant, dicentes: Complete opus veſtrũ quotidie, vt priùs facere ſolebatis quando dabantur vobis paleæ. 14 Flagellatiq; ſunt qui præerant operibus filiorum Iſrael, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis menſuram laterum ſicut priùs, nec heri, nec hodie? 15 Veneruntq; præpoſiti filiorũ Iſrael, & vociferati ſunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis contra ſeruos tuos? 16 Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur contra populum tuum. 17 Qui ait: Vacatis otio, &

idcirco

Digitized by Google

idcirco dicitis: Eamus,& ſacrificemus Domino. 18 Ite ergo,& operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerum laterum. 19 Videbantque ſe præpoſiti filiorum Iſrael in malo, eo quòd diceretur eis: non minuetur quidquã de lateribus per ſingulos dies. 20 Occurreruntq; Moyſi & Aaron, qui ſtabant ex aduerſo,egredientibus à Pharaone: 21 & dixerunt ad eos: Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladium, vt occideret nos. 22 Reuerſuſque eſt Moyſes ad Dominum,& ait: Domine,cur afflixiſti populum iſtum? quare miſiſti me? 23 Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberaſti eos.

Interpretatio litteralis.

a p.2066. INgreſſi sunt,&c. Obedientia. *a* Ita 1
b p.339. iuſſerat Deus. *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte,*&c. *b* Deus ſuam voluntatem hominibus per homines enũciare ſolet. *Vt sacrificet mihi.* Hebr. vt diem feſtum agat mihi, nempe
c p.37. 1915. ſacrificia offerendo. *c* Eſt Deus colendus.
d p.1957. *d* Adorationis ei cultus exhibẽdus. *e* Con-
e p.1960. gruum autem eſt adorationem etiam exterior
f p.1962. exhibere. *f* Inter externas adorationes potiſſima eſt ſacrificium. *In deserto, g* Congruum eſt adorationi externæ
g p.1961. determinatum locũ adhibere. *h* Solitudo
h p.913. autem congrua ad Idololatrarum conſortium vitandum. *i* & occaſiones tentationum. Porrò Moyſes, & Aaron ſacrificij
i p.914. 1422. mentionem faciunt Pharaoni, non transmigrationis in terram Chanaan: ne difficiliorem haberent Regem ad populum
k p.1761. dimittẽdum. *k* Cautio. *l* Veritas prudenter celatur,non mentiendo. * *Quis est Dol p.1898. 2
m p.2029. minus, vt audiam vocem eius, & dimittã Israel?* *m* Blaſphemia,qua diuinæ Maie-
† p.2072. ſtati, ac poteſtati derogatur, † & Inobedientia,contemnens præceptũ Dei. *Nescio*
n p.1414. *Dominum, n* Infidelitas, *o* Paganiſmus.
o p.1428. *p* Ignorantia culpabilis. Poterat enim, ac
p p.1251. debebat Pharao Deũ cognoſcere. * *Deus* 3
q p.397. *Hebræorum vocauit nos, q* Diuinæ voca-
r p.2066. tioni reſpondendum, *r* & parendum diui-
s p.1931. nis præceptis. *Vt eamus viam trium die-*
t p.1821. *rum,* &c. vid. ſupra n. 1. *Ne forte accidat*
u p.2154. *nobis pestis, aut gladius, s* Poſſunt à Deo
x p.1872. tempóralia ad finẽ honeſtum peti. * *Quare* 4
y p.1894. *solicitatis populum ab operibus suis?*
z p.1898. *t* Iudicium ſuſpitioſum, *u* & iniuſta que-
a p.1817. rimonia, *x* & accuſatio calumnioſa, *y* &
b p.218. conuitium, *z* & detractio. *Ite ad onera*
c p.198. *vestra, a* Iniuſtè pœna imponitur immeren-
d p.163. 1769. tibus. * *Multus est populus terræ,* &c. 5
e p.167. 1715. *b* Inuidia, *c* & odium, *d* & aſtutia. * *Præ-* 6
† p.1769. *cepit ergo in die illo,* &c. vſque ad nu. 10.
f p.1817. *e* Imperium, † & aſtutia,quæ vtitur malis
g p.2362. 2364. modis ad finem malum. *f* & iniuſtitia, *g* &
h p.2119. crudelitas. * *Vacant, h* Mendacium cum 8
i p.1821. intentione nocendi. *Idcirco vociferantur,*
k p.1872. *i* Iudicium ſuſpitioſum, K & calumnia. * *Vt non acquiescant verbis mendacibus,* 9

l Detractio contra Moyſen, & Aaron. l p.1898.
10 * *Sic dicit Pharao,*&c. *m* In malam actio- m p.164.
nem conſentiunt, *n* & iniuſto parent im- 1731.2151.
12 perio. * *Dispersus est populus,*&c. *o* Dili- n p.2067.
13 gentia. * *Præfecti quoque operum insta-* o p.1767.
14 *bant, p* Diligẽtia. * *Flagellatiq; sunt,*&c. p p.1767.
15 *q* Iniuſta verberatio. * *Cur ita agis con-* q p.1817.
tra seruos tuos? r Iuſta querimonia. *s* Cõ- r p.2154.
16 querũtur de iniuſtitia. * *Vacatis otio,*&c. s p.1817.
17 *t* Iudicium ſuſpitioſum, *u* & conuitium. t p.1821.
18 * *Paleæ non dabuntur vobis,* &c. *x* Iniu- u p.1894.
19 ſtitia, *y* & crudelitas. * *In malo, z* In pœ- x p.1817.
21 na iniuſta. * *Videat Dominus, a* Eſt in- y p.2362.
Deo omnium cognitio, *b* & prouidentia. 2364.
Et iudicet, c Iudex omnium Deus. *Fœtere* z p.1817.
fecistis odorem nostrum,&c. Odioſa red- a p.16.
didiſtis opera noſtra,quæ prius placebant, b p.23.
c.6834.8257. *d* Boni operis ſymbolum, c p.24.
Odor. *e* Mali operis ſymbolum, Fœtor. d p.1035.
22 *f* Querimonia, ſed non iuſta. * *Cur affli-* 1151.
23 *xisti populum istum?*&c. Interrogatio hęc e p.1152.
admirationis videtur eſſe, c.8725. *g* cauſam cur id fecerit Deus ignorat, & inue- 2193.
ſtigatu difficilem reputat. Optantis etiam f p.2154.
ſignum eſt, c.8727. *h* optat conſolationem g p.158.
populi, petit myſteriũ ſibi aperiri, c.8730. h p.200.
i Orationis actio eſt. i p.1926.
1931.1932.
1941.

Interpretatio myſtica.

1 *a* MOyſis, & Aaronis legatio ad Pha- a p.700.
raonem, Sacerdotum Chriſti prędicationem figurat, miſſorum ad Gentes, 713.
& ad homines peccato ſeruientes; libertatem à ſeruitute diaboli procurantium.
2 * *b* Pharao Gentiles ſignificat, præſer- b p.1428.
tim Principes, Gentiliſmum profitentes:
c Pharao quatenus Deum ignorat, ſunt c p.1432.
ij, qui cæcitate mentis laborant, carentes 1433.1434.
lumine ſupernaturali ob infidelitatem, & d p.661.
3 voluntariam incõſiderationem. * *d* Sacri- 680. 681.
ficium in ſolitudine, eſt Dei ſeruitium, & 682.913.
contemplatio, remotis impedimentis cu- 2157.2173.
rarum temporalium,& concupiſcentiæ,& c p.653.
malorum ſociorum. *e* Via trium dierum 655.658.
in ſolitudinem, ſunt tria media, quæ po- 659.2063.
tiſſimum valent ad perfectionem chriſtia- 2173.2312.
nam, quę tria tollunt impedimenta, carnis 2313.2315.
con- 2399.

Digitized by Google

concupiſcentiam,& oculorum, & vitæ ſuperbiam,nempe Caſtitas,paupertas ſpiritus, & obedientia. *f* Sacrificium, eſt perfectio chriſtiana, quæ ſacrificium iuſtitiæ ſolet in Scripturis ſacris appellari;quę aggregatio eſt omnium virtutum, præcipuè trium, Humilitatis, ſiue Mortificationis, Obedientiæ, & Charitatis, ſine quibus non poteſt eſse perfectio chriſtiana. *f p.652.*

9 **g* Iſraelitarum oppreſſio, quæ iubetur à Pharaone, impugnationes figurat, & tribulationes, ac tentationes, quas perpetiuntur Catholici, & ij, qui ſe à Diaboli iugo ſubducere nituntur,à Iudæis,ab Hęreticis, à Gentilibus, à falſis fratribus, à Diabolo. *g p.884. 885.886. 887,888. 900.*

CAPVT SEXTVM.

SVMMA.

Spondet Dominus educturum se filios Israel è seruitute ægyptiaca; mittitque Moysen, & Aaron legatos ad filios Israel,& ad Pharaonem. Numerantur principes quarundam familiarum Israeliticarum,vt Moysis genealogia cognoscatur.

1 DIxitque Dominus ad Moyſen:Nunc videbis,quæ facturus ſim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos,& in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. 2 Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens:Ego Dominus 3 qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicaui eis. 4 Pepigique fœdus cum eis, vt darem eis Terram Chanaan, terram peregrinationis eorum,in qua fuerunt aduenæ. 5 Ego audiui gemitum filiorum Iſrael,quo Ægyptij oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei. 6 Ideo dic filijs Iſrael: Ego Dominus qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorum,& eruam de ſeruitute: ac redimam in brachio excelſo,& iudicijs magnis. 7 Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus: & ſcietis quòd ego ſum Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorum: 8 & induxerim in terram,ſuper quam leuaui manum meam vt darem eam Abraham, Iſaac,& Iacob: daboque illam vobis poſſidendam, ego Dominus. 9 Narrauit ergo Moyſes omnia filijs Iſrael: qui non acquieuerunt ei,propter anguſtiam ſpiritus,& opus duriſſimum. 10 Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen,dicens: 11 Ingredere,& loquere ad Pharaonem regem Ægypti, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. 12 Reſpondit Moyſes coram Domino: Ecce filij Iſrael non audiunt me: & quomodo audiet Pharao,præſertim cùm incircumciſus ſim labijs? 13 Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Iſrael,& ad Pharaonem regem Ægypti,vt educerent filios Iſrael de terra Ægypti. 14 Iſti ſunt principes domorum per familias ſuas. Filij Ruben primogeniti Iſraelis: Henoch & Phallu,Heſron & Charmi. 15 Hæ cognationes Ruben. Filij Simeon: Iamuel & Iamin,& Ahod,& Iachin,& Soar, & Saul filius Chananitidis. hæ progenies Simeon. 16 Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes ſuas: Gerſon & Caath & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta ſeptem. 17 Filij Gerſon: Lobni & Semei, per cognationes ſuas. 18 Filij Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron,& Oziel. anni quoque vitæ Caath, centum triginta tres. 19 Filij Merari: Moholi & Muſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas. 20 Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen. Fueruntque anni vitæ Amram, centum triginta ſeptem. 21 Filij quoque Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri. 22 Filij quoque Oziel: Miſael,& Eliſaphan,& Sethri. 23 Accepit autem Aaron vxorem Eliſabeth,filiam Aminadab, ſororem Nahaſon,quæ peperit ei Nadab,& Abiu,& Eleazar,& Ithamar. 24 Filij quoque Core:Aſer,& Elcana,& Abiaſaph. hæ ſunt cognationes Coritarum. 25 At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi ſunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes ſuas. 26 Iſte eſt Aaron & Moyſes, quibus præcepit Dominus vt educerent filios Iſrael de Terra Ægypti per turmas ſuas. 27 Hi ſunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educant filios Iſrael de Aegypto:

Digitized by Google

Aegypto: iſte eſt Moyſes & Aaron, 28 in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen, in terra Aegypti. 29 Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Aegypti, omnia quæ ego loquor tibi. 30 Et ait Moyſes coram Domino: Ecce incircumciſus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao?

Interpretatio litteralis.

NVnc videbis quæ facturus ſim Pharaoni, &c. *a* Suam Deus potentiam prædicat, *b* vt faciat ſpem Moyſi. *c* vt ſe vltorem indicet male agentium. *d* Manus robuſta, ſymbolum diuinæ potentiæ, c. 6590. * *Ego Dominus*, יהוה *Iehoua*. Nomen Dei proprium, ſummũ ens ſignificans, *e* Profitetur eſſe ſe verum Deum, & vnicum. Nam nomen, Dominus, tetragrãmaton in textu hebræo, eſt nomẽ proprium veri, & vnius Dei. * *Qui apparui Abraham*, &c. Qui me manifeſtaui, mei cognitionẽ communicaui. *f* Eſt Deus intelligibilis à nobis per eius reuelationem. *In Deo omnipotente*, In, Cauſam efficiẽtem primam ſignificare ſolet; ſiue poteſtatem cauſæ principalis, & auctoritatem, c. 2945. 2949. 2951. Manifeſtaui, me, inquit Deus, *g* vt principium omnium. *b* vt cauſa efficiens. *i* vt omnipotens. *k* Eſt Deus intelligibilis à nobis ex operibus naturæ. *Et nomen meũ Adonai non indicaui eis*, Nomen, pro eſſentia, c. 1926. *l* Eſt Deus inuiſibilis: non poteſt viribus naturæ intelligi, vt eſt eius eſſẽtia. *Adonai*, eſt in hebræo nomen Tetragrammaton, nomen ineffabile: quod ſignificat, Ens, ſummum ens. Quantæ ſit maieſtatis oſtendit Deus his verbis: vt neque eius amici, ac dilecti, cognouerint illum vt eſt. * *Pepigique fœdus cum eis*, &c. Fœdus & amicitiam innuit, & promiſſionem. *m* Eſt amicitia Dei cũ hominibus iuſtis. *n* Licita, fœdera, & promiſſiones. *Vt darem*, *o* Dei benignitas innuitur, *p* & benificentia. * *Ego audiui*, &c. † Deus exorabilis, *q* miſericors, *r* prouidẽtiam exercens, *s* omnia cognoſcens, *t* petẽtibus tribuẽs. *Gemitum*, *u* Symbolum triſtitiæ Fletus. *Recordatus ſum pacti mei*, *x* Stãdum promiſſis. *y* Auditus, Recordatio, ſymbola Prouidentiæ, *z* Beneuolentiæ, *a* Benignitatis, *b* Beneficentiæ, *c* Miſericordiæ, vt ſup. cap. 2. n. 25. & c. 3. n. 7. * *Educam vos*, &c. *d* Deus benignus, *e* & beneficus. *In brachio excelso*, *f* Brachium, diuinæ gubernationis, ac virtutis ſymbolũ, c. 5500. *Et iudicijs magnis*, Solet iudicium pro vltione ſumi, c. 1794. & pro diuina prouidẽtia, c. 1797. *g* vtroque modo poſſunt iudicia accipi hoc in loco. * *Et assumam vos mihi in populum*, &c. In meũ cultum. *h* eſt Deus colendus. *i* Auctor legis veteris Deus, K qui populo Iſraelitico cultus diuini modũ præſcripſit, *l* & cæremonias. *Et scietis*, Lex, quã dabo vobis, erit ſignũ rememoratiuum, c. 2269. in memoriam, quod ego eduxerim vos de Ægypto. *m* Ex operibus cognoſcitur Deus. * *Domi* ‹ *Deus veſter*, *n* Verus Deus. *Super quem leuaui manũ meam*, *o* Leuare manum, ſymbolũ iurantis, c. 6449. *p* Licitum eſt iuramentum, exemplo Dei. *Vt darem*, &c. *q* Licitum licita promittere. *Ego Dominus*, *r* Deus verus, *s* Dominus omnium. * *Narrauit omnia*, *t* Obedientia, *u* & veracitas. *Non acquieuerunt ei*, *x* Inobedientia. *Propter angustiam spiritus*, *y* Triſtitia immoderata operationem impedit rationis. * *Ingredere, & loquere*, *z* Diuina reuelatio. *Vt dimittat*, Suaſio. *a* Dei voluntas non imponit neceſſitatem agentibus liberis, *b* & ita eſt efficax, vt etiã ſuauis ſit. * *Non audiunt me*, &c. *c* Inobedientia, *d* & pertinacia. *e* Audiendi deſiderium eſt neceſſariũ in auditoribus verbi Dei. *Præsertim cum incircumcisus sim labijs*, *f* Cum ſpiritu, & efficacia, ſuauitas eſt miſcenda, ad delectationem auditorum. Humilitatis actus, propriorũ defectuum confeſſio. *Incircumcisus labijs*, Linguæ impeditioris. * *Locutusque eſt Dominus ad Moysen*, *g* Reuelatio. *Dedit mandatum*, *h* Quia Dominus. * *Isti sunt principes*, &c. *i* Hominum ex hominibus generatio. Moyſis, & Aaronis genealogia narratur, quos Deus deſtinabat legatos ad filios Iſrael, & ad Pharaonem. Et quia hi deſcendebant à Patriarcha Leui: narrationis initium fit à Ruben, & Simeon, filijs Iacob, qui ei nati fuerant ante Leui. * *Accepit autem Amram vxorem*, K Matrimonium licitum. * *Ego Dominus*, *l* Deus, *m* vnus, & verus, *n* Dominus omnium. * *Et ait Moyses*, &c. vid. ſup. v. 12.

Interpretatio myſtica.

PRo myſtica huius capitis interpretatione nihil occurrit, præter * legationẽ, ac miſſionem Moyſis, & Aaron; *a* quæ miſſionem Chriſti à Deo Patre, & *b* Apoſtolorum, & virorum apoſtolicorum figurauit. * Et præter Dei voluntatem educendi Iſraelitas è ſeruitute, & aſſumendi in populum ſuum: *c* quæ voluntas æternum Dei decretum figurauit liberandi humanum genus è ſeruitute peccati, & inducendi in felicitatem æternam.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT SEPTIMVM.

SVMMA.

Mittit Deus Moysen, & Aaron ad Pharaonem. Illi probant se à Deo missos conuersione virgæ in colubram: & renuente dimissionem Israelitarum Pharaone, vertunt Dei virtute aquam omnem fluminis in sanguinem. eaque prima pœna afflicta est Pharaonis pertinacia.

1 DIxitque Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. 2 Tu loquèris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Israel de terra sua. 3 Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea in Terra Aegypti, 4 & non audiet vos: immittamq; manum meam super Aegyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israel de Terra Ægypti per iudicia maxima. 5 Et scient Aegyptij quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Aegyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorum. 6 Fecit itaque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus: ita egerunt. 7 Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. 8 Dixitq; Dominus ad Moysen & Aaron: 9 Cùm dixerit vobis Pharao, Ostendite signa: dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum. 10 Ingressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis euis, quæ versa est in colubrum. 11 Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam similiter. 12 Proiecerunt q; singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. 13 Induratumq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus. 14 Dixit autem Dominus ad Moysen: Ingrauatum est cor Pharaonis, non vult dimittere populum. 15 Vade ad eum mane, ecce egredietur ad aquas: & stabis in occursum eius super ripam fluminis: & virgam, quæ conuersa est in draconem, tolles in manu tua. 16 Diceisque ad eum: Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto: & vsque ad præsens audire noluisti. 17 Hæc igitur dicit Dominus: In hoc scies quòd sim Dominus: ecce percutiam virga, quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. 18 Pisces quoque, qui sunt in fluuio, morientur, & computrescent aquæ, & affligentur Aegyptij bibentes aquam fluminis. 19 Dixit quoque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in sanguinem: & sit cruor in omni Terra Aegypti, tam in ligneis vasis quàm in saxeis. 20 Feceruntque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus: & eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius: quæ versa est in sanguinem. 21 Et pisces, qui erant in flumine, mortui sunt: computruitque fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota Terra Ægypti. 22 Feceruntque similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis; & induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut præceperat Dominus. 23 Auertitq; se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice. 24 Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent: non enim poterant bibere de aqua fluminis. 25 Impletique sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluuium.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

Constitui te Deum Pharaonis, Tribui tibi potestatē diuinam in Pharaonem, virtutē patrandorū miraculorum, quæ solus Deus efficere potest. Constitui te Dominū Pharaonis Regis: proinde in Pharaonem habebis rationē Dei: quia solus Deus est supra Reges. *a* Auctor miraculorū Deus. *b* Dominus summus, Deus. *c* Tribui à Deo solo aliquibus operatio virtutum. *d* sunt superiores, loco Dei. *Prophetа tuus,* Tuus interpres, c.2113. Hunc esse horum verborū sensū, ipsa Scriptura explicat verbis sequentibus: Tu loqueris, &c. *Quæ mandabo tibi,* *e* Tenetur homo in omnibus diuinis præceptis obedire. *Indurabo cor eius,* *f* vide sup. cap. 4. v. 21. * *Et multiplicabo signa,* *g* Miracula. * *Non audiet vos,* *h* Inobedientia. *Immittam manum,* *i* vt supra c. 3. v. 20. *Per iudicia maxima,* *k* vid. sup. c. 6. v. 6. * *Et scient Aegyptij,* &c. *l* Deus ex operibus cognoscitur. *Quia ego sum Dominus,* *m* Verus Deus. * *Fecit itaque,* &c. *n* Obedientia. * *Ostendite signa,* *o* Verbi diuini testimonium, miracula. *Vertetur in colubrum,* *p* Miraculū. * *Fecerunt, sicut præceperat Dominus,* &c. *q* Obedientia, *r* & signa. * *Fecerunt etiam ipsi per incantationes aegyptiacas, & arcana quadam similiter.* Quia solus Deus auctor miraculorum; nec ea facit in confirmationē falsitatis, aut in impugnationē veritatis: dicēdum solam conuersionem virgæ Aaron in colubrum miraculo factam fuisse per immediatam Dei virtutem præter ordinem naturalem: *s* maleficos autem verum miraculum nō patrasse, sed apparens, quatenus dæmonum opera vel illusus est videntiū aspectus, vt virgæ colubri apparerent, cum nō essēt; vel subductę virgę, & alium de illuc colubri adducti; vel applicando actiua passiuis i. virtutes naturales virgis, aut materię circumstanti, colubri naturaliter producti sunt. *Per incantationes,* *t* Superstitionis actus illicitus. * *Deuorauit virga Aaron virgas eorum,* *u* Videtur etiam hoc miraculosè à Deo factum, vt vnus coluber tot siue virgas, siue colubros voraret. Fecit autem hoc Deus, siue vt suum verum miraculum altero miraculo cōfirmaret; siue vt eo signo Ægyptiorum ruinam, & Israelitarum victoriam portēderet. * *Induratum est,* *x* Pertinacia. cuius symbolū durities. *Et non audiuit eos,* &c. *y* Inobedientia. * *Ingrauatum est,* &c. *z* Pertinacię symbolum Grauitas, c.6186. * *Audire noluisti,* &c. *a* Cōsequitur pœna ad inobediētiæ peccatum, quam *Deus* infligit. *b* Congruum, à male agendo pœnarū comminatione deterrere. *c* Licitum iniurias vlcisci ad remouēdum nocumenta. *In hoc scies,* &c. *d* Cognoscitur *Deus* ex operibus. *e* Cognoscitur quod sit *Deus* ex miraculis. *Vertetur in sanguinem,* &c. *f* Superioris est subditorū malefacta pœnis compensare. * *Affligentur Aegyptij,* *g* Contingit interdum populū pro Principis peccato puniri. * *Fecerūt Moyses,* &c. *h* Obedientia. *Quæ versa est in sanguinem,* &c. *i* Miraculum. * *Fecerunque similiter malefici,* &c. *k* Superstitio, & illusio, vt supra de virgis dictū est. *Induratum est,* *m* Pertinacia, vt supra. *Nec auduit,* &c. *n* Inobedientia. * *Foderunt autem Aegyptij,* &c. *o* Prouidentia.

a p.310. b p.22. c p.419. d p.2073. e p.2066. f p.381. g p.310. h p.2072. i p.14. k p.23. 25. l p.29. m p.1. & n p.2066. o p.1384. p p.310. 419. q p.2066. r p.310. 419. s p.699. 889. t p.2010. u p.310. x p.2256. y p.2072. z p.2256. a p.1279. b p.1293. c p.2095.

1 2 3 4 5 6 9 10 11 12 13 14 16 17 18 20 22 24

Interpretatio mystica.

Vlit Aaron virgam coram Pharaone, & seruis suis, quæ versa est in colubrum, *a* Deus Pater misit Filium suum in similitudinem carnis peccati, & iussit eum tanquam peccatorem mori, vt c. 4. dictum est. * *Vocauit autē Pharao,* &c. *Quæ versa sunt in dracones,* *b* Auctore Diabolo, ipsoq; suadente introiuit peccatū in mundum. & homo cum in honore esset, nō intellexit: sed colubro comparatus, ad vilēs se concupiscentias abiecit; & exuti gratiā, omnes nascimur in peccato. *Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum,* *c* Humilitatę, ac morte Filij *Dei* Iesu Christi factū est, vt omne peccatum è mūdo tolleretur: & alieni à Christo, illi per fidem, & charitatem vnirentur, eiusque corpori mystico cooptarentur. * *Eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius,* &c. Flumen, vt supra dictum est in sensu mystico cap. 4. v. 9. symbolum est humanæ vitæ; Aqua, peccati, & miseriæ, c. 5350. 5351. 5353. sanguis vitæ, c. 7325. *d* Christus per crucem, ac passionem suam percussit aquā fluminis, quatenus hominum peccata deleuit; & conuersa est aqua in sanguinem, quatenus mors animę in vitam gratiæ, pœna peccatis debita in glōriam est commutata; & pisces, id est homines peccatores, can. 7080. mortui sunt, quatenus mortui peccato. * *Feceruntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis,* *e* Malefici sunt Hæretici; Incantationes, falsæ doctrinæ. Similitudinem habent Hæretici *Doctorum*, cùm sint seductores. similitudinem habet eorum prædicatio doctrinæ Christianæ, cùm sit doctrina *Diaboli*. Similitudo habet eorum congregatio Ecclesiæ, cùm sit synagoga Diaboli. Iactant apud ipsos esse vitam gratiæ, cùm sit vera mors animæ.

a p.434. 531. 532. 537. 538. 539. 545. 568. b p.1194. 1198. 1239. 1240. 1241. 1257. c p.579. 583. 584. 623. 624. d p.403. e p.885. 889. 1425.

Digitized by Google

CAPVT OCTAVVM.

SVMMA.

Legatio describitur Moysis, & Aaronis ad Pharaonem pro dimittendo populo ad sacrificandum: & plaga triplex, Ranarum, sciniphum, muscarum ad vlciscendum Pharaonis inobedientiam, ac pertinaciam.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi: 2 sin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiã omnes terminos tuos ranis. 3 Et ebulliet fluuius ranas: quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: 4 & ad te, & ad populũ tuum, & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ. 5 Dixitque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam super fluuios ac super riuos & paludes, & educ ranas super Terram Aegypti. 6 Et extendit Aaron manũ super aquas Aegypti, & ascenderunt ranæ, operuntque Terram Aegypti. 7 Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter, eduxeruntque ranas super Terram Aegypti. 8 Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt sacrificet Domino. 9 Dixitque Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua & à seruis tuis & à populo tuo: & tantũm in flumine remaneant. 10 Qui respondit: Cras. At ille: Iuxta, inquit, verbum tuũ faciam: vt scias quoniam non est sicut Dominus Deus noster. 11 Et recedent ranæ à te, & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in flumine remanebunt. 12 Egressique sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum quam cõdixerat Pharaoni. 13 Fecitque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. 14 Congregaueruntque eas in immensos aggeres, & computruit terra. 15 Videns autem Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus. 16 Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron: Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ: & sint sciniphes in vniuersa Terra Aegypti. 17 Fecerunt ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens: percussitque puluerem terræ, & facti sunt sciniphes in hominibus, & in iumentis: omnis puluis terræ versus est in sciniphes per totam Terram Aegypti. 18 Fecerunt; similiter malefici incantationibus suis, vt educerent sciniphes, & non potuerunt: erantq; sciniphes tam in hominibus quàm in iumentis. 19 Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus Dei est hic. Induratumq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat Dominus. 20 Dixit quoque Dominus ad Moysen: Consurge diluculo, & sta coram Pharaone: egredietur enim ad aquas: & dices ad eum; Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. 21 Quòd si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populũ tuum, & in domos tuas, omne genus muscarum, & implebuntur domus Ægyptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint. 22 Faciamque mirabilem in die illa Terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terræ. 23 Ponamq; diuisionem inter populũ meum & populum tuum, cras erit signum istud. 24 Fecitque Dominus ita. Et venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruorum eius, & in omnem Terram Ægypti: corruptaq; est terra ab huiuscemodi muscis. 25 Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & ait eis: Ite & sacrificate Deo vestro in terra hac. 26 Et ait Moyses: Non potest ita fieri: abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. quòd si mactauerimus ea quæ colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. 27 Viam trium dierum

Digitized by Google

dierum pergemus in solitudinem: & sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis. 28 Dixitq; Pharao: Ego dimittã vos vt sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: verũtamen longiùs ne abeatis, rogate pro me. 29 Et ait Moyses: Egressus à te, orabo Dominum: & recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius cras: verumtamen noli vltrà fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino. 30 Egressusque Moyses à Pharaone, orauit Dominum. 31 Qui fecit iuxta verbum illius: & abstulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: non superfuit ne vna quidem. 32 Et ingrauatum est cor Pharaonis: ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

Interpretatio litteralis.

Dices ad eum, *a* Homines ab hominibus docentur. *Dimitte populum meum*, *b* Voluntas Dei non imponit necessitatem agẽtibus liberis.* *Ecce ego percutiam*, &c. *c* Congruum est à male agendo pœnarum comminatione deterrere. *d* Consequũtur pœnæ ad peccatum, quas Deus infligit. *e* Superioris est subditorum malefacta pœnis compensare. *f* Pro culpæ quãtitate pœnæ licitæ sunt. * *Et extendit Aaron manum*, &c. *g* Obedientia. *Et ascenderunt ranæ*, *h* Miraculum. * *Fecerunt autem & malefici*, &c. *i* Virtute naturalium causarũ. *Per incantationes*, *k* Actu superstitionis illicito. * *Orate Dominum*, &c. *l* Pœnitentia. *m* Solet timor seruilis suppliciorum retrahere homines à peccatis. *n* Congruũ pro nostris necessitatibus Sanctos ad intercedendum Deo aduocare. *Et dimittam populum*, *o* Vera pœnitentia propositum includit non peccandi. * *Constitue mihi*, &c. Certo sciebat ex diuina inspiratione, seu reuelatione, ad suas preces ranarum pœnam cessaturam. Ea verba magnam in Deum fiduciam indicant. *p* Fides in petẽte requiritur, vt suum oratio sortiatur effectum. *Deprecer pro te, & pro seruis tuis*, *q* Non solum pro nobis, sed pro cæteris etiam orandum est & iustis, & iniustis, & amicis nostris, & inimicis. *Vt abigantur ranæ*, *r* Possunt temporalia ad finem honestũ peti. * *Iuxta verbum tuum faciam*, *s* Consensus. *t* Licitum licita promittere. *Vt scias, quoniam non est sicut Dominus Deus noster*, *u* Licitum ex diuina inspiratione, aut præcepto, experimentum velle diuinæ potentiæ. *Non est sicut Dominus Deus noster*, *x* Vnum indicat esse verum Deum, quatenus dicit ei similem nullum esse.* *Fecitq; Dominus iuxta verbum Moysi*, *y* Deus exorabilis. *z* Orationes Sãctorum pro nobis ad Deum fusæ exaudiũtur. * *Videns autem Pharao*, &c. *a* Infidelis non stat promissis. *b* Ingratus, beneficium non agnoscens. *c* Inobediens præcepto Dei. *d* Pertinax. & Pertinaciæ symbolum Grauitas. * *Dixitq; Dominus ad Moysen*, *e* Reuelatio. *Loquere ad Aaron*, *f* Deus suam hominibus voluntatẽ solet per alios homines manifestare. * *Fecerunt q; ita. g* Obedientia. *Et facti sunt sciniphes*, *h* Miraculum, *i* & Pœna. Porrò Sciniphes dicti à græco σκνίπες. hebr. כנים *Cinnim*. Origenes vult esse Culices, minutos volucres, corpus vbi insederint acuto stimulo terebrãtes. Hebræi pediculos interpretantur. * *Fecerunt quæ similiter malefici*, *k* Astutia, vt suaderent Pharaoni, quæ à Moyse fiebant, non esse miracula, ac proinde à Deo. *Incantationibus suis*, *l* Superstitio. *Non potuerunt*, Noluit amplius Deus permittere vt causę naturales agerent: vt diuina virtus Pharaoni magis eluceret. *m* Omnia à diuina voluntate pendent. * *Digitus Dei est hic*, *n* Vis operatiua Dei omnipotentis. Digitus potentiæ symbolum est, c. 5878. *Induratumque est cor Pharaonis*, Perstitit in *o* pertinacia. *Non audiuit*, *p* Inobedientia. * *Dixit quoque Dominus ad Moysen*, Reuelatio. * *Quod si nõ dimiseris eũ*, *r* Libertas innuitur volũtatis humanę, *s* & iustitia pœnarum, vt sup. n. 2. * *Faciamque mirabilem*, &c. *t* Indicat Deus omnia ab eius voluntate pendere. *Et scias, quoniam ego Dominus in medio terræ*. *u* Ad diuinitatis testimonium miracula fiunt. *x* Deus à nobis cognoscitur ex operibus, quę facit. *Ego Dominus*, *y* Indicat vnum esse verum Deum. * *Cras erit signum istud*, *z* Deus futura cognoscit. * *Fecitq; Dominus ita.* *a* Miraculum. * *Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac*, *b* Timor, sed seruilis, & Deo contrarius, quia non vult Deo obedire, vt populum dimittat. * *Abominationes enim Aegyptiorum*, &c. *c* Ægyptij animalia munda, vt Boues, & oues, colebant vt Deos. proinde non permisissent immolari, & occidi. immunda nõ decebat immolari Deo. *d* Cultus diuinus contra Dei, aut Ecclesiæ institutionem, illicitus. *Quod si mactauerimus ea*, &c. *e* Cautio. * *Viam trium dierum pergemus*, &c. *f* vid. supra cap. 5. n. 1. *Et sacrificabimus, sicut præcepit nobis*, *g* Parendum diuinis præceptis. * *Ego dimittam vos*, *h* Consensus. *Verũtamen longius ne abeatis*, *i* Cautio.

a p.339. b p.387. c p.1293. d p.1279. e p.2099. f p.2104. g p.2066. h p.310. 419. i p.699. k p.2010. l p.223. m p.784. n p.1928. o p.801. p p.1942. q p.1932. r p.1931. s p.164. t p.2124. u p.2026. x p.6. y p.55. z p.1016. a p.2125. b p.2086. 2089. c p.2072. d p.2256. e p.684. f p.339. g p.2066. h p.310. i p.1279. 2099. 2104. k p.1769. l p.2010. m p.296. n p.14. o p.2256. p p.2072. q p.684. r p.297. s p.1293. 1279. 2099. 2066. t p.296. u p.696. x p.29. y p.6. z p.18. a p.310. b p.1703. c Gloss. ex Strabone. d p.2006. e p.1761. f p.37. 1915. 1957. 1960. 1961. 1962. 913. 914. 1422. 1761. 2114. g p.2066. h p.164. i p.1769.

Digitized by Google

Rogate pro me, k vid. ſup. v. 8. * *Orabo Dominum,* l Sancti pro nobis orant, m & exaudiuntur. n Licitum licita promittere. *Et recedet musca,* &c. o vide ſup. v. 9. 12. *Verumtamen noli vltra fallere,* p Standū eſt promiſſis. * *Orauit Dominum,* q Cultū exhibuit Deo oratione. r Petijt pro Ægyptijs s remiſſionem pœnæ. *Qui fecit iuxta verbum illius,* t Deus exorabilis, u exaudiens orationes Sanctorum. *Et ingrauatum eſt cor Pharaonis,* x Pertinaciæ ſymbolum, non ſolum Durities, vt ſup. v. 19. ſed etiam grauitas.

k p. 223. 782. 784. 1928.
l p. 1015.
m p. 1016.
n p. 2124.
o p. 1931. 1932.
p p. 2125.
q p. 1926.
r p. 1932.
s p. 1931.
t p. 55.
u p. 1016.
x p. 2256.

Interpretatio myſtica.

LEgatio Moyſis, & Aaronis ad Pharaonem, eſt Euangelij prædicatio, vt ſupra dictum eſt. Ea prædicatione nituntur homines apoſtolici liberare prædeſtinatos à ſeruitute Diaboli, & peccati. ſed non omnes obediunt Euangelio. Ideo ſinuntur impij, & perſecutores iuſtorum, perſeuerare in reprobo ſenſu; & in pœnam pertinaciæ, diaboli poteſtati, vitijſq; peſſimis traduntur. Ea diaboli poteſtas, ea peccata, & vitia, ex Patrum ſententia, ægyptiacis plagis ſignificantur. * Itaque a Ranæ, quatenus immunda, ac deformia animalia ſunt, inconcinnè crocitantia; ſunt Hæreſes; & Magiæ, ac ſuperſtitiones; & opiniones inanes; & fœdæ cupiditates; & b immūdi ſpiritus: cum quibus impij permittuntur permanere. * Sciniphes, ſunt d dialecticæ hæreticorū argutiæ, quæ minutis argutiarum ſtimulis animas terebrant, & tanta calliditate circumueniunt, vt deceptus quiſque nec videat, nec intelligat vnde decipitur. f Sunt & malignæ, moleſtæq; cogitationes. * g Muſcæ, quatenus moleſtæ, ſunt Hæreticorum, & Philoſophorum errores. h quatenus fœdæ, ſpurcitiæ ſunt Idololatriæ, i & curæ carnalium deſideriorum, motuſq; libidinis. K quatenus ſtolidæ, ſtultitiam indicant, & culpabilem ignorantiam.

7 24

a p. 883. etc. *Vid. Patres in Syl. Alleg. v. Ranæ.*
b *Apoc.* 16. 13. p. 883. 884. 885. 886. 888. 890. 892. 1281. 1425. 2006.
d *Orig. Bed. Aug. in Syl. Alleg. v. Culex.*
f *Auguſt. & Beda in Syl. ua Alleg. ſupra.* p. 883. 885. 1277. 1425.
g *Vide Patres in Syl. All. v. Muſca.* p. 883. 885. 886. 1425.
h p. 1428.
i p. 892. 2318.
K *Eccle.* 1. p. 1706. 1054. 1055. 1251.

CAPVT NONVM.

SVMMA.

Alia tres plagæ numerantur, ac describuntur, in Aegyptios immissæ; Peſtis, vlcerum ac veſicarum turgentium, Grandinis: Pharaone modo pœnitente, modo ad pertinaciam redeunte.

1 DIxit autem Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meū vt ſacrificet mihi. 2 Quod ſi adhuc renuis, & retines eos: 3 ecce manus mea erit ſuper agros tuos: & ſuper equos, & aſinos, & camelos, & boues, & oues, peſtis valde grauis. 4 Et faciet Dominus mirabile, inter poſſeſſiones Iſrael, & poſſeſſiones Ægyptiorum, vt nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſrael. 5 Conſtituitque Dominus tempus, dicens: Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra. 6 Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuaque ſunt omnia animantia Aegyptiorum: de animalibus verò filiorum Iſrael nihil omnino perijt. 7 Et miſit Pharao ad videndum: nec erat quidquam mortuum de his quæ poſſidebat Iſrael. Ingrauatumq; eſt Pharaonis, & non dimiſit populum. 8 Et dixit Dominus ad Moyſen & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cælum corā Pharaone. 9 Sitq; puluis ſuper omnem Terram Ægypti: erunt enim in hominibus & iumentis vlcera, & veſicæ turgentes in vniuerſa Terra Ægypti. 10 Tuleruntque cinerem de camino, & ſteterunt corā Pharaone, & ſparſit illum Moyſes in cælum: factaque ſunt vlcera veſicarum turgentium in hominibus, & iumentis: 11 nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter vlcera quæ in illis erant, & in omni Terra Aegypti. 12 Indurauitq; Dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut locutus eſt Dominus ad Moyſen. 13 Dixitque Dominus ad Moyſen: Mane conſurge, & ſta corā Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. 14 Quia in hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populum tuum: vt ſcias quòd non ſit ſimilis mei in omni terra. 15 Nunc enim extendens manum percutiam te & populum tuum peſte, peribiſq; de terra. 16 Idcirco autem poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. 17 Adhuc retines populum meum: & non vis dimittere eum?

18 En

Digitized by Google

18 En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto, à die qua fundata est, vsque in præsens tempus. 19 Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritq; super ea grando, morientur. 20 Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos & iumenta in domos: 21 qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos & iumēta in agris. 22 Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum, vt fiat grando in vniuersa Terra Aegypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri, in Terra Aegypti. 23 Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram: pluitque Dominus grandinem super Terram Aegypti. 24 Et & grando & ignis mista pariter ferebantur: tantæq; fuit magnitudinis, quanta antè nunquam apparuit in vniuersa Terra Ægypti ex quo gens illa condita est. 25 Et percussit grando in omni Terra Aegypti cuncta quæ fuerūt in agris, ab homine vsque ad iumentum: cunctamq; herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit. 26 Tantùm in terra Gessen, vbi erāt filij Israel, grando nō cecidit. 27 Misitque Pharao, & vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos: Peccaui etiam nunc: Dominus iustus: ego & populus meus, impij. 28 Orate Dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis. 29 Ait Moyses: Cùm egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia Domini est terra: 30 noui autem, quòd & tu, & serui tui, necdū timeatis Dominum Deum. 31 Linum ergo & hordeum læsum est, eo quòd hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret: 32 triticum autem & far non sunt læsa, quia serotina erant. 33 Egressusque Moyses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum: & cessauerunt tonitrua & grando, nec vltra stillauit pluuia super terram. 34 Videns autem Pharao quòd cessasset pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum: 35 & ingrauatum est cor eius, & seruorum illius, & induratum nimis: nec dimisit filios Israel, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

Interpretatio litteralis.

a p.684. D*Ixit autē Dominus*, &c. *a* Diuina reuelatio. *Loquere ad eū*,
b p.339. *b* Solet Deus suam volūtatem hominibus per alios homines declarare. * *Quod si adhuc renuis*, &c. 2
c p.297. *c* Pœnam comminatur, vt supra c.8. n.1, 3
1279.1293. 2,3,4,5. * *Et faciet Dominus mirabile*, &c. 4
2099.2104. *d* Peculiaris Dei erga pios prouidētia est.
d p.23.380. *e* Iusti, ac pij à Deo protegūtur. *f* Facit
e p.899. se Deus auctorem pœnæ, *g* idq; miraculo
f p.302. confirmat. * *Cras faciet Dominus*, *h* Con- 5
g p.1383. firmat Deus esse se auctorem pœnæ, præ-
h p.1385. dictione futuri. * *Fecit ergo Dominus*, 6
i p.310. *i* Miraculum. *Et misit Pharao ad viden-* 7
k p.1414. *dum*, *k* Curiosa inquisitio ex infidelitate
l p.2417. proueniēs, *l* & odio in Hebræos. *Nec erat*
m p. 47. *quidquam mortuum*, &c. *m* Deus verax.
Ingrauatumque est cor Pharaonis, &c.
n p. 2256. *n* Pertinacia, *o* & Inobedientia. * *Factaq;* 10
o p.2072. *sunt vlcera vesicarum turgentia*, *p* Mi-
p p.310. raculum. * *Induratusque Dominus cor* 12
q p.381. *Pharaonis*, *q* Permisit Pharaonem in per-
2256. tinacia permanere. vide sup. cap.4. v.21.
r p.301. *r* Permittuntur autem à Deo peccata
ob maius bonum. *Et non audiuit eos*, &c.
s p.2072. *s* Inobedientia. * *Dixitque Dominus*, &c. 13
t Reuelatio. *Dices ad eum*, *u* vt supra t p.684.
14 v.1. * *Vt scias, quod non sit similis mei* u p.339.
in omni terra. *x* Deus ex operibus cognoscitur, *y* maximè ex miraculis. *Similis mei*, *z* Verus Deus, tantum vnus. x p.29.
15 * *Percutiam te*, &c. *a* vid. supra c.8.n.1,2. y p.1384.
16 * *Idcirco autem posui te*, &c. *b* Finis omnium operum diuinorum est gloria Dei. omnia enim opera ad extra, ad sui notitiā communicandā, producit Deus. *c* Omnia à diuina voluntate pendent. *d* Permittuntur à Deo peccata ob maius bonū. *e* Nihil est in mundo, quod prēter ordinem diuinæ gubernationis contingat. *f* Ordinantur à Deo mala, & peccata in finem bonum. *g* Deus ab æterno aliquos reprobauit; id est, præuisis eorum malis operibus, ad æterna supplicia destinauit. *Fortitudinem*
17 *meam*, *h* Omnipotentiam. * *Adhuc reti-* h p.14.
18 *nes*, &c. vt sup.n.15. *Morientur*, *i* Deus i p.18.
19 futura cognoscat. * *Qui timuit verbum*
20 *Domini*, *k* Qui fidem præstitit verbo Domini. *l* Qui horruit periculum, quod locutus est Dominus. *m* Licet timendo fugere id, quod est secundum rectam rationem
21 fugiendum. * *Qui autem neglexit sermo-*
nem

z p.6. a p.297. 1279.1293. 2099.2104. b p.91. c p.296. d p.301. e p.304. f p.313. g p.351. k p.1316. l p.238. m p. 2109.

Digitized by Google

nem Domini, &c. *n* Illicitum impauidum eſſe, cum ſecundum rectam rationem timendum eſt. * *Extenditque Moyses virgam*, &c. *o* Obedientia, *p* & Miraculum. * *Tantum in terra Gessen*, &c. *q* Dei prouidentia erga pios. * *Peccaui etiam nunc*, &c. *r* vide ſup. c. 8. v. 8. *Dominus iuſtus*, *s* Vltor malè agentium. *Ego, & populus meus, impij*, *t* Vera pœnitentia confeſſionem peccatorum includit. * *Extendam palmas meas*, &c. *u* vid. ſup. cap. 8. v. 9. *Vt scias, quia Domini eſt terra*. *x* vid. ſup. c. 8. v. 22. *y* eſt omniũ Dominus, Deus. * *Non dum timeatis Dominũ Deum*, *z* Eſt Deus timendus. * *Tetendit manus ad Dominum*, &c. *a* Deus exorabilis. *b* exaudit ſeruos ſuos. * *Videns autem Pharao*, &c. *c* Inſignis Pharaonis perfidia, *d* & ingratitudo erga Dei beneficium, *e* & pertinacia, *f* & inobedientia. *Per manum Moyſi*, Manus in Scripturis dici ſolet prophetia, & omnis locutio, qua aliquid præcipitur, can. 1870. *g* Deus per Moyſen reuelauit Pharaoni voluntatem ſuam.

n p. 2202. *o* p. 2066. *p* p. 310. 419. *q* p. 23. 380 899. *r* p. 223. 782. 784. 801. 1928. *s* p. 25. 44. *t* p. 803. *u* p. 1931. 1932. 1942. 2026. 2124. *x* p. 29. 696. *y* p. 22. *z* p. 38. *a* p. 55. *b* p. 1016. *c* p. 2125. *d* p. 2089. 2090. *e* p. 2256. *f* p. 2072. *g* p. 339.

Interpretatio myſtica.

BEſtiæ in Scripturis ſacris ſymbola sũt hominũ vitijs deditorum, quiq; maximè ira, & cupiditate trahuntur, c. 5483. ſymbola hoſtiũ Eccleſiæ, c. 5484. ſymbola hominum, non ſapientium quæ *Dei* ſunt, c. 5319. Peſtis autem ſignificat myſticè, malum valde corrumpẽs, c. 7050. *a* Peſtis ergo, quã immiſit *Deus* in armenta Ægyptiorum videtur figura fuiſſe immanium ſcelerum, quæ in Infidelibus permittere ſolet *Deus* in infidelitatis pœnam. 3

* Caminus, ſymbolum eſt diuinæ vltionis, c. 5575. 6088. Cinis autem & triſtitiã, & rem conſumptã ſignificat, c. 5681. 5682. Sumere ergo cinerem de camino, & ſpargere coram aliquo; quid aliud eſt, quàm diuinam vltionem alicui, calamitatemque certò futuram, à *Deo* immittendam, denunciare? *b* Vltor enim *Deus* male agentium. * *c* Puluis autem, qui ad diuinam vltionem conſequitur ſuper omnem terrã Ægypti, figura eſt miſerrimi ſtatus, in quo peccatores diuina permiſſione relinquuntur. Puluis enim miſerã conditionẽ ſignificat, & extremã calamitatẽ, c. 7185, 7186. 8

10 * *Vlcera veſicarum turgentium*. hebr. *Shahhin*, Vlcus proueniens ex caliditate. Significare videtur peccata ex ardore tum iræ, tum libidinis prouenientia. Veſica autem turgens, ſymbolum eſt ſuperbiæ. *d* Ergo vlcera veſicarum turgentium in Ægyptijs, figura fuerunt & odiorum, *e* & luxuriæ, *f* & ſuperbiæ, quibus vitijs pleni ſunt impij.

23 * Fulgur, ſymbolum eſt Chriſti ad iudicium venientis, & eius iudicij terrore pleni, ac punientis, c. 6118. *g* Deus, inquit, Dauid, manifeſtè veniet: *Deus* noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida. Tonitruum, diuinam vltionem ſignificat. Iſa. 29. 6. Eadem eſt Grandinis ſignificatio in ſacris Scripturis, c. 6183. *h* Quatenus ergo *Dominus* dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terram Ægypti: figurare nobis voluiſſe videtur Iudicium extremum. cum Ieſus ad iudicandum peccatores, & omnes Sancti cum eo tãquam fulgura venient, timorem impijs incutientia. Tonitrua ſunt, finalis ſententia contra peccatores. *i* Grando ipſa horribilis pœna damnatorum.

b p. 25. 301. 1279. *c* p. 1266. *d* *Vide Patres in Syl. Alleg. vv. Veſica, Vlcus.* *e* p. 2318. *f* p. 2381. 2393. *g* *Pſal.* 49. *h* p. 605. 612. 617. 618. *i* p. 1017.

CAPVT DECIMVM.

SVMMA.

Pharaoni Moyses, iubente Domino, locuſtarum plagam comminatur. Territus à ſeruis ſuis Pharao, abire permittit ex Iſraelitis ad ſacrificandum Deo viros tantum; retentis reliquis, contra præceptum Dei. Quare immittit Deus ſuper Ægyptum multitudinem innumerabilem locuſtarum: per quam conſumptum eſt omne virens in lignis, & in herbis. Pœnitens Pharao promittit ſe populum dimiſſurum ad ſacrificium: & abigit Deus locuſtam ad preces Moyſis. Sed ad pertinaciam redeunte Pharaone, facta eſt tribus diebus plaga tenebrarum denſiſſimarum. Perſiſtit tamen in ſua pertinacia Pharao; prohibetque ad ſe Moyſen vltra redire, mortis comminatione.

1 ET dixit Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem: ego enim induraui cor eius, & ſeruorum illius: vt faciam ſigna mea hæc in eo, 2 & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorũ, quoties contriuerim Ægyptios, & ſigna mea fecerim in eis: & ſciatis quia ego Dominus. 3 Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Vſquequò nõ vis ſubijci mihi? dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. 4 Sin autem reſiſtis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locuſtam in fines tuos, 5 quæ

Digitized by Google

5 quæ operiat superficiem terræ, ne quidquã eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini. corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris. 6 Et implebunt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum: quantam non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram, vsque in præsentem diem. Auertitque se, & egressus est à Pharaone. 7 Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum: Vsquequò patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificent Domino Deo suo. nonne vides quòd perierit Aegyptus? 8 Reuocatæruntque Moysen & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis: Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinam sunt qui iturisunt? 9 Ait Moyses: Cum paruulis nostris & senioribus pergemus, cum filijs & filiabus, cũ ouibus & armentis. est enim sollẽnitas Domini Dei nostri. 10 Et respondit Pharao: Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros. cui dubium est quòd pessimè cogitetis? 11 Non fiet ita, sed ite tantùm viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis. 12 Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super Terram Ægypti ad locustam, vt ascendat super eam, & deuoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini. 13 Et extendit Moyses virgam super Terram Aegypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa & nocte: & mane facto, ventus vrens leuauit locustas. 14 Quæ ascenderunt super vniuersam Terram Aegypti & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt. 15 Operuerunt quę vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihilque omnino virens relictum est in lignis & in herbis terræ, in cuncta Ægypto. 16 Quamobrem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos. 17 Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam. 18 Egressusque Moyses de conspectu Pharaonis, orauit Dominum. 19 Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in Mare rubrum: non remansit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti. 20 Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. 21 Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum: & sint tenebræ super Terram Aegypti tam densæ vt palpari queant. 22 Extenditque Moyses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra Aegypti tribus diebus. 23 Nemo vidit fratrem suũ, nec mouit se de loco in quo erat: vbicumque autem habitabant filij Israel, lux erat. 24 Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, sacrificate Domino: oues tantùm vestræ & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. 25 Ait Moyses: Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro. 26 Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri; præsertim cùm ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. 27 Indurauit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. 28 Dixitq; Pharao ad Moysen: Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam: quocunque die apparueris mihi, morieris. 29 Respondit Moyses: Ita fiet vt locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

Interpretatio litteralis.

Dixit Dominus ad Moysen, 1 *a* vide sup. c. 9. v. 1. *Ego induraui cor eius*, &c. *b* vide supra cap. 4. v. 21. * *Vt faciam signa* 2 *mea*, &c. *c* vide sup. c. 9. v. 16. *Et sciatis, quia ego Dominus, d* vide supra c. 8. v. 22. * *Introierunt ergo*, &c. *e* Obedientia. 3 *Hæc dicit Dominus Deus, f* Dei voluntatem patefaciunt. *Vsquequò non vis subijci mihi? g* Est Deus colendus, *h* eius præceptis parendum. *i* Cæcum ab inobedientia, *Vt sacrificet mihi*, K Deo cultus tribuendus. *l* ei sacrificium exhibendũ cultu 4 extremo. * *Sin autem resistis*, &c. *m* vide 5 sup. c. 8. v. 1, 2. * *Dixerunt autem serui*, &c. 6 *n* Consilium, & consultatio. *Nonne vides*, &c. *o* Proponunt meliora. * *Reuocauerunque Moysen*, &c. *p* Pœnitentia. 8 *q* Consentit Pharao consilijs seruorum. *Quinam sunt qui iturisunt? r* Inquisitio, *s* &

a p. 684. 339. *b* p. 381. 1281. 2256. *c* p. 91. 301. 304. 313. *d* p. 6. 29. 696. *e* p. 2066. *f* p. 339. *g* p. 37. *h* p. 2066. *i* p. 2072. K p. 37. 1915. *l* p. 1918. 1962. *m* p. 297. 1279. 1293. 2072. 2099 2104. *n* p. 163. *o* p. 1730. *p* p. 782. *q* p. 164. *r* p. 1713.

Digitized by Google

s & cautio, sed astuta. * *Est enim solem-* 9
t *nitas Domini*, t Cultus. * *Sic Dominus* 10
sit vobiscum, Verba benedictionis, sed
ironica, c.8742. u & simulatio. *Cui du-*
bium est, quod pessimè cogitatis? x Iudi-
cium temerarium. putat in illis volunta-
tem esse rebellionis. * *Hoc enim & ipsi* 11
petistis. y Mendacium. Non hoc ipsi pe-
tierunt. *Statimque eiecti sunt de conspectu*
Pharaonis, z Contra officia decentiæ.
* *Dixit autem Dominus ad Moysen*, 12
a Diuina reuelatio. * *Extendit Moyses* 13
virgam, &c. b Obedientia, c & operatio 14
virtutū. *Et Dominus induxit ventū*, &c. 15
d Miraculum, e & pœna. * *Quamobrem* 16
festinus, &c. f vide sup. c.8. v.8. * *Orauit* 17
Dominum, † Elucet Moysis mansuetudo, 18
†† & clemēria, g vide etiam sup. c.8. v.12.
* *Qui flare fecit ventum*, &c. b vide supra 19
c.8. v.13. * *Et indurauit Dominus*, &c. 20
i vide sup. c.4. v.21. * *Dixit autem Domi-* 21
nus, &c. k vt sup. v.12, & 13. *Vbicunque* 22
habitabant filij Israel, lux erat, l Dei er- 23
ga pios prouidentia. * *Ite, sacrificate*, &c. 24
m Pœnitentia. * *Ait Moyses*: *Hostias* 25
quoque, &c. n Elucet in Moysis verbis 26
animi constantia, o & prudentia, qua fine
mendacio celat veritatem, nempe trans-
migrationem in terram Chanaan. * *Indu-* 27
rauit autem Dominus, &c. p vt supra c.4.
v.21. *Et noluit dimittere eos*, q Inobedien-
tia. * *Recede à me*, &c. r Inofficiosè agit, 28
s & impatienter. *Quocunque die apparue-*
ris mihi, &c. t Illicitè pœnam, commina-
tur immerenti. u *Ita fiet*, &c. Prophetice
loquitur.

s p.1769.
t p.37.1915
u p.2130.
x p.1822.
y p.2113.
z p.2139.
a p.684.
b p.2066.
c p.419.
d p.310.
e p.1279. 2099. 2104.
f p.223. 782. 784. 801. 1928.
† p.2346.
†† p.2347.
g p.1931. 1932.
h p.55. 1016.
i p.381. 1281. 2256.
k p.310. 419. 684. 1279. 2066. 2099. 2104.
l p.23. 899.
m p.223. 782. 784.
n p.2252.
o p.2114.
p p.381. 1281. 2256.
q p.2072.
r p.2139.
s p.2253.
t p.1294.
u p.420.

a *Ex Orig. apud Gloss.*
b p.881.

Interpretatio mystica.

LOcustæ significare solēt in sacris Scri- 14
pturis hostes magno exercitu veniē-
tes, & cūcta vastantes, c.6512. a Ergo hoc
in loco figura sunt locustæ in Ægyptios
Hebræorum persecutores immissæ, b eo-
rum exercituū, quos sæpè Deus excitauit
ad delendos pertinaces Fidelium persecu-
tores, vt sæpè Romanis cōtigit, & eorum
Imperatoribus. c Figura etiam locustæ
d malignorum spirituum, humani generis
hostium: quibus sæpè à Deo potestas tri-
buitur ad vexandos impios. 2 Solet locu-
sta symbolum esse ventris, c.6513. quia
vorax animal est. e Quare gulæ peccata
videntur hac locustarum plaga figurari.
3. Locusta, quatenus vastare segetes solet,
symbolum est magnæ calamitatis in po-
pulis, c.6515. f Sunt igitur locustæ ægy-
ptiacæ figura peccati charitatem auferen-
tis, & æternæ pœnæ reatum inducentis.
g Quoniam autem magna calamitas est
amissio virtutum, ac meritorum: amit-
tuntur autem virtutes, & merita per inanem
gloriam, quam adulantium linguæ
inducunt. h ideo videntur quoque locustę
adulatores figurare, quorum lingua virtu-
tum viriditatem corrodit.

c *Glossa.*
d p.888. 890. 893.
e p.2299.
f p.1282.
g *Gregorius apud Gloss.*
h p.2145.

23 * Tenebræ, in Scripturis sanctis & ca-
lamitatis, & mœroris, & ignorantiæ, &
malitię, & mortis, & inferorū, & falsitatis,
& peccati symbolum sunt, c.7610. 7612.
7613. 7615. 7616. Diei nomine & prospe-
ritas significatur, c. 5869. & diuina illu-
stratio, ac lumen fidei, can. 5872. & Verbi
generatio æterna, & temporalis ex Virgi-
ne, & resurrectio, c.5873. 5874. 5875. &
actibus rectę, c.5876. i Quid ergo figurāt
tenebræ in Ægypto factæ tribus diebus?
Ignorantiam, & malitiam, & peccatum;
quæ lumen diuinum, & fidem, & gratiam
ex hominibus expulerunt tribus diebus,
nempe & tempore legis nāturalis, & legis
scriptæ, & legis Euangelicæ. Quæ triplici
prosperitate hominem prinārūt, corporis,
animæ, bonorum externorum. Quæ cor-
ruperunt fidem Trinitatis; & fidem tri-
plicis Christi generationis, æternę, tempo-
ralis ex Virgine, temporalis è sepulchro.
Quæ lucem extinxerunt, bonarum cogi-
tationum, rectæ locutionis, sanctorum
operum. Quæ ab impijs apud inferos au-
ferunt & prosperitatem naturalem, & lu-
cem gratiæ, & lumen gloriæ.

i p.1017. 1023. 1026. 1266. 1268. 1269. 1270. 1273. 1275. 1280. 1284. 1414. 1432. 1433. 1434. 1435.

CAPVT VNDECIMVM.

SVMMA.

Breuis huius capitis narratio, recapitulatio quædam est vltimæ historiæ capitis præcedentis, & supplementum illius. Nam videntur, quæ hic narrantur, contigisse antequam Moyses a Pharaone discederet. Ergo ita videtur tota historia texenda. Post tenebrarum plagam, reuelauit Deus Moysi plagam vltimam cædis primogenitorum, & iussit peti ab Ægyptijs vasa argentea & aurea. Tum ingressus Moyses ad Pharaonem, ei dimittere populum nolenti, comminatus est cædem primogenitorum, vt habetur in hoc capite vndecimo. Tandem iratus à Pharaone discedit, dicens: Non videbo vltra faciem tuam.

1 DIXIT dixit Dominus ad Moysen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet. 2 Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea & aurea. 3 Dabit autem Dominus gratiam populo

suo

suo coram Aegyptijs. Fuitq; Moyses vir magnus valde in Terra Aegypti coram seruis Pharaonis & omni populo. 4 Et ait: Hæc dicit Dominus: Media nocte egrediar in Aegyptum: 5 & morietur omne primogenitum in Terra Aegyptiorum, á primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum. 6 Eritq; clamor magnus in vniuersa Terra Aegypti, qualis nec antè fuit, nec postea futurus est. 7 Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quãto miraculo diuidat Dominus Aegyptios & Israel. 8 Descendentq; omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & omnis populus qui subiectus est tibi: post hæc egrediemur. 9 Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Non audiet vos Pharao, vt multa signa fiant in Terra Aegypti. 10 Moyses autem & Aaron fecerunt omnia ostenta quæ scripta sunt, coram Pharaone. Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

Interpretatio litteralis.

Dixit Dominus ad Moysen, &c. 1 *a* Reuelatio. *Dimittet vos*, *b* Deus futura cognoscit.* *Dices ergo omni plebi vt postulet*, &c. 2 Transfert Deus in populũ suum, dominium, quod habebant Ægyptij in vasa sua argentea, & aurea, in pœnam. ita Hebræi furtum non fecerunt. *c* Deus Dominus omnium, *d* & vltor male agẽtium.* *Dabit autem Dominus gratiam*, &c. 3 *e* Omnia à diuina voluntate pendẽt. *f* Est admirabilis in diuina prouidentia cum efficacitate suauitas. * *Et ait*, &c. *g* Recitauit hæc Moyses coram Pharaone antequã se auerteret ab eius conspectu. *h* Prophetia est à Deo. * *Et morietur omne primogenitum*, &c. 5 Vltimam plagam comminatur. *i* vide supra cap. 8. v. 2. & seqq. * *Apud omnes autem filios Israel*, &c. 7 K vide supra c. 9. v. 4. *Non mutiet canis*, Mutire, est submissam vocem edere: quod faciunt canes, cum aliquid non certò sentiunt, sed imaginantur. Canes autem vigiles sunt, ac statim audito quolibet strepitu latrant. Significatur maxima quies futura apud Israelitas. Potest & alius sensus esse. Non mutiet canis, Nulla erit perturbatio neque in vilissimis ex hominibus, vel animalibus. Canis enim vile quid significare solet, c. 5587. *Vt sciatis*, &c. *l* Ex operibus, præsertim miraculosis, cognoscitur Deus. 8 * *Descendẽtq; omnes serui tui*, &c. *m* Prophetia futurorum. * *Exiuit à Pharaone iratus nimis*, *n* Ob iniuriam, quam videbat à Pharaone fieri in Deum. *o* Licitum ad aggrediẽdum ardua moderatam iram assumere. *Dixit autem Dominus*, &c. *p* Reuelatio futurorum. *Non audiet vos Pharao*, *q* Inobedientia. *Vt multa signa fiant*, *r* Permittuntur à Deo peccata ad maius bonũ. *Fecerunt omnia ostenta*, &c. *s* Communicat Deus aliquibus gratiam miraculorum. * *Et indurauit Dominus cor Pharaonis*, *t* vide sup. c. 4. v. 21.

Quæ ad mysticam huius capitis interpretationem faciunt, dicentur in capite sequenti.

a p. 684. b p. 18. c p. 22. d p. 25. e p. 296. 304. f p. 305. g p. 339. h p. 684. i p. 297. 1279. 1293. 2099. 2104. k p. 23. 302. 380. 1383. l p. 29. 310. 696. m p. 420. n p. 250. o p. 251. 2195. p p. 18. 684. q p. 2072. r p. 301. s p. 419. t p. 381. 1281. 2256.

CAPVT DVODECIMVM.

SVMMA.

Præscribit Deus agni paschalis cæremonias. Iubet sumi è sanguine agni, & poni super vtrunque postem, & in superliminaribus domorum. In medio noctis percutit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti. Territus ea plaga Pharao dimittit Israelitas. Illi collectis omnibus bonis, abeunt onusti thesauris Aegypti, multitudo innumerabilis; nihil pulmenti secum ducentes ob festinationem, sed subcineritios panes azymos tantum.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in Terra Aegypti: 2 Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. 3 Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. 4 Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui suæ, iuxta numerũ animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. 5 Erit autem agnus

Digitized by Google

abſque macula, maſculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. 6 Et ſeruabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis huius: immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. 7 Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum. 8 Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. 9 Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantùm aſſum igni: caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis. 10 Nec remanebit quidquam ex eo vſque manè. ſi quid reſiduum fuerit, igne comburetis. 11 Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe (id eſt tranſitus) Domini. 12 Et tranſibo per Terram Aegypti nocte illa, percutiamq; omne primogenitum in Terra Aegypti ab homine vſque ad pecus: & in cunctis dijs Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. 13 Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens quando percuſſero Terram Aegypti. 14 Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam ſollemnem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno. 15 Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael, à primo die vſque ad diem ſeptimum. 16 Dies prima erit ſancta atque ſollemnis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent. 17 Et obſeruabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de Terra Aegypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. 18 Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam, comedetis azyma, vſque ad diem vigeſimam primam eiuſdē menſis ad veſperam. 19 Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus veſtris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de aduenis quàm de indigenis terræ. 20 Omne fermentatū non comedetis: in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma. 21 Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos: Ite tollētes animal per familias veſtras, & immolate Phaſe. 22 Faſciculumq; hyſſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrumque poſtem: nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſque manè. 23 Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cùmq; viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras & lædere. 24 Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filijs tuis vſque in æternum. 25 Cùmq; introieritis terram, quam Dominus daturus eſt vobis vt pollicitus eſt, obſeruabitis ceremonias iſtas. 26 Et cùm dixerint vobis filij veſtri: Quæ eſt iſta religio? 27 dicetis eis: Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſrael in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos noſtras liberans. Incuruatuſq; populus adorauit. 28 Et egreſſi filij Iſrael fecerunt ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron. 29 Factum eſt autem in noctis medio, percuſſit Dominus omne primogenitum in Terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. 30 Surrexitq; Pharao nocte, & omnes ſerui eius, cunctaque Aegyptus: & ortus eſt clamor magnus in Aegypto: neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. 31 Vocatiſque Pharao Moyſe & Aaron nocte, ait: Surgite & egredimini à populo meo, vos & filij Iſrael: ite, immolate Domino ſicut dicitis. 32 Oues veſtras & armenta aſſumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. 33 Vrgebantq; Aegyptij populum de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur. 34 Tulit igitur populus conſperſam farinam antequam fermētaretur: & ligans in pallijs, poſuit ſuper humeros ſuos. 35 Feceruntq; filij Iſrael ſicut præceperat Moyſes: & petierunt ab Aegyptijs vaſa argentea & aurea, veſtemque plurimam. 36 Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptijs vt commodarent eis: & ſpoliauerunt Aegyptios. 37 Profectique ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcenta ferè millia peditum virorum, abſque paruulis. 38 Sed & vulgus promiſcuum innumerabile

Digitized by Google

merabile ascendit cum eis, oues & armenta & animantia diuersi generis multa nimis. 39 Coxeruntq; farinam, quam dudum de Aegypto consperſam tulerant: & fecerũt subcinericios panes azymos: neque enim poterant fermentari cogentibus exire Aegyptijs, & nullam facere sinentibus moram: nec pulmenti quidquã occurrerat præparare. 40 Habitatio autem filiorum Israel qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. 41 Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de Terra Ægypti. 42 Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra Aegypti: hanc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis. 43 Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: Hæc est religio Phase: Omnis alienigena non comedet ex eo. 44 Omnis autem seruus emptitius circumcidetur, & sic comedet. 45 Aduena & mercenarius non edent ex eo. 46 In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis. 47 Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. 48 Quòd si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circumcidetur priùs omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit: eritq; sicut indigena terræ: si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo. 49 Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. 50 Feceruntque omnes filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron. 51 Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de Terra Aegypti per turmas suas.

Interpretatio litteralis.

Dixit quoque Dominus, &c. 1 *a* Reuelatio. *b* Legis veteris auctor Deus. *c* Minister Moyses. * *Mensis iste vobis* 2 *principium mensium*, &c. *d* Vnũ ex præceptis 3 cæremonialibus legis veteris: per quæ cultus diuini modus Iudaico populo præscribebatur, ac determinabatur. *Mensis huius*, Mẽsis apud Hebræos incipiebat à prima lunatione. Primus autem mensis præscribitur, qui respõdet modo nostro Martio tantum, cum prima lunatio contingit primis diebus Martij; modo nostro Martio, & Aprili; cum prima lunatio incipit post aliquot dies Martij; vt fortasse contigit cum populus Israeliticus exijt de Ægypto. *Loquimini ad vniuersum cœtum*, &c. *e* Homines Deus per homines docere solet. *Decima die mẽsis huius*, &c. *f* Debent creaturę intellectuales debitum cultum, & honorẽ exhibere Deo. *g* Conuenienter exteriora in Dei cultum exhibentur: vt signis sensibilibus excitetur mens ad actus spirituales. *Iuxta quem ritum tolletis & hœdum.* hebr. Ex agnis, vel ex capris tolletis. ergo *Agnus* supra, vt est in hebræo שה *Seh*, significat Agnum, vel hœdum. Poterat enim vel agnus, vel hœdus sumi. * *Erit autem agnus absque ma-* 5 *cula*, &c. *h* Oportet aliqua spetialia obseruari in ijs, quæ pertinẽt ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducantur. *i* Ideo in veteri lege variæ obseruationes cæremoniales fuerunt, † vt melius Christi mysteria figurarentur. * *Et seruabitis eum vsque ad* 6 *quartamdecimam*, &c. K Præceptum est morale, habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis. *Immolabitque eum*, &c. *l* Congruum adorationi externæ Ritus determinatos adhibere. *m* Inter adorationes externas summa est sacrificiũ. *Vniuersa multitudo filiorum Israel*, *n* Instituta sunt sacramenta veteris legis, vt Dei cultoribus adhiberẽtur: vt per quandam consecrationem deputarẽtur ad cultum Dei. *o* Agni Paschalis esus sacramentum fuit veteris legis: quo profitebantur Israelitæ se ad illum populum pertinere, quem Deus sibi assumpserat ex Ægypto. 11 * *Renes vestros accingetis*, &c. Ritus præscribitur hominũ se ad iter accingentium. vt sit memoria perpetua trãsitus ex Ægypto in terram promissam. *p* Debitæ sunt Deo gratiarum actiones pro beneficijs. *Est transitus Domini*, Est in memoriam transitus, quem fecit vobis Deus ex Ægypto. qui transitus factus est festinanter; vrgentibus Ægyptijs discessum, vt infra dicitur. hebr. פסח *Behhippaẓõn*, cum festinatione, & cum pauore significat. contigit enim Israelitas in eo discessũ & festinare, & timere ne Pharao pœnitens eos 12 retineret. * *In cunctis dijs Ægypti faciam iudicia*, Dij hebr. אלהים *Elohim*. hoc nomen etiam Magistratus significat, c. 1491. non solum falsos Deos, c. 1492. Iudicium solet & pro Iudicis sentẽtia sumi, c. 1791. & pro vltione, c. 1794. & pro condemnatione, c. 1795. & pro diuina prouidentia, c. 1797. & pro iusto, ac iustitia, can. 1804. Duplex ergo sensus est: Vlciscar de crudelitate magistratuum in filios Israel; pœnas ab ijs repetam; condemnabo illos meo facto; iustum faciam, vt offensæ pœnis compensentur: ita me prouidum Dominum

a p. 684. b p. 1117. c p. 1119. d p. 1124. e p. 339. f p. 1915. g p. 1918. 1960. h p. 844. i p. 858. † p. 859. 860. k p. 2000. l p. 1961. m p. 1962. n p. 838. o p. 840. p p. 2083.

Digitized by Google

ostendam. *q* Deus ſe omnium Dominum ostendit, *r* & prouidentiam habere, *s* & Iudicem, *t* & vltorem male agentium. Alter ſenſus: *u* Decernam eo facto, quaſi lata ſententia, me eſſe verum Deum, non Deos Ægyptiorum. Idola manufacta comminuam, Animalia, quæ adorãt Ægyptij vt Deos, occidam, ſaltẽ primogenita. * *Erit autem sanguis vobis in ſignum*, 13 *x* quod eſtis ex populo meo. *Et videbo sanguinem, & transibo vos*, Non indiget Deus ſigno vllo vt cognoſcat. Videre reſpectu Dei, eſt miſericordiam exercere, c.2773. eſt complacere, c.2775. Complacebat ſibi Deus de ſanguine agni; quia ſignificabat paſſionem, & Crucem Chriſti, in quo ſibi Deus bene complacuit; & ob quem noſtri miſertus eſt. *y* Indicatur peculiaris Dei prouidentia erga pios, *z* & eiuſdem miſericordia. * *Habebitis hunc* 14 *diem in monumentum*, &c. In memoriam 15 beneficij à Deo accepti, cultus præcipitur. 17 *a* Sunt enim gratiæ agẽdæ Deo. *b* eſt Deo cultus exhibendus, *c* & congruum ritus externos adhibere. *Quicunque comederit fermentatum*, &c. *d* Congruentiſſima ſunt iciunia, quæ præcipiũtur ab Eccleſia. * *Nihil operis facietis in eis*, *e* Debet ali- 16 quod tempus deputari ad vacandum diuinis. * *Primo mense*, &c. *f* Ritus præ- 18 ſcribitur ab Iſraelitico populo obſeruandus. * *Vocauit autẽ Moyses omnes seniores*, &c. *g* Moyſes miniſter legis veteris. 19 20 21 *h* Promulgatio neceſſaria, vt lex obliget. * *Nullus vestrum egrediatur ostium*, &c. 22 *i* Prouidentia, & cautio. * *Obseruabitis* 25 *cæremonias istas*, vt ſup. v.14. * *Dicetis* 27 *eis*, &c. *l* Apoſtolicæ traditiones ex hoc loco confirmantur. ſunt enim verbũ Dei. *Incuruatusque populus adorauit*, vt ſignificaret ſe legem recipere. *m* Conſenſus, *n* & obediẽtia, *o* quorum ſignũ adoratio. * *Fecerunt sicut præceperat Dominus*, &c. 28 *p* Obedientia. * *Percussit Dominus*, &c. 29 *q* Pœna à Deo inflicta, *r* ad vltionem, *s* Subditi percuſſi ob peccatũ Pharaonis. *t* Deus vltor male agentium. * *Clamor* 30 *magnus*, *u* Symbolum magnæ triſtitiæ, *x* ob primogenitorum amiſſionem. * *Surgite, & egredimini*, *y* Pœnitentia, 31 *z* & conſenſus in dimiſſionem, *a* & obediẽtia. * *Benedicite mihi*, *b* Virtutis actus 32 alijs à Deo bona precari. *c* quæ ſibi optat Pharao, *d* ideo poſtulat preces ad Deum. * *Omnes moriemur*, *e* Timor. * *Tulit igitur populus*, &c. *f* Prouidẽtia. * *Fecerunt*q; 33 34 *filij Israel*, &c. *g* Obedientia in ſuum 35 Ducem. * *Dedit gratiam populo coram* 36 *Ægyptijs, vt commodarent eis*, Fecit vt Ægyptij amarẽt Iſraelitas. *h* Nam amor origo eſt beneficiorum. *i* Moueri, & immutari poteſt à Deo voluntas noſtra, *k* à quo pendent omnia, *l* in cuius prouidentia admirabilis eſt cum efficacitate ſuauitas. *Et spoliauerunt Aegyptios*, *m* In pœnam, & vltionem crudelitatis in Iſraelitas 39 exercitæ. vide ſup. c.11. v.2. * *Coxéruntq;* 40 *farinam*, &c. *n* Prouidentia. * *Habitatio filiorum Israel qua manserunt in Aegypto*, &c. Huius loci explicationem vide 42 Gen.15.13. * *Nox ista est obseruabilis Domino*, &c. *b* In beneficij memoriam, *c* & in cultũ Deo debitum. *Omnes filij Israel*, *d* vt cultu ab alijs populis diſtinguantur. *Sicut præceperat Dominus*, *e* Obedientia. 51 * *Eduxit Dominus*, &c. *f* Dei fidelitas ſignificatur, obſeruantis quæ promiſerat, *g* & prouidentia, *h* & beneficentia, *i* & miſericordia.

Interpretatio myſtica.

S Paulus Hebr.11.28. de Moyſe loquẽs, & de huius capitis hiſtoria, *Fide*, ait, *celebrauit pascha, & sãguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos.* Loquitur autem de fide ſupernaturalium bonorum: vt patet ex totius capitis vndecimi contextu, & ex vltimis verbis capitis decimi: *Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.* Innuit ergo Paulus hiſtoriam agni paſchalis ad Chriſti ſacrificium pertinere. Quod & clarius indicat 1.Cor. 5.8. *Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Indicat & Concilium Tridentinum ſeſſ.22. de ſacrificio Miſſæ cap.2. *Celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum Israel immolabat, nouũ instituit Pascha, ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, eripuitque de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit.* Docet apertis verbis Eccleſia in Miſſa feſtiuitatis ſanctiſſimi Sacramẽti: *In figuris præsignatur, Cum Isaac immolatur, Agnus pascha deputatur.* Ergo certiſſimum eſt, vt & Patres docẽt, Agnum paſchalem fuiſſe figuram ſacrificij tum cruenti, tum incruenti Ieſu Chriſti Domini noſtri: vt & cetera ſacrificia veteris legis, vt docet Paulus Hebr.10. *Vmbram habens ex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere.*

5 * Agnus, ſymbolũ eſt Chriſti, Iſa.53.7. Io.1.29,36. 1.Pet.1.19. Apoc.5.6,7,8,12, 13. Macula, ſymbolum eſt Peccati. Oſ.22. 17. Pſal.14.2. Sap.7.26. Eccli.31.8. & 47.

22.

q p.22. *r* p.23. *s* p.24. *t* p.25.302. 1279. 2099. 2104. *u* p.6. *x* p.838. 840. *y* p.23.380. 899. *z* p.56. *a* p.2083. 2089. *b* p.37. *c* p.844. 858. 1960. 1961. *d* p.2292. *e* p.2000. *f* p.838. 840. *g* p.1119. *h* p.1068. *i* p.1759. *k* p.1761. *l* p.1371. *m* p.164. *n* p.2066. *o* p.1957. *p* p.2066. *q* p.1279. *r* p.1279. *s* p.1290. *t* p.25.302. 2095. 2099. 2101. *u* p.216. *x* p.224. *y* p.782. *z* p.164. *a* p.2066. *b* p.1952. *c* p.200. *d* p.904. 1928. 1931. 1932. *e* p.238. *f* p.1759. *g* p.2061. *h* p.197. 1594. 1605. *i* p.328. *k* p.296. *l* p.305.

m p.1279.

n p.1759.

b p.2083. *c* p.1915. 2000. *d* p.838. 840. *e* p.2066. *f* p.48. *g* p.23.380. 899. *h* p.54. *i* p.56.

Digitized by Google

22. Ierem.2.22. Masculus, virtutis virilis, ac præstantis symbolum est. Isa. 66. 7.

a p.492. 493.494. 495. *a* Agnus ergo sine macula, masculus; est Iesus Christus summa innocētia præditus; & præstantissimis virtutibus ornatus, præsertim charitate, obedientia, & patientia

b p.530. 531.537. 538.539. vsque ad mortē crucis. *b* Hœdus quoque Iesus Christus est, quatenus similitudinē assumpsit carnis peccati, pœnis se subijciens peccato debitis.

6 * Immolat agnum vniuersa multitudo

c p.568. d p.564. e p.762. filiorum Israel: Tum quatenus *c* Christus verè mortuus est, *d* auctoribus, ac ministris eius mortis Iudæis. *e* Tum quatenus quotidie in Ecclesia incruente offertur Sacerdotū ministerio à veris Israelitis, id est, à Fidelibus.

7 *f Ex Greg. hom. 22. in Euang.* **f* *Et sument de sāguine eius, ac ponent super vtrūque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedēt illum.* Ea sanguinis positio Crucem figurabat: quatenus si linea trahatur à poste ad postem, & à superliminari ad limen vsque, Crucis figura efficitur; cuius longitudo, est linea à superliminari ad limen; latitudo siue brachia, linea à poste ad postem. Et fortasse secundū hanc figuram veteres Hebræi signabant litteram Tau: quam tradunt sanguine agni fuisse descriptam in Israelitarum domibus, in Ægypto degentium. Quid ergo est ponere de sanguine agni super vtrūque postem, & in superliminaribus domorum? Domus, symbolum est Corporis humani, c.5897. & Conscientiæ, c.5896. Ostium, symbolum est oris, atque cordis, c.6900. Postes ergo, in quibus vertitur cardo deliberationum, ac electionum, ex quibus pendet apertio, vel occlusio operum siue bonorum, siue malorum; sunt intellectus, atque voluntas, ex quibus potentijs omnis deliberationis, ac electionis actus pendet. Videtur autem superliminare, finis intentionē significare.

g p.775. *g* Igitur de sanguine agni super vtrunque postem, & in superliminari nostri cordis, atque conscientiæ ponere; est memoriam Crucis Christi in nostris deliberationibus, ac electionibus habere; & eius imitationem, & gloriā intendere. Ea debet esse præcipua præparatio ad esum eucharisticum corporis, & sanguinis Christi; Meditatio, ac imitatio eius patientiæ. Eo charactere debēt opera nostra signari, nempe spe in Christi meritis, & sanguine; & desiderio vnionis eucharisticæ; & charitate erga Christi crucem vt eam glorificemus, & pro ea vitam, & sanguinem profundamus.

8 * *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus.* hebr. מרורים על *hhbal merorim*, Cum amaritudinibus. Nox, temporalis vitæ, ac huius sæculi symbolum est, Cant.3.1. & 5.2. ex Greg. Ignis, symbolū est amoris, atque charitatis, Cant.8.6. Hebr.1.7. Fermentum, quatenus massam, in quam injicitur, corrumpit, peccati symbolum est, & doctrinæ pravæ, Os.7.4. Matth.16.6, 11. Mar.8.15. 1.Cor.5.6,8. Ergo Azyma, vitę puritatem, ac doctrinæ sinceritatē significat. Panis, symbolum est eius, quo animus quasi cibo expletur; tales sunt eius actus intellectionis, & appetitionis. Psal. 101.10. & 126.2. Prouerb.4.17. & 20.17. symbolum etiam diuini verbi, diuinæ doctrinæ, Amos 8.11. Amaritudo, symbolū est molestiæ, quam secum afferre solēt quidam animi affectus, vt Tristitia, Iob 3.20. Eccli.4.6. Os.14.1. symbolum etiam peccati, Os.12.14. Ergo 1. *h* Nocte comedere carnes agni, est dum in hac vita moramur, & ambulamus per fidem; Christi corpore pasci. 2. *i* Edere carnes agni assas igne; est ad esum eucharisticum cum charitate accedere, cum ardenti eius esus desiderio. 3. *k* Edere azymos panes; est de Eucharistiæ mysterio sincerē sentire; est ad illam absque peccato accedere. 4. *l* Edere carnes agni cum lactucis agrestibus; est disponere ad Eucharistiæ sumptionem animum pœnitentia, doloreque peccatorum, atque confessione.

h d.4691. 4696. p.772. 773. i d.4690. p.775. k p.774. d.4690. l p.775. d.4690.

9 * *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni.* *m* Gregorium audiamus: Quid aqua, nisi humanam scientiam designat: iuxta hoc quod per Salomonem sub hereticorum voce dicitur: Aquæ furtiuę, dulciores sūt? Quid crudæ agni carnes, nisi inconsideratam, ac sine reuerentia considerationis relictam illius humanitatem significant? omne enim, quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta: quia Redemptor noster nec purus homo æstimandus est, neque per humanam sapientiam qualiter incarnari Deus potuit, cogitandus. Omnis enim, qui Redemptorē nostrum purū hominem credit, quid iste aliud, quàm agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per diuinitatis eius intelligentiam noluit? Omnis verò, qui incarnationis eius mysteria iuxta humanā sapientiam discutere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est, dispensationis eius mysterium per dissolutam vult scientiam penetrare. *n* Ergo secundum Gregoriū, caro agni assatur igni, quatenus Christus in Eucharistię Sacramēto verus Deus creditur. Ignis enim Diuinitatis symbolū est: vt intelligitur ex columna ignis, quæ se Deus Hebræis præsentem indicabat; & ex lingnis igneis, quibus Spiritus sanctus in Apostolos descēdit. Assatur agnus igne, quatenus fide mysterium eucharisticum cōsideratur; fides enim ignis est, quatenus

m Gregor. hom.22 in Euang.

n p.775. 1322.

ex

ex affectu oritur voluntatis. vel Agnus coquitur igne, quatenus quanta sit Christi erga nos charitas cõsideratur, qui seipsum in cibum tradidit nobis. Charitatis enim symbolum ignis est, vt supra dictum est.

o *Ex Greg. sup.* *Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis.* o Materia considerationis, ac meditationis innuitur circa Christum, præsertim cum nos ad Eucharistiam præparamus. p Caput Christi Deus est. pedes humanitas, & eius passiones. Intestina, abscondita Christi charitatis, & scientiæ mysteria. q Hæc tria fide tenenda sunt, & contemplanda, cum ad Eucharistiam accedimus.

p 1. *Cor.* 11. 3.

q *p.* 425. 426. 469. 490. 491. 531. 545.

* *Nec remanebit quidquam ex eo usque mane.* Manè, resurrectionis, & felicitatis symbolũ est, c. 6582. 6583. r Dum sumus in huius vitæ nocte omnia Christi mysteria credenda sunt. nihil relinquendũ, quod fide non amplectamur; eius intelligẽtiam in alteram vitam ne reijciamus.

10

r *p.* 1342. 1345. 1347.

* *Si quid residuũ fuerit, igne comburetis.* Si quod mysterium nostræ, intelligentiæ dente mandere non possumus, quia maximè supra nostrum captum est; igne comburendum est, id est, inflãmata, ardentiq; erga diuinum dictum fide comprehendẽdum est. Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides. s Qui Deum amat, & eius veritatem; omnia, quæ Deus dicit, firmissimè credit.

11

s *p.* 1322.

* *Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim Phase (id est transitus) Domini.* Dispositio describitur, ac præparatio ad esum Eucharistiæ, iuxta Pauli præceptum: t *Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit: non dijudicans corpus Domini.* Renes, quæ vasa sunt libidinosi humoris, symbolum sunt concupiscẽtiæ, & affectus animi, Psal. 7. 10. Ierem. 11. 20. Accingere, quatenus est vestes retinere, ne opus, aut iter impediant; symbolum est præparationis animi, Luc. 12. 35. Ephes. 6. 14. Isa. 32. 11. Ierem. 1. 17. u Ergo ad esum eucharisticum renes accingimus, cum ad illũ nos præparamus, x cum carnis concupiscentiã frenamus. 2. Calceamenta, symbola sunt virtutum, Cant. 7. 1. Ephes. 9. 16. Pedes, actionũ symbola, Psal. 25. 12. Eccli. 26. 23. & Affectus, Cant. 5. 3. Thre. 1. 9. Heb. 12. 13. y Ergo habere in pedibus calceamenta; est actiones agere, quæ virtutem habeant adiunctam; est affectum virtutibus ornare. quod facimus, cum accessuri ad mensam eucharisticam, præparamus nos ad illam meditatione, oratione, eleemosynis, ieiunio, contritione. 3. Baculus, cui innitimur, externi auxilij symbolum est, Tob. 5. 23. Psal. 22. 4. Isa. 36. 6. Manus, symbolum operis, Gen. 20. 5. Psal. 7. 4. z Tenere baculos in manibus; est in omni opere, præsertim in ministerio diuini sacrificij, ac Sacramenti eucharistici esu, spem magnam in Deum habere, ac eius bonitatem. non accedendum ad hęc mysteria sine spe maxima impetrandi dona præstantissima. 4. *Festinanter*, hebr. Cum festinatione, cum pauore. Timor, pro reuerentia accipi solet, c. 2383. Festinatio, symbolum est promptitudinis, Psal. 30. 1. Isa. 8. 3. a Ergo Comedere festinanter, est 1. Comedere cum magna reuerentia, cum timore, & tremore. quia qui indignè recipit corpus Domini, iudicium sibi manducat, & bibit. 2. Comedere festinanter, est auidè, & cum fame comedere. festinant enim famelici, cum manducant. Eucharistica vnio ardẽter optanda. 3. Festinanter comedere, est frequenter mandere. † Eucharistiæ vsus esse frequens debet. 5. *Transitus Domini*, quem fecit Dominus, cum transtulit Israelitas ex Ægypto ad terrã promissionis; b figura fuit transitus Christi ex hoc mundo ad patrem. Israelitarum transitus cœpit ea nocte, qua immolatus est agnus. Transitus Christi per Crucem factus est. c Huius transitus memoriam facimus per eucharisticũ sacrificium. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. d Præterea Transitus fuit mors Christi, quatenus per illam translati sumus de seruitute peccati in regnum dilectionis, & gratiæ.

z *p.* 1438. 1475.

a *p.* 774. 775.

† *d.* 4696.

b *Trid. sess.* 22. *de sacr. Miss. c.* 1.

c *p.* 741.

d *p.* 583. 584. 585. 586.

12 * *Et transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti ab homine vsque ad pecus: & in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia.* e Primogenita in terra Ægypti, sunt Diabolus & Angeli eius in hoc sæculo nequã; quatenus Angeli fuerunt primò à Deo creati, & ante hominem conditi. ijdem Dæmones sunt Dij, id est, Principes tenebrarum, hoc est peccatorum, & impiorũ. Sunt etiam Dij Ægypti, Tyranni, ac Philosophi infideles, & auctores falsorum dogmatum. Hos omnes Christus per Crucem superauit. f *Nunc*, inquit, *iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.*

e *Vide Patres in Syl. Alleg. v. Primogenitus.*

f *Io.* 12. 31. *p.* 585. 881. 1394. 1400.

13 * *Et videbo sanguinem, & transibo vos*, &c. 1. g Fides in Christum, necessaria ad salutem. 2. h Sacramenta, quæ valorem habent in Christi sanguine, necessaria ad salutem humanam; præsertim Baptismus. 3. i Ex Christi passione est nostra redemptio.

g *p.* 1342.

h *p.* 577. 751. 756.

i *p.* 578. 583. 587.

15 * *Septem diebus azyma comedetis*, k Hebdomadis sibi succedentibus, septẽq; dierũ spatio voluitur circulus vitæ nostræ.

k *Glossa.*

l Tõto

l p.1221. *l* Toto vitæ tempore comedendum nobis azyma est: à fermento iniquitatis abstinendum.

m p. 1266. n p.1282. ** Qui comederit fermentatum, peribit 19 anima eius de cœtu Israel*, *m* Amittitur per peccatum mortale vita gratiæ. *n* Peccata, quæ charitatem auferunt, æternæ pœnæ reatum inducunt.

o p.577. 749. ** Fasciculum hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, o* Hyssopus, quo olim populus Hebræus aspersione sãguinis mundabatur; videtur figura fuisse Sacramentorum; per quæ infusione gratiæ mundamur virtute sanguinis Christi. 22

p Psal. 23. 7,9. Cant.7. 4, 13.ex Greg. q p.1342. r Psal. 86. s. & 117. 19,29. s p.620. t p.646. *p* Limen autem est Fides: *q* per quam est ingressus in Ecclesiam. *r* Limen, *s* est Ecclesia; per quã solam est ingressus in cælum. Hebræi sanguinem agni ponebant in vase in limine: vt facilè possent ex eo postes, & superliminare aspergere. *t* Habemus nos in promptu Sacramẽta in Ecclesia: vt aspergamus animum gratia.

Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane, Perseuerandum in obscuritate fidei vsque ad mortem, cum reuelata facie Deum videbimus.

u p.620. 1342. *u* Nam extra Ecclesiam non est salus.

x p.782. 801.804. ** Tulit populus conspersam farinam 34 antequam fermentaretur*, *x* Post esum agni paschalis, id est, postquam Christi corpore, & sanguine pasti sumus: recedendũ est ab Ægypto, nempe ab occasionibus peccandi, & secundum Apostoli cõsilium

y 1. Cor. 5. 7. in vitæ puritatem incumbendum: *y* Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.

** Petierunt ab Aegyptijs vasa argẽtea, 35 & aurea, vestemq; plurimam. & spolia- 36 uerunt Aegyptios.* Aurum, symbolum est sapientiæ, Prou.20.15. Cant.5.11. Idem significat Argentum, Prou.16.16. Sap.7.9. Vestimentum, inhærentis boni symbolum est, Psal.108.18,19. Ægyptij ad Israelitas comparati, figura sunt Gentilitatis ad Ecclesiã cõparatæ. † Accipit Ecclesia à Philosophis Gentilibus, vt ab Aristotele, à Platone, ab Euclide, ab alijs aurum, & argentum, & vestes humanarum disciplinarum; relictis Gentilitatis erroribus. & his ipsis vtitur ad tuenda fidei dogmata, ad doctrinam sacram elucidandam, ad confutandos errores. † d.3624.

43 48 ** Hæc est religio Phase: Omnis alienigena non comedet ex eo. Circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit. Si quis circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo.* Vt quis vesci possit Agno eucharistico, debet esse indigena terræ, id est, Ecclesiæ, ad Ecclesiam aggregatus per Fidem, & Baptismũ. *z* Horum figura fuit Circuncisio. Debet etiam esse circuncisus vitijs, atque peccato. *a* Non est enim cum conscientia peccati mortalis ad Eucharistię Sacramentum accedendũ. z p.760. 839. a p.774. d.4690.

46 ** In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras.* Domus, Ecclesiæ symbolũ est, Psal.54.15. & 68.10. Isa.8.14. Foras, symbolicè sunt Infideles respectu Ecclesiæ, Matt.5.13. Apoc.3.12. Col.4.5. *b* Nõ est cum Infidelibus in Agno eucharistico communicandum. b d.4694. 4702.

Nec os illius confringetis, *c* Nam non erant confringenda in Cruce ossa Christi. Quoniam autem ossa sustinent carnem; & Verbi Persona sustentat humanitatem Christi: videtur per Agni ossa Verbi Persona figurari. Igitur os non confringere, est de Christi diuinitate non dubitare. c p.544.

d Est enim Christus non solum verus homo, sed etiam verus Deus. d p.425. 429.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Duo præcepta traduntur Israelitico populo in perpetuam beneficij memoriam obseruanda; quòd eos eduxerit de Aegypto, & occisis Aegyptiorum primogenitis, pepercerit Deus primogenitis Israelitarum. Alterum, vt singulis annis mense primo festiuitatem celebrent agni paschalis, & azymorum. Alterum vt omnia primogenita offerant Domino, primogenita filiorum suorum redimant. Præterea ratio cœpti itineris narratur: Per viam deserti, iuxta Mare rubrum, cum armis, cum ossibus Ioseph, viam ostendente Domino columna nubis per diem, columna ignis per noctem.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluã in filijs Israel, tam de hominibus quã de iumentis: mea sunt enim omnia. 3 Et ait Moyses ad populum: Mementote diei huius in qua egressi estis de Ægypto & de domo seruitutis, quoniã in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: vt non comedatis fermentatum panem. 4 Hodie egredimini mense nouarum frugum. 5 Cumque introduxerit te Dominus in Terram Chananæi & Hethæi

Digitized by Google

Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebuſæi, quã iurauit patribus tuis vt daret tibi, terrám fluentem lacte & melle, celebrabis hunc morem ſacrorum menſe iſto. 6 Septem diebus veſceris azymis: & in die ſeptimo erit ſollemnitas Domini. 7 Azyma comedetis ſeptẽ diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. 8 Narrabiſq; filio tuo in die illo dicẽs: Hoc eſt quod fecit mihi Dominus quando egreſſus ſum de Ægypto. 9 Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos: & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto. 10 Cuſtodies huiuſcemodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies. 11 Cumq; introduxerit te Dominus in Terram Chananæi, ſicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: 12 ſeparabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primitiuum eſt in pecoribus tuis: quidquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis Domino. 13 Primogenitũ aſini mutabis oue: quod ſi non redemeris, interficies. Omne autẽ primogenitum hominis de filijs tuis, pretio redimes. 14 Cumq; interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? reſpondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de Terra Ægypti, de domo ſeruitutis. 15 Nam cùm induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere: occidit Dominus omne primogenitum in Terra Ægypti, à primogenito hominis vſque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. 16 Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſum quid, ob recordationẽ, inter oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto. 17 Igitur cùm emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Deus per viam Terræ Philiſthijm quæ vicina eſt: reputans ne fortè pœniret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Aegyptum. 18 Sed circumduxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta Mare rubrum: & armati aſcenderunt filij Iſrael de Terra Aegypti. 19 Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: eo quòd adiuraſſet filios Iſrael, dicens: Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. 20 Profectiq; de Socoth caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis. 21 Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroque tempore. 22 Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

Interpretatio litteralis.

a *p.* 684.
b *p.* 1117.
c *p.* 1119.
d *p.* 339.
e *p.* 1124.
f *p.* 1915. 1918. 1960.
g *p.* 844. 858. 859. 860.
h *p.* 22.
i *p.* 2083.
k *p.* 2089.
l *p.* 37. 844. 858. 1960. 1961. 2292.
m *p.* 844. 858. 859. 860. 1124. 1915. 1918. 1960.

Locutusque eſt Dominus,a Prophetia eſt à Deo. *b* Legis veteris auctor Deus. *Ad Moyſen, c* Legis veteris miniſter Moyſes. *d* Homines Deus per homines docere ſolet. * *Sanctifica mihi*, Sanctificare, eſt & ſegregare, can. 2730. & ad Dei cultum aſſumere, c. 2731. *e* Præceptum eſt Cæremoniale. *f* Cultus exhibendus Deo, etiam externus. *g* Peculiaris cultus Iſraelitis præſcribitur. *Mea sunt enim omnia*, *h* Deus Dominus omnium. * *Mementote diei huius*, &c. *i* Debita eſt Deo gratiarũ actio pro beneficijs acceptis, k & beneficij memoria. *Vt non comedatis fermentatum panem. l* Vid. ſup. cap. 12. v. 17. * *Mense nouarum frugum*, Menſe Martio. quo tẽpore in terris calidis, vt erat terra Chanaan, ſunt primæ fruges. * *Cumque introduxerit te Dominus*, &c. *m* Vide ſup. v. 2. *Terram fluentem lacte, & melle*, Terram vberem. metaphorica locutio. Lac, abundantis boni ſymbolum, c. 6379. * *Narra-*

1 2 3 4 5 6 7 8

bisque filio tuo, &c. Præcipitur traditio. *n* Apoſtolicæ traditiones ſunt verbũ Dei.
10 * *Vt lex Domini semper sit in ore tuo.*
12 *o* Parendum diuinis præceptis. * *Separabis omne, quod aperit vuluam*, vt ſup. v. 2.
14 * *Cumque interrogauerit te filius tuus*, &c.
15 vt ſup. v. 8. *Idcirco immolo Domino*, &c. *p* Pro beneficio accepto, immolo in gratiarum actionem. *q* Cultus Deo exhibendus. *Erit igitur quasi signum*, &c. † vt ſup.
17 v. 3. * *Non eos eduxit Deus per viam*, &c.
18 *r* Prouidentia, *s* & Cautio. *Armati ascenderunt filij Israel de Terra Aegypti.* LXX. Quinta generatione aſcenderunt. Sumpſerunt generationem pro 100. annis. dictum autem fuerat cap. 12. v. 40. fuiſſe habitationem Iſraelitarum in Ægypto quadringentorum triginta annorum. Sed verbum hebraicum חמושים *Hhamushim*, aptius vertit Hieronymus cum Aquila, *Armati*, fortaſſe procedebant quinquageni, aut quinque generũ armis inſtructi.
19 * *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph*, &c.

n *p.* 1357. 1371.
o *p.* 2066.
p *p.* 2083. 2089.
q *p.* 1915. 1918. 1960.
† *p.* 2089.
r *p.* 1759.
s *p.* 1761.

t Offi-

Digitized by Google

t p.2045. t Officium pietatis erga Patriarcham, u & misericordiæ erga mortuum. *Eo quod*
u p.1214. *adiurasset*, &c. x Debitum est iuramenta
x p.1987. seruandi. y Standum est promissis. * *Do-* 21
y p.2125. *minus autem præcedebat eos*, &c. z Dei 22
z p.23.310. 380. prouidentia, a & beneficentia, b Dei præ-
a p.54. sentis symbolum Nubes, ac Ignis.
b p.1.

Interpretatio mystica.

Sanctifica mihi omne primogenitum, 2
quod aperit vulvam in filijs Israel. Animæ vulua voluntas est. nam dicitur: Concupiscētia cum conceperit, parit peccatum. &, Concepit dolorem. Concupiscentia, & dolor sunt in voluntate cum circa obiecta spiritualia sunt. Primogenita voluntatis sunt primi actus voluntatis: qualis est voluntas finis. Sanctificatur autem Deo voluntas finis, cum circa Deum
a p. 3. 926. versatur vt summum bonum. *a* Is debet esse actus cuiusque hominis cum primum ad annos discretionis peruenerit: is primus actus in cuiusque operis principio: vt quisque in tota vita, in omni opere finem sibi proponat Deum. Porrò Israelitæ, Fidelium figura fuerunt. Rom. 9. 5, 6, 7.
b p.1336. Gal. 6. 16. *b* Primogenita filiorum Israel sanctificantur Deo: quia sine fide nullum
c p. 3. 926. opus est bonum ita vt placeat Deo. *c* Primogenita hominum sanctificantur Deo: quatenus prima voluntas operum intellectualium est circa Deum. Primogenita iumentorum sanctificantur Deo: quatenus prima voluntas operum, quæ nobis cum brutis communia sunt, vt vesci cibo, vti sēsibus, filios alere, refertur ad Deum: vt ea etiam opera propter Deum fiant, ad eius seruitium, ad eius gloriam.

** Septem diebus vesceris azymis*, &c. 6
d p.1221. *d* Vide sup. c. 12. in Interpr. myst. v. 15.

** Quidquid habueris masculini sexus,* 12
consecrabis Domino, Masculus, virtutis symbolum est, c. 6610. Virtus enim omnis
e p.1149. habet rationem ardui, & conformitatem cum recta ratione. *e* Sunt opera bona,
1150.1151. 1152. sunt & mala. *f* Mala non recipit Deus.

* *Primogenitum asini mutabis oue: quod* 13
f p.1295. 1296. *si non redemeris, interficies.* Asinus, stulti symbolum est, Prou. 26. 3. Ouis, hominem
g p.781. 782.808. simplicem significat, c. 6908. *g* Malitia, aut in simplicitatem christianam mutanda; aut omnino per pœnitentiam tollenda, etiam si nondum christianam simplicitatem acquisieris.

Omne autem primogenitum hominis de filijs tuis, pretio redimes. Omne opus bonum, quantumuis in Dei honorem cedat, & ad Dei gloriam efferatur: redit tamen semper ad vsum nostrum; quatenus meritorium est vitæ æternæ. Est autem meritoriū ob gratiam, quam Iesus Christus nobis pretio quinque siclorum comparauit, id est, Crucis passione, vbi quinque vulneribus effossus est, duobus in manibus, duobus in pedibus, vno in latere. *h* Eo pretio nostra opera Deo oblata redimimus; *i* quatenus iustificati per Christi gratiam operamur.

h *Vid. Trident. sess. 6. de Iustific.* c. 6. 7. 16.
i p.578. 1299. 1300.

17 * *Non eos duxit Deus per viam terræ* *Philisthijm*, &c. Eo facto duo significantur. *k* alterum, Tentationum occasiones vitandas esse. *l* Alterum licere persecutores fugere: cum maior Dei gloria ex fuga, & Ecclesiæ vtilitas speratur.

k p.914.
l p.916.

Circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta Mare rubrum. Desertum, symbolum huius mundi, c. 5856. & vitæ à terrenis tumultibus remotæ, can. 7459. Mare, quatenus amarum, pœnitentię symbolum est. Significat & Baptismum, & Christi sanguinē, quo à peccatis ablumur. *m* Per viam deserti circūducimur, cum ex Ægypto egredimur: quatenus incipientes peccatum deserere, à peccandi occasionibus recedimus, & ad pœnitentiam conuertimur, & ad Sacramenta.

m p.781. 800.

18 * *Armati ascenderunt filij Israel de* *Terra Aegypti*, Arma, ea spiritualia præsidia significant, quibus contra Diabolum armamur, c. 5412. *n* Remisso peccato, vires à Deo tribuuntur ad resistendum tentationibus, *o* & confugere nos debemus ad arma orationis, *p* fidei, *q* spei, *r* patientiæ.

n p.902.
o p.903.
p p.905.
q p.906.
r p.909.

Per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore. *s* Peculiaris Dei erga pios prouidentia significatur, *t* atque protectio. Quoniam autem duo sunt tentationum fontes, quibus iter ad cęlum impeditur, Concupiscentia, & Timor: vtroque tempore Deus iustos iuuat suis auxilijs; *u* ardorem concupiscentiæ mitigans nube consolationum diuinarum; timorem superans cogitatione ignis diuinę vindictę: Vel noctem ignorantiæ matris errorum, diuinis illustrationibus illuminans.

s p.380.
t p.899.
u *Vid. Gregoriū apud Gloss.*

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Aegyptiorum in Mari rubro exterminium narratur. Predicit illud Deus Moysi; iubetq; Israelitas in locum angustum progredi. Ea loci occasio Pharaonem allicit ad persequēdum. Viso insequentium exercitu Israelita timent, & conqueruntur. Percutit Moyses mare iubente Deo; illudque diuiditur, & redditur siccum. Ingreditur in siccum populus Dei; & post eius tergum columna ignis versus populum, columna nubis versus Aegyptios, vt eis Israelitarum aspectum eripiat. Persequuntur Aegyptij; & iam in maris medium perducti, reuersis super illos aquis, omnes cum equis, & curribus submerguntur. Progrediuntur Israelitæ per siccum, & euadunt.

1 LOcutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere filijs Israel: Reuersi castrametentur è regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum & mare contra Beelsephon: in conspectu eius castra ponetis super mare. 3 Dicturusque est Pharao super filijs Israel: Coarctati sunt in terra, concluſit eos desertum. 4 Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius: scientq; Ægyptij quia ego sum Dominus. Feceruntque ita. 5 Et nunciatum est regi Ægyptiorum quòd fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis & seruorum eius super populo, & dixerunt: Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? 6 Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. 7 Tulitq; sexcentos currus electos, & quidquid in Aegypto curruum fuit: & duces totius exercitus. 8 Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa. 9 Cumque persequerentur Aegyptij vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus, erant in Phihahiroth contra Beelsephon. 10 Cumque appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se: & timuerunt valde: clamaueruntque ad Dominum, 11 & dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? 12 Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Aegypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs? multo enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine. 13 Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state, & videte magnalia Domini quæ facturus est hodie: Aegyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vsque in sempiternum. 14 Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. 15 Dixitq; Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel vt proficiscantur. 16 Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. 17 Ego autem indurabo cor Aegyptiorum vt persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. 18 Et scient Aegyptij quia ego sum Dominus, cùm glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus eius. 19 Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum 20 stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem: ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. 21 Cumq; extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehemēti & vrente tota nocte, & vertit in siccum: diuisaq; est aqua. 22 Et ingressi sunt filij Israel per mediū sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua. 23 Persequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites, per medium maris. 24 Iamq; aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorū per columnam ignis & nubis, interfecit exercitū eorum: 25 & subuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij: Fugiamus Israelem:

Digitized by Google

lem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. 26 Et ait Dominus ad Moysen: Extende manũ tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorum. 27 Cumq; extendisset Moyses manũ contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locũ: fugientibusq; Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. 28 Reuersæq; sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. 29 Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris: 30 liberauitq; Dominus in die illa Israel de manu Aegyptiorum. 31 Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

a p.684.

Locutus est Dominus ad Moysen, *a* Prophetica reuelatio à Deo. * *Loquere filijs Israel*, 2

b p.339.

b Per homines hominibus suam aperit voluntatem Deus. *Phihahiroth*, Mansio quarta, vbi filij Israel vtrinque concluſi fuerunt, hinc mari, inde Pharaone insequẽte. *Magdalum*, Locus in monte situs. Aliàs Magdalum, vrbs Ægypti, vbi habitarunt reliquiæ Iudæorum, qui post necem Godoliæ, assumpto Ieremia, fugerant in Ægyptum metu Babyloniorum. distat à Peluſio mille ducentis passibus. Aliàs Magdalum, Castrum Mariæ Magdalenæ, in littore maris Galilææ.

e Ioseph. 2. Antiq. 13. d p.18. e p.163. f p.1758. 1769. g p.381. 1281. 2256. h p.39. i p.91. k p.301. 313. l p.302. m p 1286. n p.1.6. o p.29. p p.2066.

Beelsephon, *c* Ciuitas ad Mare rubrũ sita. * *Dicturusque est Pharao*, *d* Deus futura 3 cognoscit, etiam liberè contingentia. 4 *e* Consultatio, *f* & ratiocinatio astuta. *Et indurabo cor eius*. *g* Vide sup. c. 4. v. 21. *Et glorificabor in Pharaone*, *h* Manifestabor potens. *i* Finis omnium operum diuinorum gloria Dei. ea facit ad sui notitiam communicandam. *k* Permittuntur à Deo peccata ob maius bonum. *l* Deus auctor mali, quod est pœna, *m* ad suam iustitiam manifestandam. *Quod ego sim Dominus*, *n* Vnus verus Deus. *o* Ex operibus cognoscitur Deus. *Feceruntq; ita*, *p* Obedientia. * *Quod fugisset populus*, Suspicati sunt 5 fugam, quod vidissent populum à solitudine diuertere, in quam se ituros dixerant viam trium dierum ad sacrificandum. *Immutatumque est cor Pharaonis*, &c.

q p.2125. 2128. r p.198. 250. s p.380. 899. t p.14. u p.238. 246. x p.238. y p.903. 1926. 1931. z p.2154. a p.1730. b p.2183.

q Non stat concessis, infidelis, & proditor. * *Iunxit ergo currum*, &c. *r* Actiones odij 6 contra Israelitas, & iræ. * *Indurauitque* 7 *Dominus*, &c. Vide sup. v. 4. *At illi egressi* 8 *erant in manu excelsa*, *s* Dei cultores à Deo protegũtur. *t* Manus symbolũ diuinę potentiæ. * *Timuerunt valde*, *u* Ob exi- 10 stimationem imminentis periculi. *Clamaueruntque ad Dominum*, *x* Timoris symbolum clamor. *y* Dei contra pericula auxilium poscendũ. * *Et dixerunt ad Moy-* 11 *sen*, &c. *z* Querimoniæ iniustæ. *Multò* 12 *melius erat*, &c. *a* Eligenda meliora. * *Nolite timere*, &c. *b* Frænandus timor, 13 qui retrahit voluntatem à prosecutione 14 boni, *c* & audacia excitanda. *d* Audaciæ causa spes. *e* Fide, ac spe tentationibus re- 15 sistendum. * *Quid clamas ad me?* *f* Cla- 16 mor, symbolum orationis. * *Tu autem eleua virgam tuam*, &c. *g* Communicata 17 à Deo Moysi Operatio virtutum. * *Indurabo cor Aegyptiorum*, Vide supra v. 4. 18 *Glorificabor*, Vide ibidem. * *Et scient* 19 *Aegyptij*. Vid. ibidem. * *Stetit inter ca-* 20 *stra*, &c. *Et erat tenebrosa, & illuminans noctem*, &c. *h* Peculiaris ad protegendum Israelitas Dei prouidẽtia. Ex parte Ægyptiorum, ne cernerent, nubes erat tenebrosa; ex parte Israelitarum, vt cernerent, 21 lumen. * *Abstulit illud Dominus*, &c. *i* Miraculum. *Vrente tota nocte*, Miraculo diuisa est aqua; deinde vt siccaretur profundũ maris, vsus est Deus vento. *k* Admirabilis in diuina prouidentia cum effi- 22 cacitate suauitas. * *Ingressi sunt filij Israel*, &c. *l* Audent, viso miraculo. 23 * *Quasi murus*, &c. *m* Miraculum. *Per-* *sequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos*, &c. *n* Illicitè impauidi. *o* Audent illi- 24 citè. * *Respiciens Dominus super castra* *Aegyptiorum*, *p* Visus, symbolum diuinæ potentiæ, parantis se ad benefaciendum, 25 vel puniendum, c. 2773. * *Interfecit exer-* *citum eorum*, Iaculando in Ægyptios ex columna nubis, & ignis, fulgura. *q* Est Deus vindex, ac vltor male agentium. *r* est auctor pœnæ. *s* Ad superiorem spectat subditorum malefacta pœnis compensare. *t* etiam multitudo punienda, cum contingit ipsam multitudinem peccare. *u* Pro culpæ quantitate licitæ sunt pœnæ. *Ferebanturq; in profundum*, hebr. & ducebat eos cũ grauitate. duplex sensus esse potest: Fractis currum rotis, Ægyptij ruebant in solum. Vel, Lentè gradiebantur. *Fugiamus Israelem*, &c. *x* Timent. *y* Timoris causa, defectus virtutis ad re- 26 sistendum Deo. *z* Licet timendo fugere, 27 quod secundum rectam rationem fugiendum. * *Et ait Dominus*, &c. Describitur pœna Ægyptijs inflicta. vt sup. v. 24. 25. 28 * *Filij autẽ Israel perrexerunt*, &c. *a* Vid. 29 supra à v. 19. ad 24. * *Timuitque populus* 30 *Dominum*, *b* Est Deus timendus. *Et cre-* 31

c p.2184. d p.248. e p.905. f p.1926. g p.419. h p.23. 380. 899. i p.310. k p.305. l p.2184. m p.310. n p.2202. o p.2204. p p.23. 302. q p.25. r p.302. 1279. s p.2099. t p.2101. u p.2104. x p.238. y p.246. z p.2200. a p.23. 310. 380. 899. b p.38.

Digitized by Google

c p.1383. *diderunt Domino*, c Quia viderunt signa
d p.696. veritatis diuinæ miracula. *d* Ad veræ fidei confirmationem fiunt miracula. *Et*
e p.697. *Moysi seruo eius*, *e* Fiunt sæpè miracula ad confirmationem sanctitatis alicuius.
f p.1353. *f* Fides est ab Ecclesia tanquam à proponente.
g p.1355. *g* Ad Summum Pontificem pertinet regulam fidei proponere.

Interpretatio mystica.

QVæ in hoc capite habentur, figuram fuisse mysteriorum noui testamenti indicat Paulus Hebr. 11. 29. *Fide transierũt Mare rubrum, tanquam per aridam terram: quod experti Aegyptij, deuorati sunt.* Et eũdem transitum Maris rubri figurasse Baptismum innuit idem Paulus 1. Cor. 10. *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. &c. Hæc autem omnia in figura contingebant illis.*

* *Et persecutus est filios Israel*, Pharao 8
Diaboli, Filij Israel Ecclesię figura fuerũt.
a p.880. 881.882, 888. *a* Est autem bellum inter Ecclesiam, & hostes Christi.

* *Tollensque se Angelus Dei*, &c. *Et* 19
erat nubes tenebrosa, & illuminans no- 20
ctem, &c. Angelus, symbolum est Doctoris, & interpretis legis, ac voluntatis diuinæ, Malach. 2. 7. & 3. 1. Nubes, perfectionis magnæ symbolum est, Psal. 35. 6. & 56. 11. Isa. 14. 14. Tenebræ, calamitatis, & mortis, c. 7610. 7613. Lux, præstantis boni, veritatis, doctrinæ, felicitatis, c. 6524. 6525. 6530. 6531. 6532. *b* Ergo nubes te-
b p.727, 730. nebrosa, & illuminans figura fuit Prædicatorum apostolicorum, qui prædicatione æternorum suppliciorum, & gaudiorum, trahere nituntur peccatores ad Fidem, ad Deum, ad Christũ. *c* Figura Crucis Chri- c p.544.
sti, quæ Iudæis scandalum, Gentibus stul- 545.572,
titia visa est; credentibus autem, felicitas 573.
æterna, *d* quæ peccatum destruxit, & adi- d p.583.
tum aperuit ad æternam felicitatem. 584.585.
Figura diuinæ sapientiæ, vt innuitur Sap. 586.588.
10. 17. Nam tenebræ, diuinæ inuisibilitatis symbolum sunt, & incomprehensibilitatis, c. 7609, Lux, boni præstantis; qualis est Deus, c. 6524. *e* Nubes illa Deum fi- e p.2.8.28.
gurabat inuisibilem, incomprehẽsibilem, 32.
quatenus tenebrosa; Deum principium omnis boni, quatenus lucida.

22 * *Ingressi sunt filij Israel per medium*
sicci maris, Mare, symbolum magnæ calamitatis, & miseriæ, c. 6597. *f* Ergo Mare f p.545.
rubrum, ingentes Christi dolores, ac mortem significauit. *g* In hoc mare ingredi- g p.1342.
mur, & non mergimur; quatenus Fidem 1347.754.
amplectimur, credentes saluari per Chri- 756.
30 stum, & Baptismũ susc ipimus. * *h* Liberi h p.583.
à seruitute Ægyptiorum euadimus per 584.585.
hoc mare; quatenus per Christi passionẽ, 586.588.
ac Baptismum saluamur. 757.897.

31 * *Et viderunt Aegyptios mortuos su-*
per littus maris, *i* Ægyptij nos persequen- i p.888.
tes, sunt Diabolus; quatenus sub eius po- 892.1276.
testate sumus; concupiscentia, peccata, vitia, nobis inhærentia. *k* Hæc merguntur k p.403.
in mari rubro, quatenus noster vetus ho- 404.413,
mo vitijs moritur, & peccatis, per Baptis- 757.
mum, & gratiam, quam Baptismus infundit per Christum, & eius mortem.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Israelitæ Dei beneficium agnoscentes, celebrant cantico Dei potentiam; quod defenderit populum suum, quod à periculo eripuerit, quod mare diuiserit, quod Aegyptios demerserit. Terrorem imprecantur vicinis gentibus, & Chananæis, donec in terram promissam ingrediantur. Idem canticum repetit Maria prophetissa cum omnibus mulieribus. Veniunt itinere trium dierum per solitudinem in Mara. Vbi aquæ amaræ, ostenso à Deo ligno, in dulcedinem versæ sunt. Incipit Deus suis præceptis populum instruere; & ad obedientiam hortatur.

1 TVne cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt:

Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equũ & ascensorem deiecit in mare.

2 Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

3 Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

4 Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in Mari rubro.

5 Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

6 Dex-

Digitized by Google

6 Dextera tua Domine, magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine, percussit inimicum.

7 Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos; misisti iram tuam, quæ deuorat eos sicut stipulam.

8 Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

9 Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10 Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus.

11 Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

12 Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

13 Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

14 Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm.

15 Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

16 Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

17 Introduces eos, & plantabis [in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ.

18 Dominus regnabit in æternum & vltrà.

19 Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris: filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

20 Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, 21 quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem eius deiecit in mare. 22 Tulit autē Moyses Israel de Mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. 23 Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd essent amaræ, vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum, Mara, idest, amaritudinem. 24 Et murmurauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum, 26 dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te: ego enim Dominus sanator tuus. 27 Venerunt autē in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.

Interpretatio litteralis.

a p.2083. T*Vnc cecinit Moyses*, &c. *a* Debitæ sunt Deo actiones gratiarum pro beneficijs ab ipso receptis. *Cantemus Domino, b* Est Deus ore laudandus, ac benedicendus, vt nos ipsos, & alios audientes, ad eius reuerentiam inducamus. *c* Ad diuinas laudes conuenienter cantus assumitur, vt magis animus in affectum pietatis assurgat. *Gloriosè magnificatus est,* Valde suā gloriam manifestauit. Excellentem suæ potentiæ cognitionem hominibus dedit. *d* Est diuinum Ens gloria dignum, cum sit principiū omnium bonorum. *e* Finis omniū operum diuinorum est gloria Dei. Omnia enim opera ad extra ad sui notitiam communicandam producit Deus. *Equum & ascensorem deiecit in mare, f* Ex operibus, præsertim miraculosis, cognoscitur Dei potētia. *g* & ex magnis pœnis, quas infligit, intel-

b p.1998.

c p.1999.

d p.39.

e p.91.

f p.29. 310.

g p.302. 1286.

Digitized by Google

intelligitur eius potestas, & iustitia.
* *Fortitudo mea, & laus mea Dominus,* 2
h p.2083. Et, pro, Ergo, Ideo, c.2905. *h* Quia me Deus defendit, fortem reddidit: ideo eum laudo. Gratias ago. *Iste Deus meus, &*
i p.39. *glorificabo eum.* &c. *i* Quia is verus Deus est; ideo gloria dignus. * *Dominus quasi* 3
vir pugnator, omnipotens nomen eius. hebr. Dominus vir belli, Dominus nomen eius. id est, Fortis, potens vt exercitus armatus: eius potentia ex eo oritur, quia est
k p.14. Iehouà, Ens, principiũ omnis entis. K Deus
l p.2. omnia potest. *l* Deus ens à se. * *Currus* 4
Pharaonis, & exercitum eius, &c. Prædi- 5
m p.14.29. cat Dei potentiam. *m* Vide supra v. 1. 6
302. 310. *Misisti iram tuam, quæ devorauit eos sicut* 7
1286. *stipulam,* Metaphora, sumpta ex igne, qui
n p.25. stipulam statim absumit. *n* symbolum iu-
1286. stitiæ diuinæ vindicatiuæ Ignis. Stipula, symbolum impiorum, c.7543. * *Et in spi-* 8
o p.25. *ritu furoris tui,* &c. *o* Congregatio aqua-
1286. rum in medio mari, earumq; diuisio, effectus fuit furoris tui, volentis exercere iustitiam vindicatiuam contra Ægyptios.
* *Dixit inimicus, Persequar,* &c. Sermo- 9
p p.198. cinatio elegans, c.8754. *p* qua Ægyptiorũ
q p.200. odium describitur contra Israelitas, *q* &
2163. concupiscentia spoliorum, *r* & appetitus
r p.1294. illicitę vltionis. * *Flauit spiritus tuus,* &c. 10
1844.2096. *s* Vltus es hæc peccata. * *Quis similis tui* 11
e p.25. *in fortibus, Domine,* &c. hebr. *Elim,* for-
1279.2099. tes, & Deos significat. *t* Tum omnipotentia significatur, *u* tum vnitas Dei. *Magnificus in sanctitate, x* Excellens sanctitate. *Terribilis, atque laudabilis.* hebraicè Timendus laudibus. Timere, est colere,
y p.38. c.2763. *y* Deus timendus, *z* & laudandus,
z p.39. *a* & colendus. *Faciens mirabilia,* Ideo
2083. laudandus. *b* Laus consequitur ad opus
a p.37. bonum. *c* Finis operum diuinorum Dei
b p.1297. gloria. * *Extendisti manum tuam,* &c. 12
c p.91.310. vt sup. v.10. *Deuorauit eos terra,* Quatenus descenderunt in profundum vsque ad tertam. Quamquam Terrę nomen vtrunque globum complectitur maris, & terrę, can.2361. * *Dux fuisti in misericordia* 13
tua, &c. Dux, per columnam nubis, &
d p.54. ignis. *d* Celebratur Dei beneficentia, *e* &
e p.56. misericordia. *In fortitudine tua, f* Deus
f p.14. omnia potest. *Ad habitaculum sanctum tuum,* Est prophetia de templo Ierosolimitano, &
g p.18.683. de futuris bellis. *g* Deus futura cognoscit. * *Ascenderunt populi,* hebr. 14
Audierunt, & congregauerunt, nępe exer- 15
citum. *Et irati sunt,* hebr. vtrunque significat, Irasci, & Contremiscere. *h* Tristitia,
h p.215. timor, & ira describitur populorum vici-
238.250. norum. * *Irruat super eos formido, & pa-* 16
uor, &c. Imperatiua in sacris Scripturis, interdum habent rationem optatiui, & imprecationes sunt contra malè agentes,
i p.1904. c.457. 8628. *i* Licet autem alteri malum imprecari sub ratione iusti, aut vtilis.

Possunt etiam accipi pro futuris, & in hebræo solent esse futura: vt sint prædictiones futurorũ, c.8629. *k* Prædicitur terror k p.18.683.
populorum. *In magnitudine brachij tui,*
l Symbolum diuinæ potentiæ Brachium. l p.14.
Quem possedisti, Quem acquisisti, c.4118. Dicitur Deus eum populum acquisisse, quatenus è seruitute liberauit. *m* Memo- m p.54.
17 ria est diuini beneficii. * *Introduces eos,*
&c. Pergit propheticè loqui de futuro Templo Ierosolymitano; quod ædificatum est in monte Sion. *Plantabis,* Habitatione, & vera religione stabilies, c.7094. *n* Ho- n p.320.
minum symbola Plantæ. *Hæreditatis tuæ,* Quam quasi hæreditatem tibi debitam vindicasti: quam tueris, & amas, tanquam bona hæreditaria, c.6217. Vel quam populo tuo tribuisti, quasi partem hæreditariam, c.6215. *o* Hæreditas, Ecclesiæ symbolum est, veram religionem, ac Dei cultũ o p.620.
profitentis. *Firmissimo habitaculo tuo,* hebr. locus requiei tuæ. Requies Domini, dicitur locus Domus Domini, quietus, immobilis, fixus: qualis non erat ante Templum conditum, c.8499. *p* Ergo Re- p p 620.
quies, seu Firmissimũ habitaculum Dei, 1350.
est Ecclesia Catholica; quæ stabili fide vsque ad mundi finẽ perseverabit. *Quod*
operatus es, Domine, q Fides, est dictum q p.1351.
Dei. *Sanctuarium tuum,* Domus sanctitatis, Palatiũ regium. Est epexegesis, id est, explicatio præcedentium verborũ, c.8769. *r* Sanctuarium, Domus, Palatium, symbola sunt Ecclesiæ. *Quod firmauerunt ma-* r p. 620.
18 *nus tuæ, s* Idem, quod paullo ante. * *Do-* s p.1351.
minus regnabit in æternum, & vltra.
Futura apud Hebræos perpetuitatem actionis solent significare, c.8635. *t* Indi- t p.22.
cat Deum, omnium Dominum, *u* & æter- u p.11.
num. Nam ratio regni in Deo, quatenus est ipse principium omnium, est æterna, vt Deus ipse. Est figura epiphonema, c.8759. id est, Sententia, quæ in fine expe-
19 sitæ rei cũ affectu enunciatur. * *Ingressus*
est enim eques Pharao, &c. Est figura Regressio, c. 8768. brevis superioris narrationis repetitio. *x* Vide sup. v. 1. x p.14.25.
20 * *Sumpsit ergo Maria,* &c. *y* Exterio- 29.54.56.
21 res corporis actus conueniẽter in cultum 302.310.
22 Dei exhibentur, *z* vt cantus. * *Cantemus* 1286.
23 *Domino,* vt sup. v.1. *Et non inueniebant* y p.1918.
aquam. a Permittuntur tentationes, ac z p.1998.
tribulationes à Deo, ad probationem, ad 1999.
purgationem, ad coronam, ad exemplum a p.900.
patientiæ, in pœnã. *Vocans illum Mara,*
b Vsus est imponendi nomina ad cogni- b p.2153.
tionem eventus præteriti tradendam.
24 * *Murmurauit populus, c* Querimonia, c p.2154.
25 *d* & detractio. * *Clamauit ad Dominum,* d p.1898.
Obscurum est in hebræo an clamauerit Moyses, an populus. Potuit Deum orare vterque. *e* Possunt temporalia à Deo peti e p.1931.
ad finem honestum. *f* Clamor, orationis f p.1926.

sym-

Digitized by Google

g p.1941. symbolum, *g* & indicat vehemens in orãte desiderium. *Qui ostendit ei lignum*, *h* Eo
h p.55. facto se Deus exorabilem ostendit, *i* &
i p.53. benignum, *k* & beneficum, *l* & misericor-
k p.54. dem, *m* & prouidum. *Ibi constituit ei præ-*
l p.56. *cepta, atque iudicia*, Vtraque vox hebræa
m p.23. ומשפט חק Hhòq, & *Mispàt*, idem significare solent, Præceptum, legem, decretum, statutum: sed *Hhòq* videtur latius patere, & sumi etiam pro Ritu, Cæremonia, more, consuetudine. Cœpit Deus populum rudem instruere, & ei præcepta dare,
n p.2078. ac formam religionis tradere. *n* Debent Superiores institutionibus, & legibus, bonos in subditis mores procurare. *o* Auctor
o p.1117. legis veteris Deus. *Ibi tentauit eum*, Tentare Deus dicitur, vt quod scit, scire etiam videatur, ac si explorando, experiendoque didicisset: & non vt ipse, sed vt ij, quos tentat, sese cognoscant, c.2761. Tentauit
p p.1114. autem Deus in deserto Israelitas, *p* tum quatenus præceptis, eorum obedientiam probauit, vt se peccatores agnoscerent,
q p.900. *q* tum quatenus probauit tribulationibus patientiam. * *Si audieris vocem Domini* 26
r p.2065. *Dei tui*, &c. *r* Obedientiæ præmia. *s* Con-
s p.1122. gruum veteri legi temporalia præmia proponere, vt per temporalia, quæ erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum. *Cunctum*
t p.302. *languorem, quem posui in Aegypto*, *t* Deus auctor mali, quod est pœna. *Ego Dominus*
u p.298. *sanator tuus*, *u* Bonorum auctor Deus.
x p.56. *x* Medicus, symbolum Dei miserentis.
y p.1759. * *Et castrametati sũt iuxta aquas*, *y* Pro- 27
uidentia, ne siti laborarent, aquarum penuria.

Interpretatio mystica.

CAntemus Domino, &c. Hoc Israelitarum Canticum figura est triplicis Cantici, siue lætitiæ. Primum eius, quam recepit Ecclesia ex Christi resurrectione: 1
a p.599. *a* quatenus causa ea est efficiens, & exem-
600. plaris nostræ resurrectionis, & iustificationis: ideo canit Ecclesia: Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in
b p.403. ea. *b* Deinde figurat eam consolationem,
413. quam habet anima, cum per Baptismum, & Pœnitentiam, remissis peccatis, euadit
c p.978. è seruitute Diaboli. *c* Postremo figurat lætitiam beatorum, in libertatem vindicatorum filiorum Dei. quia liberi erunt ab omni malo.

Equum, & ascẽsorem deiecit in mare. Equus, symbolum est hominis vitijs dediti, & concupiscentiæ, c.5921. Ascensor, est Diabolus, quatenus imperium habet in impios. Mare, Baptismi symbolum est,
d p.583. c.6604. & Aqua, symbolũ Gratiæ, c.5349.
584.585. *d* Deijcitur equus, & ascensor in mare,
586. quatenus per Christi passionem liberamur à seruitute Diaboli, ac peccati. *e* & quate- e p.413.
nus in impij iustificatione, peccata omnino delentur per gratiam.

2 * *Fortitudo, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem*, *f* Solus Deus f p.382.
auctor, & principalis gratiæ causa: ab eo ad omne opus bonũ initium, & auxilium.

8 * *In spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ*, Spiritus solet in Scripturis sacris sumi & pro Spiritu sancto, c.2293. & pro dono Spiritus sancti, c.2299. & pro gratia noui testamenti, c.2306. *g* Ob odium, quo g p.581.
fertur Deus erga peccatum, suum Filium 757.
in similitudinẽ factum carnis peccati, in Cruce percussit: & ex percussi latere fluxerũt aquæ Baptismi. quibus deletur peccatum. & ita renascimur ex aqua, & Spiritu sancto.

13 * *Portasti eum in misericordia tua ad habitaculum sanctum tuum*, Habitaculũ sanctum Dei, æterna cæli felicitas. *h* Est in h p.969.
cælo felicitas Sanctorum, siue Ecclesia i p.375.
triumphans. *i* Non potest homo mereri vitam æternam sine gratia Dei.

14 * *Ascenderunt populi, & irati sunt*, &c.

15 Bella Ecclesiæ mystice describuntur. *k* Est k p.881.
ciuitas Diaboli, & Ecclesia impiorum; quã Philisthijm, Edom, Moab, Chananæi figurarunt. *l* Bellum est in hoc mundo inter l p.882.
Ecclesiam, & hostes Christi. 883.884.

16 * *Fiant immobiles quasi lapis, donec* 885.886.

17 *pertranseat populus tuus*, &c. *m* Tribula- m p.898.
tiones Ecclesiæ aliquando cessaturæ sunt. *n* Iusti, ac pij à Deo proteguntur. *o* Vires n p.899.
à Deo Ecclesiæ tribuuntur, ad se tuendum, o p.902.
ad suos hostes debellandum. *p* Dei contra p p.903.
tentationes auxilium poscendum. *q* Ten- q p.905.
tationibus fide, ac spe resistendum: vt hic 906.
locus innuit Israelitas feciisse.

22 * *Ambulauerunt tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam.* Aqua, quatenus sitim sedat, sapientiæ, verique symbolum est, quod præcipuum hominis desiderium explet, quod est ad intelligẽdum, c.5355. Desertum, symbolum est huius mundi, can. 5856. Diei nomine huius vitæ tempus significatur, c.5870. & prosperitas, c.5869. Duplex sensus mysticus existit. *r* Alter, quod in hac vita qui in r p.930.
triplici concupiscentia felicitatem ponũt, 931.932.
diuitiarum, voluptatum, honorum; verã 933.934.
felicitatem non assequuntur; quæ in Dei contemplatione posita est. Alter sensus mysticus est: *s* quod neque ante diluuium, s p.369.
neque post diluuium per legem naturæ 372.373.
vsque ad Moysen, neque post legem scri- 374.1113.
ptam, vi legis, haberi Dei gratia potuit, quam in Adamo amissimus per peccatum.

25 * *Ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem verse sunt.* *t* Dul- t p.543.
ce lignum, Crux Iesu: quæ amaritudinem, 544.573.
quam secum habebat nostra natura per 577.
peccatum; vertit in dulcedinem gratiæ.

Aqua

Aqua symbolum est miseriæ, ac peccati. c.5350.5351.5353.

Venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & castrametari sunt iuxta aquas, u Descriptio est mystica nascentis Ecclesiæ. In qua fuerunt duodecim Apostoli, tanquam fontes, ex quibus doctrina Fidei ad posteros, scripto, & traditione, deriuaretur: fuerunt primi illi Christi discipuli, tanquam palmæ ob iustitiæ, ac fortitudinis præstantiam, c.6927.6929.6931. à quibus bonum vitæ exemplum acciperetur.

d p.620. 631.634. 635.636. 637.744. 646.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Venit Israel in desertum Sin: & pressus fame murmurat contra Moysen. Mittit Dominus in castra coturnicem vespere, manè rorem in terram, quem Man appellarunt: qui erat quasi semen coriandri albus: gustusque eius quasi similæ cum melle. Præcipit autem non plus ex illo colligi, quàm quantum sufficiat ad vescendum, mensuram gomor in singula capita. Et ne Sabbato colligatur, iubet die præcedenti duplicari mensuram. Fit autem miraculo, vt si quid plus colligatur præterquam pro Sabbato, computrescat; & ipso Sabbato Man non cadat è cælo. Eoque cibo Israelitæ annis quadraginta pascuntur, donec ad terram habitabilem perueniant. Seruatur autem è Man mensura gomor pro posteris ad beneficij memoriam.

1 PRofectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quinto decimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. 2 Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. 3 Dixeruntq; filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniũ, & comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? 4 Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce, ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrùm ambulet in lege mea, an non. 5 Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. 6 Dixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scietis quòd Dominus eduxerit vos de terra Aegypti: 7 & manè videbitis gloriam Domini: audiuit enim murmur vestrum contra Dominum: nos verò quid sumus, quia mussitastis contra nos? 8 Et ait Moyses: Dabit vobis Dominus vesperè carnes edere, & manè panes in saturitate: eo quòd audierit murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eum: nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrũ, sed contra Dominum. 9 Dixit quoque Moyses ad Aaron: Dic vniuersæ congregationi filiorum Israel: Accedite coram Domino: audiuit enim murmur vestrum. 10 Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube. 11 Locutus est autem Dominus ad Moysen dicens: 12 Audiui murmurationes filiorum Israel, loquere ad eos: Vesperè comedetis carnes, & manè saturabimini panibus: scietisque quòd ego sum Dominus Deus vester. 13 Factum est ergo vesperè, & ascendens coturnix, cooperuit castra: manè quoque ros iacuit per circuitũ castrorum. 14 Cumq; operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem pruinę super terram. 15 Quod cùm vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicem: Manhu? quod significat: Quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. 16 Hic est sermo, quem præcepit Dominus: Colligat vnusquisque ex eo quantũ sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum, quæ habitant in tabernaculo sic tolletis. 17 Feceruntque ita filij Israel: & collegerunt, alius plus, alius minus. 18 Et mensi sunt ad mensuram gomor. nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. 19 Dixitq; Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in

manè.

Digitized by Google

manè. 20 Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque manè, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit: & iratus eſt contra eos Moyſes. 21 Colligebant autem manè ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum. Cumq; incaluiſſet ſol, liquefiebat. 22 In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt, duo gomor per ſingulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. 23 Qui ait eis: Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: Requies ſabbati ſanctificata eſt Domino cras. quodcũque operandum eſt, facite: & quæ coquenda ſunt, coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite vſque in manè. 24 Feceruntque ita vt præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis inuētus eſt in eo. 25 Dixitq; Moyſes: Comedite illud hodie, quia ſabbatum eſt Domini: non inuenietur hodie in agro. 26 Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini, idcirco non inuenietur. 27 Venitque ſeptima dies: & egreſſi de populo vt colligerent, non inuenerunt. 28 Dixit autem Dominus ad Moyſen: Vſquequò non vultis cuſtodire mandata mea, & legem meam? 29 Videte quòd Dominus dederit vobis ſabbatum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnuſquiſq; apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. 30 Et ſabbatizauit populus die ſeptimo. 31 Appellauitq; domus Iſrael nomen eius Man: quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque eius quaſi ſimilæ cum melle. 32 Dixit autem Moyſes: Iſtē eſt ſermo, quem præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes: vt nouerint panem, quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſſis de terra Ægypti. 33 Dixitque Moyſes ad Aaron: Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere gomor: & repone coram Domino, ad ſeruandum in generationes veſtras, 34 ſicut præcepit Dominus Moyſi. Poſuitq; illud Aaron in tabernaculo reſeruandum. 35 Filij autem Iſrael comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti ſunt, vſquequò tangerent fines terræ Chanaan. 36 Gomor autem decima pars eſt Ephi.

Interpretatio litteralis.

DE Elim, Manſio ſexta. De qua in fine cap. præcedentis. Eſt etiam Elim nomen ciuitatis Moabitarum. *In desertum Sin*, Māſio ſeptima. Omnis ab Elim vſque ad montem Sinai eremus Sin vocatur: in qua ſunt manſiones quinque: Caſtra ad mare, Sin, Daphca, Alus, & Raphidim. *Quintodecimo die menſis secundi*, Egreſſionis ab Ægypto trigeſimo primo. * *Et murmurauit omnis congregatio*, &c. Deficiente farina, quam ex Ægypto ſecum tulerant; *a* conqueſti ſunt. * *Ego pluam vobis panes de cælo*, *b* Hęc verba indicant in Deo prouidentiam, *c* & benignitatem, *d* & beneficentiam, *e* & miſericordiam, *f* & concurrere Deum immediatè ad omnem rerum creatarum operationem, *g* & aliqua ſæpè facere præter ordinem, quem indidit rebus. *Vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non*, Vt cum nihil illi defecerit de neceſſarijs, non habeat occaſionem ſubtrahendi ſe à meo ſeruitio. Quod ſi ſe ſubtraxerit, ſuam nequitiam agnoſcat. *h* vid. ſup. cap. 15. v. 25. * *Sit duplum*, &c. *i* Prouidētia pro cultu Sabbati. * *Scietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti*, K Ex opere miraculoſo cognoſcitur Deus. *l* & diuina veritas.

7 * *Mane videbitis gloriam Domini*, Opus miraculoſum, quod manifeſtabit Deum auctorem. Gloria eſt clara cognitio cum laude. *m* Finis omnium operū diuinorum gloria Dei. *Audiuit murmur veſtrum contra Dominum*, &c. *n* Cognoſcit Deus omnia. Diuinę cognitionis ſymbolū Auditus, c. 5435. *Contra Dominum*, Quia ſuperiores ſunt loco Dei. Innuunt hęc verba peccaſſe Iſraelitas murmurādo contra Moyſen, & Aaron. *o* Debetur perſonis in dignitate conſtitutis obſeruantia, & cultus, *p* & Ingratitudinis actus fuit beneficium quaſi maleficium reputare. *Nos verò quid sumus*, *q* Cognitio proprię vilitatis: humilitatis origo, *r* & humilitatis actus propriæ vilitatis confeſſio. *s* Ad Deum referenda omnis excellentia. * *Dabit vobis Dominus*, &c. *Eo quod audierit murmurationes veſtras*, &c. *t* Indicat Dei patientiam, qui populi murmurationem non vlciſcatur, *u* & manſuetudinem, *x* & benignitatem, *y* & beneficentiam, *z* & miſericordiam. *a* Miſericordię actus eſt, moleſtias aliorum æquo animo perferre. *Nos verò quid sumus*, &c. *b* vt ſupra v. 7. 10 * *Ecce gloria Domini*, Maieſtas, c. 1674. *Apparuit in nube*, *c* Nubes, diuinæ præſentiæ ſymbolum, c. 6769. quatenus Deus

a p. 2154. b p. [illegible]. c p. 53. d p. 54. e p. 56. f p. 399. g p. 310. h p. 1114. i p. 1759. k p. 29. l p. 696. 1383. m p. 91. n p. 16. o p. 2052. p p. 2092. q p. 2371. r p. 2379. s p. 2220. t p. 49. u p. 51. x p. 53. y p. 54. z p. 56. a p. 1620. b p. 2052. 2092. 2220 2371. 2379. c p. 28.

Digitized by Google

d p.29.696 1383. c p.6. f p.310. g p.158. h p.53. 54. 56. i p.2078. † p.2066. k p.310. l p.2072. m p.310. n p.1279. 2099.2104. o p.250. 251. p p.2099. q p.2349. r p.1915. 1916. s p.2000. t p.2001. u p.2061. 2062. 2066 x p.2065. y p.23. 1759. 2000. 2001. z p.2154. a p.1629. b p.2153. c p.2083. 2084. d p.2066. e p.23. f p.310. g d.2850.

est inuisibilis. * *Scietisque, d* vt sup.v.6. 12
Quod ego sum Dominus, e Vnus,& verus
Deus. * *Ascendens coturnix*,&c. *f* Du- 13
plex miraculum,Coturnicum,& Mannę. 14
* *Quid est hoc?* Ita verterũt LXX.hebręũ 15
מן הוא *Man hù*. Ergo *Man*, idem est,quod *Mah*, hoc. peculiari dialecto, fortasse à chaldaica, vel alia lingua, mutuata. Quãquam aliqui deducũt à מנה *Manah*, quod in Piel est, Parare, Donare. quod esset cibus à Deo paratus, Dei donum. Alij ab eadem radice *Manah*, quatenus significat Numerare; quod esset numerosum. Aliqui dicunt esse nomen arabicum; quod esset in Arabia quid hebræo Mannæ simile,dictum ab Arabibus *Man*. Sed non est à versione LXX. & vulgata,discedendum. nam sequitur: Ignorabãt enim,quid esset. Quid hoc? *g* Admiratio. Insolitæ rei causam ignorant, & inuestigatu difficilem reputant. *Quem dedit vobis Dominus ad vescendum.h* Vid.sup.v.8. * *Colli-* 16
gat vnusquisque ex eo,&c.Instructio.*i* Superioris est subditos instruere. * *Fecerũtq;* 17
ita,&c.† Obediẽtia. * *Mensi sũt ad men-* 18
suram gomor, &c. *k* Miraculo videtur esse factum, vt eadem cibi mensura sufficeret omni stomacho valido, nec debilibus esset superflua. Fecit hoc Deus,vt gulæ, & cupiditati mederetur. fecit & ad mysterium, vt in sensu mystico dicetur.
* *Qui non audierunt, l* Inobedientia. 20
Et scatere cœpit vermibus, Poterat manna non putrescere; vt accidebat, cum seruabatur pro die Sabbati, & ad posteritatis memoriam. *m* sed putredo erat miraculosa, *n* in pœnam inobedientiæ. *Et iratus est contra eos Moyses, o* Iratus, quia præceptum contempserunt. *p* Superioris est subditorum malefacta velle pœnis compensare. *q* Ira moderata non est illicita.
* *Requies sabbati sanctificata est Domino* 23
cras. r Debent creaturæ rationales *Deo* cultũ reddere. *s* Debet esse aliquod tempus determinatum ad vacandum diuinis.
t Præcepta fuit veteribus sanctificatio Sabbati ad exhibendum *Deo* cultum sensibile pro beneficio creationis. * *Fecerunt* 24
ita, *u* Obedientia. *Et non computruit*, *x* Habet obedientia præmium suum.
* *Non inuenietur, y* Dei prouidentia pro 25
Sabbati obseruantia. * *Vsquequo non vul-* 26
tis custodire,&c. *z* Querimonia, *a* & ob- 27
iurgatio, siue correctio. *Videte,quod Do-* 28
minus dederit vobis sabbatum, &c. Vide sup.v.3. * *Nomen eius Man, b* Vsus est 31
nomina imponendi.* *Imple gomor ex eo*, 32
c Grati animi officium, beneficij à Deo 33
accepti memoria. *Posuitq; illud Aaron in tabernaculo reseruandum, d* Obedientia.
* *Comederunt Man quadraginta annis*, 35
e Peculiari *Dei* prouidẽtia, *f* & perpetuo
miraculo.* *Ephi, g* Frugũ mẽsura,æqualis 36
Bato, decima Cori pars.

Interpretatio mystica.

MAn Eucharistiæ figuram fuisse dubitari nullo modo potest. Ita canit Ecclesia in solemnitate sanctissimi Sacramenti: *In figuris præsignatur, Cum Isaac immolatur, Agnus paschæ deputatur, Datur manna patribus*. Ita ipse Christus significauit: *a Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum*. Negat Christus panem illum fuisse verum panem, si cum eius carne comparetur: nempe quia ille figura, & vmbra, is veritas est. & infra: *b Patres vestri mãducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur*. Significauit & Paulus illis verbis: *c Omnes eandem escã spiritalem manducauerunt*. & subdit: *Bibebant de spiritali* (id est, panem manducabant, & aquam bibebant, quæ quid spiritale significabant) *consequente eos petra: petra autem erat Christus*. & addit: *Hæc autem omnia in figura contingebant illis*.
a Io.6.32.
b Io.6.49.
c 1.Cor.10. 3.
13 * *Mane ros iacuit per circuitum castrorum, d* Exacta nocte vmbrarum, & figurarum, aduenientе luce euangelicæ veritatis; apparuit in Ecclesia ros eucharistici beneficij. d p.762.
15 * *Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum*. Ea verba Moysis, Christi verba illa figurabãt. *e Pater meus dat vobis panem de cælo verum*. &, *Ego sum panis vitæ*. &, *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. f* Sanctissimæ Eucharistiæ effectus est vita gratiæ, *g* & vita gloriæ. e Io.sup. f p.767. g p.768.
18 * *Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus. h* Sub singulis Eucharistiæ speciebus integer Christus est. qui specierum diuisione non diuiditur, sed sub singulis particulis manet integer. h p.766.
19 * *Nullus relinquat ex eo in mane*. Duo his verbis videntur mysticè de Eucharistia significari. 1. *i* Videtur indicari præceptum Christi de manducanda eius carne, dum degimus in hac vita. Si enim id non fecerimus, putrescet nobis is cibus, id est, non erit in salutem. *k Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Mane, felicitatem æternam,& resurrectionem significat, can. 6582. 6583. 2. Videtur innui, quod Eucharistia sit cibus quotidianus, ita à Iesu Christo institutus sub speciebus corruptibilibus panis, ac vini; vt corruptis speciebus, non remaneat in nostro pectore caro,& sãguis Christi. quod est, nõ seruari hunc cibum vsque ad alterum mane. Fecit autẽ hoc Christus, i p.1279. k Io.6.54.

vt

Digitized by Google

vt quotidie comedere eum cibum posemus, vt quotidie nouam per eum gratiam
l p.772. reciperemus. *l* Indicatur eucharistici cibi frequentia.

* *Comedite illud hodie, quia sabbatum* 25 *est Domini: non inuenietur hodie in agro.* Sabbatum, in quo cessabatur ab omni labore, æternam requiem significat. In æterna vita, sine labore, quem affert exercitatio actuum fidei, & pœnitentiæ, ac dispositionis ad Eucharistiam; Christi diuinitate visione beatifica, quæ cibus est mentis,
m p.775. perfruemur. *m* Præparatio ad Eucharistiam, & ad vitam æternam significatur illis verbis præcedentibus: * *Quodcunque* 23 *operandum est, facite: & quæ coquenda sunt, coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite vsque mane.* Mysteria Eucharistiæ, quæ in hac vita intelligere non potestis, in mane visionis beatæ intuebimini.

35 * *Filij Israel comederunt Man quadraginta annis, donec uenirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanaan,* n Viati- n p.768.
cum est cibus eucharisticus donec peregrinamur à Domino, donec in terram cælestem, piè viuentibus promissam, introeamus. ad quam nos introducit Eucharistia, quatenus nobis gratiæ vitam conseruat in hac peregrinatione.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Narrantur quæ facta fuerint in Raphidim, quæ fuit Israelitarum mansio vndecima. Ibi populus, deficiente aqua, iurgatus est contra Moysen. Ibi percussa à Moyse, iubente Deo, petra Horeb, aqua manauit. Ibi pugnatum est contra Amalec; & orante Moyse victoria ab Israelitis reportata. Ibi ædificatum à Moyse altare Domino. Ibi mandatum est Iosue, vt suggereret deinceps Israelitis inimicitias, & bellum contra Amalecitas.

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendũ populo. 2 Qui iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? 3 Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta, siti? 4 Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. 5 Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel: & virgam qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. 6 En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesq; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel: 7 & vocauit nomen loci illius, Tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerũt Dominum, dicentes: Est ne Dominus in nobis, an non? 8 Venit autem Amalec, & pugnabat cõtra Israel in Raphidim. 9 Dixitq; Moyses ad Iosue: Elige viros: & egressus, pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. 10 Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. 11 Cùmque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. 12 Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis. 13 Fugauitque Iosue Amalec, & populum eius in ore gladij. 14 Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec sub cælo. 15 Ædificauitq; Moyses altare: & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens: 16 Quia manus soli Domini, & bellum Domini, erit contra Amalec, à generatione in generationem.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.1682. QVi iurgatus cõtra *Moysen*, &c. 2 *a* Seditiosè egerunt, contradicentes capiti communitatis.
Cur tentatis Dominum? Dixerunt, vt infra v.7. Eſt
b p.2025. ne Deus in nobis, an non? *b* Illicitum fuit ex ira, & dubitando experimentum petere diuinæ potentiæ. * *Murmurauit*, *c* In- 3
c p.2154. d p.2149. iuſtè queſtus eſt. *d* Illicitè Moyſen contriſtauit. * *Clamauit autem Moyses*, &c. 4
e p.1941. f p.1931. 1932. *e* Clamor ſymbolum orationis cũ pio deſiderio coniunctæ. *f* Petit temporalia, pro ſe vitam, pro populo aquam. * *Antecede populum*, Quia populus non erat dignus videre miraculum. *Sume tecum de senioribus Israel*, vt miraculi teſtes eſſent. 5
† p.1760. † Neceſſaria eſt prudentiæ conſideratio circunſtantiarum accurata, vt debitam habeant media conuenientiam ad finem.
g p.298. h p.310. i p.23. k p.45. l p.49. m p.53. n p.54. o p.56. p p.2066. q p.2153. * *En ego ſtabo ibi*, &c. *g* Indicat ſe Deus 6 bonorum auctorem *h* & miraculorum patratorem. *Vt bibat populus*, *i* Dei prouidentia innuitur, k & liberalitas, *l* & patientia, *m* & benignitas, *n* & beneficentia, *o* & miſericordia. *Fecit Moyses ita*, *p* Obedientia. * *Et vocauit nomen loci* 7
r p.1682. *illius tentatio*, *q* Vſus eſt nomina imponẽdi. In textu hebraico, & apud LXX. Interpretes eſt aliud verbum, *& Iurgium*. *Propter iurgium filiorum Israel*, *r* Seditionem. *Et quia tentauerunt Dominum*, &c.
s p.2025. *s* vt ſup. v.2. * *Amalec*, Amalecitis regio 8 ad Mare rubrum; vſque ad Ægyptum extenditur. Populi Amalecitæ, ab Amalec filio Eliphaz primogeniti Eſau, ex Thamna concubina. *Pugnabat contra Israel in*
t p.1675. *Raphidim*, *t* Bello iniuſto. Ideo iniuriæ memoriã voluit Deus conſeruari, & per Saul iuſſit internecione deleri, c.4975. * *Elige* 9
u p.162. x p.1676. y p.1677. *viros*, *u* Electio. *Pugna contra Amalec*, *x* Iuſtũ bellum non eſt illicitum. *Ego ſtabo in vertice*, Vt Sacerdos orabo. *y* Non debent Clerici pugnare. * *Fecit Iosue*, &c. 10
z p.2061. *z* Debetur ſuis Superioribus à ſubditis obediẽtia. * *Moyses autem, et Aaron*, &c. 11
a p.1926. b p.1946. 1. *a* Eſt Deo cultus exhibendus oratione, exemplo Moyſis, Aaron, & Hur. 2. *b* Eſt omnis locus orationi congruus. Aſcenderunt ſuper verticem collis. 3. *c* Diſpoſuit
c p.1927. Deus multa non niſi petentibus elargiri. Cum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. 4. *d* Congruum eſt pro
d p.1928. noſtris neceſſitatibus Sanctos ad intercedendum Deo aduocare. En Moyſes, &
e p.1931. Aaron intercedunt. 5. *e* Poſſunt temporalia in oratione peti. Petit Moyſes victoriã.
f p.1932. 6. *f* Eſt non ſolum pro nobis, ſed pro ceteris orandum. Moyſes orat pro populo.
7. *g* Perſeuerantia in petendo requiritur, g p.1944.
vt efficacitatem habeat oratio. Cum Moyſes remittit manus, vincunt Amale-
14 citæ. * *Scribe hoc ob monumentum*, &c.
h p.1279. i p.2099. k p.2104. *h* Conſequuntur pœnæ ad peccatum, quas Deus infligit. *i* Superioris eſt ſubditorum malefacta pœnis compenſare. *k* Pro culpæ quantitate pœnæ licitæ. Iuſſu Domini Amalecitæ per Saul ſunt internecione deleti. *l* Contingit interdum vnum
l p.1290. pro peccato alterius puniri, quia ad peccantem ſpectat, vt quid illius, vt filius re-
15 ſpectu patris. * *Aedificauitque Moyses altare*, Pro victoria, in gratiarum actionem. *m* Debitæ ſunt Deo gratiarum
m p.2083. actiones pro beneficijs ab ipſo receptis. *n* Deus colendus. *o* Conuenienter materialia, vt altaria, in Dei cultum dicantur.
n p.37. 1915. o p.1919. p p.1960. 1961. q p.1962. r p.2153. *p* Congruum adorationi externæ determinatum locum adhibere. *q* Summam Deo Moyſes adorationẽ externam exhibuit, ſacrificium. *r Vocauit nomen eius*, Nomẽ impoſuit. *Dominus exaltatio mea*, Exaltatus eſt Iſrael, quatenus victor extitit contra Amalec. *s* Auctor autem vi-
s p.198. 16 ctoriæ Deus. * *Manus solij Domini*,
† p.14. t p.22. u p.23. x p.24. y p.25. z p.36. † Manus ſymbolũ potentiæ. *t* Per ſolium, quod eſt ſymbolum Regni, ſignificatur Dei dominium in omnia, *u* & prouidentia, *x* & iudicium, *y* & vltio in male agentes, *z* & maieſtas. *Bellum Domini*, *a* Iuſtum bellum, *b* cuius auctor Dominus.
a p.1676. b p.302. c p.1279. *A generatione in generationem*, *c* Quia Amalecitæ perſeuerauerunt in iniuria, non ſatisfacientes Iſraelitis; perſeuerauit pœna belli, donec per Saul penitus deleti ſunt.

Interpretatio myſtica.

MOyſes Dux Iſraelitarum, figura eſt Filij Dei in carne aſſumpta, veri Meſſiæ, ac Ducis Iudæorum, miſſi à Patre ad liberandum illos, & omnes homines à
a p 549. ſeruitute Diaboli. * *a* Iurgantur Iſrae-
3 litæ contra Moyſen, quatenus nolunt 559. Iudæi Chriſtum in Regem recipere.
4 * *b* Clamat Moyſes ad Dominum, quatenus Chriſtus preces ad Patrem fundit.
b p.508. * *c* Petra, quæ percutitur, & aquas fun-
c p.560. 6 dit; eſt Chriſti corpus, quod vulneratum 573.577. meruit nobis gratiam, è cuius latere fluxere fontes Sacramentorum. *d* Petra
d p.544. virga percutitur, quatenus mortem Chri- 568. ſtus tolerat Crucis. *e* Iuſſu Dei petra
e p.565. percutitur; quia Chriſtus Dominus ex 566. Patris obedientia mortuus. *f* Petram
f p.563. Moyſes percutit: quia paſſus eſt Chriſtus, quia ipſe voluit. *g* Percutitur petra co-
g p.564. ram

Digitized by Google

ram senioribus Israel: quia Principibus Sacerdotum, & Pharisæis auctoribus, Christus crucifigitur. * *b* Pugnat Amalec contra Israel: quia bellum est in hoc mũdo inter Ecclesiam, & hostes Christi. * *i* Leuante Moyse manus vincit Israel: 11 quatenus hostes Ecclesiæ Sanctorum orationibus debellantur. * *k* Sustentantibus Aaron, & Hur, Moysi manus non lassantur: quia si oratio fide firma, viuaque spe fulciatur, efficax est, si adsint alia requisita.

b p. 882.

i p. 903. 904.

k p. 905. 906. 1942.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Narrantur officia Iethro in Moysen, & Moysis in Iethro cognatum, & Sacerdotem Madian. Excipit Moyses cognatum amanter: narrat quid egerit Deus in Aegypto pro Israelitarum liberatione. Lætatur Iethro, agnoscit Dei potentiam, offert illi sacrificia. Tum viso intolerando Moysis labore in audiendis totius populi causis, proponit Iethro consilium illud: vt Moyses Religionis, & maiorum causarum curam suscipiat; pro minoribus causis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos præficiat. Facit autem Moyses quidquid suggerit Iethro.

1 CVmque audisset Iethro, sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo suo, & quòd eduxisset Dominus Israel de Ægypto: 2 tulit Sephoram vxorem Moysi quam remiserat: 3 & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre: Aduena fui in terra aliena. 4 Alter verò Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. 5 Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius, ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta montem Dei. 6 Et mandauit Moysi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. 7 Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum: salutaueruntque se mutuò verbis pacificis. Cùmque intrasset tabernaculum, 8 narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptijs propter Israel; vniuersumque laborem, qui accidisset eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus. 9 Lætatusque est Iethro super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu Ægyptiorum, 10 & ait, Benedictus Dominus, qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti. 11 Nunc cognoui, quia magnus Dominus super omnes deos: eo quòd superbè egerint contra illos. 12 Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: veneruntque Aaron & omnes seniores Israel, vt comederent panem cum eo coram Deo. 13 Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperã. 14 Quod cùm vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait, Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam? 15 Cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei. 16 Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius. 17 At ille: Non bonam, inquit, rem facis: 18 stulto labore consumeris & tu & populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. 19 Sed audi verba mea atque consilia, & erit Deus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum: 20 ostendasque populo ceremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. 21 Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, 22 qui iudicent populum omni tempore: quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque sit tibi, partito in alios onere. 23 Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur

Digitized by Google

tetur ad loca sua cum pace. 24 Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat. 25 Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. 26 Qui iudicabant plebem omni tempore: quidquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. 27 Dimisitque cognatum suum: qui reuersus abijt in terram suam.

Interpretatio litteralis.

Cumque audisset Iethro, &c. 1 *a* Exhibet Iethro cultum, qui 2 cõsanguineis debetur. *Quorum* 3 *vnus vocabatur*, &c. *b* Vsus 4 imponendi nomina ex euentibus. *Deus* 5 *patris mei*, *c* Imposuit nomen in memo- 6 riam beneficij.* *Qui egressus in occursum* 7 *cognati*, &c. *d* Mutuus cultus in consanguineum. *Adorauit*, &c. *e* Officia humanitatis, & decentiæ. *f* Licet alijs, quàm Deo adorationem exhibere. *Osculatus est eum*, *g* Oscula symbola sunt amoris. *Narrauit Moyses cognato suo*, &c. *vni-* 8 *uersumque laborem*, *h* Amicitiæ effectus est amico omnia arcana manifestare. *Lætatusq; est Iethro*, &c. *i* Gaudium de 9 bono præterito, ac præsente. *k* Præteritorum tristium, è quibus euasimus, memoria gaudiũ causat, *l* & bona eorum, quos amamus. *m* Quare amicitiæ effectus gaudium est de amicorũ bonis. * *Benedictus* 10 *Dominus*, &c. Benedicere, pro laudare, c. 2539. *o* Est Deus ore laudandus. *p* Exhibendæ gratiarum actiones pro beneficijs. *Nunc cognoui*, &c. *q* Ex operibus co- 11 gnoscitur Deus. *r* & miracula valent ad fidem inferendã. *s* Est autem fides ex auditu, id est, Necessaria est propositio Ecclesiæ. Iethro credit audito Moyse. *Quia magnus Dominus super omnes Deos*, *t* Ergo summum Ens Deus, *u* ac proinde solus Deus. Potuit Deos intelligere non solum falsos Deos, sed Angelos malos, & bonos, c. 1490. & Principes inter homines, c. 1491. *Eo quod superbè egerint contra illos*, Ideo suam Deus magnam potẽtiam ostendit in puniendo Ægyptios, & coercendo Principes tenebrarum: quia iniustè vexarunt Israelitas, superbè, superexcedendo, longè plus, quam requirebat ius dominij. *x* Innuunt hæc verba Deum esse supremum Dominum, *y* & Iudicem omnium, *z* & vindicem, ac vltorem malè agentium, *a* & licitum esse, Dei exemplo, iniurias vlcisci ad remouendum nocumenta, *b* & Superioris esse subditorum malefacta pœnis compẽsare, *c* & pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, *d* & consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *e* & peccatum esse, iniustitiam, *f* & peccatum esse crudelitatem, ac sæuitiam, quas exercuerunt Ægyptij contra Israelitas, ob id à Deo pœnis afflicti.

12 * *Obtulit ergo Iethro holocausta, et hostias* *Deo*, *g* Debetur ab hominibus cultus Deo, vt summo enti. Iethro agnoscẽs Deũ summum ens, cultum exhibet. *h* Conuenienter autem cultus exterior Deo exhibetur. *i* Inter externos cultus, præcipuus est sacrificium, vni Deo offerendum. *Vt comederent panem cum eo coram Deo*, Ante altare, vbi cultus est exhibitus Deo. Vel, K In honorem Dei. Panis, pro omni cibo sumitur, c. 1971. *l* Licet ijs etiam delectabilibus moderatè vti, quæ necessaria non sunt: si sint loco, tempori, nobis, & ijs, 13 quibus conuiuimus conuenientia. * *Sedit Moyses, vt iudicaret populum*, *m* Iustum inter accusatorem, & reum à iudice faciẽ- 14 dum. * *Quid est, quod facis in plebe? n* Ad quemque pertinet fratrem corrigere correctione, quæ per simplicem admonitionẽ exhibetur. *o* Aliorum facta prospicere, ac inquirere licitum; vt proximi vtilitati consulas secundum regulam charitatis. 15 * *Venit ad me populus*, &c. *p* Actus vera- 16 citatis. *Vt iudicem inter eos*, *q* vt sup. v. 13. *Et ostendam præcepta Dei & leges eius*, *r* Debent Superiores instructionibus, & legibus, bonos in subditis mores procurare. * *Non bonam rem facis*, &c. *s* Correptio. vt supra v. 14. * *Audi verba mea*; 19 *atque consilia*, *t* Necessaria prudentiæ docilitas ad recipiendam eruditionem aliorum. *u* Proponenda, & eligenda meliora. *x* Consilium ante omnẽ electionem adhibendum. *Et erit Deus tecum*, Deus consilium secundabit; feliciter res euadet. *y* Auctor bonorum Deus. *Esto tu populo* *in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas* *quæ dicuntur ad eum*. Hebr. Esto tu pro populo coram Deo, & refer negotia ad eũ. id est, Esto tu pro populo legatus ad Deũ. *z* Est hoc Sacerdotis munus, ex Paulo: 20 *sunt ad Deum*. * *Ostendas q; populo cere-* *monias*, &c. *b* Debent Superiores instructionibus, & legibus bonos in subditis mores procurare. *c* Episcoporum, & Sacerdotum munus innuitur. Sunt verbi ministri in Ecclesia: quibus ex officio conuenit prædicatio. *Ceremonias*, & *ritus colendi*: *d* Oportet aliqua specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorẽ Dei reuẽ-

rentiam

a p. 2045.
b p. 2153.
c p. 2083.
d p. 2045.
e p. 2138. 2139.
f p. 1958.
g p. 183. 193. 194
h p. 1592.
i p. 202. 204.
k p. 205.
l p. 206. 207.
m p. 1578.
o p. 1998.
p p. 2083.
q p. 29.
r p. 1383.
s p. 1321. 1353. 1354.
t p. 4.
u p. 6.
x p. 22.
y p. 24.
z p. 25.
a p. 2095.
b p. 2099.
c p. 2104.
d p. 1279.
e p. 1816.
f p. 2362. 2364.
K *Auguſt.*
l p. 2264.
m p. 1804.
n p. 1631.
o p. 2416.
p p. 2108.
q p. 1804.
r p. 2078.
s p. 1631.
t p. 1756.
u p. 1730.
x p. 1723.
y p. 298.
z *def.* 4577. & p. 646.
a *Hebr.* 5.
b p. 2078.
c d. 4577. 4578. & p. 700.
d p. 844.

Digitized by Google

e p.37. rentiam adducantur. *e* Est Deus colendus.
1915. *Viamque per quam ingredi debeant*, &c.
f p.714. *f* In agendis auditores à sacri verbi ministris instruendi sunt; non solum de credendis docendi. * *Prouide*, &c. *g* Prudentiæ pars valde necessaria, ac præcipua est prouidentia. quæ ordinatio est aptorum
g p.1759. mediorum ad finem. *h* Electionis actus
h p.162. innuitur, qui ad prouidentiam spectat: qui à voluntate formatur, quatenus amplectitur illud medium, quod intellectus animaduertis alijs medijs, concludit perdiscursum præ alijs esse amplectendum. Multa autem documenta moralia habentur in hoc textu. 1. *i* Eligẽda esse meliora.
i p.1730. *Prouide de omni plebe viros potentes*, &c.
k p. 649. 2. *k* Esse in omni Republica, præsertim in Ecclesia, debere non solum Principes, sed
l d.4288. etiam Ministros. 3. *l* Ministros esse plu-
4571. res debere. 4. *m* Ministros esse meliores
m d. 4040. eligendos. 5. Rectores, quò sunt instructiores diuitijs, corporis viribus, animi robore; eò esse meliores. hæc significantur per vocem potentes, hebr. חיל *Hhajil*.
n p.2075. 6. *n* Prudentia debere esse præditos super-
2076. 2077 iores, & iustitia, & virtutibus cæteris. Timor, significare solet diuinum cultum, & omnem legis obseruantiam, can. 2382. Veritas hoc in loco pro prudentia, ac sapientia sumi potest, c. 2431. quia veritas est conformitas illa, quam habet cognitio cum re, quam cognoscit, quatenus ita illam cognoscit, vt ea cognosci petit. Sumi etiam hic potest veritas pro iustitia, c. 2439. 2446. & pro ea virtute, qua quis & vita, & sermone talem se demon-
o d.4021. strat, qualis est, c. 2442. 7. *o* Habetur in hoc textu illud documentum, Non esse ad regendum alios eligendum, qui sit immoderatius ad pecuniam propensus.
p d.4573. 8. *p* Cauere Ecclesiæ ministros debere à cupiditate temporalium. 9. Habentur
q p.38. hæc dogmata. *q* Esse Deum timendum.
r p.2109. 10. *r* Confectandam esse vitæ veritatem.
s p.2111. 11. *s* Veritate vtendum in docendo.
t p.2161. 12. *t* Vitiosum esse, nimium in diuitias amorem habere. *Constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos*. Tribunos, hebr. Principes
u d.4854. millium. *u* Prima Principum cura esse debet, vt in Republica sufficiens numerus Ministrorum; & certum cuique Ministro munus sit. * *Qui iudicent populum*
x p.1804. *omni tempore*. *x* Iustum inter accusatorem, & reum à Iudice faciendum. *Leuiusque sit tibi partito in alios onere*. *y* Ex
y d.4289. toto hoc contextu colligitur illud documentum politicum, quod non debet Rector in suorum Ministrorum munera sese ingerere, vt & ipse possit suo muneri satisfacere, & Ministri diligentius in suum munus incumbant. Quæ verbis sequentibus indicantur, *Si hoc feceris*, &c.
23 * *Implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare*. Hebr. Et præcipiet tibi Deus, & poteris stare. Ille videtur sensus esse: Si hoc egeris vt occupationem audiendi totam multitudinem in alios reijcias, erit tibi otium ad audienda Dei præcepta ad populi instructionem spectãtia; ac proinde suppetet tibi tempus, suppetent vires ad Dei præcepta exequenda.
z d.3729. *z* Debet Princeps contemplationi statis temporibus vacare. vt per vnionem cum Deo, qui summus Rector est, lumen ac vim accipiat ad regimen. *Et omnis hic*
a d.4456. *populus reuertetur ad loca sua cum pace*. *a* Esse Principis cura debet, vt iudicia inter dissidentes non trahantur in longum: vt inimicitiæ non sint diuturnæ. *b* Instru-
b d.4343. mentum ad amicitiam subditorum est, facilem se, commodumque subditis exhibere ad eos audiendum. Id enim maxime
24 cupiunt subditi à Rectore suo. * *Fecit omnia, quæ ille suggesserat*. Docilem se
c p.1756. præstitit. *c* Necessaria est prudentiæ docilitas, ad recipiendam eruditionem aliorum. Præcepta moralia sunt de amicitia
d d.4400. 1. *d* Facilem se exhibere, ac promptum ad familiarium, voluntati consentiendum. 4433.
e d.4435. 2. *e* In rebus agendis iudicium ab amico rum iudicio diuersum non habere. Ob-
25 secutus est Moyses his præceptis. * *Et*
26 *electis viris*, &c. vid. sup. v. 21. *Qui iudi-*
27 *cabant*, &c. vid. sup. v. 22. *Dimisitque cognatum*, &c. *f* Non est semper cum familiaribus agendum. &
f d.4386. *g* Ecclesiæ Ministri
g d.4575. qualis erat Moyses, vitam degere debent à consanguineorum societate remotam.
Qui reuersus abijt in terram suam. *h* Prin-
h d.4823. cipi, Rectorique, qualis erat Iethro Sacerdos Madian, residendum est in loco tui regiminis.

Non videtur huic Capiti congruus vllus sensus mysticus. Nam ea Scripturæ loca, in quibus sensus litteralis est vel de Christo, vel de æterna felicitate, vel de moribus, sensum mysticũ non admittunt; i vt in distinctione tertia nostræ tertiæ par- i *Par.* 3. tis Introductionis in sacram doctrinam, *dist.* 3. *d* probatum est. *n.*38.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM NONVM.

SVMMA.

Israelitarum dispositio describitur ad Dei legem recipiendam. Veniunt ad Sinai. Mittitur à Deo Moyses ad populum, vt ei diuina beneficia commemoret, & enunciet Dei voluntatem recipiendi illum de cunctis gentibus in peculium, & cultum suum. Profitetur populus Moysi, se obsequentem diuinæ voluntati futurum. Iubet Deus ad diem tertium omnes ad eius vocem audiendam esse paratos: interim mundari, & cauere ab accessu ad montem Sinai, nisi velint mori. Die tertio buccinæ clangore ad montis radices conuocantur; totusque mons fumans, & ardens cernitur. Solus Moyses & Aaron, iubentur ad Deum in verticem montis accedere: cæteri decretos terminos transire prohibentur.

1 MEnse tertio egressionis Israel de Terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. 2 Nam profecti de Raphidim & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibiq; Israel fixit tentoria è regione montis. 3 Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitq; eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filijs Israel: 4 Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, quo modo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. 5 Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. 6 Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. 7 Venit Moyses: & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus. 8 Respondit; omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, 9 ait ei Dominus: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nunciauit ergo Moyses verba populi ad Dominum. 10 Qui dixit ei: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua. 11 Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. 12 Constitues que terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. 13 Manus non tanget eũ, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentũ fuerit, siue homo, non viuet. cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montem. 14 Descenditq; Moyses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumq; lauissent vestimenta sua, 15 ait ad eos: Estote parati in diẽ tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris. 16 Iamq; aduenerat tertius dies, & manè inclaruerat: & ecce cœperũt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat: & timuit populus qui erat in castris. 17 Cumq; eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. 18 Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace: eratq; omnis mons terribilis. 19 Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei. 20 Descenditq; Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocauit Moysen in cacumen eius. Quò cùm ascendisset, 21 dixit ad eum: Descende, & contestare populum: ne forte velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. 22 Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. 23 Dixitq; Moyses ad Dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai, tu enim testificatus es, & iussisti, dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum. 24 Cui ait Dominus: Vade, descende: ascendesque tu, & Aaron tecum: sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. 25 Descenditque Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

MEnse tertio, Egressi sũt Israelitę ex Ægypto decimaquinta die mensis primi, & prima die mensis tertij venerunt in eam partem solitudinis Sinai, quæ est circa montem. * *Moyses autem ascendit ad Deum*, 1. *a* Contemplationi congrua solitudo: Moyses ascendit in montem. 2. *b* Primarium cõtemplationis obiectum est Deus, Ascendit ad Deum. 3. *c* Debet Princeps contemplationi certis temporibus vacare. vt per vnionem cum Deo, qui summus Rector est, lumen, ac vim recipiat ad regimen: Moyses ascendit. 4. *d* Est diuinæ vocationi respondendum. Moyses ascendit vocante Deo. *Vocauitque eum Dominus de monte*, 1. *e* Est à Deo vocatio ad perfectionem, & ad præclara munera. 2. *f* Prædicat is iuridicè, qui legitimè ad prędicandum vocatur, ac mittitur: Annunciabis filijs Israel. * *Vos ipsi vidistis*, &c. 1. *g* Est in auditoribus beneuolentia concilianda. Facit hoc Deus commemoratione beneficiorum. Nam beneficia amorem conciliant, & iungunt amicitias. 2. *b* Est amor Dei erga homines. Id indicant eius beneficia. 3. *i* Noster in Deum amor diuinis beneficijs excitatur. *Quomodo portauerim vos*, &c. *k* Dei benignitatem, & *l* beneficentiam indicant hæc verba. *Super alas aquilarum*, Alæ symbolum sunt protectionis, c. 5291. Aquila, quatenus pullos alis sublimes tollit, symbolum est diuinæ prouidentię protegẽtis. Ergo *m* prouidentia, *n* protectioq; diuina significatur. * *Si ergo audieritis vocem meam & custodieritis*, &c. *o* Obedientiæ obiectũ est Superioris præceptum. *p* Eius virtutis præmia præclara, *Eritis mihi in peculium*. Charitatis actus innuitur, qui est *q* suam cum diuina voluntatem conformare. *r* Nostræ autem cum diuina voluntatis conformatio præstantissimorum bonorum causa est. *Pactum*, Amicitiam. Pacto enim amicitia firmatur. *s* Conseruatur amicitia cum Deo diuinorum præceptorum obseruatione, *Si audieritis vocem meam*. *t* & Effectus charitatis est, cõseruatio iuris diuini, & obseruatio præceptorum propter Deum. *u* Est omni conatu in diuinorum præceptorum obseruationem incumbendum. nam sine ea non potest esse amor in Deũ. *x* Proinde agenda sunt bona opera; si in Dei amore esse volumus. Opera enim bona sunt, quæ Deus aut præcipit, aut consulit. *y* Porrò Pactum est duorum, vel plurium consensus in idem placitum, quod referatur, ac respectum habeat ad dandum, vel faciendũ aliquid vni ab altero. Est in hoc pacto inter Deum, & Israelitas promissio, & cõsensus Israelitarum ad obseruandum diuina præcepta; promissio Dei ad protegẽdum Israelitas. Prouidentia autem peculiaris Dei erga Israelitas posita fuit in duobus: nempe in instruendo illos, & conseruando in vera religione: & in tribuendo illis bona temporalia, vt terram Chanaan. Hæc autem figura fuerunt, alterum Christianæ religionis, alterum bonorum æternorum. *Peculium*, hebr. סגולה *Segulla*. Peculium latinis est, quidquid alicuius labore, & industria partũ est. Vox hebræa significat Peculiare, id est, Proprium, Singulare, Speciale, Præcipuum. Promittit ergo Deus Israelitis specialem prouidentiam in eis conseruandis, & nobilitandis. Est autẽ in his verbis multiplex doctrina. 1. *a* Pactum obligationem importare, *Si custodieritis pactum meum*. 2. *b* Licitum esse licita promittere. Nam Deus promittit, & vult promissa seruari, *Si custodieritis*, &c. 3. *c* Standum esse promissis, *Si custodieritis pactum*. 4. *d* Esse amicitiã inter Deum, & homines posse, *Pactum meum*. 5. *e* Esse iustitiã posse inter Deum, & homines, *Pactum meum*. 6. *f* Bona opera suum valorem, & meriti rationẽ habere. & *g* Posse hominem aliquid à Deo meteri, *Eritis mihi in peculium*, &c. *Mea est enim omnis terra*. Enim, hebr. כי, solet interdum pro *Quamuis* accipi, c. 3624. Videtur ergo is esse huius loci sensus: Quamuis mea sit omnis terra, & omnes habitantes in ea; vos tamen eritis peculiariter mei. *h* Est Deus omnium Dominus. Quamquam potest & ille sensus esse: Ego vos eligo in meũ peculium: quia possum de omnibus hominibus facere quidquid lubet, cum omnes sint mei iuris. * *Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta*. Meum peculiare regnũ eritis vos: quatenus me vero cultu coletis, & veris sacrificijs: & quatenus in vobis erit vera sanctitas. Sanctum dici solet & quod diuino cultui dicatum, can. 2211. & quod mundum, ac purum, c. 2212. Gens sancta erant Israelitæ, quatenus sancta erat eorũ religio, sancta lex, sancti ritus, sanctus Deus quem colebant. Probant hi postremi duo textus 1. *c* Electionem esse à Deo, *Eritis mihi gens sancta*. 2. *d* Esse Deum agentem liberum, *Assumpserim mihi*. 3. *e* Omnia à diuina voluntate pendere. 4. *f* Bonorũ auctorem esse Deum. 5. † Veram religionem, & fidem esse donũ Dei. 6. *g* Esse in homine liberum arbitrium, *Si audieritis vocem meam*, &c. *Hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Israel*. *h* Verbi sacri materia innuitur, quæcunque à

a p. 682. & d. 3730. b p. 669. c d. 2729. d p. 397. e p. 395. 396. f p. 735. g p. 737. h p. 1492. 1569. i p. 1561. & d. 3682. 3686. 3689 k p. 53. l p. 54. m p. 23. n p. 899. o p. 2062. p p. 2065. q p. 1572. r p. 1573. s p. 1563. t p. 1596. u d. 3674. x d. 3697. y d. 5269. 1 2 3 4 5 6

a p. 1776. b p. 2124. c p. 2125. d p. 1491. e p. 1811. f p. 1295. g p. 1299. h p. 22. c p. 349. d p. 26. e p. 296. f p. 298. † p. 1351. g p. 146. h p. 714.

Digitized by Google

fidelibus credenda ſunt,& agẽda. * *Venit* 7
i p.2066. *Moyses*, &c. *i* Obedientia. *Cuncta quæ*
k p.164. *locutus eſt Dominus faciemus*, K Conſen-
l p. 2066. ſus, & *l* Obedientia. * *Cumque retulisset* 8
m d. 4578. *Moyses uerba populi ad Dominum*: *m* En
Sacerdotes mediatores ſunt inter Deum,
& homines. Munus eorum eſt legatione
fungi pro hominibus ad Deum; *Moyses*
ascendit ad Deum, &c. Retulit verba
populi ad Deum. & enũciare populo ver-
bum Dei, *Conuocatis maioribus natu ex-*
posuit Moyses omnes termones, quos lo-
cutus eſt Dominus. * *In caligine nubis*, 9
En nubes diuinæ præſentiæ ſymbolũ eſt:
n p.28. 32. *n* quatenus Deus præſens eſt,& tamen nõ
videtur. Eſt enim Deus inuiſibilis, &
incomprehenſibilis. *Vt audiat me populus*
loquentem ad se, & credat tibi in perpe-
tuum. Deus reuelat hominibus verbum
ſuum. Reuelat autem per Summum Pa-
ſtorem,& per Eccleſiam. Vt autem indu-
camur ad credendum, quod verbum Dei
ſit quod nobis enũciatur ab Eccleſia, præ-
bet nobis euidentia ſigna, & argumenta
credibilitatis. Id nunc agit Deus cum
Iſraelitis, vt Moyſi credant; loquentem ſe
illis exhibet,& ſe Deum eſſe probat ſignis
admirabilibus nubis, tonitruorum, ful-
gurum, ignis, clangoris buccinæ. Ex qui-
o p.1316. bus intelligimus 1. *o* Fidem diuinam eſſe;
Vt audiat me populus loquentem ad te:
pp.1317. 2. *p* Fidei motiuum eſſe Auctoritatem di-
q p.1353. uinam, *Vt audiat me*, &c. 3. *q* Fidem eſſe
r p.1355. ab Eccleſia tãquam à proponente, *Vt au-*
diat me populus, & credat tibi. 4. *r* Ad
Summum Pontificem pertinere regulam
Fidei proponere, *Et credat tibi in perpe-*
s p.1363. *tuum.* 5. *s* Fidem eſſe de ijs, quæ non vi-
dentur. Neque enim quæ Deus reuelat,
neque diuinum dictum videtur à nobis,
t p.1369. *Veniam ad te in caligine nubis.* 6. *t* In
proponendo verbo Dei auctoritatem in
Eccleſia infallibilem eſſe, *Et credat tibi in*
u p.1375. *perpetuum.* 7. *u* Non credi temerè, quæ
Fide Chriſtiana creduntur: licet cum ob-
ſcuritate credantur, *Veniam ad te in ca-*
ligine nubis, vt audiat me, &c. *Nuncia-*
uit ergo Moyses, &c. vt ſup. v. 8. * *Vade* 10
x p. 395, *ad populum*, *x* Vide ſup. v. 3. *Sanctifica* 11
396, 735. *illos hodie, & cras*, Poteſt hoc in loco
Sanctificare, ſumi & pro *Parare*, c.2729.
& pro Mundare, c.2733. Cura, inquit, vt
populus hodie, & cras ab omnibus aliis
curis ſe expediat, ſitque paratus die tertio
ad me audiendum. Vel, Enuncia populo,
vt hodie,& cras abſtineat ab vxoribus,& ab
omni immunditia, & quidquid non
mundũ eſt apud illum, abijciat. Docemur
y p.1920. 1. *y* Præparandum eſſe animum, quando
ad Deum accedendum eſt: vt fit in ſacra
meditatione, ac oratione, in Miſſa, in ſuſ-
z d. 4182. ceptione Sacramentorum. 2. *z* In diuino
4537. cultu reuerentiam etiam exteriorẽ exhi-
bendã eſſe. 3. *a* Veſtes, quæ diuino cultui a d.4558.
deſeruiunt, debere mũdas eſſe, *Lauentq;*
veſtimenta sua. 4. *b* Exteriores corporis b p.844.
actus conuenienter in cultum exhiberi 1918.
Deo. Signis enim ſenſibilibus excitatur
mens ad actus ſpirituales. *ſec* In veteri c p.858.
lege varias obſeruati nes cæremoniales
fuiſſe: ad maiorẽ reuerentiã diuini cultus.
Descendet Dominus coram omni plebe
super montem Sinai, Deus eſt vbique; cur
hic dicitur, *Descendet?* An quia Angelus
cum Iſraelitis agebat loco Dei? *d* Angelus d p. 119.
autem nõ eſt vbique; & mouetur de loco
ad locum. *e* An quia *Venire*, cum de Deo e c.2769.
eſt ſermo, eſt ſymbolicè, aliquo nouo effe- 7782. &
12 ctu ſe præſentem oſtendere? * *Cauete ne* p.81.
13 *ascendatis in montem*, *f* Debetur locis f p.851. &
Deo ſacris reuerentia *Omnis, qui tetigerit* d.4557.
montem, morte morietur, &c. *g* Eſt Deus g p.25.
vindex, ac vltor malè agentium. Conſe-
quuntur pœnæ ad peccatum, quas Deus
infligit. *h* Congruum eſt à malè agendo h p.1293.
pœnarum cõminatione deterrere. *i* Opera i p.1296.
mala demeriti rationem habent. *Manus*
non tanget eum, &c. Ne occidatur tactu
manuum: ne quis cogatur ad reum com-
prehendendum, ad montem accedere:
Siue iumentum fuerit, Etiam beſtias vult
occidi, quę vacant culpa: vt oſtendat quã-
14 ta debeatur locis ſacris reuerentia. * *De-*
scenditque Moyses, &c. K Obedientia. k p.2066.
15 * *Ecce cœperunt audiri tonitrua*, &c. To-
16 nitruum diuinæ vltionis eſt ſymbolum,
c.7683. Fulgur, ſymbolum ſubitæ puni-
tionis, c.6119. Nubes, calamitatis, c.6780.
Tuba, ſiue Buccina, prædicationis vehe-
mentis. Videtur voluiſſe Deus his ſignis
indicare legem, quã daturus erat, *l* legem l p.1140.
eſſe timoris; *m* & vltionem, quam ſum- m p.1293.
pturus erat de ijs, qui inobedientes forent
legi. *Timuit populus*, Timor eſt paſſio,
qua horret appetitus periculum imminẽs
18 malũ. * *Totus autem mons Sinai fuma-*
bat, &c. Ignis, calamitatis, tribulationis,
vltionis ſymbolum, c.6268. 6269. 6270.
Fumus, quatenus ſignum eſt ignis, ſym-
bolum eſt futuræ, ac imminentis calami-
tatis, c.6129. Fornax, quatenus in ea me-
talla probantur, tribulationem ſignificat,
c.6088. *n* Hiſce ſymbolis indicare voluit n p. 25.
Deus calamitates, quas ſubituri erant 1293.
Iſraelitæ propter legis prævaricationem.
19 * *Deus respondebat ei*, His verbis multa
dogmata continentur. 1. *o* Reuelationes o p.684.
prophetica eſſe à Deo. 2. *p* In reuelatio- p p.689.
ne prophetica contingere aliquando ſimi-
litudines ſenſibiles externas. vt hic toni-
trua, fulgura, fumus, &c. 3. *q* Ad veræ Fi- q p.696.
dei confirmationẽ miracula fieri: vt nunc
ad confirmandum legem Dei. 4. *r* Homi- r p.341.
nes ab Angelis illuminari, & reuelationes 685.
diuinas recipere, *Deus respondebat* (An-
gelus loco Dei.) 5. *s* Angelos ad homines s p.344.
mitti.

Digitized by Google

mitti.* *Descenditq; Dominus*, Vid.v.11. 20
Vocauit Moysen, Vid.v.3. * *Conteſtare* 21
t p.1293. *populum*, &c. *t* Pœnam comminare.
* *Sacerdotes quoque qui accedunt ad Do-* 22
minum, sanctificentur, ne percutiat eos.
u p.650. & d.4576. 4591. *u* Sacrorum Miniſtri debent ſancti eſſe. *Ne percutiat eos*, *x* Debetur pœna irreuerentiæ. *y* eam comminatur. vt etiam
x p.1279. 1296. inf.v.24. * *Sacerdotes autem, & populus* 24
ne transeant terminos. De quibus Sacer-
y p.1293. dotibus loquitur; cum nondum Deus elegerit è Leuitis Sacerdotes? De primogenitis familiarum, ac in primis de primogenitis principum in quaque tribu videtur eſſe ſermo. Primogeniti enim in lege naturæ erant Sacerdotes.

Interpretatio myſtica.

INterpretationem myſticam huius capitis indicat Paulus in Epiſtola ad Hebræos. Nam capite octauo vetus Tabernaculum vocat exemplar, & vmbram cæleſtium. & capite decimo legem veterem vmbram appellat futurorum bonorum. & capite duodecimo comparat montem Sinai cum Eccleſia, & Moyſen cum Ieſu: & regnum, ac Sacerdotium vetus vocat mobile, & Chriſti regnum immobile. Omnia ergo, quæ in hoc capite narrantur fuerunt figuræ eorum, quæ ad legem gratiæ pertinent, & ad nouum teſtamentum. Tres autem interpretationes occurrunt. duæ allegoricæ, vna tropologica.

Allegoria de Spiritu ſancti aduentu, & lege gratiæ.

A Quartadecima die menſis primi, cũ ægreſſi ſunt filij Iſrael ex Ægypto, vſque ad tertium diem menſis tertij, quo data eſt lex quinquaginta dies interceſſerunt. *a* Significarũt hi dies eos quin-
a p.602. quaginta, qui à Chriſti reſurrectione, qua liberati ſumus à ſeruitute peccati vſque ad Spiritus ſancti aduentũ interceſſerunt, cum legem gratiæ Deus ſcripſit in cordibus primorum Chriſti diſcipulorum.
b p.601. * *b* Aſcenſio Moyſis ad Deum, Chriſti figurauit aſcẽſionem in cælum ad Patrem. 10
Duo dies, in quibus ſe Iſraelitæ præparauerunt ad legem recipiẽdam, ſunt duo tempora, quæ legem gratiæ præceſſerunt, tempus legis naturæ, & tempus legis ſcriptæ: *c* quibus temporibus veteres patres
c p.449. 450. promiſſum Meſſiam expectarũt, & *d* per
d p.863. 1116. fidem in Chriſtum venturum ſanctificati ſunt. * *e* Tonitrua, fulgura, nubes, ignis, 16
e p.882. 883. fumus, clangor buccinæ; perſecutiones ſignant; inter quas lex Chriſtiana prædicata, & propagata.

Alia Allegoria. De Prædicatione euangelica.

3 MOyses ascendit ad Deum, vocauitq; eum Dominus de monte) Indicant myſticè verba hęc 1. *a* Eſſe verbi miniſtros a p.700.
in Eccleſia, quibus ex officio competit prędicatio, *Moyses ascendit*. 2. *b* In mini- b p.704.
ſtrando verbo lumen, & efficaciã contemplatione comparari, *Ascendit ad Deum*. *c* Intelligentiam, & efficaciam à Deo pe- c p.707.
tendam, *Ascendit ad Deum*. 3. *d* Eum d p.735.
prædicare iuridicè, qui legitimè ad prædicãdum vocatur, ac mittitur, *Vocauit eum Dominus*. 4. *e* Prædicationis efficaciam e p.708.
eſſe à Deo, *Vocauit Dominus*. 5. *f* Doctri- f p.620.
nam ad prædicandum ex Eccleſia petendam eſſe. nam extra Eccleſiam non eſt vera doctrina ad ſalutem, *Vocauit de monte*. *g* Mons ſymbolum eſt Eccleſiæ, Pſal.23.3. g c.6685.
& 67.16. Iſa.2.2,3.

7 * *Exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus*) Figurauit Moyſes eo facto bonos verbi Dei miniſtros: *h* quĩ non h p.714.
aliud prędicant prẽter verbum Dei; id eſt, quæ à Fidelibus credenda ſunt, & quæ agenda.

11 * *Sint parati in diem tertium.*) *i* Oportet impedimenta remoueri ad excipiendũ i p.718. 1410.
ſemen verbi. Id ſignat populi præparatio.

12 * *Cauete ne ascendatis in montem.*) Indicat 1. Verbum Dei, ſiue *k* fidem eſſe k p.1363.
de ijs, quæ non videntur. neque enim quæ Deus reuelat, neque diuinum dictum videtur à nobis. 2. *l* In fidei myſterijs percipiendis abſtrahendam eſſe mentem à mo- l p.1413.
do ſenſibili, & carnali.

16 * *Ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura*, &c.) Tuba, prædicationis vehementis ſymbolum eſt, Iſaiæ 58. 1. Oſe.8.1. Apocal.4.1. Tonitruum, maiora, magiſque recondita myſteria ſignificare ſolet, Iob 26.14. & diuinam vltionem, Iſa. 29.6. Fulgur, ſymbolum eſt Chriſti ad iudicium venientis, & eius iudicij terrore pleni, ac punientis, Pſal.96.4. Sap.5.22. Matt.24.27. ſymbolum ſubitæ punitionis, Luc.10.18. & prædicationis vehementis, ac punitionis, Ezech.1.13. 14. ex Greg. Apocal.4.5. Ignis, extremam calamitatem ſignificat, Iob 20.26. & vltionem, Iſa.10.17. Quid ergo hæc ſigna Iſraelitis oſtenſa, in Euangelij prædicatione figurant? 1. *m* Modum dicendi m p.726.
debere eſſe appoſitum ad mouendum. 2. *n* Eſſe, cum oportuerit, increpationes n p.727.
adhibendas, & comminationem diuinæ vltionis. 3. Euangelicam prædicationem omnibus credibilem reddi *o* & myſterio- o p.1381.
rum, ac doctrinæ præſtantia, *p* & miracu- 1382.
lorum magnitudine. p p.1383.

Digitized by Google

Tropologia.

De Iuſtificatione peccatoris.

VIdetur hoc in capite deſcribi myſticè Iuſtificationis modus. 1. *a* Principio eſt vocatio Dei à ſtatu peccati, * *Vocauit eum Dominus.* 2. *b* Neceſſarius ad remiſſionem peccati motus fidei. Fides autem ex auditu. *c Hæc dices, & annunciabis.* 3. *d* Ad gratiam diuinam recipiendam, neceſſaria ex diuino decreto eſt in adultis voluntaria præparatio ex parte ipſorum, * *Sint parati in diem tertium.* 4. *e* Solet iuſtificationem impij diuinæ iuſtitiæ timor præcedere, * *Cæperunt audiri tonitrua,* &c. 5. *f* Diſpoſitio ad iuſtificationem eſt, ſpes diuinæ miſericordiæ per Chriſtum, *Cæpit nubes operire montem,* Nubes diuinæ miſericordiæ ſymbolũ eſt, Eccli. 35. 26. Iſa. 18. 4. Motiuum autem præcipuum ad ſperandum eſt diuina miſericordia. Alterũ motiuum ſunt Chriſti merita, * *Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei.* 6. *g* Præparatorius ad iuſtificationem actus eſt, charitas erga Chriſtum ſalutis auctorẽ, * *Totus mons Sinai fumabat, eò quod descendisset Dominus super eum in igne,* Mons, humanæ mentis; Ignis, charitatis figura fuiſſe videtur. 7. *h* Ad remiſſionem peccatorum recipiendam, deteſtatio peccatorum requiritur, * *Timuit populus.*

a p. 344. *b p. 408.* *c p. 1354.* *d p. 406.* *e p. 409.* *f p. 410.* *g p. 411.* *h p. 412.*

CAPVT VIGESIMVM.

SVMMA.

Promulgantur à Deo decem moralia præcepta legis, modo terrifico. Populus terrore percitus petit à Moyse doceri, non à Deo. Sedat pauorem Moyses: & iubente Deo duo cæremonialia præcepta pronunciat de ratione altaris ædificandi, ac sacrificandi.

1 LOcutuſque eſt Dominus cunctos ſermones hos: 2 Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. 3 Non habebis deos alienos coram me. 4 Non facies tibi ſculptile, neque omnẽ ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra. 5 Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: 6 & faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. 7 Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. nec enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà. 8 Memento vt diem ſabbati ſanctifices. 9 Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. 10 Septimo autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas. 11 Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei ſabbati, & ſanctificauit eum. 12 Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. 13 Non occides. 14 Non mœchaberis. 15 Non furtum facies. 16 Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. 17 Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. 18 Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti, ac pauore concuſſi, ſteterunt procul, 19 dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. 20 Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. 21 Stetitque populus de longè. Moyſes autem acceſsit ad caliginem in qua erat Deus. 22 Dixit præterea Dominus ad Moyſen: Hæc dices filijs Iſrael: Vos vidiſtis quòd de cælo locutus ſim vobis. 23 Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. 24 Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues, in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam

ad te,

Digitized by Google

ad te, & benedicam tibi. 25 Quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrũ super eo, polluetur. 26 Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

Interpretatio litteralis.

a p.1316. LOcutus est *Dominus*, *a* Intelligimus ex his verbis esse Fidem diuinam. 1

* *Ego sum Dominus Deus tuus*, &c. Theologia, quę his verbis continetur, explicata est in superiore capite v.4. 2

b p.2.4. *Dominus*, hebr. יהוה *Iehoua*, *b* Summum
c p.6. ens, verus Deus, *c* vnus Deus, *d* omnium
d p.22. Dominus. *Deus tuus*, Deum se vocat Hebræorum, tum ratione omnibus alijs gentibus communi, quia omnium Creator; tũ ratione particulari, quia peculiari prouidẽtia eum populum in sui cognitionem, & cultum elegerat. * *Non habebis deos* 3

† p.1123. *alienos coram me*, &c. † Hebraicè נכרים 4
Ahherim, Alieni, & Alij. *Coram*, etiam *Contra* significare solet, Luc.15.18. Habes
e p.6. 1. *e* Deum vnum esse, *Non habebis deos*
f p.7. *alios*. 2. *f* Falsò haberi Deum quidquid vt Deus colitur præter vnum Deum.
g p.2007. 3. *g* Idololatriam, cultumq; illicitum, ac superstitiosum esse quidquid institutum ab hominibus est ad facienda, & colenda Idola, vel pertinens ad colendum sicut Deum creaturam, partemve vllam creaturæ. *Contra me*, * *Non adorabis ea, neque coles*. Infert is cultus iniuriam Deo. 5

Fortis, Zelotes, Hebræum אל *el*, & fortem significat, & Deum. Potest ergo etiã verti,
i S.Th.1.2. Deus zelator. *i* Zelus, est motus animi
q.28. a.4. contra omne illud, quod repugnat consecutioni, vel fruitioni quietæ eius, quod amatur. sẽper ergo zelus oritur ex amore. Deus summè amat suam bonitatem, quæ summè amabilis est. Est autem diuina bonitas principium omnis boni: proinde ipsa sola colenda vt Deus, id est vt principium omnis boni. Zelatur igitur Deus honorem, & gloriam suæ bonitatis. Docemur
k p.14. his verbis 1.K Deum omnia posse, *Fortis*.
l p.21. 2. *l* Amari à Deo bonitatẽ suam, *Zelotes*.
m p.25. 3. *m* Deum vindicem esse, ac vltorem malè agentium, *Zelotes, visitans iniquitatem*, &c. 4. *n* Esse in Deo prouidentiam,
n p.23. *Visitans*, &c. 5. *o* Esse Deum Iudicem
o p.24. omnium, *Visitans*, &c. 6. *p* Consequi pœ-
p p.1279. nas ad peccatum, quas Deus infligit, *Visi-*
q p.1290. *tans iniquitatem*, &c. 7. *q* Contingere interdũ vnum pro peccato alterius puniri, quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis pars est communitatis, *Visitans iniquitatem patrum in filios*, &c. Visitare, hoc in loco in malam partem accipitur. Estq; Affligere, & pœnas quasi iudicem ab aliquo exi-
r p.198. gere. c.2777. *Qui oderunt me*, *r* Formatur actus odij, cum appetitus auertitur ab eo, quod malum æstimatur. Accidit autem interdum vt quis odio habeat, & apprehendat sub ratione mali, quod amare deberet, & sub boni ratione apprehendere. vt impijs accidit, qui Deum oderunt, qui est summum bonum, omnem habẽs amabilitatis rationem. Quare beati, qui clarè Deum vident, non possunt non illũ amare.
s p.1649. *s* Est autem impiorum odium iniustum in Deum. Quatenus Deum vt peccatorum prohibitorem, & pœnarum inflictorem apprehendũt. Est etiam odium in *Deum*, quatenus contra *Dei* legem fit, aut iniuria infertur hominibus, qui sũt imagines *Dei*.

6 * *Et faciens misericordiã*, &c. *t* Est *Deus* t p.56.
misericors, quatenus nostris malis occurrit sua bonitate. *In millia*, Quia Deus quatenus infinita bonitas est, pronus est ad benefaciendum. *Qui diligunt me*, Indicant hęc verba 1.*u* Deum esse amabilẽ. 2.*x* Esse u p.34.
amorem iustorum in Deum. 3. *y* Esse cha- x p.1493.
ritatem, seu amicitiam supernaturalem y p.1491.
inter homines iustos, & Deum. Nam amicitia est amor mutuus. est autẽ amor mutuus inter iustos, & Deum: quatenus iusti diligunt Deum, *Diligunt me*; & Deus diligit iustos, *Faciens misericordiam ijs, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea*.
4. *z* Perfectam charitatem esse, cum ab z p.1504.
hominis affectu excluditur omne id, quod est charitati contrarium, *Custodiunt præcepta mea*. Epexegesis, explicatio illorum verborum, *Diligunt me*, Si diligitis me, inquit Christus, mandata mea seruate.
5. *a* Conseruari charitatem in nobis diui- a p.1565.
norum præceptorum obseruatione. Lædi-tur enim ius diuinum, cum Dei præcepta nõ obseruantur; quod est, quantum est ex parte nostra, tollere à Deo bonum ipsi debitum. Boni autem debiti ablatio, mali rationem habet. malum autem alteri illatum, odium excitat. 6. *b* Charitatis actum b p.1572.
esse, suam cum diuina voluntatem cõformare: *Qui diligunt me*, & (id est, c.2897.) *custodiunt præcepta mea*. Suã Deus nobis voluntatem præceptis enunciat. 7. *c* Effectum esse charitatis conseruationem iuris c p.1596.
diuini, & obseruationem præceptorum propter Deum: *Diligunt me*, & (quia, can. 2896.) *custodiunt præcepta mea*.
8. *d* Solere à legibus tum præmia, tum pœ- d p.1081.
nas proponi: *Visitans iniquitatem*, &c. *Faciens misericordiam*, &c. 9. *e* Congruũ e p.1295.
esse à male agẽdo pœnarum comminatione deterrere, *Visitans iniquitatem*, &c.

10.

Digitized by Google

f p.1295. 10. *f* Opera bona ſuum valorem,& meriti rationē habere, *Faciens misericordiam*
g p.1096. *ijs, qui diligunt me.* 11. *g* Opera mala demeriti rationem habere, *Viſitans iniquitatem eorum, qui oderunt me.*

* *Non assumes nomen Domini Dei tui* 7
in vanum. Hebræum שוא *Shau*, duo ſignificat, Mendacium, & Fruſtra. Vtrumque
i p.1986. igitur ſignificat vox, vanum. *i* Illicitum eſt iuramentum, cum vel ob falſitatē confirmandam adhibetur, vel ſine cauſa neceſſaria iuratur, vel ad aliquid illicitum confirmandum. Vanum eſt, quidquid eſt illicitum: quia priuationem bonitatis habet: priuatio autem nihil eſt. *k* Periurium
k p.2030. eſt peccatum religioni contrarium; falſitatem iuramento, ſiue expreſsè, ſiue interpretatiuè, confirmare. *Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui fruſtra*, Pœnam
l p.23, 24, 25, 1081, 1096, 1279, 1293. comminatur. *l* vid. ſupra v. 5. & 6. Porrò Aſſumere nomen Dei hoc in loco nihil aliud videtur ſignificare, quàm *Deum* teſtem aduocare in iuramentis. Præcipitur enim cultus diuinus. Tribus autem modis Deus colendus à nobis eſt, Corde, Ore, Opere. Corde, vt eū habeamus vt Deum. Ore, vt ei verbis reuerentiā exhibeamus. Opere, vt eum noſtris externis operibus reuereamur. Circa hos tres modos tria præcepta dantur de tribus actibus, qui præcipui ſunt in quolibet modo. Nam præcipuus actus colēdi Deum, eum vt Deum agnoſcendo, eſt Adoratio: de quo eſt primum præceptum, *Non adorabis*, &c. Præcipuus actus colendi *Deum* opere, eſt ipſa opera noſtra, quæ in noſtram vtilitatem cedunt, ei offerre: nullus autem offerendi melior modus, quàm ab illis abſtinendo in *Dei* honorem, qui nullo indiget bono noſtro. *De* hoc genere cultus datur tertium præceptum, *Memento vt diem sabbati sanctifices.* Debuit ergo circa cultum oris de præcipuo oris actu præceptū dari. Non videtur autem oris actus ad diuinum cultum pertinens eſſe magis præcipuus, quàm Iuramentum; quo in teſtimonium noſtræ veritatis diuinam Veritatem adducimus, quæ eſt ipſe *Deus*.

* *Memento vt diem sabbati sanctifi-* 8
ces, &c. Sanctum dicitur quod *Deo* dica- 9
tum eſt. quare ſanctificare Sabbati diem, 10
eſt eum *Deo* dicare, & vt *Deo* dicatum 11
colere, ac celebrare. Cum autem *Deus* colendus ab hominibus ſit aliquo externo cultu: ratio ipſa docet, ab eo, qui hominū ſocietati præeſt, eſſe tempus aliquod præſcribendum, quo ab omnibus ita ab alijs operibus ceſſetur, vt ſoli diuino cultui vacari poſſit. *a* Præſcripſit autem *Deus* in
2 S.Th.2.2. q.122.a.4. lege veteri diem ſeptimum: tum in memoriam beneficij creationis, ſex diebus exhibitæ: tum ad figurandum diem Sabbati, quo ceſſauit *Deus* ſepulchrō conditus ab opere redemptionis per paſſionem peractæ: tum ad figurandum æternam requiem, quæ poſt bona huius vitæ opera conſecutura eſt in cœlis: tum ad ſignificandum debere nos ceſſare ab operibus ſeruilibus, nempe quibus diabolo, & concupiſcentiæ ſeruimus. Iam aduēniente veritate, & vmbris, ac figuris ceſſantibus, mutauit Eccleſia Sabbatum in diem Dominicum, in memoriam Dominicæ Reſurrectionis; quo die noſtra redemptio perfectionem accepit. niſi enim Chriſtus reſurrexiſſet, nihil nobis opus redemptionis profuiſſet. Porrò ex huius præcepti contextu probantur multa dogmata. 1. *b* Debere creaturas intellectuales debitum cultum, & honorem exhibere Deo. Quia primum omnium principium Deus, *Memento*, &c. *sex enim diebus fecit Dominus*
b p.1915. *cælum, & terram & mare* &c. 2. *c* Præceptam fuiſſe in veteri lege Sabbati ſanctificationem, ad exhibendum Deo ſignum
c p.2001. cultus ſenſibile, pro beneficio creationis, *Sex enim diebus fecit Dominus cælū*, &c. 3. *d* Præceptum eſſe morale, habere aliquod tempus deputatum ad vacandum
d p.2000. diuinis, *Memento vt diem sabbati sanctifices.*

12 * *Honora patrem tuum, & matrem tuā*, Honorare, non ſolum ſignificat honorem exhibere, ac reuerentiam; ſed etiā Alere, Matt. 15.4. & 1. Tim. 5.3,17. Honor, eſt teſtificatio quædam excellentiæ alicuius. quæ varijs modis fieri poteſt, verbis, geſtibus corporis, donis. Debetur autem honor primum Deo vtenti perfectiſſimo, & omnium principio; deinde parentibus, vt à quibus eſſe recepimus; & ijs à quibus regimur, & cōſeruamur; poſtremo omnibus hominibus, quatenus *Dei* perfectionē peculiari ratione participant, & ſunt imagines Dei. Cum alicui iniuria infertur, eius honori detrahitur. quia omnis iniuria eſt quædam irreuerentia. Omnia moralia *Dei* præcepta eò referuntur, vt caueamus ab iniuria in *Deum*, & in proximos inferenda. Cum ergo tribus præceptis de cauenda Dei iniuria actum ſit: hoc quarto præcepto cauetur iniuria in parentes. Reducitur autem ad hoc præceptum etiam honor in Superiores: quia ſimilis eſt ratio. Vt enim vereri parentes debemus, quia ab ipſis eſſe recepimus: ita & Superiores honorare debemus, quia ipſi nos tuentur, & regunt. Docemur his Scripturæ verbis
e p.2039. 1. *e* Deberi parentibus reuerētiam à filijs.
f p.2040. 2. *f* Deberi parentibus ſuſtentationis obſequium à filijs; ſi eo parentes indigere contigerit. 3. *g* Deberi parentibus obedientiā
g p.2042. à filijs. *Vt ſis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi*, Par eſt cōſeruari diutius in vita eos, qui gratos ſe exhi-

exhibent ijs, à quibus habuerũt vitę principium. Quamquam iusto Dei iudicio interdum fit, vt grati in parentes, citò moriantur, ingrati diutius viuent. Habemus
h p.1081. ex hoc loco 1. *h* Solere à legibus præmia
i p.1295. proponi. 2. *i* Opera bona suum valorem,
k p.928. & meriti rationem habere. 3. *k* Contingere beatitudinem aliquam in hac vita, *Vt sis longæuus*, &c. 4. *l* Interdum bonos
l p.944. in hac vita prosperè agere, in præmium
m p.1309. bonæ actionis. 5. *m* Posse bona temporalia sub meritum cadere. quatenus vtilia sunt ad opera virtutum, quibus perducimur ad vitam æternam.

* *Non occides.* Prohibentur sequenti- 13
bus præceptis quæ sunt contra honorem cuiusque proximi, quatenus iniuriam ei inferunt. Hoc præceptum prohibet iniuriam contra personam. quæ cum multis modis possit fieri, occidendo, verberando, mutilando, carcerando, &c. de præcipuo modo fit mentio, quo maior fit iniuria, de
n p.1844. non occidendo. Ergo *n* non licet non habenti publicam auctoritatem occidere quenquam, neque peccatorem.

* *Non mœchaberis*, Prohibetur adul- 14
terium: quia per illud magna fit proximo iniuria. Non dubium quin cætera carnis peccata lege diuina prohibeantur; vt ex alijs Scripturæ locis manifestum est, non
o p.2336. solum ratione naturali. *o* Speciale luxuriæ peccatũ est adulterium: quod & propriæ proli facit iniuriam, & coniugi.

* *Non furtum facies.* Prohibetur iniu- 15
ria, quæ proximo fit ratione bonorum externorum, in quæ ius habet. Furti nomine intellige quidquid ab alio accipitur, aut
p p.1860. retinetur eo inuito. Quare 1. *p* Peccatum est rem alienam occultò surripere: quod
q p.1861. propriè Furtum appellatur. 2. *q* Peccatum est rapina, ac furto grauius. qua quid surripitur apertè, & cum violẽtia in eum, qui
r p.1828. illud possidet. 3. *r* Iniustitiam exercet is, qui quod iniustè ab altero ablatum est, nõ
s p.1834. restituit. 4. *s* Tenentur ad restitutionem etiã ij, qui indirectè causa sunt acceptionis
t p.1833. iniustæ. 5. *t* Tenemur ad restituẽdam rem depositam.

* *Non loqueris contra proximum tuum* 16
falsum testimonium. Hebræũ שקר *Shèqer*, significat & Mendacium, falsitatem; & Gratis, frustrà. Prohibetur iniuria contra proximum, quæ fit verbis. Fit autem verbis, tum mentiendo in proximi damnum; tum eius honori quocũque alio modo derogando: quod est frustrà, ac gratis loqui, id est, sine iusta causa. Ex quo præcepto
u p.1883. colligimus 1. *u* Falsum testimonium esse
y p.1894. illicitum. 2. *y* Contumeliam, & cõuitium, quibus proximi defectus manifestatur,
z p.1898. peccatum esse. 3. *z* Detractionem, quia alterius famam lædit, peccatum esse.
a p.1901. 4. *a* Magnum peccatum esse Susurrationẽ. Nam & famam lædit, & soluit amicitias.
5. *b* Peccatum esse Derisionem. Cuius gra- b p.1902.
uitas ex derisi erubescentia; ex irreuerentia; ex personæ derisæ dignitate pensanda est. 6. *c* Maledictionem illicitam esse. c p.1903.
si quis imperet, aut optet malum alterius, vt illi malum est.

17 * *Non concupisces domum proximi tui*, &c. *d* Concupiscentiæ, ac desiderij actus d p.200.
formatur, cũ appetitus cupiditate fertur in bona sensibilia, quæ nondum habentur. Triplex est concupiscentia, Honoris, carnis, & cæterorum bonorum temporalium. Prohibet hoc in loco Deus duplicem concupiscẽtiam carnis in adulterio, & rerum proximi: quia ea concupiscentia est magis turpis, ac magis nota. vt ex his præceptis intelligatur, non solum opera mala externa, sed eorum etiam voluntatem esse peccatum. & verè non essent opera mala externa peccata, si non essent voluntaria. Rursus ergo prohibetur *e* adulterium, & e p.2336.
f furtum. f p.1860.

18 * *Cunctus autem populus videbat voces*, &c. Videre, solet pro generali sensũ poni, non solum corporis, sed etiam animi, c.2770. *g* Visus describitur, & *h* auditus g p.172.
terrificus. *Perterriti, ac pauore concussi* h p.173.
steterunt procul, &c. *i* Timor, est passio, i p.238.
qua horret appetitus periculum imminẽs mali. *k* Licet timendo fugere id, quod est k p.2200.
secundum rectam rationem fugiendum.

19 Israelitæ *steterunt procul*, dicentes, * *Ne*
forte moriamur. Loquere tu nobis, & audiemus, † Fides est ab Ecclesia tanquam à † p.2353.
20 proponente. * *Nolite timere*, Non accidet
mors. *l* Frænatur timor, pellẽdo ex animo l d.4993.
opinionem mali futuri. *Vt enim probaret vos venit Deus.* Hebr. נסה *Nissah*, significat Probare, tentare, experiri. Tentare, est cognoscendi causa inquirere, & explorare. *Deus* non tentat, vt cognoscat quod ignorat (scit enim omnia) sed vt quod scit, scire etiam videatur, quemadmodum si explorando, experiendoque didicisset; aut non vt ipse, sed vt ij, quos tentat, sese cognoscant, c.2761. *n* Tentationibus, ac tri- n p.895.
bulationibus iusti probantur, ac perficiuntur. *Venit Deus*, vide sup. *o* c.19.11. *Vt* o p.119.
terror illius esset in vobis, & non peccaretis, *p* Est Deus timendus. *q* Licitus est ti- p p.38.
mor, quo quis abstinet à peccato, ne æter- q p.1469.
næ pœnæ malũ incurrat: modò absit omnino voluntas peccandi. Id hæc verba docent, & *Dei* factum, quo terret Israelitas.

21 * *Moyses accessit ad caliginem, in qua*
erat Deus. *r* Diuinæ inuisibilitatis, ac r p.28.
s maiestatis Caligo symbolum est, c.5560. s p.36.

22 * *Vos vidistis quod de cælo locutus sim vo-* t p.696.
bis, *t* Ad veræ Fidei confirmationem mi- 1383.
racula fiunt. Ideo locutus est Israelitis de cælo *Deus*, vt suæ veræ religionis signum daret. vt etiam indicant verba sequentia.

* *Non*

Digitized by Google

u p.7. * *Non facietis deos argẽteos*, &c. *u* Prohibet falſam idolorum religionem.

23

* *Altare de terra facietis mihi*, &c.

24

x p.1124. Hactenus de moralibus præceptis: *x* quædam nunc cæremonialia præcipiuntur.

25

y p.844. *y* Oportet quædam ſpecialia obſeruari in ijs, quę pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem reuerentiam adducantur, *Altare facietis*. *z* Materialia, & ſenſibilia quædam, vt altare, vt templa, conuenienter in Dei cultum Deo dicãtur. Corpus enim hominis ſenſibile, quo vtitur animus, ſenſibilibus inſtrumentis indiget in actionibus ſuis, *Altare facietis*. *a* In veteri lege variæ obſeruantiæ cæremoniales fuerunt: ad maiorem reuerentiam diuini cultus: *b* ad figurandum Chriſtum, *c* & Chriſti myſteria, ad noſtram inſtructionẽ, 1.Cor.10.4,6,11. Hebr.10.1. vid.noſtram Introd.3.Par.D.3.n.6. Quid ergo figurauit cæremonia, quæ hoc loco præcipitur de altari; quod vult eſſe ex terra, cauetque ne ſit ex lapidibus ſectis? 1. Figurauit Chriſtum; vt eſt cõmunis Patrũ ſententia apud Syl.Alleg.v.Altare. Et vere Altare Chriſtus eſt, quatenus in eius meritis fundatur omne ſacrificiũ, quod Deo offertur ſiue reuerentiæ, ſiue laudis, ſiue iuſtitiæ. *d* Eſt hoc Altare *de terra*, quatenus Chriſtus homo eſt, qui fuit de terra formatus. Ex lapidibus eſt, quatenus Chriſtus Petra eſt, teſte Paulo, *Petra autem erat Chriſtus*. *e* Ex lapidibus eſt non ſectis, *e* tum quia Chriſti corpus nõ eſt viri opera formatus, *f* tum quia Chriſti doctrina, & fides nõ eſt humanum inuentum, ſed donum Dei. 2. *Altare de terra* figurauit animam, & cor fidelium. quorũ corpora cum ſint templa Dei, ſecundum Paulum, corda ſunt altaria, in quibus offertur Deo ſacrificium laudis, ac iuſtitiæ. Ita Patres in Syl.Alleg. v.Altare. Sunt hæc altaria ex terra, non ex ſaxo; *g* quatenus cor contritum, & humiliatum amat Deus. *h* Sunt ex lapidibus nõ ſectis, ſiue impolitis; quatenus Chriſti, ac Sanctorum ſimplicitatem exprimunt imitando. Lapides, Chriſti, ac Sanctorum ſymbola ſunt, c.6402.6414. *Offeretis ſuper eo holocauſta, & pacifica veſtra*. Holocauſtum erat ſacrificium, quod in reuerentiã diuinæ Maieſtatis offerebatur. Ideo totum cremabatur, vt reſolutum in vaporem, totum ſurſum aſcenderet; in ſignum, quod quidquid habemus, Dei eſt, c.2197. Pacifica, erant ſacrificia, quæ pro beneficio accepto, vel accipiendo offerebantur. Ea partim cremabantur, partim à Sacerdotibus, partim ab offerentibus mãducabantur, c.2199. *i* Eſt Deo adorationis reuerentia exhibenda. K Inter externas adorationes, ſumma eſt ſacrificium, vni Deo offerenda. Antiqua ſacrificia *l* ſacrificij corporis, & ſanguinis Chriſti figura fuerunt, *m* & ſacrificij laudis, atque iuſtitiæ. nam altare, in quo ſacrificia offerebantur, tum Chriſti, tum cordis humani figura fuit, vt paullo ante dictum eſt. *In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei*. *n* Conuenienter loca certa in Dei cultum dicantur. *o* Congruum eſt adorationi externæ, vt eſt ſacrificium, determinatum locum exhibere. *Veniam ad te, & benedicam tibi*, Placabor veſtris ſacrificijs, & exorabor. Ex his verbis colligitur 1. *p* Eſſe Deum benignum. 2. *q* Eſſe in Deo beneficentiam. 3. *r* Eſſe Deum exorabilem. 4. *s* Solere à legibus præmia proponi. 5. *t* Opera bona ſuum valorem, & meritirationem habere. *Si leuaueris cultrum ſuper eo, polluetur*. Deſinet eſſe ſacrum, ac mihi dicatum: profanum reddetur, ac immundum. Polluere ſancta, dicuntur ij, qui ita ſancta tractant, ac ſi eſſent immunda, c.2577. Sectionem, ac dolationem lapidum in altari prohibet. Cur hoc? An vt idololatriæ occaſionem præcidat? Poterãt enim ſculpi in lapidibus imagines idolorum, & adorari. An vt myſterium indicet? ſiue Chriſti, cuius oſſa non ſunt comminuta: ſiue Eccleſiæ, ac Fidelium, in quibus non debet eſſe ſciſſio neque in doctri-
26 na, neque in charitate. * *Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua*, ערות *Hhheruah*, Turpitudo, nuditas, verenda. Ergo nudis cruribus incedebant, & fortaſſe ſine femoralibus; quamquam infra femoralia præcipiuntur Sacerdotibus ſacrificaturis. In omni actione elucere modeſtia debet, præſertim in diuino cultu. Ex hoc Dei præcepto intelligimus, *u* Ornatu aliquo turpitudinem occultare corporis, licitum.

b p.859. c p.860. d p.426. 434. e p.458. 462. f p.1316. 1351. g p.800. Pſal.50. Dan.3. h p.1046. 1600. i p.1957. k p.1962. l p.859. 1966. m p.1963. 1967. n p.1919. o p.1961. p p.53. q p.54. r p.55. s p.1081. t p.1295. u p.2445.

Interpretatio myſtica.

NOn licèt myſticè interpretari eos Scripturæ ſacræ locos, qui noſtram inſtructionem ſecundum ſenſum litteralem continent, ac documenta moralia. vt fusè in noſtra Introductione probatur Par.3. Diſt.3. à n.43. Cum ergo magna huius capitis pars præcepta moralia complectatur: non debemus myſticum in ea ſenſum inquirere. Myſticam interpretationem recipere poſſunt & Sabbatum, & Altare de terra, vel inſectis lapidibus; quatenus præcepta cæremonialia ſunt, vmbræ futurorum. Hæc duo myſticè interpretati ſumus inter litteralem interpretationem; alterum v.11. alterum v.25.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

Hoc in capite præcepta Iudicialia traduntur.

1 HÆc sunt iudicia quæ propones eis. 2 Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. 3 Cum quali veste intrauerit, cũ tali exeat: si habens vxorem, & vxor egredietur simul. 4 Sin autem Dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo. 5 Quòd si dixerit seruus: Diligo dominũ meum & vxorem ac liberos, non egrediar liber: 6 offeret eum dominus dijs, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitq; aurem eius subula: & erit ei seruus in sæculum. 7 Si quis vendiderit filiam suã in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. 8 Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vendendi nõ habebit potestatem, si spreuerit eam. 9 Sin autem filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. 10 Quòd si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiæ nõ negabit. 11 Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. 12 Qui percusserit hominem volẽs occidere, morte moriatur. 13 Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum in quem fugere debeat. 14 Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur. 15 Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. 16 Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. 17 Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. 18 Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximũ suũ lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: 19 si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamen vt operas eius, & impensas in medicos restituat. 20 Qui percusserit seruum suum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. 21 Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. 22 Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantũ maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. 23 Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, 24 oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, 25 adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. 26 Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quẽ eruit. 27 Dentem quoque si excusserit seruo vel ancillę suæ, similiter dimittet eos liberos. 28 Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius: dominus quoque bouis innocens erit. 29 Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occideritq; virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. 30 Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quidquid fuerit ei postulatus. 31 Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. 32 Si seruum, ancillamque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. 33 Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ecciderit; bos aut asinus in eam, 34 reddet dominus cisternæ pretiũ iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. 35 Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispertient. 36 Sin autem sciebat quòd bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a *p.* 1126. HAec sunt iudicia, *a* Sunt in lege veteri præcepta iudicialia: per quæ Hebraico populo determinantur iustitiæ inter homines obseruandæ. *Quæ propones*, *b* Legis veteris Minister Moyses fuit. *Eis*, *c* Gentiles non fuerunt obligati ad omnem legẽ veterem seruandam; sed tantum ad ea præcepta, quæ erãt de lege naturæ; nempe ad moralia, qualia in prima parte superioris capitis præcepta sunt. *d* Post Christi aduentum, & Euãgelij promulgationem, iudicialia veteris legis præcepta vim obligandi nõ habent: mutato iam per Christi aduentum Israelitici populi statu, qui ordinabatur ad Christum: ad quem statum disponendum iudicialia præcepta fuerant instituta. *e* Possunt tamen ea præcepta licitè nunc seruari: modò eorum obseruatio non ad figurandum, sed ad aliquid faciendũ ordinetur. Ideo enim Cæremonialia post Christi aduentum nõ licet obseruare; quia erant protestationes venturi Messiæ: falsum autem, & impium est protestari Messiæ aduentum futurum, cum Messias iam venerit.

b *p.* 1119.

c *p.* 1121.

d *p.* 1131.

e *p.* 1132.

f *p.* 1128. * *Si emeris seruum Hebræum*, &c. *f* In præceptis iudicialibus veteris legis agitur de pertinentibus ad conciues ad inuicem, nempe de emptionibus, venditionibus, iudicijs, pœnis. *Hebræum*, Cum multi populi descenderint ab Heber, soli Israelitæ dicti sunt Hebræi, quia apud solos Israelitas conseruata est lingua Heber; apud quem voluit Deus seruare primam linguam, quæ vna apud omnes erat ante diuisionem linguarum, August. 16. Ciu. c. 11.

g *p.* 1787. *Emeris*, *g* Contractus innuitur emptionis, & venditionis. *In septimo egredietur liber gratis.* Indecẽs verè religionis cultorẽ esse perpetuò seruum; neque charitati consonum eũdem à veræ religionis cultore perpetuò seruum retineri. *h* Misericordiæ actus præcipitur, ad captiuorum redemptionem pertinens. * *Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat.* Hebr. Si cum corpore suo intrauit, cũ corpore suo exeat. Quod LXX. Interpretes ita explicant: Si solus intrauit, solus exeat. quod consonat verbis sequentibus: *Si habens vxorem, & vxor egredietur simul*, Ita enim omnino liber egredietur. Gratis, & liber egredietur; si, vt vertit vulgata, cum quali veste intrauit, cum tali exeat. quia non erit impedimento ad egressum procuratio vestis, quæ congrua sit homini libero. Hæc vulgatæ verba indicant vsum, ac traditionem apud Iudæos fuisse de ea vestis circumstantia. * *Sin autem Dominus dederit illi vxorem*, &c. Putat Abulensis non esse hic sermonem de vxore Hebræa; quia mulier Hebræa non poterat retineri serua vltra sex annos: sed de vxore alienigena. Et licet prohibitum esset Hebræis cõtrahere matrimonia cum alienigenis: tamen si ea matrimonia inter seruos contigissent, siue legis exceptione, siue permissione, siue cum legis iniuria: vult Deus mulierem, & filios remanere apud dominum seruos. Nam quidquid acquirit seruus, domino suo acquirit: & vt fructus sequuntur agrum, ita filij ventrẽ. * *Diligo dominum meum*, &c. *i* Amor, est actus complacentiæ de bonis sensibilibus. *Non egrediar liber*, *k* Amor causat præsentiam, seu vnionem realem cum re amata. * *Offeret eum dominus dijs*, Magistratibus, Iudicibus. Hebræum *Elohim*, etiam de ijs dicitur, qui iudicandi potestate funguntur, c. 1491. LXX. *Ad tribunal Dei*, Quia Iudices sunt loco Dei. *l* Iustum inter accusatorem, & reum à Iudice faciendum. Vult Deus Iudicium sententia seruum addici domino in perpetuũ. *Perforabit aurem eius subula.* Pœna dedecoris, *m* pœna politica. Non sunt pœnę, nisi pro culpa, infligendæ. Culpa est serui, qui non vult liber exire, & vti legis priuilegio, & liberam gentis Hebrææ conditionem voluntaria seruitute deturpat. * *Si quis vendiderit filiam suam in famulam*, Vendere, hoc in loco, est tradere accepto pretio. nam hebraũ מכר *Machar*, & vendere significat, & tradere, ac dare. Famula, est אמה *Amah*, quod famulam significat, non seruam. Solebant Hebræi filias nondum nubiles tradere accepto pretio dominis in famulatum: vt interim antequam adolescerent, experirentur earum mores; & adultas, ac nubiles vel acciperẽt in vxores aut sibi, aut filijs; vel ad patrem remitterent. *Sicut ancillæ exire consueuerunt*, שפחות *Hhhabadìm*, Seruæ. Erant seruæ solum mulieres alienigenæ. nã turpe fuisset mulieribus Hebræis seruas esse, ob periculum honestatis, si essent adultæ, ac nubiles. Qua ratione exire solebant seruæ alienigenæ? Vendi solebant alienigenis: si fuissent in domo domini constupratæ, nihil eis dabatur in pretium amissæ virginitatis. * *Si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerat, dimittet eam.* Hebr. Si amica oculis domini sui, quam nõ desponsauit, & subuertit, populo alieno non poterit vendere propterea quod concubuit cum ea. LXX. Si non placuerit oculis domini sui, quam non desponsauit sibi, redimet eam: genti autem alienæ non erit dominus vendere eam, propterea quod abusus est ea. Is ergo est vulgatæ sensus ex Aug. in Exod. q. 78. Si displicuerit oculis domini

h *p.* 1613.

i *p.* 183.

k *p.* 193.

l *p.* 1804.

m *p.* 1278.

Digitized by Google

domini sui, cui tradita fuerat in vxorem, & animo maritali concubuerit cum ea, dimittet eam quemadmodum aliæ vxores dimitti solebant, nullo pretio accepto pro redemptione à famulatu. Si autem spreuerit eam, id est, deceperit, & non animo maritali concubuerit; non erit ei potestas faciendi de ea, quod de serua alienigenæ corrupta fieri poterat, vt eam vendat populo alieno, propterea quod ea mulier deuenerit despicabilis alijs, quia corrupta.

q p.2334. r p.1278. Quare his verbis *q* stuprum prohibetur, & *r* pœna imponitur stupro, vt redimat mulierem, id est, tantum ei pretij soluat, quantum ipse accepit à mulieris patre.

9 * *Sin autem filio suo desponderit eã, iuxta morem filiarum faciet illi*, id est, dotem dabit ei, vt daret filiæ. Ita Aug. *Morem*,

s p.1066. t p.1098. Hebr. משפט *Mishpat* lex, statutum. *s* Regula humanarum actionum lex: *t* cui parendum.

10 * *Quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiæ non negabit.* Quod est in vulgata *Nuptias*, est in hebræo textu שאר *Sheèr*, vel *Shear*. *Sheèr* carnem significat: *Shear*, Residuum, dignitatem. LXX. vertunt δίοντα, necessaria, opportuna. *Pretium pudicitiæ*, Hebr. Humilitatem: LXX. Collocutionem: ita honestis vocabulis concubitum expressérunt. Ergo sensus est cum Augustino supra: Si dominus puellam à se corruptã non tradiderit vxorem filio, sed alteram ei acceperit; nuptias prouidebit puellæ; (vel) vt puellæ nuptijs prouideatur, dabit illi vestimẽta eius conditioni conuenientia, & violatam pudicitiã pretio compensabit.

u p.1278. 2334. x p.1776. y p.1780. z p.1799. a p.1800. *u* Est & hęc pœna stupri. Ostendunt hæc verba 1. *x* Esse in puella ius, vt debitũ ei reddatur. *y* 2. Illud ius hac lege definiri. 3. *z* Ius delicto læsum pœna compẽsandum esse. 4. *a* Ius alterius compensandum, iustumq; faciendũ esse debiti solutione.

11 * *Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia.* Ita explicat Augustinus: Hoc intelligitur, si eam ipse concubitu non humiliauerit, neque filio suo coniunxerit, neque alia filio suo ducta istam eiecerit, abibit gratis: id est, sufficiet ei non teneri in seruitute, vt de seruo Hebræo dictum est.

12 * *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.* b Non licet non habenti publicam auctoritatem, interficere quemquam, neque peccatorem. Id indicat

b p.1843. 1844. c p.1278. 1279. d p.1293. pœna mortis, *c* quæ homicidis imponitur. *d* Congruum à male agendo pœnarum cõminatione deterrere.

13 * *Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius*, &c. Qui nolens, & casu aliquem occiderit, &c. Omnium, quæ accidunt etiam casu, est aliqua certa causa. Cum quis casu occiditur, vt cum quis putans occidere feram, hominem interfecit; physica quidẽ causa certa est, nempe tum Deus, tum homo: causa autem moralis, & voluntaria non est homo, sed Deus, qui ad omnem physicã actionem sciens, & *e* volens concurrit. Ordinat autem mortem hominum Deus *f* vel in pœnam, vel in meritum. Dicitur ergo Deus aliquem tradere in manus alterius occidendum, quatenus occasionem præbet alteri vt illum occidat. נגף *Innah*, significat Occasionem præbere, causare, in causa esse. *g* Diuina indicatur prouidentia. *h* vt etiam verbis sequentibus: *Constituam tibi locum, in quem fugere debeat.* *i* Vt detur locus iræ. K Remotione obiecti læsiui ira remouetur. *l* Licet timendo fugere id, quod est secundum rectam rationem fugiendum.

e p.296. f p.302. 303. g p.23. h p.23. i p.2366. k p.252. l p.2200.

14 * *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias*, Hebr. Cum quis superbè, ac temerè egerit contra proximum suum ad occidendum eum cum dolo. Prohibetur *m* audacia temeraria, *n* homicidium, & *o* dolus malus. *Ab altari meo euelles eum, vt moriatur.* Ne gaudeat immunitate altaris. *p* Innuitur immunitas Ecclesię. *q* Pœnam grauem comminatur. *r* Peccatorem occidere peccatũ non est; si legitimè fiat, ob bonum commune.

m p. 2204. n p. 1844. o p.2119. p d.4563. q p.1278. 1279.1293. r p.1845.

15 * *Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur.* *s* Non licet sine publica auctoritate vllum percutere; multò minus parentes; *t* quibus maior reuerentia debetur. *u* Mortis ergo pœna imponitur.

s p.1856. t p.2039. u p.1278.

16 * *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eũ, conuictus noxæ, morte moriatur.* *x* Hominis furtum prohibet cum venditione coniunctum. Quod de homine Hebræo intelligendum, ac libero. Esset enim scelus valde turpe, *y* dignum morte.

1279.1293. 1843. x p.1860. y *Vide sup. litt.u.*

Conuictus, *z* Non licet in quempiam sententiam ferre, nisi aut conuictum, aut sponte confessum.

z d.3883.

17 * *Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur*, *a* Magna parentibus reuerentia debetur, vt ijs per quos à Deo esse accepimus. *b* Non meretur ergo vitam, qui suæ vitæ principio malum imprecatus fuerit.

a p.2039. b *Vide sup. n.15. litt.u.*

18 * *Si rixati fuerint viri*, &c. *c* Percussio

19 iniusta prohibetur. Iubetq; tantum restitui à percussore, quantum intulit damni. *d* Ius delicto læsum, pœna compensandũ. *e* Ius alterius compensandum, iustumque faciendum debiti solutione. *f* Compensare debet damnũ is, qui moraliter est causa, vt alicui lucrum aliquod cesset, aut accidat malum.

c p.1856. d p. 1799. *Vide supra n.15. litt.u.* e p.1800. f p.1801.

20 * *Qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga*, &c. *g* Prohibet homicidiũ voluntarium etiam respectu seruorum. Dominorum enim, sine auctoritate publica, non extẽditur dominium in seruorum

g p.1844.

Digitized by Google

vitam. Cenſendus eſt autem dominus percuſſiſſe ad occidendum, cum ita virga ſeruum percuſſit, vt in manibus eius moreretur. *Criminis reus erit*, Erit reus pœnæ.
h p.1797. *h* Debitũ eſt pœnale, pœnæ reatus. *i* Pœ-
i Vid. ſupra n.15. litt.m. nam ſubeat homicidarum. * *Sin autem* 21
vno die, &c. Si ſeruus percuſſus ſuperuixerit vno, vel duobus diebus; non eſt cenſendus dominus voluiſſe occidere percutiendo, ſed tãtum corrigere: proinde nullam pœnam ſubibit; neque tenebitur ad reſtitutionem, quia pecunia ipſius eſt; ipſius, non alterius damnũ eſt mors ſerui.
k p.1797. K Ergo reſpectu nullius habet dominus pœnæ debitum.

* *Si rixati fuerint viri*, &c. Loci huius 22
intelligẽtiam claram reddit verſio LXX. 23
Interpretum, qui *Abortiuum*, quod eſt in vulgata, *Fœtum non formatum* dicunt, & verba illa vulgatæ: *Sin autem mors fuerit ſubſecuta*, dicunt, *Si formatum ſit*. Textus hebræus conſentit græco textui, *Si mors non fuerit, Si mors fuerit*. Ponendum autẽ eſt, Percuſſionem mulieris prægnantis eſſe culpabilem. *l* Quod accidit,
l p.1850. S. Th. 2.2. q.64. a.8. ad 2. cum cauſa mali eſt illicita, aut in opere licito non adhibetur debita diligentia ne malum contingat. Senſus ergo eſt in vulgata: Si abortiuum non animatum fuerit, & ipſa vixerit: non morietur percuſſor, quia mors non contigit. Sin autem mors mulieris fuerit ſubſecuta (& ſubintellige ob eandem rationem, ſi fœtum fuerit animatum, ac proinde eius mors ſubſecuta) reddet animam pro anima: morietur per-
m p.2104. Vide ſupra n.15. litt.u. cuſſor. Anima, pro vita, c.1165. * *m* Pro 24
culpę quantitate pœnæ imponendę. *n* Cõ- 25
n p.1799. penſare debet damnum is, qui moraliter eſt cauſa vt alicui accidat malum.
1800.1801. * *Si percusserit quispiam oculum*, &c. 26
Nõ oculum pro oculo, dentem pro dente 27
ſolui iubet ſeruis à domino in pœnam, ſed libertatem. Nam non eſt tanta iniuria in
o p.2104. Vide ſupra n.15. litt.u. et n.24,25. ſeruum, quanta in liberum. *o* Pro culpæ quantitate pœnę imponuntur. *Luscos fecerit*, hebr. Corruperit.
* *Si bos cornu percusserit virum*, &c. 28
Bos non peccauit, cur morte punitur, &
p S. Thom. 1.2. q.105. a.2. ad 11. prohibetur eius carnes comedi? 1. *p* In-
q p.1290. pœnam dominorum, & inſtructionem, vt
r p.1293. talia animalia cuſtodiant. *q* Contingit interdum vnum pro peccato alterius puniri, quia ad ipſum peccantẽ ſpectat. 2. *r* Vt
s Can.418. homines intelligant quàm fugiendum ſit homicidium. 3. *s* Ad ſignificandum myſterium, de quo in ſenſu myſtico dicẽdum.
Auguſt. in Exod. lib.2. q.82. 4. Ad vtilitatem dominorum, ne ſi deinde
Par.3.D.3. n.5,6. perrexerit bos cornu petere, & occidat, ipſe dominus moriatur. 5. Ad pellendum ex alijs timorem, ne ſeruato cornupeta, percutiantur. * *Quod si bos cornupeta* 29
fuerit, &c. Poterat dominus, & debebat 30
t p.1049. cornupetam recludere: *t* ideo cornupetæ 31
32 percuſſio domino imputatur; *u* eſtq; pœ- u p.2104.
33 næ reus. *Bos lapidibus obruetur*, *x* vt di- Vide ſupra
34 ctum eſt ſupra. * *Quod si pretium fuerit* n.15. litt.u. et n.24,25.
ei impoſitum, &c. Facit poteſtatem commutandi pœnam mortis in pecuniariam. x Vide ſup. n.28.
35 * *Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit*, &c. *y* Pœna imponitur, ob negligentiam in cuſtodiendo; & vt cuſtodes y Vide ſup. n.15. litt.u.
36 ſint cautiores. * *Sin autem sciebat*, &c. z Pœna eſt grauior, quia culpa magis voluntaria in cauſa. z Vide ibid. et p.1049.

Interpretatio myſtica.

QVoniam indicat Paulus præcepta iudicialia veteris legis, non ſolum hiſtorias, & cæremonias *a* ſcripta eſſe propter nos, *b* & ad noſtrã inſtruction em: placet myſticè interpretari hæc, & ſimilia, vt faciunt Patres; *c* præſertim cum Auguſtinus tantus Eccleſiæ Doctor ſæpè moneat in his, quæ hoc capite ſcribuntur, eſſe myſterium. a 1.Cor.9. b 1.Cor.10. c Auguſt. in qq. in Exo. l.2.c.4.

2 * *Si emeris seruum Hebræum*, &c. *d* Hebræus, qui Tranſiens interpretatur, quatenus veræ religionis cultor erat, fidelem hominem ſignificat in hac mortali vita peregrinantem. Sex anni, ſex mundi ætates ſunt. Septimus annus, eſt futurum ſæculum. Quotquot ſumus in hoc ſæculo, ſerui ſumus; quatenus non quod volumus bonum, hoc agimus; ſed quod nolumus, malum; & quatenus in Adam omnes peccauimus, & diaboli, & peccati, & concupiſcentiæ, & mortis ſerui facti ſumus. Sed aduenięte ſeptimo futuri ſęculi anno, egredimur ex hoc mundo, è mortali corpore, liberi gratis; id eſt, à peccato ſoluti per Sacramẽta, & in libertatem vindicati filiorum Dei per gratiam Chriſti; quæ gratis nobis datur. *e* Seruus fit homo per e p.1276.
peccatum. *f* Iuſtificantur impij gratis. f p.405.
3 *g* Gratia diuina gratis datur. * *Cum quali veste intrauit, cum tali exeat*, Veſtimentum, humani corporis ſymbolum eſt, Iob 13.28. Iſa.50.9. & littera hebræa habet, Cum corpore intrauit, cũ corpore exeat. Nam etiam corpus noſtrum, quod ſubditum fuit peccato, & corruptioni; reſurget in incorruptionem, & gloriam. *b* Idem h p.964.
numero corpus cum eadẽ numero anima in reſurrectione redibit. *i* Corpora ſanctorum impaſſibilia, & non obnoxia corruptioni futura ſunt. *Si habens vxorem & vxor egrediatur simul.* Gregorius in Ezec. hom.3. vxorem vult eſſe vitam actiuam, quæ libera erit ab opere in ſæculo futuro, ſi homo cum gratia deceſſerit; & præmiũ recipiet bonæ operationis quietem æternæ contemplationis. *k* Opera bona ſuum va- k p.1295.
4 lorem, & meriti rationem habent. * *Sin autem dominus dederit illi vxorem*, &c. Durus impiorum dominus Diabolus eſt: i p.998.

cuius

Digitized by Google

eius furtu sociatur impio vxor, mala voluntas: hæc autē parit filios & filias, opera improba. Cum autem homo iustificatur, & in gratiam Dei redit, & in cæli regnum ingreditur: nihil secum malæ voluntatis, nullum improborum operū adducit: mala voluntas, & opera improba diabolo relinquuntur, *l* seruitus, ac reatus pœnæ temporalis remanere solet etiam in homine iusto post iustificationem. * *Quod si dixerit seruus*, &c. Seruus diligens dominum, 5 6
& vxorem, & filios, nolens egredi liber;
m est impius impœnitens; in peccato, & in praua voluntate, malisq; operibus perseuerans. Is offertur à domino iudicibus; quatenus à diabolo fit, vt sine debita dispositione, sine vera pœnitentiæ voluntate ad Sacramentum Confessionis accedat. Auris, est voluntas ad obediendum propensa, Psal. 17. 45. & 39. 7. Auris, est intellectus, ac intelligentia, Psal. 16. 2. Matt. 13. 43. Perforat aurem diabolus, quatenus ijs, qui Sacramentis abutuntur, magis quā in alijs *n* obedientiam diuinæ legis, & *o* christianorum mysteriorum intelligentiam corrumpit: ita fit vt in mala voluntate obdurescant.

l p. 789.
m p. 2256.
n p. 2072.
o p. 1432. 1433. 1434. 1435.

* *Si quis vendiderit filiam suam in famulam*, &c. Traditur homini à Deo in Baptismo liberum arbitrium, ac voluntas, vt cum peruenit ad vsum rationis, ei quasi sponsæ iunctus pariat filios bonorū operū. 7
* Cum homo iam adultus voluntate abutitur in opus peccati, quasi eam cōstuprat, quatenus per cōsensum ad peccatum charitatem amittit in Baptismo infusam, & gratiam, qua erat anima filia Dei. Non habet homo, neque amissa gratia, potestatem, ac ius vt eam possit vendere populo alieno: quatenus amissa gratia per peccatum mortale (nisi sit infidelitas) non amittitur fides: qua amissa fit homo extra Ecclesiam, & iungitur populo à Christo 8
alieno. * Filius hominis vt homo est, actus est rectæ rationis. si homo cum ad vsum rationis peruenerit, actui rectæ rationis suam voluntatem quasi sponsam iunxerit, eamque illi subiecerit vt regulæ bonorum operum: iuxta morem filiarum faciet ei, id est, efficiet vt rectè operando recipiat 9
gratiam, qua euadimus filij Dei. * Quod 10
si alteram ei acceperit, id est, si cum ratione concupiscētiam malam copulauerit ad scelerum opera: prouidebit, id est, tenebitur homo, si saluus esse velit, nuptias voluntati procurare, nempe cum amore diuino copulare; & procurare vestimenta, nempe gratiam, & virtutes per Sacramēta; tenebitur & pretium pudicitię soluere, nempe pro corrupta per peccatum gratia
satisfacere. * Si tria ista non fecerit, id est, 11
si neque gratiam baptismalem corruperit, neque bona opera fecerit per vsum rectæ rationis, neque mala per concupiscētiam; vt accidit pueris, qui ante vsum rationis decedunt cum gratia baptismali: egredietur gratis, ad cœlum euolabit per gratiam Christi, libera à seruitute corruptionis, sine merito boni operis, & sine reatu pœnæ in purgatorio luendæ ob opus malum.

Cętera, quę habentur in hoc capite, non videntur commodè posse vllum sensum mysticum admittere: cum sint merè moralia, & leges iudiciales.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

Versatur hoc etiam caput in iudicialibus præceptis recensendis.

1 SI quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, & quattuor oues pro vna oue. 2 Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. 3 Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si nō habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. 4 Si inuentum fuerit apud eū quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. 5 Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni æstimatione restituet. 6 Si egressus ignis inuenerit spinas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit. 7 Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet. 8 Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi sui, 9 ad perpetrādam fraudem, tam in boue, quàm in asino, & oue ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest: ad deos vtriusque causa perueniet:

Digitized by Google

ueniet: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo. 10 Si quis commendauerit proximo ſuo aſinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſque hoc viderit: 11 iuſiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipietq; Dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. 12 Quòd ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnum domino. 13 Si comeſtum à beſtia, deferat ad eum quod occiſum eſt, & non reſtituet. 14 Qui à proximo ſuo quidquam horum mutuò poſtulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino nō præſente, reddere compelletur. 15 Quòd ſi impræſentiarum dominus fuerit, non reſtituet, maximè ſi conductum venerat pro mercede operis ſui. 16 Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritq; cũ ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. 17 Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. 18 Maleficos non patieris viuere. 19 Qui coierit cum iumento, morte moriatur. 20 Qui immolat dijs, occidetur, præterquàm Domino ſoli. 21 Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti. 22 Viduæ & pupillo non nocebitis. 23 Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: 24 & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. 25 Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. 26 Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei. 27 Ipſum enim eſt ſolum quo operitur, indumẽtum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum. 28 Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. 29 Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. 30 De bobus quoque, & ouibus ſimiliter facies: ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illum mihi. 31 Viri ſancti eritis mihi: carnem, quæ à beſtijs fuerit præguſtata, non comedetis, ſed proijcietis canibus.

Interpretatio litteralis.

Si quis furatus fuerit, &c. *a* Furtum prohibet. *Quinque boues*, &c. *b* Furti pœnam præſcribit; cum abſumptum eſt, quod furto fuit ablatum. *Quinque boues*, &c. *c* Illatam iniuriam, *d* damnumque iubet compenſari. Iubetur autem maior compẽſatio, quàm quod fuit furto ablatum, ob maiorem iniuriam illatam occidendo, & vendendo quod erat alterius. Cur autẽ quinque boues pro vno boue reſtitui iubet, non autẽ quinque oues pro vna oue, ſed tantum quatuor? Vt magis homines caueãt à furto earum rerum, quæ minus cuſtodiri à dominis poſſunt. Minus cuſtodiri poſſunt boues, quã oues. Et eadem videtur eſſe ratio, cur in cęterarum rerum furtis præcipit Deus reddi duplũ, in bobus, & ouibus multò plus quàm duplum. *Quatuor oues*, Hebr. *Tsòn*, minuta animalia ſignificat, vt oues, & capras. 1

* *Si effringens fur domum*, &c. Cur fur nocturnus ſuffodiẽs domum, poterat occidi, non autem diurnus? Quia diurnus, inquit Auguſtinus in Exod. l. 2. q. 84. poterat diſcerni, quod ad furandum, non ad occidẽdum veniſſet. Ergo *e* peccatorem occidere, ſi legitimè fiat, peccatum non eſt: *f* ſine auctoritate publica non licet. *Ipſe morietur.* Vide *g* ſupra n. 1. 2

* *Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur.* Ante hæc verba in textu hebræo, habentur ea שלם ישלם *Shallèm jeshallèm*, Reddens reddet. Quę faciunt intelligentiam clariorem: Debet, inquit, fieri furti reſtitutio: ſi nihil fur habuerit, venundetur. Ex quo colligimus 1. *i* Iniuſtitiam exercere eum, qui quod iniuſtè ab altero acceptum eſt, non reſtituit. 2. *k* Reſtitutionem eſſe ſtatim faciendam. Eſt enim illicitum rem alienam iniuſtè retinere. 3. *l* Cum contingit nō poſſe reſtitui æquale, faciendam eſſe compenſationem, quantum poſſibile eſt compenſare. 3

* *Si inuentum fuerit apud eum*, &c. Reddere iubetur duplum, in pœnam iniuriæ illatæ; non autem plus quàm duplum, vt is, qui occidit, aut vendit, quia non eſt tanta iniuria. *m* Reſtitutio facienda, vt ſupra dictum eſt: *n* & præterea ius delicto lęſum pœna compenſandum. 4

* *Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam*, &c. Quomodocunque ipſe per ſe læſerit; vel per iumentum ſuum: reſtituet pro damno illato ex optimis, quæ in ſuo agro, vel vinea habuerit. *o* Compenſare debet 5

a p. 1860. *b* p. 1278. 1279. 1293. a104. *c* p. 1799. *d* p. 1800. *e* p. 1843. *f* p. 1844. *g* Vid. ſup. litt. b. *i* p. 1828. *k* p. 1835. *l* p. 1829. *m* p. 1828. 1829. *n* p. 1799. S. Th. 2. 2. q. 62. a. 6. *o* p. 1801. Vide ſupra nu. 1. lit. b, c, d.

Digitized by Google

debet damnum is, qui moraliter est causa vt alicui lucrum aliquod cesset, aut accidat malum.

* *Si egressus ignis*, &c. Qui agrum succendit ad eum purgandum, si non adhibet diligẽtiam, ne flamma comprehendat spinas frugibus contiguas, si comprehendit fruges, *p* reus est damni. quia eius culpa illatum est. 6

p *Vid. sup. n. 5.*

* *Si quis commendauerit amico*, &c. Tenetur vnusquisque rem apud se depositam reddere suo domino. Non tenetur ad restituendũ, si sine sua culpa fuerit amissa; tenetur fur. Cum autem dubium fuerit an ipse fuerit fur, exigetur ab eo iuramentum à Iudicibus, & eorum iudicio standũ. 7 8 9

q *p.1792.* *Commendauerit*, *q* Depositi contractus innuitur. r *Vid. sup. n.1.* *Fur, duplum reddet*, *r* Furti pœna. *Applicabitur ad deos*, *s* Accusationis vsus licitus est ad debitum repetendum. s *p.1802.* t *p.1982.* *Iurabit quod non extenderit*, *t* Licitum est iuramentũ, & actus religionis. u *p.2032.* *u* Licitum est iuramentum ab alio exigere. *Si illi* (Iudices) *iudicauerint*, &c. *x* Iustum inter accusatorem, & reum à Iudice faciẽdum. x *p.1804.*

* *Si quis commendauerit proximo suo asinum*, &c. *y* Fit iterum depositi mentio. y *p.1792.* 10

* *Iusiurandum erit in medio*, Inter ipsos. *z* Iuramenti vsus licitus. 11

z *p.1982.* 2032.

* *Si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino.* Supponitur culpa in commendatario. 12

a *p.1833.* *a* Tenetur ad restituendum rem depositã, etiam amissam, is, cuius magna culpa fuerit amissa. b *p.1834.* *b* Tenetur ad restituendum etiã is, qui indirectè causa est acceptionis iniustæ.

* *Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet.* 13

c *S.Th. 2.2. q.62.a.6.* *c* Nulla in commendatario supponitur culpa, vel leuis. Satis ergo est, si id, quod apud se relictũ est, domino tradat. d *p.2105.* *d* Non sunt pœnæ, nisi pro culpa infligendæ.

* *Qui à proximo suo*, &c. Mutuum restituendum, si perit domino non præsente. 14 15

Nec excusat casus fortuitus, si fuerit mora, culpa, aut pactum. Nil restituendum, si perit præsente domino: quia ipsi cura debet esse rei suæ; præsertim si mercedem accipit pro vsu eius rei. e *p.1789.* *e* Contractus innuitur, qui dicitur Accommodatum: item f *p.1791.* *f* Contractus Conductionis.

g *p.2334.* * *Si seduxerit quis virginem*, &c. *g* Speciale luxuriæ peccatũ Stuprum est; quod & puellæ iniuriam infert, & patri puellæ. Ob id duplex pœna imponitur, Dotis, & Coniugij. Si pater noluerit coniugium, augenda est dos, vt sit maior, nempe quæ puellæ virgini dari solet. h *p.1799. 1800. 1801.* *Vide supra n.1. litt.b.* *h* Ius delicto læsum pœna compensandum. 16 17

i *p. 2009. 2010. 2011. 2013. 2014. 2015. 2018. 2019. 2021. 2023.* * *Maleficos non patieris viuere.* Hebr. מכשפה *Mechashshephah*, Præstigiator, LXX. φαρμακὸς, veneficus, magus. *i* Omne genus superstitionis prohibere videtur, quod per dæmonis inuocationem fit siue expressam, siue tacitam. 18

k *Vide sup. n.1. litt.b.* K Pœna, mors.

19 * *Qui coierit cum iumento, morte moriatur*, Prohibetur *l* bestialitas; quæ speciale peccatum luxuriæ, quæ contra naturam est. l *p.2340.* *Vide supra n.1. litt.b.*

20 * *Qui immolat dijs occidetur, praterquam Domino soli.* *m* Inter externas adorationes summa est sacrificium, vni Deo offerendum. *n* Vnus est Deus. *o* Cæteri non sunt veri dij. *p* Idololatria est, si illis sacrificium offeratur. quæ prohibetur. m *p.1962.* n *p.6.* o *p.7.* p *p.2007.*

21 * *Aduenam non contristabis*, &c. Contristare, hebr. *janah*, Aliorum substantiam capere, vim inferre, rapere, populari, opprimere, exprobrare. Prohibet quidquid est contra misericordiam in aduenas, *q* & iustitiam. *r* Perfecta in proximos charitas est, cum ea non solum fertur ad amicos, & notos; sed etiam ad extraneos, & ad inimicos. *Aduena & ipsi fuistis in terra Aegypti*, Facite aduenis, quod vobis cupiebatis fieri in Ægypto. *s* Amare quisque debet suum proximum sicut seipsum. q *p.1817.* 1818. r *p.1509.* s *p.1523.*

22 * *Viduæ & pupillo nõ nocebitis.* *t* Prohibet iniustitiam in viduas, & pupillos. t *p.1817.* 1818.

23 * *Vociferabuntur ad me*, *u* Possunt temporalia à Deo peti; vt liberatio à tribulatione, *x* Licet orando petere temporalia mala impijs, vt corrigantur. *Ego audiam clamorem eorum*, *y* Est in Deo prouidẽtia; *z* Est Deus Iudex omnium, *a* & vltor male agentium. *b* Est exorabilis, *c* & misericors. u *p.* x *p.* y *p.23.* z *p.24.* a *p.25.* b *p.55.* c *p.56.*

24 * *Et indignabitur furor meus*, *d* Vindex ero. *e* Superioris est si bditorum malefacta pœnis compensare. *f* Ira, animi passio, symbolum est diuinæ vltionis. Dicitur enim ira de Deo quatenus punit, & voluntatem habet iustitiæ vindicatiuæ. *Percutiam vos gladio*, &c. *g* Congruum est à male agendo pœnarum comminatione deterrere. *h* Consequuntur pœnæ ad peccatum, quas Deus infligit. *Et erunt vxores vestræ viduæ*, &c. *i* Contingit interdum vnum pro peccato alterius puniri. d *p.25.* e *p.2099.* f *p.25.* g *p.1293.* h *p.1279.* i *p.1290.*

25 * *Si pecuniam mutuam dederis*, &c. Vsura est, cum quis pro re, quam alteri mutuo tradidit, non solum ab eo rẽ ipsam, sed aliquod etiam pretium accipit. K Pro mutuo vsuram accipere licitum non est. *l* Mutui contractus nullam vtilitatem affert, præter ipsum cõmutationis vsum. Prohibetur ergo vsura: fit autem solum pauperum mentio: quia iniustitia in pauperes, præsertim Fideles, est impia. k *p.1913.* l *p.1790.*

26 * *Si pignus à proximo tuo*, &c. *m* Spectat hæc lex ad actum Misericordiæ, qui 27 versatur circa nudos operiendos. * *Exaudiam eum, quia misericors sum.* *n* Vide supra nu.24. m *p.* 1610. n *Sup. nu. 24. litt.a,y.*

28 * *Dijs non detrahes.* Hebr. אלהים *Qalil*, Est blasphemare, maledicere, despicabilẽ reddere. *p* Hoc agit detractio, quatenus alterius famam lædit. *Principi populi tui* z,a,b,c. p *p.1898.*

non

q p.1903. *non maledices*, q Maledictio illicita eſt; ſi quis imperet, aut optet malum alterius, vt illi malum eſt. r Debetur perſonis in dignitate conſtitutis obſeruantia, & cultus.

r p.2052.

* *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere*. LXX. Primitias areæ, & torcularis. Ex oblationibus eæ, quæ Deo offeruntur ex primis fructibus terræ in recognitionem quod ipſe ſit dator fructuum. Primitiæ appellantur. Quæ verò Deo offeruntur vt cedant in ſuſtentationē miniſtrorum diuino cultui addictorum, 29

s p.1974. Decimarum nomen habent. s Fuit in veteri lege iure diuino determinatū de primitijs offerendis Deo. t Lex eſt naturalis, eſſe Dei miniſtris ad victum neceſſaria miniſtranda. u Iudiciale Dei præceptum fuit in veteri lege, Eſſe decimam prouentuum partem Leuitis dandam. *Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi*, Primogenita, primitiæ ſunt ventris. quæ debebantur Deo tum in recognitionem, quia ipſe eſt dator filiorum; tum in gratiarum actionem, quod primogenita Ægyptiorum occidit, & Iſraelitarum primogenita ſeruauit. x Debent creaturæ intellectuales debitum cultum, & honorem exhibere Deo. y Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus ſibi datis à Deo, aliquid exhibeat in eius honorem.

t p.1975.

u p.1976.

x p.1915.

y p.1973.

* *De bobus quoque*, &c. z Non ſolum hominum, ſed pecorum etiam primogenita erāt Deo offerenda, ob rationem paullo ante allatam. *Septem diebus ſit cum matre ſua*, &c. Cur hoc? vt Deo perfectum donum offerretur. Caro animaliū non eſt caro perfecta, quatenus nimis tenera eſt, ante octauum diē. 30

z Vide ſup. litt. x, y.

* *Viri ſancti eritis mihi*: *carnem*, &c. Cæremoniale eſt hoc præceptum, de cauendo eſu carnis à beſtijs præguſtatæ, ne contaminentur. a In veteri lege varię obſeruationes cæremoniales fuerunt: ad maiorem reuerentiam diuini cultus, & ad futura myſteria figuranda. Sanctum hoc in loco pro mundo ſumitur, c.2212. 31

a p.858. 859.1125.

Interpretatio myſtica.

INterpretatione myſtica ea huius capitis loca explicabimus, quæ myſticum ſenſum poſſe admittere videbuntur.

* *Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem*, &c. Bos, euangelici operarij ſymbolū eſt, 1.Cor.9.9.&1.Tim.5.18. Oues, Fidelium, & iuſtorum ſymbolum ſunt, Ezech.34. Matth.7.15.& 21.33. Io.10.1,16. Furari, & occidere, eſt in peccatum inducere, Io.10.10. Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Vendere, eſt bonum aliquod ſpernere, vt alterum acquiras; vt ſapientiam paruifacere, vt acquiras diuitias, Prou.23.23. Ergo bouem furari, occidere, vendere, eſt operarium euangelicum à grege Chriſti, ab Eccleſiæ cultura ſeparare; eius doctrinam errore aliquo corrumpere; eum ab eccleſiaſticis miniſterijs ad ſæculi, & concupiſcētię opera transferre. Quis autem apoſtolicum operarium furatur Eccleſiæ? Doctor hæreticus; ipſe ſe operarius apoſtolicus Eccleſię furatur cum ſe inhabilem reddit eccleſiaſticis miniſterijs, & Chriſti talenta aut corrumpit, aut reddit otioſa. Quinque autem ſunt Sacerdotum talenta, Ratio, ſenſus, fides, charitas, character, ſiue poteſtas in Chriſti corpus reale, ac myſticum. Is fur quinque boues pro vno reſtituet: quia pro quinque talentis corruptis, ac otioſis, grauiores quā cæteri reprobi apud inferos pœnas ſoluet. Quem autem tum quis furatur, cum hominem Fidelem aut in hæreſim, aut in peccatum mortale inducit: & peccādo mortaliter ipſe ſe iuſtus furatur Chriſto, & Eccleſiæ. Pœna autem hominum non Sacerdotum minor eſt, quā operarij apoſtolici pœna: ideo quatuor oues pro vna, non quinque, reddet; pro quatuor talentis corruptis, nempe Ratione, ſenſu, fide, charitate. a Læditur diuinum ius per peccatum: b amittitur vita gratiæ: c diminuitur inclinatio naturæ ad bonum: d perturbatur, & induratur voluntas: e vulnus accipit irascibilis, f & concupiſcentia: g recedit anima à lumine rationis, & gratiæ: h fit homo ſeruus diaboli, concupiſcentiæ, ac pœnæ. i Maiori autem apud inferos pœna plectitur, qui magis peccauit. 1

a p.1264. b p.1266. c p.1268. d p.1270. e p.1271. f p.1272. g p.1275. h p.1276. i p.1034. 1287.

3 * *Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur*. Vendere populum, eſt ſymbolicè Captiuum abduci permittere, cum Deus vendere dicitur, Pſal.43.13. Iſa.50.1. Furti rationem habet omne peccatum, vt paullo ante dictum eſt. Pro furto reddere, eſt pro peccato ſatisfacere. Cum autem peccatum quatenus infert iniuriam Deo, rationem quandā habeat debiti infiniti: non habet peccator quod pro furto Deo ſoluat, vt iniuriam compenſet; debet ergo venundari, hoc eſt æternæ pœnarum ſeruituti addici. K Non poteſt homo in peccato mortali exiſtens ſatisfacere. l Seruus fit homo per peccatum. m Peccato mortali æterna pœna congruens eſt.

k p.811. l p.1276. m p. 1032. 1283.

4 * *Si inuentum fuerit apud eum, quod furatus eſt, viuens, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis: duplum reſtituet*. Moritur peccatum, cum per pœnitentiam deletur: peccatum viuit, donec peccati voluntas perſeuerat. Furtū bouis, aſini, ouis, quę ſtulta ſunt animalia; ſignificat ignorantiam, & errorem culpabilē, n qui in omni peccato eſſe ſolet; quatenus trahitur voluntas à bono, quod ipſi non eſt verè bonum, ſed apparens. o Duplum peccator reſtituit, quatenus & damni,

n p.1255. o p.1284.

Digitized by Google

damni,& ſenſus pœna punitur.p Subeunda ea pœna eſt homini, qui cum peccato mortali vſque ad mortem perſeuerat.

p p.816.

* *Si læserit quispiã agrum, vel vineam, & dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea pro damni æstimatione restituet.* Ager,& vinea ſymbola sũt Eccleſiæ,ac multitudinis,Iſa.5.1,7.Matt. 13.24.Sunt & animæ,iuſteq; mentis ſymbola.Patres in Syl.Alleg.v.Ager,& v.Vinea. Iumentum,hominis alteri obſequentis ſymbolum eſt,Pſal.72.23. q Agrum,& vineam lædere,eſt Eccleſię,ac multitudini damnũ inferre. r Multa damna inferuntur à ſubditis Rectoribus volentibus,aut non impedientibus: nempe id eſt iumentum dimittere vt depaſcatur aliena. Quid eſt optimum in animę agro,ac vinea? Gratia. s Diuina gratia deperit in ijs, qui per ſe, vel per ſuos ſubditos fidelium multitudini grauiter nocent.

5

q p.887.

r p.2082.

s p.1266. 1267.

* *Si egressus ignis inuenerit spinas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit,* Ignis, iræ,vltioniſque ſymbolum eſt,Pſal.17.9.Iſa.10.17. Spinę, impios ſignãt,Iſa.9.18.Matt.7.16. Acerui frugum,ſunt viri perfecti, bonis operibus abundãtes, Cant.7.2.Stantes ſegetes,ſunt viri proficientes.Gloſ.Ignẽ pro ſpinis exurendis ſuccẽdit,qui zelo vltionis in improbos mouetur. Is zelus aceruos frugum,& ſtantes ſegetes comprehendit,cũ indiſcretus inuehitur,& eadem pœna,qua improbos punit,etiã probos, & innocentes comprehendit;aut aliquid contra iniquitatem agit,quod in damnum pietatis cedit Is reſarcire damnum debet, tum pœnitendo, tum remedia,& ſatisfactionem exhibẽdo. t Præcipitatio fugienda,peccatum Imprudentiæ, Conſilio oppoſitum.

6

t p.1764.

* *Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.* Hebr. Plenitudinem tuam, & vinum tuum. LXX. Primitias areæ tuæ,& torcularis tui.Primitiæ initiũ operis, decima perfectionẽ ſignat, quatenus decimus numerus perfectus eſt. Erit ergo ſenſus myſticus: 1.u Tribuenda eſſe Deo tum initia,tũ perfectionem,& finem operum;vt omnium bonorum auctori; vt primo principio, ac vltimo omnium fini. ipſi gratiæ agendæ. 2.Area,eſt Eccleſia, Luc.3.17. Torcular,Altare, Iſa.5.2.Matt. 21.23.Corpus,& ſanguis Ieſu Chriſti,ipſa ſunt primitiæ, id eſt,pulchrum,& bonum Eccleſiæ, ipſa ſacrificium, quod in altari quotidie offertur Deo.In his offerendis nõ cunctandum, id eſt, ſunt hæc inceſſanter Deo offerenda. 3. Cultus diuinus in interioribus mẽtis,& in externis corporis actibus poſitus eſt.x Primitię,id eſt,præcipuus Dei cultus,ſunt actus mentis. Hi Deo ſtatim offerendi, id eſt, cum primum homo ad vſum deuenit rationis; primo mane, ante omnes alias actiones.

29

u p.1915. 1963. 2083.

x p.1917.

Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, Actus potentiarum,quaſi filij earum ſunt.Primogenitus rationalis appetitus filius, eſt Amor. Cauſa enim eſt amor inquoduis bonum, vt volũtas actus alios faciat, quicunque à voluntate fieri poſſunt circa illud bonum. y Primogenitum ergo dare Deo, eſt Amore in Deũ ferri; & cum primum ad vſum rationis veneris formare actum amoris erga Deum; & principio diei,& omnium operum initio præcipuam intentionem ad Deum referre; ipſum diligere ſuper omnia, cætera propter ipſum.

y p.1521. 1538.1597.

30 * *De bobus quoque, & ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illum mihi.* Eſt in homine non ſolum pars rationalis, ſed pars etiam animalis;eſt non ſolũ mens,ſed etiã ſenſus. Eſt Deo offerendus non ſolum amor intellectualis primogenitus filius volũtatis;ſed etiam amor ſenſitiuus primogenitus filius appetitus ſenſitiui.z Eſt Amor prima paſſio,cauſa paſſionũ cęterarum. Is etiã amor Deo offerendus: vt neque amore ſenſitiuo feraris in vllũ obiectũ, niſi propter Deũm. a Quia verò Appetitus ſenſitiuus duplex eſt, Iraſcibilis, & Concupiſcibilis: bouum ſymbolo actus appetitus quatenus iraſcibilis eſt; ouium ſymbolo videtur actus ſignari appetitus, quatenus concupiſcibilis. Porrò numero ſeptem dierũ mortalis vitę tẽpus figuratur, octauo autem die æternũ immortalitatis ſęculũ ſignificatur. b Sinitur bouis, & ouis primogenitus eſſe ſeptẽ diebus cũ matre ſua;quatenus actus ſenſitiui ſinũtur in hac vita eſſe in poteſtate appetitus ſenſitiui rebellis à ratione: c cum autem venerit immortalitatis tempus, & innocentię ſtatus nouus:nullo modo repugnabunt rationi, ac proinde erunt omnino obedientes Deo; quod eſt reddi illos Deo.

z p.195.

a p.143. 144.145.

b p.892.

c p.996.

31 * *Carnem, quæ à bestijs fuerit prægustata, non comedetis, sed proijcietis canibus.* Beſtię,diaboli,& hoſtiũ Eccleſię ſymbolũ sũt,Apoc.11.7.& c.13.& ſeqq.Comedere, myſticè eſt per Sacramẽta,& gratiam hominem in Chriſti membrũ conuertere,& quaſi de Eccleſię ſubſtãtia facere.Ita dictũ eſt Petro Gentes ad Eccleſiam tracturo, Occide,& manduca, Act.11.7. Non licet carnẽ quę à beſtijs prægustatur comedere; quatenus animam,quam diabolus peſtifero ſuggeſtionis morſu infidelitate maculauit, non licet manentem in infidelitate Chriſti membris Sacramẽtorum communione vnire. Proijcitur canibus,qui malignis ſpiritibus cruciandus traditur. d Eſt Fides ad ſalutem neceſſaria.e Salus autem non eſt extra Eccleſiam. f Vnitur autem Eccleſia Chriſto per fidem.

d p.1342. e p.620. f p.623.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Prima parte capitis plurima moralia, atque iudicialia; aliqua cæremonialia præcepta traduntur. Altera pars ad obseruationem legis hortatur, præsertim ad cultum vnius Dei; proponitque temporalium bonorum præmium.

1 NOn suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. 2 Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. 3 Pauperis quoque nō misereberis in iudicio. 4 Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. 5 Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. 6 Non declinabis in iudicium pauperis. 7 Mendacium fugies. Insontem & iustū non occides: quia auersor impium. 8 Nec accipies munera, quæ etiam excæcát prudentes, & subuertunt verba iustorum. 9 Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti. 10 Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. 11 Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quidquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri: ita facies in vinea, & in olueto tuo. 12 Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus: & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. 13 Omnia quæ dixi vobis, custodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro. 14 Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. 15 Sollemnitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, quando egressus es de Ægypto: non apparebis in conspectu meo vacuus. 16 Et sollemnitatem messis primitiuorum operis tui, quæcumque seminaueris in agro. sollemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. 17 Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo. 18 Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, nec remanebit adeps sollemnitatis meæ vsque mane. 19 Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. 20 Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locū quem paraui. 21 Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet cùm peccaueris, & est nomen meū in illo. 22 Quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. 23 Præcedetq; te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. 24 Non adorabis deos eorum, nec coles eos: nō facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. 25 Seruietisq; Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. 26 Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. 27 Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris: cunctorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam: 28 emittens crabrones priùs qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. 29 Non eijciam eos à facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. 30 Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram. 31 Ponam autem terminos tuos à Mari rubro vsque ad mare Palæstinorum, & à deserto vsque ad fluuium: tradam in manibus vestris habitatores terræ, & eijciam eos de conspectu vestro. 32 Non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eorum. 33 Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si seruietis dijs eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

NOn *suscipies vocem mendacij*: 1
nec iunges manū tuam vt pro impio dicas falsum testimoniū. Mendacium, in sacra Scriptura vsurpari interdum solet pro re, quæ decipit, & fallax, ac falsa est, Psal.4.3. Manus, solet metaphoricè pro Consilio, ac ministerio sumi, c.3536.5441.6589. Dare manus, Iungere manum, est confœderari, c.5835.6594. Impositio manus, est interdum symbolum accusationis, & testificationis peccati coram Iudice, Dan.13.34. Sensus igitur est: Si quis suadebit, vt falsum testificeris in gratiā impij: ne audias,
a p.1724. ne assensū præbeas. Docemur 1. *a* A consilio, quod conformitatem cum recta ratione non habet, esse cauendum, *Nec iungas manum.* 2.*b* Non debere subditos suis superioribus obedire in ijs, quæ diuinis præceptis contraria sunt, *Non suscipies vocem mendacij.* Audire, est obedire.
b p. 2067.
c p.2113. 3. *c* Illicitū esse mendacium omne; etiam
d p.2117. officiosum, *Pro impio.* 4. *d* Esse mendaciū officiosum: per quod vtilitas alterius
e p.1883. intenditur. 5. *e* Falsum testimonium esse
† p.164. 2061. illicitum, *Falsum testimonium.* 6. † Esse Consensus, & obedientiæ symbolum Manum iunctam.

* *Non sequeris turbam ad faciendum* 2
f p.913. *malum*, *f* Malorum hominum familiaritas, ob periculum peccandi, & consortium
g p.2152. fugiendum. *g* Non sunt male agentes imi-
h p.2151. tandi: *h* neque ipsis consentiendum. *Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia, vt à vero deuies*, &c. *i* Non est male
i p.2151. iudicantibus consentiendum. *k* Iustum in-
k p.1804. ter accusatorem, & reum à iudice faciendum. *l* Peccatum est iudicium peruersum,
l p.1819. & iniustum.

* *Si occurreris boui inimici tui*, &c. 4
m p. 1532. *m* Præcipit charitatem erga inimicos: vt 5
prompti simus ad eos diligendos, & ad benefaciendum illis, si occurrat necessitas.
n p.1603. *n* Præcipit misericordiam: cuius actus est de malo, ac miseria tristari proximorum cum affectu subueniendi.

* *Non declinabis in iudicium pauperis.* 6
hebr. Non declinare facies iudicium ad pauperem tuum in lite sua. LXX. Pauperis non miserearis in iudicio. Sensus est: Iudicium ita esse rectum debere, vt neque pauperis miseria te moueat ad declinandū
o p.1804. 1819. à recto. *o* Iudicium iniustum semper est illicitum: semper iustum faciendum.
p p.2113. * *Mendacium fugies*, *p* Illicitum est 7
omne mendacium.

Insontem, & iustum non occides: quia auersor impium. De Iudicibus est sermo. Præcipit non ferri sententiā contra innocentes, & iustos: quia fit cōtra Dei voluntatem, qui odit iniustitiā, ac proinde punit.
q Docemur 1. Iustum in iudicio faciēdum. q p.1804.
2. *r* Non licere innocentem interficere. 1819.
3. *s* Deum sanctum, ac iustū esse, *Auersor impium.* 4. *t* Esse Deum vindicem, ac vltorem male agentium, *Auersor impium*. r p.1847.
hebr. Non iustificabo impium, id est, Non apparere faciam iustum: quod fit puniendo iniustitiam. s p.43.44. t p.25.

8 * *Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum*, *u* Munera à Principe, ac Iudice non u d.3843.
accipienda. Solent enim munera & iudicium corrumpere, & iustitiam. Solent & cupiditatē augere. *Prudentes*, hebr. פקחים *Piqhhim*, Videntes. *Subuertunt*, Peruertunt, detorquent. *y* Cauendum à iudicio y p.1819.
peruerso. *z* Tentationum occasiones vi- z p.914.
tandæ. *a* Necessaria est cautio, contra ea, a p.1761.
quæ obstare bonis consilijs possunt.

9 * *Peregrino molestus non eris*, hebr. Peregrinum non coarctabis. *Scitis aduenarum animas*, hebr. את נפש *Nephesh*, significat Animam, animum, vitam. Solent aduenæ inter alienos degentes esse animo timido, incommodis plenam vitam degere. Non est afflictis afflictio addenda. *c* Præcipit c p.1611.
misericordiam erga peregrinos. *d* & cha- d p.1509.
ritatem erga exteros. *e* & proximum dili- e p.1523.
gi sicut seipsum. *f* Misericordia excitatur f p.1604.
consideratione malorum, quæ sunt in proximo, quasi sint mala nostra, *Scitis aduenarum animas*, &c.

10 * *Sex annis seminabis terrā tuam*, &c.

11 Non præcipit quietē terræ, vt anno octauo germinet feracius: nam Deus anno sexto dabat tantam fructus copiam, vt sufficere posset tribus annis. Sed suam Deus erga egenos prouidentiam indicat, & excitat Hebræos ad misericordiam. Cura autem, quam videtur habere de bestijs agri, mysterium indicat, *g* ex Augustino. *h* Est in g S. *Aug. in*
Deo prouidentia. *i* Misericordiæ actus, *Exod. lib.* 2.
Esurientes pascere. *q.*89.

12 * *Sex diebus operaberis*, &c. K Prouidet h p.23.
seruis, & aduenis, vt requiescant: & † sig- i p.1608.
nat mysterium; de quo infra in mystica k p.23.
interpretatione dicetur. † p.2000, 2001.

13 * *Omnia quæ dixi vobis custodite*, *l* Te- l p.2066.
netur homo in omnibus obedire præceptis Dei.

Per nomen externorum deorum non iurabitis, &c. hebr. Nomen externorū deorum non memorabitis, neque audietur ex ore vestro. Ita præcipit à cultu inanium deorum abstinere, vt ne nominēt quidem. Nominari autem maximè solet Deus in iuramentis: ideo vulgata alteram eiusdem
præcepti partem vertit; *Non iurabitis*. m p. 2007.
m Idolorum cultus illicitus: *n* & illicitum n p.2033.

Digitized by Google

iuramentum per falsos deos. nam iuramẽtum in diuinæ Maiestatis honorem cedit, quatenus ea cognoscitur vt infallibiliter verax, & omnia cognoscens; & eius perfectio adhibetur ad supplendum defectum nostræ veracitatis. Non licet hunc honorem tribuere nisi vero Deo.

14 * *Tribus diebus per singulos annos mihi festa celebrabitis*, &c. Multa festa habebant Hebræi: sed trium horum fit mentio, quia cum maiori solennitate celebrabantur; nempe maiore frequẽtia, specialibus, & pluribus oblationibus, pluribus sacrificijs, ornatiore apparatu. Festo Paschatis septem diebus comedebantur azyma. Festo Pentecostes offerebantur primitiæ frugum. Festo tabernaculorum, fiebant tabernacula, exultationes, collectæ. *o* Docemur 1. Debere creaturas intellectuales debitum cultum, & honorem exhibere Deo. Quia summum ens Deus, & primum omnium principium, & Dominus omniũ. *o p.1915.*

p p.2083. 2. *p* Debitas esse Deo actiones gratiarum pro beneficijs ab ipso receptis. Ad gratias Deo agendas celebrabantur hęc tria festa.

q p.1918. 3. *q* Exteriores corporis actus conueniẽter in cultum exhiberi Deo. Signis enim sensibilibus excitatur mẽs ad actus spirituales.

r p.2066. * *Sicut præcepi tibi*, *r* Diuino præcepto pa- 15
s p.1936. rendum, *Tempore messis nouorum*, *s* Congruè cultui publico Dei tempus determinatur. *Non apparebis in conspectu meo vacuus*, Deus vbique: sed ibi esse dicitur,
t p.1919. vbi colitur. *t* Materialia, & sensibilia quędam, vt templa, conuenienter in cultum Dei dicantur. Corpus enim hominis sensibile, quo vtitur animus, sensibilibus instrumentis indiget in actionibus suis.
u p.1947. 1961. *u* Orationi, & cultui communi locus publicus congruus. *Vacuus*, *x* Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat in eius honorem.
x p.1973.
16 * *Et solennitatem messis primitiuorum*
y p.1974. *operis tui*, *y* Iubet primitias offerri Deo. *Solennitatem quoque in exitu anni*, hebr. Solennitas (sit) Collectionis in exitu anni.
17 * *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo*, nempe
z p.1936. in dictis tribus solennitatibus. *z* Cultui publico Dei tempus determinatur.
18 * *Non immolabis super fermentum sanguinem victimæ meæ*, Victimam suam per excellentiã vocat Agnum paschalem: vult eo tempore, quo illa immolatur, non esse apud Hebræos fermentum, sed azymum.
a p.1124. 1125. *a* Præceptum cæremoniale hoc est, ac proinde figurale. *b* Oportet aliqua specialia
b p.844. obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum
c p.860. Dei. *c* Id factum est in veteri lege; vt per illa melius Christi mysteria figurarentur, ad quæ figuranda erant instituta.

Non remanebit adeps solennitatis meæ vsque mane, Adeps & pro pinguedine victimæ accipi potest, & pro qualibet parte ipsius victimæ; quæ, vt gratior Deo esset, pinguis esse debebat. Vult agnum paschalem totum vesperi absumi, vt supra præceperat c.12.n.10. *d* Hoc quoque cæremoniale, ac figurale præceptum est. *d Vide sup. litt.a, b, c.*

19 * *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui*, *e* Rursum iubet primitias offerri. *e p.1974.*

Non coques hœdum in lacte matris suæ, Non coques hœdum adhuc sugentem lac. *In*, tempus significare solet, c.2799.2944. Vel, Non vult in ipso lacte matris hœdum coqui; quod potuissent facere ad delicias: ne crudelitati assuescerent. vel Ritum quendã Gentilium prohibet: qui ad abundantiam à dijs impetrandam solebant eis offerre hœdum in lacte matris coctum, ex Abulen. *f* Sed præceptum figurale hoc est. † Videtur secundũ corticem litterę prohiberi symbolicè Crudelitas, Gula, Idololatria.

20 * *Ecce ego mittam Angelũ meum*, &c. *f Vide sup. n.18. litt.a, b, c.* † *p.2362, 2205, 2007.*
21 1. *g* Sunt Angeli. 2. *h* Mouentur de loco *g p.116.*
22 ad locum, *Mittam*, *Præcedat*. 3. *i* Et An- *h p.119.*
23 gelorum præsidentia super corporalem creaturam, *Custodiat in via*, &c. 4. *k* Sunt Angeli custodes hominum, *Præcedat te, & custodiat*. 5. *l* Fiunt sæpè reuelationes mediantibus Angelis, *Audi vocem eius*. 6. *m* Solet Angelorum ad homines esse locutio, *Audi vocem eius*. 7. *n* Ministri sunt Dei cælestes spiritus in animorum salute procuranda, *Audi vocem eius, Est nomen meum in illo*. 8. *o* Debetur suis superioribus à subditis obedientia, quia superiores sũt loco Dei, *Audi vocem eius*, &c. *quia est nomen meum in illo*. 9. *p* Sunt obedientiæ præmia, *Si audieris vocem eius*, &c. 10. *q* Consequuntur pœnæ ad peccatum, quas Deus infligit, *Non dimittet cum peccaueris*. 11. *r* Congruum est à male agendo pœnarum comminatione deterrere, *Non dimittet cum peccaueris*. 12. *s* Opera mala demeriti rationem habent, *Non dimittet cum peccaueris*. 13. *t* Opera bona suum valorem, & meriti rationem habẽt, *Quod si audieris vocem eius*, &c. 14. *u* Potest homo aliquid à Deo mereri, *Si audieris*, &c. *inimicus ero*, &c. 15. *x* Possunt bona temporalia sub meritum cadere, *Si audieris vocem eius*, &c. *introducet te ad Amorrhæum*, &c. 16. *y* Est in Deo prouidentia, *Et introducat in locum quem parauí*.

i p.340. *k p.345.* *l p.685.* *m p.1011.* *n p.1013.* *o p.2062.* *p p.2065.* *q p.1279.* *r p.1293.* *s p.1296.* *t p.1295.* *u p.1299.* *x p.1307.* *y p.23.* *z p.2007.*

24 * *Non adorabis deos eorum*, &c. *z* Idola colere illicitum. *a p.37. 1915.*
25 * *Seruietisque Domino Deo vestro*, *b Vide sup. nu.22.23. litt.t, u, x, y. & p.928. 944. 2156. 2216.*
26 *a* Cultus vero Deo exhibendus. *Vt benedicam panibus tuis*, &c. *b* In præmium bona temporalia promittũtur. *c* Congruum fuit veteri legi præmia temporalia proponere, vt per tẽporalia, quæ erant in affectu homi- *c p.1122.*

hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum. * *Terrorem meum* 27
mittam, &c. Timorem pœnæ: quem ego 28
in eorum cordibus excitabo: quo ipsi me
d p.238. timebunt. *d* Timor est passio, qua horret
1471. appetitus periculum imminens mali. *e* Est
e p.38. Deus timēdus. *f* Terror autem à Deo im-
f p.23. missus fuit effectus diuinæ prouidentiæ;
vt facilius Israelitę perterritos vincerent.
g p.1279. *Occidam omnem populum*, &c. *g* Pœna
peccatorum, quibus Idololatriæ illi pleni
h p.296. erant. Ex dictis intelligimus 1. *h* Omnia
i p.298. à diuina voluntate pendere. 2. *i* Bonorum
esse auctorem Deum, *Vt benedicam pani-*
k p.302. *bus tuis*, &c. 3. *k* Deum esse auctorem ma-
l p.304. li, quod est pœna, *Occidam*, &c. 4. *l* Exer-
cere Deum prouidentiam circa omnia,
Benedicam panibus, &c. *Non erit infœ-*
cunda, heb. Abortiens. *Terrorem meū*, &c.
Emittens crabrones prius, Crabronem,
hebr. צרעה *Tsirhhah*, alij vespam vertūt,
alij apem, alij muscam putant esse emit-
tentem venenum, quæ oculos percutiebat.
Chananæum, Chananæi dicti septem gen-
tes, ad quas delēdas introducti sunt à Deo
Israelitæ, & peculiariter vna gens ex illis
septem, Aug. in Ios. l. 6. q. 15.

* *Non eijciam eos à facie tua*, &c. Quæ 29
sequuntur pertinent ad peculiarem Dei 30
n *Vide sup.* erga Israelitas prouidentiam. *n* Præter 31
litt. b, c, h, i, doctrinam, quam eandem, quam verba
k, l. præcedentia continent; indicant reuā illam
o p.305. 1. *o* Admirabilem esse in diuina prouiden-
tia cum efficacitate suauitatē coniūctam.
p p.380. 2. *p* Peculiarem Dei erga pios prouiden-
q p.899. tiam esse. 3. *q* Iustos, ac pios à Deo pro-
tegi.

Ponam terminos tuos, &c. Terra Cha-
naan, quam Deus Israelitis promisit, ex-
tendebatur longitudine ab aquilone ad
meridiem à monte Libano ad desertum
magnum, seu desertum Pharan; latitudi-
ne ab occidente ad orientem, à Mari ma-
gno ad Iordanem. *A Mari rubro*, Mare
rubrum erat iuxta desertum Pharan, &
sinum Sinai. *Mare Palæstinorum*, Mare
magnum, mare Mediterraneum; iuxta
illud habitabant Palæstini. *A deserto*,
A Pharan, à Sinai. *Fluuium*, Iordanem,
vel Euphratem. Deuter. 11. dicitur: A de-
serto, & Libano, & flumine magno Eu-
phrate vsque ad mare occidentale erunt
termini vestri.

* *Non inibis cum eis fœdus, nec cum* 32
r p.913. *dijs eorum*. *r* Malorum hominum fami-
liaritas, & conuictus, quantum ad pericu-
lum, & consortium peccandi, fugiendus.
s p.1422. *s* Non est cum infidelibus communican-
t p.2007. dum: cum fidei periculum subest. *t* Idolo-
latria fugienda. * *Ne forte peccare te fa-* 33
u p.1761. *ciant in me*, &c. *u* Necessaria est cautio
cōtra ea, quę obstare bonis cōsiliis possunt.
x p.1264. *x* Inimica Deo inferunt, lædit eique ius di-

uinum per peccatum. *Scandalum*, hebr.
מוקש *Moqesh*, Laqueus, ruina, offendicu-
lum. Minatur seruitutē, & calamitatem.
z Consequūtur enim pœnæ ad peccatum, z p.1279.
quas Deus infligit. *a* Has comminatur, vt a p.1293.
à peccando deterreantur.

Interpretatio mystica.

4 *SI occurreris boui inimici tui, aut asino*
5 *erranti, reduc ad eum.* * *Si videris asi-*
num odientis te iacere sub onere, non per-
transibis, sed sublevabis cum eo. *b* Præce- b p.1531.
ptum est Charitatis, quæ ad inimicos se
extendit, quatenus diligendo Deum, &
proximum, ab ea dilectione, & ab eius di-
lectionis signis, & communibus beneficijs
tenemur non excludere inimicos. Bos,
symbolū est hominis delectationibus sen-
sus capti, Prou. 7. 22. & Operarij euange-
lici, 1. Tim. 5. 18. Asinus, stulti symbolum,
Prou. 26. 3. & seruientis, Eccli. 33. 25. Ergo
bos, & asinus proximi nostri, est appetitus
sensitiuus illius. is enim appetitus, qualis
bos, qualis asinus stultus est, animalis, &
qui facilè delectationibus ducitur. Errat
is appetitus, cum à lege rationis diuertit:
iacet sub onere, cum peccato premitur, &
sensus operibus seruit. Onus enim asini,
symbolum est operis respectu serui, Eccli.
33. 25. *c* Tenemur ex charitate ad correc- c p.1629.
tionem fraternam, etiā si frater sit nobis
inimicus. Quia remouere debemus à fra-
tre magnum malum, peccatum. Quod si
inimicus nobis sit Pastor aliquis curā ha-
bēs animarum tenemur, si possumus, eius
subditos iuuare, eique cooperari in redu-
cendo ab errore tum eius bouc, id est, sub-
dito Sacerdote; tum eius asino, id est, sub-
dito laico, & rudi: tenemur, quantum po-
terimus, cooperari in sublevādis eius sub-
ditis ab oneribus peccatorum. 2. Alio
modo allegoricè. Bos, est populus Iudai-
cus, qui erat animal mundum, quatenus
veram religionem habebat, Isa. 1. 3. Asi-
nus, animal immundum, 5491.
hominē Gentilem significat, Patres apud
Sylu. Alleg. v. Asinus. Dominus bouis, est
d Synagoga, quatenus diuinam legem, & d p.1111.
prophetias de Christo habebat. Dominus
asini, est Gentilitas, e quatenus lumen na- e p.1064.
turale, & legem rationis habens: *f* Boui f p.865.
occurrens, & asino erranti, est operarius
apostolicus, *g* in infidelem incidens, siue g p.1414.
h Iudeum, siue *i* Gentilem; illum Scriptu- h p.1430.
ras sacras, & prophetias male interpretā- i p.1428.
tem; hunc à lumine rationis recedentem;
vtrūque à Christo, quæ vera via est, decli-
nantem. Apostolici, Catholicique Operarij
inimica est & *k* Synagoga, & *l* Gentilitas. k p.884.
Sed docentur à lege charitatis, nulla habi- l p.886.
ta inimicitiarum ratione & Iudæum, quā-
tum in nobis situ, ad verum Scripturarum
sensum.

Digitized by Google

m p. 1429. sensum, & *m* Gentilem ad veram rationis legem reducere, cum errantes deprehenderimus. Docemur & iacentes sub onere peccatorum, si sint infideles, cooperando rationi naturali quæ in ipsis est, erigere, & ad prosequendum iter salutis iuuare.

* *Sex diebus operaberis: septimo die* 12
cessabis, vt requiescat bos, & asinus tuus: et refrigeretur filius ancillæ tuæ, et aduena. De Sabbato, siue sabbatismo, siue requie ab opere, tres mysticas significationes indicat S. Paulus Hebr. 4. 1. Sex diebus operabantur Iudæi, septimo requiescebant: vt significaretur Deum sex diebus operatum fuisse opus creationis, septimo die ab
n p. 2001. eo opere cessasse. *n* Præcepta enim fuit in lege veteri sabbati sanctificatio, ad exhibendum Deo signum cultus sensibile pro beneficio creationis. 2. Indicat Paulus opus creationis figuram fuisse operis redemptionis. nam loquens de Christo ait:
o Hebr. 4. 10. *o Qui ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus.* Ergo operatio sex dierum apud Hebræos, vt operationem creationis significauit, *p* ita & significauit operationem redemptionis; *q* & quies septimę diei, resurrectionem Christi Domini. 3. Opus sex
p p. 543. 578. q p. 593. 603. dierum, vt idē Paulus indicat, *r* mortalis
r p. 939. 1035. 1037. huius vitæ tempus significat, quod sex mundi ætates complectitur; & in quo incumbendum nobis est operibus meritorū: septimus quietis dies est *s* vita æterna, &
s p. 937. 969. 973. felicitas cælestis. per quam felicitatem quietem recipiet bos, & asinus noster, & filius ancillæ nostræ, & aduena. Bos, & asinus, animalia stulta, sunt corporis sensus;
t p. 997. 998. 999. *t* qui sua etiam ipsi in corporibus glorioſis felicitate in cælo perfruētur. Nostræ mentis ancilla, est imaginatio, & appetitus sensitiuus, qui deseruit operibus mentis: filius
u p. 978. 996. ancillę, est actus sensus interni: *u* qui suam quoque felicitatem in cælo habebit, liber
x p. 644. ab opere, & labore tentationum. *x* Aduena, in hac vita est vir iustus, donec ad cæli patriam perueniat.

* *Tribus vicibus per singulos annos* 14
mihi festa celebrabitis, &c. Quotidie per totum vitæ nostræ tempus debemus actū aliquem cultus Deo exhibere. Triplex autem cultus his verbis significatur; Sacrificij eucharistici mane, oblationis operum in principio actionum, gratiarum actionis in operū fine. * *Solennitatem azymorum* 15
custodies, &c. Immolabatur in ea solennitate agnus: *y* qui Christum figurauit in
y p. 544. 568. Cruce immolatum; *z* cuius immolationis
z p. 739. 741. 762. viua repræsentatio est sacrificium eucharisticum, in quo idem Christus offertur. In qua oblatione omne nostrorū operum
a p. 774. meritū fundatur. *a* Vesci azymis septem diebus, est toto vitæ tempore, quod circulo septem dierum ducitur, abstinere à fermento malitiæ, vt te disponas ad congruè de sacrificio eucharistico quotidie participandum. vt supra c. 12. dictum est. *Non apparebis in conspectu meo vacuus, b* Ne- b p. 775.
mo ad sacrificium, & eucharistiam, in qua est realis, & substantialis Christi præsentia, vacuus deuotionis actibus accedere
16 debet. * *Solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro tuo*, Ager, est animus: primitiua, sunt operum initia. *c* Hæc Deo offerimus, cum c d. 3706. et
quodcūque opus propter eius gloriam in- p. 1721.
choamus. *Solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. d* Ea solēnitate finis operum d p. 2083.
significatur: quatenus per sacrificium laudis, & gratiarum actionis, opus iam perfectum vt diuinū beneficium agnoscimus, Deoq; vt bonorum omnium auctori tribuimus.

17 * *Ter in anno apparebit omne masculinum tuū coram Domino Deo tuo*, Quod ter in anno ab Hebræis fiebat, significat quid à nobis sit quotidie faciendum. Masculus, symbolum est fidelis, viriles, præstantesque virtutes habentis, Isaiæ 66. 7. Quisque fidelis debet singulis diebus tribus saltem vicibus sistere se Deo, ad cultū ei exhibendum, totis animi viribus, *e* actibus præclaris reuerentiæ, *f* & amoris in e p. 192. f p. 1538.
Deum; ei se, suaq; omnia offerēdo: nempe Manecum primum surgit; cū offert Deo sacrificium corporis, & sanguinis Iesu Christi; & vespere ante somnum, cum operibus finem imponit.

18 * *Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ*, Fermentum, symbolum esse solet malitiæ, 1. Cor. 5. 6. victima Dei per excellentiam, est sacrificium corporis, & sanguinis Christi; hostia summè sancta. *g* Magnū sacrilegium est cum g p. 774.
conscientia peccati mortalis ad altaris sacrificium Sacerdotem accedere, & quemlibet fidelium ad mensam eucharisticam. Id mysticè prohibetur his verbis.

Nec remanebit adeps solennitatis meæ vsque mane. Mane, resurrectionem Dominicā significat, Cant. 7. 12. ex Gregorio. symbolum etiam est felicitatis, Isa. 14. 12. Amos 5. 8. Adeps, pars præcipua victimæ, & magis Deo grata, sacrificium maximè significat, & hostię immolationem. Mystica significatione his verbis ostenditur, *h* glorioſa Christi resurrectio ad vitā im- h p. 593.
mortalem; quatenus iam non moritur, mors illi vltrà non dominatur; & quatenus nō opus est iterum cruentè immolari, *i* qui semel in consummatione sęculorum, i Heb. 9. 26.
ad destructionem peccati, per hostiā suam apparuit. 2. *k* Ostenditur & perfectio fu- k p. 978.
turæ felicitatis in cælo. Dum sumus in hac 998.
vita, immolamur tota die, offerimus Deo sacrificium patiētię, probati multis tentationibus,

Digitized by Google

tionibus, ac tribulationibus. Sed in cælo mors vltra nō erit, neque dolor erit vltra.

* *Non coques hœdum in lacte matris* 19
suæ, Coctio, sacrificij consummationem
significat, Zach. 14. 21. Hœdus, & cætera
munda animalia, quatenus offerebantur
in lege veteri in sacrificium; Christi Iesu
symbola fuerunt, Hebr. 9. 7. Est ergo pri-
mus sensus allegoricus ex Augustino in
l p. 568. Exod. l. 2. q. 90. de Christi passione. *l* vt sit
prophetia, quod Christus non erat occi-
m p. 426. dendus *m* infans, fugens *n* matris lac, cum
457. Herodes quæsiuit eum occidere. 2. Quo-
n p. 459. niam autem est & sacrificium iustitiæ, ac
laudis, omne opus bonum, quatenus cedit
in seruitium, & gloriā Dei. Potest & sen-
o p. 1723. sus esse tropologicus. *o* vt his verbis prohi-
1728. 1764. beatur præcipitatio, quæ sine maturitate
consilij, motu præcipiti, ad operis execu-
tionem descendit. Debent opera esse adul-
ta consilio, vt sint cum virtute, ac proinde
Deo grata. 3. Coctio, calamitatem extre-
mam significare solet, Ezech. 24. 5, 10.
Lac, symbolum est doctrinæ sacræ; quate-
nus etiam à rudibus percipi potest, 1. Cor.
3. 2. & 1. Pet. 2. 2. Hœdi, impiorum, repro-
borumque symbola sunt, Matth. 25. 33.
Mater & Synagogam significare solet,
Cant. 3. 4. Isa. 50. 1. & Ecclesiam, Gal. 4. 26.
& ciuitatem, congregationemq; babylo-
nicam Diaboli, ac mundi. Ex quibus duo
p p. 883. mystica præcepta colliguntur. *p* Alterum
q p. 885. contra Hæreticos, & Iudæos. *q* Nam Hæ-
1425. retici extremam calamitatem, id est, cor-
ruptionem veræ Fidei, inducunt in præ-
r p. 620. scitis, dum eos quasi hœdos in lacte *r* ma-
880. tris Ecclesiæ coquunt, id est, in erroneam
s p. 1316. *s* doctrinæ, quam docet Ecclesia, intelligē-
1356. tiam inducunt. *t* Idemq; faciunt Iudæi,
t p. 884. adhuc litteræ inhærentes, & vmbræ.
1430. *u* Alterum præceptum est contra malos
u p. 887. Catholicos: *x* qui hœdis, id est, homini-
x p. 643. bus reprobis, occasionem præbent æternæ
damnationis; dum eos verbo, & exemplo,
y p. 881. ad lac *y* Synagogæ malignātium trahunt,
z p. 1768. id est, *z* ad prudentiam huius sæculi, *a* &
a p. 892. ad turpes concupiscentias.

* *Ecce ego mittam Angelum meum*, 20
Angelus Dei, est Doctoris symbolum, &
diuinæ legis, ac voluntatis interpretis,
b p. 634. Malach. 2. 7. & 3. 1. *b* Omnes in Ecclesia
636. 637. Sacerdotes, sed in primis *c* Summus Pon-
700. tifex, Christi Vicarius, diuinæ legis, &
c p. 626. voluntatis interpretes sunt, vt Malachias
1359. docet: Labia Sacerdotis custodient scien-
tiam, ac legem requirent ex ore eius. Ergo
Angelus Dei quilibet Catholicus Sacer-
dos, sed in primis Romanus Pontifex, vt
Malachias subdit, Angelus Domini exer-
cituum est. *Qui præcedat te, & custodiat*
in via, Via est hęc mortalis vita, via Chri-
d p. 701. sti doctrina, Psal. 17. 22, 33. *d* Sacerdotum
2077. 2078 est fidelem populum exemplo præcedere.

e Sacerdotum est gregis dominici curam e p. 2079.
habere, ne qua ouis pereat. *Et introducat*
in locum quem paraui, *f* Regnum ab origi- f p. 953.
ne mundi paratum electis à Deo, cælum 969.
est: cuius figura fuit Iudęa Ioel 3. 20. *g* Ad g p. 751.
hunc locum introducunt Sacramenta,
h quæ Sacerdotum ministerio peraguntur. h p. 646.
21 * *Non dimittet cum peccaueris*, *i* Sacer- i p. 779.
dotibus concessa est à Christo Domino
potestas in animas, vt eas iudicent. *k* Nec
est remissio peccatorum nisi per Sacra- k p. 751.
menta, saltem in voto: quorum mini-
stri sunt Sacerdotes. *Et est nomen meum*
in illo, Nomen pro auctoritate sumi solet,
Luc. 19. 38. & pro vi operatiua, Io. 17. 11.
l Sunt Sacerdotes in terris loco Christi, l p. 752.
m habent à Christo communicatam vim m p. 646.
effectricem corporis Christi, & gratiæ; & 745.
potestatem animas ligandi, atque soluēdi.
2. Alterius mysticæ in hunc locum inter-
pretationis inuestigationē præbent *o* Ma- o *Malach.*
lachiæ verba illa: Veniet ad templum san- 3. 1.
ctum suum dominator, quem vos quæri-
tis, & Angelus testamēti quem vos vultis.
Sermo est de Iesu Christo, qui Angelus,
id est, mediator est noui testamenti. Sensus
ergo allegoricus huius loci est: *p* Mittam p p. 449.
Filium meum: qui vos præcedet verbo, 482.
q exemplo, ingressu in regnum cælorum; q p. 501.
& suam Ecclesiam custodiet vsque in finē
sęculi; & suis meritis, ac Sacramētis *r* adi- r p. 446.
tum vobis in æternam felicitatem aperiet. 447. 474.
s Apprehendite doctrinam eius, seruate 572. 578.
præcepta. *t* nam ipse constitutus est Iudex s p. 483.
viuorum, atque mortuorum. *u* Est nomen 485.
meum, id est, mea substantia in illo: *x* ipse t p. 452.
est verus Deus. 480.
25 * *Vt benedicam panibus tuis, & aquis,* u p. 486.
& auferam infirmitatem de medio tui, x p. 425.
Bona temporalia, quę Deus promittit He-
bræis cultoribus suis; symbola sunt bono-
rum spiritualium, quæ Deus in noua lege
largitur fidelibus suis. Panis, eucharistici
Sacramenti symbolum est, Io. 6. 32, 48, 52.
& diuini verbi, ac prædicationis euange-
licæ, Amos 8. 11. Benedicit Deus *l* pani no- l p. 772.
stro eucharistico, *m* benedicit pabulo di- m p. 718.
uini verbi, cum horum bonorum copiam
nobis facit; *n* cum nos iuuat ad vberem ex n p. 713.
his fructum percipiendum. 2. Aqua, gra- 767.
tiæ symbolum est, Ephes. 5. 26. Io. 4. 14. &
sapientię, Psal. 41. 2. Isa. 11. 9. *o* Benedicere o p. 400.
aquis, est gratiam, sapientiamq; cælestem
in animis multiplicare. 3. Infirmitas cor-
poralis, spiritualis infirmitatis est symbo-
lum. vt enim infirmum est corpus quate-
nus eius partes non seruant ordinem na-
turæ: ita infirmus est animus, cum eius po-
tentiæ, ac passiones non sequuntur ordi-
nem rationis, 2. Cor. 12. 5, 9. *p* Medetur p p. 403.
nostris infirmitatibus Deus per gratiā, quā 404. 413.
inserit animis per Sacramēta; tollit omnes
infirmitates, aboletque per vitam beatam.

* *Non*

Digitized by Google

* *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua*, Steriles sunt symbolicè prædicatores, ineſficaces ad gignendum filios Deo per fidem, per gratiam, per bona opera, Isa.49.21. Galat.4.27. Steriles, Homines bona opera non agentes, Psal.34.12. Malach.3.11. Steriles, infideles, quatenus in eis nulla sunt opera æternę vitę meritoria, Isa.54.1. Fructus, operum symbolum sunt, Psal.1.3. Colos.1.10. Terra, Ecclesiam significat, Psal.15.3. & 16.14.

q p.644. *q* Non est sterilis in Ecclesia, quatenus per Sacramenta habetur gratia, quæ est fons

r p.708. operum bonorum: *r* & quatenus Prædicatores, diuini verbi sators, fœcundi omnes sunt in gignēdo filios Deo, quotquot syncerè seruiunt Deo, id est, non seipsos quærunt, sed Deum; quotquot exemplo bonæ vitæ confirmant quod prædicant verbo.

Numerum dierum tuorum implebo, Implet Deus numerum dierum spiritualiter; quatenus iustorum memoriam post obitum ipsorum inter homines cōseruat, vt in mentibus hominum semper viuant. Quoniam autem diei nomine solet æterna felicitas significari, Isa.60.19. 2.Pet.1.19.

s p.937. 938.969. 975. *s* numerum dierum implere, est æternam felicitatem tribuere. Est & dies symbolum diuinæ illustrationis, & luminis fidei, Rom.13.12. & actionum rectarum, vitęq; perfectæ, Prou.4.18. Ergo numerum dierum electis implere,

t p.386. 387.388. 389.390. 391.392. 393. u p.400. *t* est eos diuinis illustrationibus replere, *u* bonis operibus augere.

* *Terrorem meum mittam in occursum tuum*, &c. Videtur esse mystica prædictio conuersionis ad fidem, & iustificationis tum gentium, tum aliorum infidelium. Horum figura fuerūt septem Chananæorum gentes. Septem enim sunt infidelium genera, 1. Athei, qui nullum Deum agnoscunt, nec proinde vllum post hanc vitam præmium bonorum operum, aut pœnam malorum. 2. Politici, qui non arbitrantur esse immortalitatem in hominum animis: qui finem sibi vltimum statuunt Reipublicæ bonum, & honores, atque commoda temporalia. Quales plurimi dicuntur nunc esse in Sinarum Regno. 3. Idololatræ, cultores inanium deorum. 4. Qui vnum Deum agnoscunt, sed non verum, non vt est, trinum personis. quales sunt omnes Mahumetani. 5. Iudæi, qui adhuc figuris inhęrent, adhuc expectant primum aduentum Messiæ. 6. Schismatici, qui Euangeliū, & sacras Scripturas recipiunt; sed non credunt Romanum Pontificem, esse caput visibile in tota Ecclesia, & Christi Vicarium in terris. 7. Hæretici, qui Christiani quidem sunt, sed non omnia Christiana Sacramenta, non omnia catholica dogmata recipiunt. vt Deus in horum infidelium animos verbum Dei, veram Fidem inducat; *x* incipit eos ignis æterni terroribus excitare. *y* Quasi crabones sunt hi terrores, qui infidelitatē ex animis pellunt, *z* & occidūt; vt in eis oriatur, & viuat vera fides. Possent & hęc omnia ad viri iusti animū, mētemq; tropologicè transferri. Nam est intra nos regnum Dei, ad quod à Deo iusti mens introducitur: & Homo terrenus, terra est, Isa.11.4. & 60.2. quæ à Deo iustæ menti traditur possidenda; quatenus iusti mens suis concupiscentijs dominatur. *a* Septem gentes, sunt septem vitia capitalia cum actibus ipsorum. quæ ex animo pelluntur terrore sempiternorum incendiorum, & pœnitentia, & habitu diuinæ gratiæ.

x p.393. 1469. 1474. y p.409. 412.781. 784. 800. z p.413. a p.1198.

29 * *Non eijciam eos à facie tua anno uno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ*. Solitudo, sterilitatis symbolum est, Ierem.2.31. Bestiæ, sunt homines vitijs dediti, qui maximè cupiditate trahuntur. *b* Permittit Deus esse hostes Ecclesiæ, & sæuire in iustos persecutores impios: vt in terra Ecclesiæ Martyres multiplicentur; vt existant Doctores egregij, vt catholica doctrina disputando, & scribendo augeatur. Permittit sensus rebellionem in homine, & perpetua concupiscentiæ bella: vt mens bellando virtutes heroicas acquirat: ne, si sit

30 otium, vitia succrescant. * *Donec augearis, & possideas terram*, Prædicitur mystice *c* tum Ecclesia toto orbe diffundenda; *d* tum incrementa meritorum, *e* tum dominium rationis in sensum, *f* tum regni cælestis possessio.

b p.895. 896.897. 900. c p.1400. d p.400. e p.920. f p.969.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Descendit Moyses de caligine ad filios Israel, iussus redire ad montem cum septuaginta senioribus. Recitat Moyses Israelitis mandata Dei: quibus illi se obtemperaturos spondent. Initur fœdus inter Deum, & filios Israel, immolatione victimarum, & sanguinis aspersione. Redit Moyses cum septuaginta senioribus ad montem: præbetque se Deus videndum quasi ignis circumfusus caligine, insidens throno sapphirino. Vocatus Moyses à Deo in montem, fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

1 MOysi quoque dixit: Ascende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. 2 Solusque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cũ eo. 3 Venit ergo Moyses & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: respondit; omnis populus vna voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. 4 Scripsit autẽ Moyses vniuersos sermones Domini: & manè consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. 5 Misitque iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocaustã, immolauerunt; victimas pacificas Domino, vitulos. 6 Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. 7 Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. 8 Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. 9 Ascenderunt; Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel: 10 & viderũt Deum Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cùm serenum est. 11 Nec super eos qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam, videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt. 12 Dixit autem Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi: vt doceas eos. 13 Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei, 14 senioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiscum; si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. 15 Cumq; ascendisset Moyses, operuit nubes montem, 16 & habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. 17 Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in cõspectu filiorum Israel. 18 Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Interpretatio litteralis.

a p.584. 685. 1011.
b p.2052. 2058.
c p.37.
1915.
d p.1957.
e p.1960. 1961.
f p.2057.
g p.2078.

MOysi quoque dixit, *a* Loquebatur Angelus loco Dei. *Ascende ad Dominum tu, & Aaron*, &c. *b* Indicatur cultus, qui debetur personis in dignitate constitutis. nam Deus eos honorat, dum ad se vocat. *Adorabitis*, *c* Est Deus colendus, ac venerandus. *d* Est ei adorationis reuerentia exhibẽda. *Procul*, *e* Congruum adorationi externæ ritus determinatos adhibere. * *Solus Moyses ascendet ad Dominum*, &c. *f* Indicatur supra cæteros honorandos Rectores esse. * *Venit ergo Moyses, & narrauit*, &c. *g* Debent superiores institutionibus, ac legibus bonos in subditis mores procurare. *h* Sunt Doctores, & *i* ministri diuini verbi. *k* Legis veteris minister Moyses. *Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. l* Consensus in ea, quæ à Deo iubentur; *m* & obedientia. * *Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini*, *n* Auctor legis veteris Deus; *o* minister Moyses. *Aedificauit altare ad radices montis*, *p* Materialia, & sensibilia quædam, vt altaria, cõuenienter in Dei cultum dicantur. *Ad radices montis*, *q* Congruum adorationi externæ determinatum locum adhibere.

1 2 3 4

h p.637. 5
i p.790.
k p.1119.
l p.164.
m p.266.
n p.1117.
o p.1119.
p p.1919.
q p.1961.

Digitized by Google

Et duodecim titulos, Tituli vocantur in sacra Scriptura lapides magni, qui erigũtur ad aliquid significandum, eiusque memoriam conseruandã. Probabile est ædificasse Moysem altare ex duodecim magnis lapidibus, ibique cuiusque tribus nomen inscripsisse: vt memoria seruaretur pacti, quod omnes Israelitæ cum vno Deo pepigerunt. *Per duodecim tribus Israel*, Per, apud Hebræos littera ל *lamed*, significare solet, Secundum, c. 2991. Erant autẽ tribus Israelitarũ, id est, familiæ, respectu habito ad primos stipites, nempe ad filios Iacob ab ipso immediatè genitos, duodecim. Hæc enim ratione duæ tribus Ephraim, & Manasse, vna tribus erant respectu primi stipitis Ioseph.

5 * *Misitq; iuuenes de filijs Israel*, hebr. נער *Nahhar*, Puerum, & ministrum significat. Ministri sacrificiorum in lege naturæ erant primogeniti, ad quos pertinebat Sacerdotium. Videtur ergo fuisse missos ad sacrificandum duodecim primogenitos Principum cuiusque tribus. *Obtulerunt holocausta*, Ea tota cremabãtur, & cedebant in Dei reuerentiam. *Victimas pacificas*, In gratiarum actionẽ pro beneficijs acceptis, ad alia beneficia impetranda, ad pacem firmandam cum Deo. Ex victimis pacificis comedebant & Sacerdotes, & populus. Probant hæc

g p.646. 649. 1. *t* Esse in verâ religione sacrorum ministros. 2. *u* Deum colendum esse. 3. *x* Externum cultum conuenienter Deo exhiberi; *y* præsertim sacrificium.

u p. 37. 1915. 1926. x p.1918. y p.1962.

6 * *Tulit itaque Moyses dimidiam partem*, &c. Ritus describitur, quo confirmatum est pactum, & amicitia inter Deum, & Israelitas. Sanguis vitulorum effunditur, & hostiæ offeruntur ad placandum Deum. Dimidia pars sanguinis recipitur in altari, quod erat loco Dei; vt significetur placatus Deus: diffidia respergitur in populum, vt significetur populus reconciliatus Deo per sacrificium, eiq; iã amicus.

7 * *Assumensque volumen fœderis*, In quo erat pactum, vt si Israelitæ Dei præcepta seruarent, præmium à Deo reciperent, terram Chanaan, & bona temporalia. *Legit audiente populo*, Pactum promulgauit. *Omnia, quæ locutus est*, &c. z Vide

z Sup. n. 3. litt. n.m.

sup. n. 3. 8 * *Sanguis fœderis*, Signum fœderis, Sanciens fœdus. *Sermonibus his*, Dei præceptis, Dei, populiq; promissione.

a p.1133. Habemus in his 1. *a* Legem veterem testamentum esse, *Assumens volumen fœderis*. 2. *b* Auctorem legis veteris Deum

b p.1117. fuisse *Quæ locutus est Dominus*. 3. *c* Legis

c p.1119. veteris ministrum Moysen fuisse, *Tulit itaque Moyses*, &c. 4. *d* Congruum esse

d p.844. aliqua specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei; *Ædificauit altare*, *Fudit super altare*, *Respersit in populum*.

5. *e* Esse posse inter Deum, & homines amicitiam, *Fœderis quod pepigit Dominus vobiscum*. 6. *f* Licitum esse licita promittere; *g* & standum esse promissis, *Pepigit Dominus vobiscum*; *Omnia, quæ locutus est Dominus facimus, & erimus obedientes*. 7. *h* Inter Deum, & homines intercedere rationem iustitiæ, *Fœderis quod pepigit Dominus vobiscum*. 8. Posse hominem aliquid à Deo mereri, *Fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum*.

e p.1491. f p.2124. g p.2125. h p.1811.

9 * *Ascenderũtq; Moyses, et Aaron*, &c.

10 Sapphirus, lapis pretiosus, coloris aerei,

11 auri punctis collucens, c. 4923. Manus, præter alia, significat symbolicè percussionem, & præceptum, c. 3536. 6588. 6590. *Qui procul recesserant*, hebr. אצילי *Atsilè*, honorabiles, LXX. ἐπίλεκτοι, electi. Significat etiam hebreũ אצל *ètsel*, Iuxta. Videntur significari Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta illi seniores, electi à Moyse, qui procul à reliquo populo fecesserant, & prope ad montem accesserant. Moyses, inquit, & alij, qui cum Moyse ad montem accesserant; viderunt Deum, nempe speciem gloriæ Dei (vt infra dicitur) quasi ignem ardentem, & sub pedibus eius speciem coloris cærulei, nec tamẽ prohibuit, ne intuerentur, aut eos percussit quod fuerint intuiti. *Et comederunt, & biberunt*, id est, superuixerunt, nõ sunt mortui quod Deum viderint. Vel lætati sunt, & Deo gratias egerũt edentes, & bibentes. *Viderunt Deum*, *a* Est Deus intelligibilis à nobis per eius reuelationem. *b* Contingunt interdum in diuinis reuelationibus similitudines sensibiles externæ: vt nunc species ignis, & lapidis sapphirini. *Quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est*, Symbola diuinæ Maiestatis. *c* nam summa est maiestas, cuius sit scabellum cælum. *Et comederunt, ac biberunt*, *d* Licet ijs etiam delectationibus moderatè vti, quæ necessaria non sunt: si sint loco, tempori, nobis, & ijs, quibuscum uiuimus, conuenientia.

a p.50. b p.689. c p.36. d p.2264.

12 * *Dixit autẽ Dominus ad Moysen*, &c.

14 *e* Reuelatio Dei ad Moysen: *f* quem Deus ministrum faciebat legis. * *Senioribus dixit*, &c. *g* Actus prouidentiæ: quam exercere debent superiores erga subditos. *Si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos*, *h* Iustum inter accusatorem, & reum

e p.684. f p.1119. g p.1759. 2079. 4870. h p.1804.

15 à iudice faciendum. * *Cumque ascendisset Moyses*, &c. *i* Nubes, symbolum

16 præsentiæ inuisibilis Dei. * *Vocauit eum de medio caliginis*, *k* Debent de Dei vocatione certi esse Rectores, Doctoresque

i p.28. k p.735.

17 aliorum. * *Quasi ignis ardens*, &c. *l* In reuelationibus diuinis contingunt aliquãdo similitudines sensibiles externæ.

l p.689.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio myſtica.

PAulus Hebr. 9. vocat quæ hoſtiarum ſanguine mundabantur, exemplaria cæleſtium; & Ieſum noui teſtamenti mediatorem. Sunt ergo quæ in hoc capite narrantur, allegoriæ noui teſtamenti, nouique fœderis à Deo in Cruce per Ieſum nobiſcum initi. * 1. *a* Venit Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini; quatenus Ieſus in primo ſuo aduentu Euangelium Iudæis prædicauit. 2. * *b* Ædificauit altare ad radices montis; quatenus voluit in monte Caluariæ crucifigi. Ædificauit duodecim titulos pro duodecim tribubus Iſrael; *c* quatenus pro omnibus electis, qui ſunt veri Iſraelitę, Crucis mortem elegit. * 3. *d* Miſit miniſtros ad ſacrificandum; quatenus Iudæis occidentibus obtulit ſeipſum in ſacrificium Deo. * 4. *e* Reſperſit ſanguinem in populum; quatenus Ieſus pro omni gente mortuus eſt. 5. *f* Pepigit Dominus fœdus; quatenus per mortem Filij nobiſcum reconciliatus eſt, *g* & hæredes nos fecit regni ſui. 9 * 6. *h* Aſcenderunt Moyſes, &c. & viderunt Deum quaſi ignem, & ſub pedibus eius quaſi ſapphirum; quatenus ad montem, id eſt, Eccleſiam, quã Ieſus Chriſtus fundauit & Apoſtolos, & diſcipulos, & alios Fideles ipſe Chriſtus introduxit, *i* ibique illis Dei cognitionem tribuit, & diuinorum myſteriorum. Ignis, quatenus lucet, & ardet, Dei ſymbolum eſt, quatenus eſt lux infinitæ intelligẽtiæ, & infiniti amoris ardor, c. 6271. 6273. K Sapphirus, quatenus cæleſtem colorem habet, ſymbolum eſt diuinorum myſteriorum, ſeu Fidei, Cant. 5. 24. ex Greg. * 7. *l* Aſcendit Moyſes ad verticem montis, & ingreſſus eſt nebulam, quatenus Chriſtus aſcendit in cælum, factus nobis inuiſibilis in terris. 8. *m* Lex, & mandata, quæ docuit Moyſes populũ, eſt doctrina, & œconomia Chriſtianę religionis, quam Ieſus Chriſtus non ſolum cum eſſet in terris, ſed etiam poſt ſuum in cælum aſcenſum Eccleſiæ communicauit.

a p. 451. 482. 523.
b p. 543. 544. 563. 568.
c p. 574. 581.
d p. 479. 564.
e p. 579.
f p. 573. 583. 587.
g p. 572.
h p. 523. 483.
i p. 5. 8. 9. 16. 21.
k p. 1316.
l p. 601. 603.
m p. 602. 604. 1351. 1368.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Iubetur à Deo Tabernaculi fabrica, & partium eius. Precipit 1. Colligi materiam. 2. Arcam fabricari, cum Propitiatorio, & Cherubim. 3. Mensam extrui. 4. Vasa parari ad sacrificium. 5. Candelabrum edificari ad illuminandum Tabernaculum. 6. Vasa, ad lucernas concinnandas.

1 LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 2 Loquere filijs Iſrael, vt tollãt mihi primitias: ab omni homine qui offeret vltroneus, accipietis eas. 3 Hæc ſunt autem quæ accipere debetis: Aurum, & argentum, & æs, 4 hyacinthum & purpuram, coccumq; bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum, 5 & pelles arietum rubricatas, pelleſq; ianthinas, & ligna ſetim: 6 oleum ad luminaria concinnanda: aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris: 7 lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale. 8 Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum: 9 iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum in cultum eius: ſicque facietis illud: 10 Arcam de lignis ſetim compingite, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos: latitudo, cubitum & dimidium: altitudo, cubitum ſimiliter ac ſemiſſem. 11 Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris: facieſq; ſupra, coronam auream per circuitum: 12 & quattuor circulos aureos, quos pones per quattuor arcæ angulos: duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero. 13 Facies quoque vectes de lignis ſetim, & operies eos auro. 14 Induceſq; per circulos qui ſunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis: 15 qui ſemper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. 16 Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi. 17 Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo: duos cubitos & dimidiũ tenebit longitudo eius, & cubitum ac ſemiſſem latitudo. 18 Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. 19 Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero. 20 Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas & operientes oraculum, reſpiciantq; ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium quo operienda eſt arca, 21 in qua pones teſtimonium quod dabo tibi. 22 Inde præci-

Digitized by Google

piam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel. 23 Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem. 24 Et inaurabis eam auro purissimo: faciesq; illi labium aureum per circuitum, 25 & ipsi labio coronam interrasilem altam quattuor digitis: & super illam, alteram coronam aureolam. 26 Quattuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quattuor angulis eiusdē mensæ per singulos pedes. 27 Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari. 28 Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & circumdabis auro ad subuehēdam mensam. 29 Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. 30 Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. 31 Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos, & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. 31 Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. 33 Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulaque simul & lilium: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulaq; simul & lilium, hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili: 34 in ipso autem candelabro erunt quattuor scyphi in nucis modum, sphærulæq; per singulos, & lilia, 35 Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno. 36 Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso erunt, vniuersa ductilia de auro purissimo. 37 Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. 38 Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo. 39 Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. 40 Inspice, & fac secundùm exemplar quod tibi in Monte monstratum est.

Interpretatio litteralis.

LOcutusque est Dominus, &c. 1 *a* Reuelationes Dei per Angelum ad Moysen de fabrica Tabernaculi. * *Primitias*, hebr. 2 תרומה *Terumah*, Oblationem, quam primitias appellat, quia de melioribus offerri debebant, vel quia erant prima dona, quæ Deo offerebant. *Ab omni homine, qui offert voluntarius, accipietis eas.* Docemur 1. *c* Ad ius naturale pertinere, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat in eius honorem. 2. *d* Aliquas oblationes, quæ in cultum Dei offeruntur, voluntarias esse. *Offeret voluntarius.* 3. *e* Esse Sacerdotibus oblationes offerēdas. *Accipietis eas.* 4. *f* Licere de quibusque rebus oblationes fieri. Nisi res oblata sit vel alterius, vel in alterius detrimētum, aut scandalū cedat. * *Hæc sunt quæ accipere debetis: Aurū*, &c. 3 * *Hyacinthum*; Genus lini tincti colore 4 cæsti. *Coccum bis tinctum* hebr. שני תולעת *Tholaath shani*, Vermiculum coccineum. Bis tinctus appellatur vel quia valde rubens est, purpureum colorem quasi duplicans; vel quod bis tingi soleret. * *Pelles ianthinas*, Coloris violarum. LXX. Hyacinthinas, hebr. תחשים *Tehhāshim*, Pagninus vertit Taxeas. Erant pelles duriores pro vsu tecti operimētō Tabernaculi, coloris violacei; cuius animalis, incertum. *Ligna setim*, Genus arboris spinæ albæ simile colore, & folijs; sed ingentis magnitudinis; lignum habēs fortissimum, & incredibilis leuitatis, & pulchritudinis. Nō inuenitur in locis cultis, c. 2259. Offerebāt Israelitæ hæc ligna, quatenus fortasse ex remoto aliquo eremi loco ad fabricam 6 Tabernaculi deferebant. * *Ad luminaria concinnanda*, Præparanda, ad lumen dandum. hebr. & LXX. Ad luccm. * *Gemmas ad ornandum*. hebr. Lapides perfectos. LXX. Lapides ad sculpturam. *Ephod*, Superhumerale, pallium pulcherrimum supra tunicam. Summi Sacerdotis, ex auro, hyacintho, purpura, cocco, & bisso, polymita arte contextum, mira colorum, & florum varietate, ac fulgore præstringens oculos. In cuius vtroque humero erāt singuli lapides onychini auro inclusi, quos Iosephus Sardonyches vocat: quorum singulis sculpta erant sena nomina filiorum Israel, c. 3532. *Rationale*, Operimentum, quo tantum pectus Pontificis tegebatur. Super humerali coniunctū: eratq; duplex, auro contectum, duodecim habēs lapides pretiosos, in quibus duodecim Patriarcharum nomina insculpta erant, Exod. 28. 8 * *Facientq; mihi sanctuarium*, &c. *i* Materialia, & sensibilia; vt templa, & vasa sacra, conuenienter in Dei cultū dicantur.

a p. 684. 685. 1011.
c p. 1973.
d p. 1968.
e p. 1970.
f p. 1971.
i p. 1919.

Digitized by Google

Et habitabo in medio eorum, Deus est vbique: *k* habitare dicitur vbi colitur. k p.81.
* *Arcam de lignis setim compingite*, Arca erat præcipuum in Tabernaculo: quæ deseruiebat ad conseruandum tria, nempe Tabulas legis, ad memoriam legis à Deo traditæ; Manna, ad memoriam beneficij, quo Deus aluit Israelitas quadraginta annis in deserto; virgam Aaron, ad memoriã Sacerdotij à Deo instituti. *Duos cubitos*, De communibus cubitis videtur esse sermo, non de cubitis magnis, ac geometricis. nam ad ea tria continenda non erat opus tanta magnitudine. * *Angulos*, hebr. מצעת *Pahhamòth*, Pedes, vices. LXX. κλίτη Declinitates, deuexitates. * *Ponesque in arca testificationem, quam dabo tibi.* Testificatio, id est, memoria diuinæ legis. l p.1754.
l Præteritorum memoria ad prudentiam requiritur. vt Israelitis Deus perpetuo modum suggereret, quo se hãbere deberent in actionibus; legis memoriã reliquit.
* *Facies & propitiatorium*, &c. Propitiatorium, siue Oraculum super arcam inter alas duorum Cherubim, diuinam Maiestatem repræsentabat; eratq; quasi sedes Dei loquentis. Probabile quod dicit Abulensis, & textui consentiens, non habuisse arcam aliud opertorium; ipsumq; propiatorium fuisse intra arcæ coronam, habens Cherubim ex vtraque parte, nõ contiguos, sed sibi iunctos, ex eodẽ auro productos. m p. 1919.
m Conuenienter hæc sensibilia præcipiebantur, † præsertim Cherubinorũ imagines, ad mentes ad Dei cultum excitandas. † p.850.
* *Inde præcipiam*, &c. hebr. & LXX. Ibi tibi manifestabor. n p.1117.
n Legis veteris auctor Deus; o Minister Moyses. o p.1119.
* *Facies & mensam*, &c. Textus hebraicus facilliorem vulgatę intelligentiam præbet in illis verbis, * *Facies illi labium*, &c. Facies, inquit, illi coronam auream in circuitu; facies illi clausuram quatuor digitorum in circuitu: facies coronã auream supra clausulam in circuitu. Præcipit septũ circa mensam, ne quæ mensæ imponebantur, possent decidere, ac in terram elabi. Vult autem ornari septum, subtus circulo grossiore quasi labio mensæ, supra circulo tenuiore quasi coronula; medium septum vult esse quatuor digitorum, & interrasile, id est, per interualla erasum, ac exculptũ.
* *In quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes.* In quatuor extremitatibus mensæ respondentibus quatuor pedibus mensæ.
* *Parabis & acetabula*, &c. p Sacra vasa conuenienter in cultum Dei dicãtur. p p.1919. Vid. infra n.31.
Corpus enim hominis sensibile, quo vtitur animus, sensibilibus instrumentis indiget in actionibus suis. q Acetabulum, sextarij pars octaua, sesquicyathum capiens. hebr. כף *Qehhbarah*, etiam scutella vertitur. LXX. τρυβλία paropsides, catinos. ad excipiendam similam, quando offerri debebat, & sacrificia sartaginis, & clibani. *Phyalas*, LXX. διφκας, mortaria. Hieronymus mortariola. ad vinum, aliaque libamina in sacrificijs fundenda. *Thuribula*, LXX. θυιδεῖα, Vasa quibus vinum libabant in sacrificijs. hebr. מנקיות *Qeshòth*, vulg. Thuribula vertit, quod eadem vasa essent etiam ad thus asseruandum, & thymiama. aliàs *Crateres* vertit. *Cyathos*, r Cyathus duodecima pars sextarij, ad libamina fundenda, hebr. מנקיות *Menaqqijòth*. verti etiam emunctoria solent, & Calami. r d.2833.
* *Panes propositionis*, hebr. לחם פנים *Lhhem panim*, Panem facierum, id est, Ante faciem, nempe, Dei; vt se Scriptura explicat, *In conspectu meo.*
* *Facies & candelabrum*, &c. *u* Ad excitandum mentem ad maiorem in diuino cultu reuerentiam. Ad illuminandũ nocte Tabernaculum, & altare thymiamatis, & mensam panum propositionis. *x* Ad mysteria nouę legis significãda. Erat Candelabrum, & partes eius ex auro solido, ductile, id est, malleatione formatum. Habebat in hastili quatuor scyphos in nucis modum, supra singulos scyphos sphærulam, & lilium. Ex hastili sex calami procedebant quasi sex brachia, tres ex vno latere, tres ex alio. In singulis calamis erat triplex ornamenti ordo ex scyphis, sphæris, & lilijs compositi. * Erant supra candelabrum lucernæ septem. *Vt luceant ex aduerso*, LXX. Ex vno aspectu. Ergo candelabrum erat ad latus Tabernaculi. u p.844. 858. 1919. x p.859. 860.
* *Emunctoria quoque*, &c. Habebat candelabrũ sua emunctoria, id est, forcipes, & vasa, in quibus emuncta extinguebantur.
* *Inspice, & fac*, &c. *y* Auctor veterum cæremoniarum Deus. y p.1117.

Interpretatio mystica.

INterpretationem mysticam huius capitis indicat S. Paulus in Epistola ad Hebræos. *a* Nam vetus testamentum, & Tabernaculum, & sacrificia, parabolam appellat, id est, figuram huius temporis, nempe nouæ legis; & exemplaria cęlestiũ, ac verorum; *b* & vmbram futurorum bonorum. Cum autem inter futura bona, præcipua sint tria, sacrificium Iesu Christi, sacrificium iustitiæ, sacrificium laudis: Tabernaculum autem, in quo Iesu Christi sacrificium peragitur, sit Ecclesia; & Tabernaculum sacrificij iustitiæ, mens iusti; & Tabernaculum sacrificij laudis, cælum: triplex existit Tabernaculi veteris interpretatio; vna Allegorica de Ecclesia militante, & ejus templis; alia Tropologica de mente iustorum; tertia Anagogica de Ecclesia triumphante. a Hebr. 9. 8. 23. b Ibid. c. 10. 1.

Alle-

Digitized by Google

Allegoria de Templis, ac vasis sacris.

a p.846. 1918.

a CVm sacrificia, quæ in Tabernaculo offerebantur, figura fuerint, teste Paulo, sacrificij nouę legis; sacrificium autem nouæ legis in Templis offeratur: nemini dubium, quin vetus Tabernaculum nostrorum Templorum figura fuerit. Proinde Arca intra Tabernaculū, quæ Manna claudebat, figuram corporis Christi; figura fuit Tabernaculorum, quæ in Christianorum Templis sacrosanctū Iesu Christi corpus seruant. Mensa propositionis, altaria nostra figurauit. Acetabula, phialę, thuribula, cyathi, vasa signarūt sacra, quæ eucharistico sacrificio deseruiunt; vt in benedictione patenæ, & calicis indicatur in Pontificali ea oratione: *Omnipotens sempiterne Deus, qui legalium institutores hostiarum, quique inter eas conspersam similaginem deferri in patenis aureis, & argenteis ad altare tuum iussisti, benedicere, sanctificare, & consecrare digneris hāc patenam in administrationem Eucharistiæ Iesu Christi filij tui*, &c. Denique candelabrum, nostrorum Templorum candelabra, lucernasque significauit.

† *Ex Gloss. in Ex.* 35.

† *Allegoria de Ecclesia militante.*

a p.262. 263.

A Vrum, *a* veræ virtutis symbolū est, Iob 23.10. Prou.17.3. Eccli.50.10. & *b* sapientiæ, Prou.10.15. Cant.5.11. & *c* charitatis, *d* gratiæq; diuinæ, Psal.44.10. Apoc.3.18.& 21.18. Argentum, symbolū est *e* verbi Dei, Psal.11.7.& *f* prudentiæ, Prou.16.16. Sap.7.9. & *g* iustitiæ, Eccli. 30.15. Æs, *h* prædicationem significat, Ezech. 1.7. ex Greg. in Ezech. homil. 3. * Hyacinthus, *i* Opus meritorium æternæ vitæ, Cant.5.15.ex Greg. & imitationem vitæ cęlestis, Apoc.9.17.ex S.Thoma in Apoc. Purpura, quatenus Regium indumentum est, *k* excellentem perfectionem indicat, Cant.7.5.ex Greg. & *l* Martyrij, ac passionum symbolum est, Cant.3.10. ex Greg. Coccus bis tinctus, est *m* fides passionum Christi, qui Deus est, & homo; & *n* Amor in Deum, ac proximum, Patres in Sylu. Alleg. v. Coccus. Byssus, *o* Iustificationes sanctorum sunt, Ezech. 16. 10. Apoc.19.8. Pili caprarum, *p* Cogitationes pœnitentium, c.5601.5606. * Pelles arietum rubricatæ, sunt exempla *q* laborum, & patientiæ, quę sancti Ecclesię Principes, ac Rectores exhibere solent, c.5411.7016. 7018. Pelles ianthinæ, *r* Actiones exteruę, quæ à contemplatiuorum hominum spiritu procedunt, c.6257. Ligna setim, *s* Homines, siue corda fortitudine prædita, can.6469.6476. * Oleum, est *t* Charitas, *u* misericordia, *x* opera bona, Psal.140.5. Matt.25.3. Aromata, symbola sunt quarumcunque *y* virtutum, ac bonorum operum; quatenus bonæ opinionis, ac famæ odorem efficiunt, Cant.5.5. * Lapis pretiosus, est *z* diuina sapientia, sacraque doctrina, Psal.18.11. Prou.8.19. Sap.7.9. & regia potestas, Psal.20.4. & *a* Honor, Prou.26.8. Gemma, est *b* eloquentia cum doctrina coniuncta, Prou.20.15. Iam vetus Tabernaculum, Ecclesiæ figura fuit *c* tum militātis, *d* tū triumphantis, Hebr. 8.2.& 9. * Ergo aurum, argentum, æs, &c. ad Tabernaculi, & vasorum eius ædificiū afferre; est ad Ecclesiæ militātis, ac triumphantis fabricam, quæ ex Fidelium, iustorum, beatorū multitudine constat; adducere fidem, charitatem, doctrinam, opera pœnitentiæ, misericordiæ, patientiæ, iustitiæ, virtutū cæterarum, & alia, quæ paullo ante numerata sunt. * Accipiuntur autem hęc ab ijs, qui offerūt vltronei: *e* quatenus hæc ita sint dona Dei, vt etiam à nostro libero arbitrio pendeant, sintque merita nostra.

b p.266. 387.416.
c p.1493.
d p.363.
e p.1339.
f p.1709.
g p.365.
h p.700.
i p.1035. 1046.
k p.652.
l p.2197.
m p.531. 532.
n p.1522.
o p.365.
p p.412. 800.
q p.901. 908.909. 2243.
r p.667. 668.
s p.392. 2181.
t p.1493.
u p.1603.
x p.1035. 1036.
y p.1297.
z p.266. 387.416.
a p.2211.
b p.730.
c p.620.
d p.969.
e p.1039.

* *Arcā de lignis setim compingite*, &c. Tabernaculum vetus, Ecclesiæ militantis figura fuit, vt supra dictum est: Erat autē Tabernaculi sacratior pars Sancta sanctorum; & in Ecclesia militāte sacratior multitudo est Hierarchia ecclesiastica: ergo ecclesiasticæ Hierarchiæ figura fuerunt Sancta sanctorum. Quid autem in ijs sacratius fuit? Arca. Quid in ecclesiastica Hierarchia sacratius? Sacerdotiū. *f* Ergo Arca *g* noui Sacerdotij figura fuit. Nam vt in Arca manna continebatur, & lex, & virga: ita in nouo Sacerdotio est & potestas in corpus Christi, quod est Christianorum manna; & potestas prædicandi diuinā doctrinam; & virga iurisdictionis in animas, siue clauium potestas. *h* Quamquam & veterem Arcam Christi humanitatem possumus interpretari. *i* Fuit autem in Christi humanitate & ratio mannæ, quatenus Christi corpus cibus est iter facientibus per mundi desertum ad cælum; & Verbi Incarnatio Dei bonitatem ostendit: & ratio virgæ, K quatenus Christus vt homo & Rex, & Sacerdos fuit: & ratio legis, *l* quatenus Christus vt homo legislator fuit, & doctor Christianorum. Longitudo, latitudo, altitudo, perfectionis symbola sunt, can.5302.6426.6517. Magna enim est Christiani Sacerdotij, maxima humanitatis Christi perfectio. * Aurum mundissimum, quo deaurata erat Arca intus, & foris; est & eximia virtus, & sapientia, & charitas, quæ debet tum in Sacerdotum mente, tum in externis actionibus elucere; *m* & immensa sanctitatis, sapientiæ, charitatisq; perfectio, qua illustris erat Iesus Christus & apud Deū, & apud homines. Corona aurea Arcæ imposita, est *n* Christi Domini, Sacerdotijq; Christiani maiestas,

f S.Th.1.2. q.102. a.4. ad 6.
g p.646.
h Apoc. 11. 19. Augustin. in Apoc. hom. 9. et 15. Ciu. 26. & 12. cont. Faust. 14. Beda. S.Tho. 1.2. q.102. a.4. ad 6.
i p.426. 434.428.
k p.474. 475.476. 478.486.
l p.483. 485.
m p.490. 491.492. 493.494.
n p.487. 488.

Digitized by Google

maiestas, & gloria, t. 5784. 5785. * Circuli, 13
o p. 543. 565. vectesq; ad Arcam gestandam; est o præ- 15
ceptum Patris ad Christum, quo Christus 14
ad nostram redemptionem est missus; est 15
p p. 700. 735. p præceptum Christi ad Sacerdotes, quo à Christo Sacerdotibus est munus impositũ eundi in mundum vniuersum, & prædicandi Euangelium omni creaturæ.

* *Facies & propitiatorium*, &c. Propi- 17
q p. 425. tiatorium in Arca, est q diuinitas Verbi in
r Rom. 3. 21. Christi humanitate: r est officium Mediatoris & in Christo, & in Sacerdotibus mi-
p. 482. nistris Christi. * s Duo Cherubim, sunt 18
s Gregorius hom. 26. in Euang. p. 635. 638. 1356. 1370. Prophetæ, Scriptoresq; sacri tum veteres, 19
tum noui sibi inuicem consentientes, & 20
Christum, ciusq; Sacerdotium testificãtes.
* *Inde præcipiam, & loquar quæcunque* 22
mandabo per te filijs Israel, Christus quæcunque audiuit à Patre, nota fecit nobis:
t p. 1357. 1369. t Deus suum nobis Verbum per Ecclesiæ Doctores enunciat.

* *Facies & mensam*, &c. Mensa, sym- 23
u Ruper. & Hiero. in 1. Malach. Damasc. l. 4. c. 14. Cyrillus Catech. 4. mystag. p. 762. bolum est cibi, ac deliciarum spiritualium sanctissimæ Eucharistiæ, Psal. 22. 5. ex Cypriano ep. 63. ad Cæcil. Prou. 9. 2. u Mensa igitur est Eucharistia. * x Tres coronæ in 24
circuitu mensæ, sunt tres actus fidei, spei, 25
charitatis: quibus paratur animus ad cibũ eucharisticũ dignè sumendum. * Circuli, 26
& vectes ad subuehendam mensam; sunt 27
meditatio, lectio, exhortatio, aliaq; spiri- 28
tualia exercitia ad eucharistici cibi frequentiam excitantia. * Acetabula, phialæ, 29
thuribula, cyathi, sunt lingua, cor, imaginatio, aliæque animi potentiæ: in quibus offerũtur libamina piarum cogitationum, & sacrorum affectuum, eucharistico sacrificio congruentium. * y Panes propositionis duodecim, iuxta numerũ duodecim 30
y p. 762. tribuum Israel; est ipsa Eucharistia, quatenus cibus est omnibus Fidelibus communis, qui veri sunt Israelitæ.

* *Facies & candelabrum ductile de* 31
auro mundissimo, &c. Candelabrum, cui lucerna superponitur, Doctoris, prædicatorisq; euangelici symbolũ est. Zach. 4. 2. Apoc. 1. 12, 13. Septenarius numerus, vni-
z p. 637. 700. uersitatem significare solet. * z Candelabrum ergo cum lucernis septem in Tabernaculo, Doctores, prædicatoresq; sunt in Ecclesia. Hi verbo, & exemplo Fideles illuminant.

Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in Monte monstratum est. Moyses, Christi figura fuit, 1. Cor. 10. 2. Hebr. 3. Mons, quatenus summæ perfectionis symbolũ est, Psal. 35. 7. diuinum, æternumq;
a p. 20. Verbum est. a Omnem Iesus Christus Ecclesiæ œconomiã disposuit, Apostolisq; reuelauit, secundum exemplar æternum, quod ab instanti suæ conceptionis vidit in Verbo.

Tropologia de Homine iusto.

TAbernaculum vetus alia significatione corpus repræsentabat Hominis iusti. Templum Spiritus sancti vocat ho-
10 minis iusti membra a S. Paulus. * b Arca in Tabernaculo, Mens est in homine iusto. vt autem in Arca erant tria, lex, manna, virga: ita in mente iusti triplex est actus, cognitio boni, voluntas, & prosecutio. c Ligna setim, sunt veræ, solidæq; virtutis
11 habitus. * d Aurum, pura, sinceraq; diuinæ gloriæ intentio. e Longitudo, longanimitatem; f altitudo, magnanimitatem, g latitudo, iustæ mentis desideria designãt. h Corona aurea, Iusti dignitatẽ significat; & Ius, quod ratione gratiæ habet in regnũ cæleste. Corona enim regiæ dignitatis
12 symbolũ est, Psal. 20. 4. * Quatuor circuli, sunt quatuor virtutes cardinales; vectes ex lignis setim, circulis inserti, sunt exempla Sanctorum, secundum virtutes cardinales nobis à Sanctis exhibita. His circulis, ac vectibus arca defertur; quatenus mens iusti proficit imitatione Sanctorum.
17 * i Oraculum, sunt auxilia, inspirationes, i p. 367.
18 protectio diuina. K Cherubim, Angelorum custodiam figurant. 380. k p. 345.
23 * Mensam, Iusti spiritum interpretor: l duodecim panes, duodecim fructus spiritus. l p. 1041.
31 * m Candelabrum, est Homo iustus, m p. 644.
Matth. 5. 16. Luc. 11. 34. n Septem in can- n p. 366.
delabro lucernæ, sunt septem spiritus Dei, qui in Iusto requiescunt; Sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, timor Domini.
40 * o Facere secundum exemplar, quod o p. 620.
nobis in Monte monstratur; est in nobis virtutes exprimere secundum eam doctrinam, quam docet Ecclesia. Mons enim Ecclesiæ symbolũ est, Psal. 23. 3. & 67. 16.
p Facere secundum exemplar, quod nobis p Aug. l. de vera relig. c. 16. p. 425. a Hebr. 9. 24. Vid. nostras Medit. par. 2 medit. 19. punct. 2.
in Monte monstratur; est & virtutes imitari, quas in Christo Iesu cernimus: qui Mons appellatur, Isa. 2. 2, 3.

Anagogia de Ecclesia triumphante.

NOn in manufacta, a inquit Paulus, Sancta Iesus introiuit exemplaria verorum: sed in ipsum cælum. Ergo Ta-
10 bernaculũ vetus, figura est cæli. * b Arca, est humanitas Iesu Christi, vt supra in
28 sensu allegorico dictum est. * c Duo Cherubim Arcæ assistentia, sunt cœlestium spirituum exercitus, quatenus Christo se offerunt in ministerium salutis animarum.
23 * d Mensa cum panibus, est æterna beatorum felicitas Dei visione fruentium.
25 * e Tres mensæ coronæ, sunt tres beatorũ
27 aureolæ, Doctorum, Martyrũ, Virginum.
28 * f Vectes ex lignis setim in circulis au-

b Gregorius hom. vlt. in Exech. Cyrill. lib. 4. in Io. 28. c S. Th. 1. 2. q. 102. a. 4. ad 6. p. 685. 1013. d p. 971. e p. 985. f p. 997. 998.

reis,

Digitized by Google

reis, sunt quatuor corporum glorioſorum dotes: quibus quaſi curru felicitatis beatorum corpora vehuntur, quatenus per
g p.976. omnia ſæcula perſeuerant. * g Candelabrum cum lucernis, eſt beata multitudo
h p. 599. 600. cum lumine gloriæ in intellectu. * h Mons, in quo monſtratur Eccleſiæ triumphantis, & æternæ felicitatis exemplar, eſt Chriſtus Dominus, Iſa. 2. 2, 3. Quos enim Deus præſciuit, hos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui.

Allegoria de B. Virgine.

Arcã de lignis setim compingite, &c. In litanijs B. Virginis à tota Eccleſia receptis Deipara *Fœderis arca* appellatur. Innuit Eccleſia B. Virginem ab Arca
a p.432, 433, 434, 435. fœderis figuratam fuiſſe. Ergo 1. *a* Ligna ſignificant B. Virginem veram carnem habuiſſe. nam lignum hominis ſymbolum
b p.460, 462. eſt. 2. *b* Setim, incorruptionem indicant gratiæ; quam B. Virgo ab inſtanti conceptionis ſemper habuit. * 3. *c* Aurum mundiſſimum, quod totam arcam operit; ſunt virtutes in animâ, & in omnibus Virginis actionibus. 4. *d* Corona aurea per circuitum, eſt Maieſtas, & dignitas diuinæ Maternitatis ac dominiũ in omnes creaturas. 16 * 5. Tabulæ legis in arca, manna, & virga; eſt Ieſus Chriſtus Dei Filius in vtero Virginis. *e* Nam Ieſus quatenus Deus eſt, Verbum eſt Patris, lex æterna, omnium Intelligentia: *f* quatenus homo ipſe eſt ſummus legiſlator. *g* Ipſe manna, verus cibus cæleſtis, in vtero Virginis opera Spiritus ſancti efformatus, ad cibandum Fideles. *h* Ipſe virga ex radice Ieſſe, quatenus verus Rex eſt, & verus Sacerdos, Dominus, & Iudex omnium. virga enim Regni, potentiæ, prouidentiæ, correctionis 17 ſymbolum eſt, c. 7871. & ſeqq. * 6. *i* Propitiatorium, eſt B. Virgo, quatenus aduocata noſtra eſt, & mediatrix ad filium. 18 * 7. *k* Duo Cherubim, eſt duplex in mente Virginis ſcientia, Infuſa, & beata.

c p.461.
d p.459.
e p.425.
f p.483, 485.
g p.764.
h p.474, 475, 476, 477, 478, 480.
i p.1015. 1927, 1928.
k p.970, 981.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA,

Siue

Exegeſis.

1 *Tabernaculi fabrica prescribitur ex tabulis, & quatuor tegumentis.* * *1. Iubetur primum tegumentum fieri ex decem cortinis factis ex bysso, hyacintho, purpura, cocco; longitudine 28. cubitorum, 4. latitudine; sibi mutuò iunctis; quinque ex australi, quinque ex*
7 *aquilonari tabernaculi parte pendentibus.* * *2. Secundum tegumentum ex vndecim sagis cilicinis, longitudine 30. cubitorum, latitudine 4. quinque ex australi, quinque ex aquilo-*
14 *nari parte pendentibus, vno in fronte tecti duplicato.* * *3. Tertium operimentum de pel-*
15 *libus arietum rubricatis. 4. Quartum de ianthinis pellibus. 5. Iubentur viginti tabulæ erigi ex parte meridionali, viginti ex latere aquilonari, octo ex latere occidentali; singulæ cum duabus basibus argenteis; singulæ decem cubitos habentes in longitudine, vnum & semissem in latitudine, deaurata, ex lignis setim. omnes vna compagine iunctæ, cum an-*
31 *nalis, per quos vectes inserantur ad tabulata continenda, operti laminis aureis. quinque in singulis trium laterum, nempe australi, aquilonari, occidentali.* * *6. Prescribitur velũ fabrica ad quatuor columnas appensi, diuidentis Sancta sanctorum, vbi erat Arca, à Sanctuario, vbi erat altare thymiamatis, & candelabrum à latere meridionali tabernaculi,*
36 *& mensa à latere septentrionali.* * *7. Iubetur extendi tentorium polymitum ante quinque columnas in introitu tabernaculi.*

1 TAbernaculum verò ita facies: Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto, variatas opere plumario facies. 2 Longitudo cortinæ vnius, habebit vigintiocto cubitos: latitudo, quattuor cubitorũ erit. Vnius menſuræ fient vniuerſa tentoria. 3 Quinque cortinæ ſibi iungentur mutuò, & aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt. 4 Anſulas hyacinthinas in lateribus ac ſummitatibus facies cortinarum, vt poſſint inuicem copulari. 5 Quinquagenas anſulas cortina habebit in vtraque parte, ita inſertas, vt anſa cõtra anſam veniat, & altera alteri poſsit aptari. 6 Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum vela iungenda ſunt, vt vnũ tabernaculum fiat. 7 Facies & ſaga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. 8 Longitudo ſagi vnius habebit triginta cubitos:

& lati-

Digitized by Google

& latitudo, quattuor: æqua erit mensura sagorum omnium. 9 E quibus quinque junges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices. 10 Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt coniungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. 11 Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ, vt vnũ ex omnibus operimentum fiat. 12 Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. 13 Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, vtrumque latus tabernaculi protegens. 14 Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietũ rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus. 15 Facies & tabulas stãtes tabernaculi de lignis setim, 16 quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. 17 In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. 18 Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Austrum. 19 Quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos angulos subijciantur. 20 In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt, 21 quadraginta habentes bases argenteas. binæ bases singulis tabulis supponentur. 22 Ad occidentalem verò plagã tabernaculi facies sex tabulas, 23 & rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. 24 Eruntq; coniunctæ à deorsum vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. 25 Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnã tabulam supputatis. 26 Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, 27 & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: 28 qui mittentur per medias tabulas à summo vsque ad summum. 29 Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. 30 Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in Monte monstratum est. 31 Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byssо retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum; 32 quod appendes ante quattuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. 33 Inseretur autem velum per circulos: intra quod pones arcam testimonij, quo & Sanctuarium, & Sanctuarij sanctuaria diuidentur. 34 Pones & propitiatorium super arcam testimonij in Sancto sanctorum: 35 mensamq; extra velum: & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte Aquilonis. 36 Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byssо retorta, opere plumarij. 37 Et quinque columnas deaurabis lignorum setim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

Interpretatio litteralis.

Tabernaculũ verò ita facies, &c. 1 Totum hoc caput secũdum litteram vnum dogma continet: *a* Materialia, & sensibilia, vt Templa, conuenienter in cultum Dei dicari. Corpus enim hominis sensibile, quo vtitur animus, sensibilibus instrumẽtis indiget in actionibus suis. *Retorta*, Duplicata, filo duplicato. *Varietas opere plumario facies*. hebr. מעשה רקם *Maasè rokem* *Cerubim* *mahhbasèh khoshèb* *tahhbasèh eihem*; Figmento operecogitans (vel phrygionico) facies eas. LXX. Ex cocco glomerato, figurato, opere textoris, figies eas. Indicat picturas in vestibus intexendas, vt fit in nostris tapetibus.

a p. 1919.

Allegoria de Ecclesia.

1 TAbernaculum vetus, Ecclesiæ figura fuit, Hebr. 8. 2. & 9. Moyses; Christi, 1. Cor. 10. 2. Hebr. 3. * *b* Iubetur Moyses à Deo tabernaculum fabricare; quatenus Christus à Patre mittitur in mundum ad condendam Ecclesiam.

15 * 2. *c* Iesus Christus Tabernaculum ex lignis setim construxit; tum Apostolos vocauit, eisq; diuinam doctrinam tradidit;

a p. 620.
b p. 436. 485. 507. 577.
c p. 634.

Eo quam

quam ipsi alijs Fidelibus tradiderũt, contra quam non possunt Ecclesię hostes prævalere. Ob eam doctrinam vera Ecclesia,
d p.631. d Apostolica dicitur. 3. Aurum in lignis setim, est diuinæ gratiæ habitus in Fidelium animis. e Ob id Ecclesia vera, dicitur
e p.629. f p.365. Sancta. * 4. f Velum polymitum, quo Tabernaculum operitur; Infusarum virtutum habitus sunt, qui gratiam comitãtur. Ob id Christi sponsa circundata dicitur varietate. 5. g Habet vera Ecclesia
g p.630. quatuor operimẽta; quatenus ex quatuor mundi plagis congregatur, estq; Catholica, omnes gentes complectens. Misit Iesus discipulos suos in vniuersum mundum, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ.
i p.628. 6. i Est vera Iesu Christi Ecclesia vna: vnũ habens caput, vnam fidem, eadem Sacramenta. Scilicet hanc vnitatem figurauit in veteri Tabernaculo vna compago, qua omnes inter se tabulæ nectebantur.
k p.636. 637. * 7. K Fuerunt bases Tabernaculi argẽteę, figura Doctorum; qui scripto, & verbo
l p.665. 666.667. 668. Ecclesię Fidem sustentant. * 8. l Velum polymitum, vitam actiuam figurauit: quæ solicita est circa plurima: figurauit & vitam mixtam, quæ habet secum hyacinthũ
m p.804. contemplationis. * 9. m Velum cilicinum, 7
n p.882. 895.897. 1392. status est pœnitẽtium. * 10. n Pelles arie- 14
tum rubricatæ, Martyres sũt, & quotquot Fideiiuin tribulationes pro iustitia patiũtur. 11. o Pelles ianthinæ, sunt Contemplatiui, intenti considerationi diuinorum.
o p.669. 670.671. p p.645. * 12. p Sancta sanctorum, est ecclesiastica 33
q p.655. Hierarchia. 13. q Sanctuarium, est multitudo Monachorum, ac Regularium; qui consiliorum euangelicorum obseruationi, quæ via sunt ad perfectionem, voto se
r p.632. addicunt. 14. r Atrium, est multitudo laicorum, hi quoque ad Ecclesiam spectant.
s p.1365. 1366. * 15. s Velum ante Sancta sanctorum, est 36 obscuritas Fidei Christianæ. Est enim Fides de ijs, quæ non videntur. 16. t Velum
t p.1365. ante Sanctuarium, sunt signa, quibus vtitur Deus ad Fidei mysteria nuciandа, nempe cognitio, quam infundit, & verba externa: quę non repræsentant ipsa mysteria vt sunt. 17. u Quatuor columnæ ante
u p.635. Sancta sanctorum, sunt quatuor Euangelia: x quinque columnę ante Sanctuarium,
x p.1385. sunt libri Scripturę veteris, quæ præcessit Euangelia, præsertim quinque libri legis.
y p.1317. 1386. * 18. y Candelabrum, est lumen Fidei, 35 quod Deus infundit, donum Dei, c.6531.
z p.637. 700. 19. z Mensa cum panibus, est prædicatio verbi Dei. Nam verbum Dei cibus est mentis. Amos 8.11.

Tropologia de Iusto.

a p.644. a TAbernaculum, est Homo iustus. 1. Cor. 3. 16. 17. & c. 16. 19. & 2. Cor. 6. 16. Ergo partes Tabernaculi veteris figurarunt ea, quæ ad hominem iustum
15 spectant. * 1. Tabulæ, ex quibus Tabernaculum cõstat ex fortissimo ligno setim, deauratæ cũ basibus argenteis; est Anima hominis iusti b cũ auro grátię, & c basibus b p.363.
auxiliorum diuinorum, quæ gratiã comitantur. Est autem d anima iusti fortissima; c p.380.
d p.401. quatenus peculiaris est Dei prouidentia in
34 iustis. * 2. Arca in Tabernaculo, est mens in anima iusti. Ea arca intra se Dei spiritũ claudit, qui legis, mannæ, virgæ rationem habet: quatenus est e verus, f suauis, & e p.386.
1 g fortis. * 3. h Quatuor tabernaculi operi- 387.388.
menta, sunt quatuor actus, qui disponunt 390.
ad gratiam, fidei, spei, cõtritionis, amoris. f p.391.
14 * i Tegumento ianthino respondet Fidei g p.392.
actus, cuius obiectum est Deus, & diuina. h p.406.
K Pellibus rubricatis respondet Spes, quæ i p.1318.
7 in Christi passione fundatur. * l Saga cilina, sunt Contritionis actus, & pœnitentię. 1319.408. K p.410. 1444.
1 * m Cortinæ polymitæ sunt Charitatis l p.412.
actus, qui pũlcherrimam virtutum multi- 781.
tudinem in animum inducunt. Vel n quatuor tabernaculi tegumẽta sunt boni vir- m p.411.
tutum habitus, quibus quatuor iustorum n p.255.
potentiæ ornantur, intellectus, voluntas, imaginatio, appetitus sensitiuus.

Anagogia de Ecclesia triumphante.

1 a TAbernaculum, est cælum Empy- a p.953.
34 reum, hebr. 9. 24. * 1. b Arca, cum 969.
lege, manna, virga, est vna diuinitas in tri- b p. 57.
bus Personis. Persona Patris à legis tabulis figuratur, quatenus æterna omnium rerum Ratio est in Deo, quæ Patri tribuitur vt principio originũ diuinarum. Persona Filij à virga figuratur; c quatenus Pater c Psal. 2. 9.
omne iudicium dedit Filio; & quatenus & 109. 2.
Filius portat omnia verbo virtutis suæ, Persona Spiritus sancti à manna figuratur; quatenus Spiritus sanctus per amorẽ pro-
15 cedit, cuius infinita suauitas est. * 2. d Ta- d p.969.
bulę tabernaculi deauratę, sunt cęlestes virtutes gratia ornati. 3. Quo iam auctę vestimenta symbola sunt rerum, Cant. 2. 11. Tabernaculi quatuor operimẽta, sũt quatuor operum genera, per quę sancti ęternã
14 felicitatẽ adepti sunt. * e Pelles ianthinæ e p.1316.
significant fidem; f pelles rubricatæ, mar- f p.882.
tyria, * g saga cilicina, opera pœnitentiæ. 895.897.
1 * h cortinæ polymitæ, opera charitatis. 1392.
31 * 4. i Velum ante Sancta sanctorum, est g p.804.
36 incomprehensibilitas Dei. * 5. K Velum h p.1603.
ante Sanctuarium, est Dei Inuisibilitas; i p.32.
quatenus est actus purus, & non potest in- K p.28.
tuitiuè videri, ab intellectu immerso in potentialitate, nisi eleuetur à Deo. l Est & l p.29.
cognitio abstractiua, quam habemus de Deo: quę quinque columnis initiatur, quatenus à cognitione accipitur quinque sensuum externorum. 6. Atrium ante Tabernaculum, est Ecclesia militans, per quam ad æternam felicitatem est ingressus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Tria præcipiuntur. 1. Fabrica Altaris. 2. Atrij fabrica. 3. Lucernaritus in Sanctuario.

1 FAcies & altare de lignis ſetim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id eſt, quadrum, & tres cubitos in altitudine. 2 Cornua autem per quattuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære. 3 Facieſq; in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula. omnia vaſa ex ære fabricabis. 4 Craticulamq; in modum retis æneam: per cuius quattuor angulos erunt quattuor annuli ænei, 5 quos pones ſubter arulam altaris: eritq; craticula vſque ad altaris mediũ. 6 Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies laminis æneis: 7 & induces per circulos, eruntq; ex vtroque latere altaris ad portandum. 8 Non ſolidum, ſed inane & cauũ intrinſecus facies illud, ſicut tibi in Monte monſtratum eſt. 9 Facies & atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plaga contra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta: centũ cubitos vnum latus tenebit in longitudine. 10 Et columnas viginti cũ baſibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea. 11 Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & baſes æneæ eiuſdem numeri, & capita earum cum cælaturis ſuis argentea. 12 In latitudine verò atrij, quod reſpicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, baſeſq; totidem. 13 In ea quoque atrij latitudine, quæ reſpicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt. 14 In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæq; tres & baſes totidem: 15 & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & baſes totidem. 16 In introitu verò atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarij: columnas habebit quattuor, cum baſibus totidem. 17 Omnes columnæ atrij per circuitum veſtitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & baſibus æneis. 18 In longitudine occupabit atriũ cubitos centum: in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit. fietq; de byſſo retorta, & habebit baſes æneas. 19 Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. 20 Præcipe filijs Iſrael vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarũ puriſſimũ, piloq; contuſum: vt ardeat lucerna ſemper 21 in tabernaculo teſtimonij, extra velum quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vſque manè luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſsiones eorum à filijs Iſrael.

Exegeſis.

1 ALtaris fabrica præcipitur. 1. Ex lignis ſetim, longitudine quinque cubitorum, latitudine totidem, altitudine trium cubitorum. * 2. Prominentibus quatuor angulis, quaſi quatuor cornibus: ex ipſa altaris materia productis. 3. Ære totum altare operiente. * 4. Inſtrumenta præcipiuntur ad vſum ſacrificiorum. quæ erant lebetes ad excipiendos cineres; vaſa ad trahendũ, & remouendum, & deferendum; vt forcipes; vt fuſcinulæ ad carnem ex olla extrahendam; vt thuribula ad accipiendum ex altari ignem, eumq; ad altare thymiamatis deferendum; aliaq; vaſa; omnia ex ære.

1 2 3 4 * 5. Præcipitur craticula cũ arula ei annexa. Excipiebat craticula victimas, & arula

5 6 ſub craticula excipiebat ligna ad victimã

7 comburendam. Erat craticula in ſuperfi-

8 cie ſuperiori altaris, arula in medio altari. Erat altare vacuum inter craticulam, & arulam; erat plenum terra, vel lapidibus ſub arula. Erant ſub arula quatuor anuli, ad arulam cũ craticula deferendam: erant & vectes ex lignis ſetim, operti laminis æreis, inducti circulis, ad altare deferendũ.

9 * 2 Atrij fabrica præcipitur circa Ta-

10 bernaculum, vt ſit quaſi murus circundãs

Digitized by Google

Tabernaculum. 1. Longitudo atrij centũ cubitorũ, latitudo quinquaginta, altitudo quinque cubitorum. 2. Columnæ ex parte auſtrali viginti, totidem ex parte aquilonari, decem ex parte occidentis, decem ex parte orientis: ex ære, cum baſibus æreis, veſtitæ laminis argenteis, capitibus argenteis. 3. Tentoria columnis appenſa, ex byſſo retorta: ſed tentorium vnum cubitorum viginti in ingreſſu atrij ex parte orientali quatuor medijs columnis appenſum, ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta. 4. Vt omnia vaſa Tabernaculi, & paxilli ad ſuſpendenda columnis atrij tentoria, ſint ex ære.

* 3 Præcipiuntur tria. 1. Vt offeratur ab Iſraelitis oleum oliuarum puriſſimum, pilo contuſum. 2. Vt in Sanctuario ſit lucerna ardens tota nocte. * 3. Vt eius lucernæ miniſtri ſint Aaron, & filij eius in perpetuum.

Intepretatio litteralis.

QVoniam non id agimus, vt omnia dubia, quæ circa textum ſacrum occurrunt, cõfutentur; ſed difficiliora tantum, & ea quæ dogmaticæ interpretationi materiam exhibent: quia cæterum huius capitis textus eſt clarus; quæſtiones, quæ fieri poſſent, omittimus. qui eas volet, conſulat Abulenſem.

Catholica dogmata, quæ ex toto hoc capite cõfirmari poſſũt, ea ſunt. 1. *a* Oportere aliqua ſpecialia obſeruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerẽtiam adducantur. Ecce quàm multa Deus in hoc capite, ac in alijs Exodi locis præcipit obſeruari. 2. *b* Materialia, & ſenſibilia quædam, vt Templa, altaria, ſacra vaſa, & ſimilia, conuenienter in cultum dicari Deo. Nam cum homo conſtet nõ ſolum ex anima, ſed etiam ex corpore, debet externum etiam corporis cultum Deo exhibere: ei autem cultui conueniunt materialia, & ſenſibilia inſtrumenta. 3. *c* Congruum eſſe adorationi externæ, determinatum locum adhibere. Deus Iſraelitis Tabernaculum, & atrium Tabernaculi determinauit.

* *Præcipe filijs Iſrael vt afferant tibi oleum*, &c. *d* Sunt Sacerdotibus oblationes offerendæ, vt ad diuinum cultum expendant.

Allegoria.

VEtera ſacrificia figura fuerunt vnius ſacrificij à Ieſu Chriſto offerendi. Appellat ea ſacrificia Paulus exemplaria, & vmbras reſpectu ſacrificij Ieſu Chriſti, Hebr. 8. 5. & 9. 8, 9, 23. & 10. 1. Altare autem, in quo peractum eſt Chriſti ſacrificium, eſt Crux. * *e* Ergo vetus Altare, Crucis figura fuit; non ſolum altarium, in quibus ab Eccleſia Chriſti ſacrificium incruentè offertur. Ligna ſetim, quatenus leuia, pulchra, & incorruptibilia, puritatis, & ſanctitatis ſymbola ſunt. ergo altare de lignis ſetim, eſt Crux habens ſibi affixum Chriſtum ſumma innocentia, & ſanctitate præditũ. *b* Altaris longitudo, ſunt effectus & opera Crucis quatenus perpetuò duratura. *c* Latitudo, eſt virtus Crucis, quatenus ſe ad omnis ſpiritualis boni effectum extendens. *d* Altitudo, eſt operum Crucis perfectio, Rom. 8. 39. & 11. 33. 588. 589.

* *e* Quatuor altaris cornua, eſt virtus quadruplex Crucis, & efficacitas, quam habet ad Diabolum debellandum, & viſibiles Eccleſiæ hoſtes, & peccatum, & mortem. Cornu, ſymbolũ eſt potentiæ, Deut. 33. 17. Pſal. 17. 3. & 43. 6. *f* Altare opertum ære, eſt Crux habens Chriſti humanitatem ſibi affixam, conſtantem ære fortiſſimo diuini Verbi hypoſtaticè vniti, cui fortitudo eſt infinita. Æs enim fortitudinis ſymbolum eſt, Pſal. 17. 35. & 106. 16. Iſa. 45. 2.

Ierem. 15. 20. * Lebetes ad excipiendos cineres ſunt vel corda Fidelium, quatenus myſteria dominicæ paſſionis, *g* & tantum humilitatis diuinæ exemplum, qui à cinere figuratur, meditatione recondũt. *h* Vel Chriſti ſepulchrum, quatenus Chriſti corpus mortuum excepit. Forcipes, & fuſcinulæ, ſimiliaq; inſtrumenta ſacrificij, ſunt *i* vel Iudæi, ac Gentiles, qui morti Chriſti cooperati ſunt. K Vel Columna, claui, lancea, ſpinæ, & alia inſtrumenta dominicæ paſſionis. Ignium receptacula ſunt vel ipſæ mentes Fidelium, quatenus Chriſti charitatem meditantur. *l* Vel Eccleſię Sacramenta, quæ diuini in nos amoris vaſa ſunt, quatenus ex Chriſti paſſione efficacitatem habent ad gratiam communicandam. * *m* Craticula in modum retis ænea, dominicæ paſſiones ſunt, & foramina vulnerum; quibus plagatum fuit corpus Filij Dei. *n* Arula ſub craticula, in qua ignis ardebat ad ſacrificia conſumenda, eſt Cor Ieſu Chriſti, ardens zelo diuinæ gloriæ, ac ſalutis animarum. * *o* Circuli, Quatuor Euangelia: *p* Vectes, Prædicatores. qui dum crucem dominicam prædicant vt eam Euangeliſtæ narrant; quaſi vectes circulis inſerti altare per mũdi deſertum portant. * Non ſolidum, ſed inane, & cauum intrinſecus erat altare: vt non eſſet nimium oneroſum, ac facilius poſſet geſtari: vt eſſet locus ad ligna, ignemque recipiendum. *q* Id Chriſti crucem figurabat, quatenus & fuit Chriſto, ob Patris voluntatem; & eſt nobis ob Chriſti exemplum, iugum ſuaue, & onus leue. *r* Et quatenus Chriſtus in Cruce formam peccati, noſtraque peccata ferens, quaſi extrinſecè

æs

Digitized by Google

æs induit: cum tamen intrinsecus summè innocens, omni peccato vacuus esset.

9 * 2 *s* Atrium, Ecclesiæ militantis figura fuit: vt volunt *t* Patres, & indicat Ioannes Apoc. 11. 2. Quid igitur figurarunt atrij tentoria, columnæ, ingressus? 1. Tentoria quasi vallum, murusq; se habebant. *u* Ita se habent in Ecclesia fides, & gratia: quibus Christo capiti vnimur. Byssus, ex quo erant tentoria, quatenus candidissimus, doctrinæ cælestis, & gratiæ symbolum est, Ezech. 16. 10. Apoc. 19. 8. Nihil autem diuina doctrina, nihil gratia candidius.

10 * 2. *x* Columnæ, Prophetarum, & Apostolorum, & Ecclesiæ Doctorum symbolum sunt: super quibus constructum est ædificium Ecclesiæ, Prou. 9. 1. Cant. 3. 10. Gal. 2. 9. Hos ergo colūnę atrij figurarunt.

11 * *y* Bases æneæ columnarum, est soliditas, ac veritas doctrinæ, quam Ecclesię Doctores prædicant: *z* cælaturæ argenteæ in capitibus columnarum, est doctrinæ puritas, atque præstātia. Nam basis columnę, symbolum est sapientiæ, ex qua virtutem, ac firmitatem recipiunt actiones, Eccli. 6. 30. Argentum autē symbolum est verbi Dei, Psal. 11. 7. & Perfectionis, Prou. 10. 20. & Sanctitatis, Eccli. 30. 15.

16 * 3. *a* Ingressus in atrium, est Iesus Christus: per cuius merita, & gratiā est ingressus in Ecclesiam, & fidem. *b* Quatuor columnæ in ingressu, sunt quatuor Euāgelistæ; qui Christi gesta narrant. *c* Tres aditus inter quatuor columnas, est fides Trinitatis, quā Euangelistæ docent: *d* & ingressus in Ecclesiam per Baptismum. baptizamur enim in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Tentorium, siue velum polymitum in ingressu; est fides mysteriorū Christi: quibus nostra cognitio, quasi viuis coloribus pingitur.

20 * 3 *e* Lucerna in Tabernaculo est lumē fidei, vt supra dictū est. *f* Oleum ergo, quo ardet lucerna Sāctuarij vsque mane; sunt Opera bona, præsertim quæ ad misericordiam spectant. quæ efficiunt vt fides viua in nobis seruetur in huius sæculi nocte, donec aduenīat mane felicitatis æternæ. Lucerna, symbolum diuinæ doctrinę, Psal. 118. 105. Oleum, opera bona, Psal. 140. 5. Matt. 25. 3. Nox, hoc sęculum, Cant. 3. 1. & 5. 2. ex Greg. Mane, felicitas, Isa. 14. 12. & 33. 2. & 58. 8. Amos 5. 8. Fides autem sine operibus mortua est, Iac. 2. 17, 26.

Tropologia.

ACtus amoris, quo homo in alia bona fertur, præter Deum, non secundum regulam rationis, & contra Dei voluntatem; Concupiscentia solet appellari & Amor proprius, & propria voluntas. Fit autem eo actu iniuria Deo, quatenus non amatur vt finis vltimus, & summum bonum, & omnium Dominus. Contrarius autem actus, quo, obluctante licet concupiscentia, Deus diligitur super omnia, ei soli gloria tribuitur, eius voluntati obsequium præstatur; *a* Sacrificium iustitiæ nominatur. quod Deus cęteris victimis, & ipsis holocaustis præfert, Psal. 50. 18, 19, 21. Habet autem ille actus rationem sacrificij: quia per illum voluntas propria mactatur in obsequium Dei. Habet & rationem iustitię: quia per illum redditur Deo, quod ipsi Deo debetur, obsequium, & gloria. Habet hoc sacrificium altare suum, nempe cor hominis iusti. Quæ igitur de altari veteri in hoc capite scribuntur, ad altare cordis transferre licet. Neque cuiquam dubium esse debet: cum & Patres id faciant, & ita faciendum esse indicet *b* Paulus, qui hæc, & similia scripta dicit propter nos, & ad instructionem nostram, & vetera sacrificia vocat exemplaria, & vmbras futurorum. Ergo vetus altare cordis hominis iusti figura fuit.

1 * 1. *c* Altare de lignis setim, est cor incorruptionem habens, & pulchritudinem gratiæ. 2. *d* Altitudo, est spes, qua cor ad Deum, cęlestemque patriam anhelat. 3. *e* Longitudo, est in bonis operibus perseuerantia. 4. *f* Latitudo, est charitas, quæ in omnes extenditur, etiam ad inimicos.

2 * 5. *g* Quatuor altaris cornua, sunt quatuor virtutes cardinales: quibus concupiscentijs obsistitur. 6. *h* Æs, quo altare vestitur, est Fides: qua quasi clypeo contra

3 omnes tentationes munimur. * 7. Lebetes, forcipes, fuscinulæ, thuribula; sunt sacra meditatio, examen conscientiæ, sacra lectio, *i* Sacramenta, & his similia, quibus ad iustitiæ sacrificium ritè offerendum iuuamur. *k* Omnia hęc ex ære, quatenus

4 in fidei doctrina fundātur. * 8. *l* Craticula, est omnium passionum animi mortificatio: qua cor quasi in partes scindītur, vt ignis diuini amoris ascendens, consumat

5 victimam cupiditatis. * 9. *m* Arula, est bona voluntas ignem diuini amoris excipiens.

6 * 10. *n* Circuli, vectesque ad portandum, studia sunt, ac diligentiæ, quæ ad

7 progrediēdum in via diuini seruitij adhibentur.

8 * 11. *o* Debet altare cordis vacuum esse: ne terrenarum rerum, ac temporalium curę, cogitationes, affectusque cęlestes impediant.

a *p.* 620.
t *Orig. in Leuit. hom.* 5.
Basilius in Psal. 28. *hom.* 1.
August. in Psal. 95.
u *p.* 623. 624.
x *p.* 634. 636. 637. 638.
y *p.* 1369. 1373.
z *p.* 1378.
a *p.* 573. 575. 578. 588.
b *p.* 635.
c *p.* 1318.
d *p.* 755. 756.
e *p.* 1316. 1342.
f *p.* 1037. 1343.

a *Psal.* 4. 6. *Malach.* 3. 3.
b 1. *Cor.* 9. 10. 2. *Timot.* 3. 16. *Hebr.* 8. 5. *et* 9. 8, 9, 23. *&* 10. 1.
c *p.* 363.
d *p.* 1438. 1440.
e *p.* 379. 2250.
f *p.* 1520. 1522. 1531.
g *p.* 255. 263. 264. 681.
h *p.* 1316. 1332.
i *p.* 750.
k *p.* 1330.
l *p.* 2257.
m *p.* 1039.
n *p.* 1732. 1767.
o *p.* 661.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Eliguntur in Sacerdotes Aaron, & filii: & Summi Sacerdotis veſtes describuntur: 1. Ephod ſiue superhumerale. 2. Rationale cum duodecim gemmis. 3. Tunica hyacinthina, in qua erant mala punica cum tintinnabulis. 4. Tiara cum lamina aurea, cui inscriptum erat Sanctum Domino. *5. Tunica linea cum baltheo. 6. Femoralia. Filiorum Aaron veſtes numerantur: Tunica linea, balthei, Tiara, & feminalia.*

1 APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. 2 Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. 3 Et loqueris cunctis ſapientibus corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. 4 Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient: Rationale, & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum. Facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filijs eius, vt ſacerdotio fungantur mihi. 5 Accipientq; aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, & byſſum. 6 Facient autem ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. 7 Duas oras iunctas habebit in vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeant. 8 Ipſa quoque textura & cũcta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta. 9 Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael: 10 ſex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. 11 Opere ſculptoris & cælatura gemmarij, ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael, incluſos auro atque circundatos: 12 & pones in vtroque latere ſuperhumeralis, memoriale filijs Iſrael. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrumque humerum ob recordationem. 13 Facies & vncinos ex auro, 14 & duas catenulas ex auro puriſſimo ſibi inuicem cohærentes, quas inſeres vncinis. 15 Rationale quoque iudicii facies opere polymito iuxta texturã ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta. 16 Quadrangulum erit & duplex: menſurã palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine. 17 Poneſq; in eo quattuor ordines lapidum: in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus: 18 in ſecundo carbunculus, ſapphirus, & iaſpis: 19 in tertio ligurius, achates, & amethyſtus: 20 in quarto chryſolithus, onychinus, & beryllus. incluſi auro erunt per ordines ſuos. 21 Habebuntque nomina filiorum Iſrael: duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus. 22 Facies in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex auro puriſsimo: 23 & duos annulos aureos, quos pones in vtraque rationalis ſummitate: 24 catenaſq; aureas iunges annulis, qui ſunt in marginibus eius: 25 & ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit. 26 Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus rationalis, in oris, quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciũt. 27 Necnon & alios duos annulos aureos, qui ponẽdi ſunt in vtroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſsit cum ſuperhumerali, 28 & ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem rationale, & ſuperhumerale nequeant ſeparari. 29 Portabitq; Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicii ſuper pectus ſuum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. 30 Pones autem in rationali iudicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper. 31 Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, 32 in cuius medio ſupra erit capitium,

Digitized by Google

pitium, & ora per gyrũ eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur. 33 Deorsum verò, ad pedes eiusdem tunicæ, per circuitum, quasi mala punica facies, ex hiacyntho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, 34 ita vt tintinnabulum sit aureum & malum punicum: rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. 35 Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. 36 Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. 37 Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, 38 imminens fronti Pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filii Israel, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit eis Dominus. 39 Stringesque tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, & balteum opere plumarii. 40 Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras in gloriam & decorem: 41 vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. 42 Facies & feminalia linea, vt operiant carnẽ turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora: 43 & vtentur eis Aaron & filii eius quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare vt ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini eius post eum.

Interpretatio litteralis.

Applica, &c. hebr. Appropinquare fac. 1 *a* Est à Deo vocatio ad præclara in Ecclesia munera exercenda. *b* Innitur potestas, & gradus Episcopalis super gradum Sacerdotalem. *Vt sacerdotio fungatur mihi*, *c* Innuitur Ordinis Sacramentũ quo spiritualis potestas ad sacra ministeria confertur ordinato. *d* Est in ecclesiastica Hierarchia Sacerdotes sacrificij ministros. * *Faciesq; vestem sanctam*, &c. 2 Intelligimus 1. *e* Sacros in ordinis susceptione, & ei Sacramento congruos ritus esse. 2. *f* Vestes sacrorũ ministrorum esse conuenienter institutas. 3. *g* Materialia, & sensibilia quædam, vt vestes conuenienter in cultum dicari Deo. *In gloriam, & decorem.* Vt sacra vestium ornamenta excitent inuentium animos ad Sacerdotij maiestatem contemplandam. Sacerdotij dignitas indicatur. * *Sapientibus corde*, 3 Peritis, & ingeniosis artificibus. *h* Est in intellectu habitus inclinans cum recta ratione ad opus faciendum, quatenus opus illud conueniens est homini non vt homo, sed vt animal est: qui habitus Ars appellatur. *Quos replevi spiritu prudentiæ*, *i* Prudentia ample sumitur pro rectitudine discretionis in actibus quibuscunque. Indicant hæc verba 1. *k* Omnia à diuina voluntate pendere. 2. *l* Bonorum esse auctorem Deum. 3. *m* Concurrere Deum immediatè ad omnem rerũ creatarum operationem. *In quibus sanctificavit ministret mihi.* hebr. Ad sanctificationem eius vt sacerdotio fungatur mihi. Sanctificare, interdum idem est quod Parare, c. 2919. *n* Conueniens est ante sacrificium diligenter animam præparare. Interdum sanctificare est consecrare. Conueniens est *o* certos in ordinis susceptione, *p* & in ipso sacrificio ritus esse.

6 * *Superhumerale*, hebr. חשפן *Ephod* à radice אפד *Aphad*, superinducere. Erat pallium Summi Sacerdotis, supra cæteras vestes sacerdotales, cum manicis, cubitali mensura, intextum filis variorum colorum, cũ lacuna in medio pectoris ad Rationale inserendum, habẽs in humeris duos lapides onychinos, in quibus erant insculpta duodecim nomina filiorum Israel; cum duabus oris in vtraque humeri parte, vt facilius posset Pontifex caput inserere; quæ oræ deinde nectebantur fibula. Erat aliud ephod byssinum, quo vtebantur alij Sacerdotes, & Leuitæ, & interdum laici in 9 cultu diuino. * *Sumesq; duos lapides onychinos.* LXX. Smaragdos. Iosephus vocat 12 Sardonyches. * *Memoriale filiis Israel. Portabitque coram Domino ob recordationem.* Recordari, respectu Dei, est benefacere, c. 2702. & effectis ostendere se nostri cognitionem habere, c. 7242. Ergò illa, quã Pontifex sacrificaturus faciebat filiorum Israel representatio, significabat *q* & officium mediatoris in Sacerdote, *r* & exorabilitatem in Deo, *s* ac retũ omnium cognitionem, *t* & beneficentiam.

13 * *Facies & vncinos ex auro, & duas* 14 *catenulas*, &c. Ad sustinendum pondus rationalis, quod præterea quatuor annulis, existẽtibus in quatuor eius angulis, superhumerali alligabatur. *Sibi invicem cohærentes*, Quarum singulæ circuli inuicem innexi

Digitized by Google

innexi cohæreant, vt accidit catenis. Id innuit hebr. Facies eas opere plectili. & LXX. facies eas commixtas in floribus, id est, instar florum. vt sicut flos flori inserto innectitur, ita circulus circulo in catenis.

* *Rationale*, Operimentū duplex innexum superhumerali ante pectus Pontificis, ornatum duodecim lapidibus, in quibus erant insculpta duodecim nomina filiorum Israel. LXX. λόγιον, Rationale Latini appellāt, siue quod inserta illi erāt, *Doctrina*, & *Veritas*, quibus admonebatur Pontifex officij sui. siue quod per illud Deus docebat Pontificem quæ responsa deberet populo dare. Ob id appellabatur *Rationale iudicij*. Iudicium enim sumi in Scripturis sanctis solet & pro Determinatione rationis, can. 1792. & pro eo, quod quisque facere debet, c. 1793.

* *In primo versu erit lapis Sardius*, &c. Recipimus nomina harum gemmarum, vt habētur in vulgata editione cum Hieronymo, qui fuit hebraicę linguę peritissimus. Quæ autem sint cuiusque gemmæ natura, & proprietates, consulendi naturales historici, ex quibus præcipua quædā collegimus, & in tertiam nostræ Introductionis partem coniecimus dist. 7. de sacra historia cap. 4.

Memoriale coram Domino in æternū.

u p. 16. 94. 55. 747. u Vid. sup. v. 12.

* *Pones in rationali iudicii Doctrinam, & Veritatem*, hebr. תמים ואת אורים *Vrim, Tummim*. Si *Vrim* deducas ab אור, lux, significabit luces, illuminationes. *Tummim*, à תמם *Tamam*, Perfecit, complevit, significabit Integritates, perfectiones. Rectè vulgata vertit *Doctrinam, & veritatem*: nam lux symbolum est doctrinæ, ac proinde doctrina lucis nomine solet appellari. *Veritas*, significare solet perfectionem, & integritatem, Io. 8, 44. Quid Deus iusserit in rationali poni, cum iussit poni Doctrinam, & Veritatem, varia Doctores opinantur. Putarim cum Aug. l. 2. in Ex. q. 117. iussisse Deum insculpi litteris in medio rationali *Vrim* & *Tummim*; vt iussit sculpi in lamina super tiaram, *Sanctum Domino*. Volebat Deus significare duo. Primò, esse Summum Sacerdotem Vicarium Dei, ac Deum ipsum repræsentare. Nam *Vrim*, id est, luces, nempe omnis lux, id est, summa cognitio, & doctrina, vt expressit vulgata, est solus Deus, Sap. 7, 26. Io. 1, 5. Iac. 1. 17. Item *Tummim*, Perfectiones, id est, summa Perfectio, Veritas absolutè; est solus Deus. a Nomina enim abstracta nullam imperfectionē includētia, sunt nomina diuina: vt, Veritas, Vita, Sapientia. Significant enim perfectionem illimitatam: qualis est solius Dei. Deinde volebat Deus illis verbis indicare, Sacerdotem esse debere plenum doctrina, & sanctitate. Ex his intelligimus plura duobus verbis dogmata contineri: 1. *b* Deum habere omnē scientiam, cognoscere omnia, *Pones doctrinam*. 2. *c* Deum esse ens omnem perfectionē habens, *Pones perfectiones*. 3. *d* Deum esse summē sanctum, *Pones integritates*. 4. *e* Deum esse summam, ac primam veritatem, *Pones veritatem*. 5. *f* Ad Summum Pontificem pertinere regulam fidei proponere, *Pones in rationali iudicii doctrinam, & veritatem*. 6. *g* Esse à Christo Domino in Ecclesia tributos Doctores. id indicant eadem verba. 7. *h* Perfectum esse debere Sacerdotem, & omni virtute ornatum, *Pones integritatem, perfectiones*. 8. *i* Esse verbi ministros in Ecclesia, quibus ex officio competit prædicatio, *Pones doctrinam*. 9. *k* Verbi ministros debere doctos esse, *Pones doctrinam*. 10. *l* Verbi ministros debere sanctos esse, ac virtutibus ornatos: vt eorum exemplo confirmetur quod docent, *Pones perfectiones*.

a S. Th. 1. p. q. 13. a. 2. et q. 20. a. 1. ad 2.

b p. 16.
c p. 4.
d p. 43.
e p. 8.
f p. 1355. 1359.
g p. 637.
h p. 648. 650.
i p. 700.
k p. 702.
l p. 701.

Et gestabit iudicium filiorū Israel in pectore suo, Gestabit Rationale iudicij. Metonymia, qua per effectum causa significatur. Ex rationali pendebat iudicium filiorum Israel; quatenus nominibus filiorum Israel quasi monebatur Deus vt illis prouideret; & Pontifex vt oraret, ac precaretur eam prouidentiam.

36 * *Sanctum Domino*. hebr. קדש ליהוה *Qodesh laihouah*, Sanctitas Domini, Domino, ad Dominum, secūdum Dominum. Omnium harum versionum occasionem præbet littera lamed. *Iehouah*, est nomen proprium Dei. Est inscriptio plena significationis. 1. *Sanctitas Domini*, id est, *n* Ipse Dominus sanctus est, Nō est alius sanctus nisi Dominus. *o* Sanctitas enim munditiā, & firmitatem significat. Solus autē Deus est Actus purus, solus immutabilis. Sanctitas Domini, in fronte Summi Sacerdotis inscribitur: quia Summus Pontifex Deum repræsentabat; siue Summum Sacerdotem Iesum Christum verū Deum. Vel *Sanctitas Domini*, id est, Cultus, Religio veri Dei, Nō est alia Religio sancta, nisi Religio Domini. Sanctum dicitur, quod diuino cultui dicatū est, Exod. 12. 16. Ea inscriptio significabat vestes Pontificis diuino cultui esse dicatas, qui verus cultus est. Indicat *p* colendum esse Deum: *q* & actum sanctitatis esse diuinum cultum. 2. *Sanctitas Domino*, id est, Sancta Domino offerenda. Vel *r* Sanctitas omnis Domino tribuenda, Ipse sanctificandus, vt sanctus celebrandus. Vel *s* sacras illas vestes Deo dicatas esse. 3. *Sanctitas ad Dominum*, id est, Cum sanctitate ad Dominum accedendum. *t* Admonebat ea inscriptio Pontificem sanctitatis, cum qua ad sacri-

n p. 4. 12. 43.
o S. Thom. 2. 2. q. 81. a. 8.
p p. 37. 1915.
q p. 1916.
r p. 37. 39.
s p. 846. 1919.
t p. 650. 1920.

Digitized by Google

sacrificandum debebat accedere. 4. *Sanctitas secundum Dominum*, quasi diceret,
u p.844. u Is ornatus Pontificius est cultus, ac ritus, prout exigit verus *Deus*, vt verus *Deus* præscribit; secundum veram religionem, nō secundum falsam idolorum. Vt omnia hæc complecteretur, obscurè vertit vulgata, *Sanctum Domino*.

* *Portabitq; Aaron iniquitates eorum,* 38 *quæ obtulerunt, & sanctificauerunt filii Israel, in cunctis muneribus, & donariis suis.* Portat Sacerdos iniquitates populi, quatenus mediator est ad *Deum*, & illum pro peccatoribus supplicat. Accipit autē iniquitates populi ad portandum, quatenus accipit munera, quæ affert populus pro peccatis; vt ea offerat Sacerdos *Deo*.
x p.646. 745. x Sunt in Ecclesia Sacerdotes sacrificij ministri. *Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit eis Dominus.* Ea intentione gestabit in fronte nomen Domini, vt ea protestatione diuinæ sanctitatis, placet populo Dominū, inducatq; ad sanctitatem populo largiendam. Intelligimus
y p.1721. 1. y Rectam in omni opere, præsertim in sacrificio, intentionem habendam. 2.
z p.747. z Sacrificio, si ritè offeratur, placari Deum.

* *Tunicas lineas parabis*, &c. *Conse-* 40
a p.847. *crabis manus*, &c. a Sacri in ordinis susceptione, eique Sacramento congrui ritus sunt.

Interpretatio mystica.

COmmunis Patrum sententia est veteris Pontificis vestes mysteriorū plenas fuisse. Igitur operæpretium est ea mysteria indagare.

Anagogia.

ANagogia indicatur Sap. 18. 24. *illis* verbis: In veste poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentū magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat. Iam si vestis poderis erat orbis terrarum: ergo aliæ vestes erant aliæ mundi partes. Cuius autem est vestimētum mundus, nisi diuini Verbi? Canit enim de diuino Verbo, &
a Psal. 101. 26. Hebr. 1. 10. creaturis Dauid: a Tu in principio Domine terrā fundasti: & opera manuum tuarum sunt cęli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autē idem ipse es, & anni
b p.58. c p.59. 78. d S. Thom. 1.2. q. 102. a. 5. ad 10. p.103. tui non deficient. Ergo * 1. b Moyses est 1 Pater, c Aaron est Verbum diuinū, Filius Dei; quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vt per suū sacrificium mundum sanctificaret. d 2. Femoralia, & tunica byssina, erat terra, quia infima, & ex calino nascitur. 3. e Tunica hyacinthina, e p.106. suo colore aerem repræsentabat. cuius tintinnabula tonitrua significabant, & malogranata coruscationes, f & baltheus nubes, ac mare. 4. Superhumerale sua varietate g cælū sydereum exprimebat: h Duo f p.111. lapides onychini, solem, & lunam: Duo- g p.101. decim gemmæ in pectore, duodecim signa h p.108. in Zodiaco. 5. i Tiara, significabat cęlum i p.101. Empyreum. 6. k Lamina aurea, Deum k p.1. omnibus præsidentem.

Altera Anagogia.

INdicat S. Paulus in Epistola ad Hebræos veterem Summum Sacerdotem fuisse figuram Iesu Christi. Ergo vestes veteris Pontificis figura fuerunt vestium ad Iesum Christum attinentium, vt Summus Sacerdos est; qui perpetuò offert Deo Patri preces pro nobis, & sacrificia, quæ in Ecclesia militante offeruntur.

1. a Femoralia byssina, Christi caro pu- a *Ambr. Hie-*
rissima. 2. b Tunica byssina, Christi anima *ron. Origen.*
plena gratia. 3. c Aaron, Persona Verbi. *Bed. in Syl.*
4. d Baltheus, vnio hypostatica humani- *Alleg. v. Tu-*
tatis cum Verbo. 5. e Tunica hyacinthina, *nica.*
Christi Ecclesia militans: f cuius tintinna- p.434.
bula sunt Prædicatores; g Malagranata, b p.430.
Martyres, pallentes foris tribulationibus, 490.494.
rubentes intus charitate. 6. h Superhume- c p.59.425.
rale, Christi Ecclesia triumphans. 7. i Ra- d p.429.
tionale, plenitudo scientiæ, quæ est in e p.620.
Christo. 8. k Tiara, Christi potestas, & 622.
Regis, Sacerdotisque Summi dignitas. f p.700.
9. l Lamina aurea, gloria, & decor Filij g p.895.
Dei. 1392.
h p.969.
i p.491.
k p.475.
478.486.
l p.487.
488.

Allegoria.

QVoniam Aaron figura est Iesu Christi, vt supra dictum est: ergo vestes Aaron, quibus induebatur ad sacrificium, figura sunt mysticarum vestium, quibus sacrificaturus seipsum in Cruce, indutus est *Dominus* Iesus, Christus.
1. a Femoralia, Christi nuditatem signifi- a p.555.
cant; opprobrium, quod passus est Filius *Dei*, cū flagellis est cæsus, & cruci affixus.
2. b Tunica byssina, est alba vestis, qua b p.554.
delusus est Christus tanquam fatuus ab Herode. 3. c Tunica hyacinthina cum c p.550.
tintinnabulis, & malogranatis; sunt op- 551.559.
probria Iudæorum contra Christum, & clamores Crucifige crucifige, & Sacerdotum, ac Scribarum consilia contra illum.
4. d Superhumerale, opprobrium flagel- d p.555.
lorum ad columnam, & vestis purpurea.
5. e Rationale, Crucis ignominia: f Gem- e p.544.
mæ, peccata quæ pro nobis luebat in Cru- f p.584.
ce. 6. g Tiara, corona spinea. 7. h Lamina g p.556.
aurea, Crucis titulus, Iesus Nazarænus h p.554.
Rex Iudæorum.

Digitized by Google

Altera Allegoria.

CVm vetus Sacerdotium Chriſtiani Sacerdotij figura fuerit: proinde Aaron figura fuit Sacerdotum nouę legis,
i p.846. & *i* veſtes Aaron pro ſacrificio figura veſtium noſtrorum Sacerdotum pro euchariſtico ſacrificio. Ergo 1. Femoralia, ſuperpelliceum ſignificãt, & veſtem clericalem. 2. Tunica byſſina, Albam indicat. 3. Baltheus, eſt Cingulum. 4. Tunica hyacinthina, eſt Planeta. 5. Superhumerale cum Rationali, Stola. 6. Tiara, Amictus.
k Dur. in Ration. l. 3. c. 9. 7. K Lamina aurea, Crux quam Epiſcopi geſtant ſupra pectus.

Tropologia.

a p.650. a COmmunis Interpretum ſententia eſt, ſymbola eſſe veſtes ſacerdotales virtutum, quibus ornatus eſſe Sacerdos debet, vt bonus ſit ſacrorum miniſter.
b p.2313. S. Aug. in Exod. lib. 2. q. 122. Igitur 1. *b* Femoralia, puritatem indicant corporis, & caſtimoniam. 2. *c* Tunica byſſina, eſt puritas animi, & gratia: cum qua eſſe debet, qui ſacra miniſtrat.
c p.363. 701. 3. *d* Baltheus, eſt ſtudium mortificationis ad coercendas concupiſcentias. 4. *e* Tunica hyacinthina cum tintinnabulis, & malogranatis, eſt meditatio, *f* cõtemplatioq; diuinorum; quæ ad prædicationem terminetur, *g* cuius ſymbola ſunt tintinnabula; & ad iuuandum Fidelium cætum, *h* quem ſignificant malogranata: vita enim Sacerdotum propria eſt vita mixta, cuius actio pẽdet à contemplatione. 5. *i* Superhumerale cum onychinis inſculpta habentibus nomina filiorum Iſrael; ſunt labores, & miniſteria, in quibus ſemper eſſe debet Sacerdos pro auxilio animarum. 6. *k* Tiara, eſt dignitas ſacerdotalis, & poteſtas in corpus reale, ac myſticum Chriſti. 7. *l* Lamina aurea, eſt pura intẽtio diuinæ gloriæ, ad quam dirigere ſua miniſteria Sacerdos ſemper debet; *m* & imitatio Chriſti, quã in omnibus ſuis operibus debet ſemper exprimere. 8. *n* Rationale Doctrinæ, & Veritatis cum duodecim gemmis, in quibus inſculpta nomina filiorum Iſrael; indicat doctrinam, & perfectionem apoſtolicam, quæ debet eſſe in Sacerdote. Nam duodecim Patriarchæ Iſraelitarum, figura ſunt duodecim Apoſtolorum: & *o* Apoſtolorum ſymbola ſunt Rationalis duodecim lapides, vt indicat *p* S. Ioannes in Apocalypſi. Perfectionem chriſtianam, quæ maximè in Sacerdote debet eſſe, qui lux eſt mundi, ſignificari duodecim Rationalis gemmis non dubito, cũ Chriſtiani
q Gal. 5. 22 Spiritus duodecim fructus numerari *q* à Paulo video. Fructus appellat, quia vt arboris perfectio ſunt fructus: ita perfectio iuſti ſunt actus virtutum, qui prodeunt à radice diuinæ gratiæ. Perfectio ergo, quæ eſſe in Sacerdote debet, quæque à duodecim rationalis gemmis ſignificatur, eſt: Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Putarim & à duodecim gemmis, perfectę doctrinę partes duodecim ſignificari. Perfecta enim doctrina debet maximè in Sacerdote Chriſtiano eſſe, qui doctor eſt, ac iudex Fidelium. Perfecta autem doctrina, quam Eccleſia Catholica profitetur, conſtat ex triplici Theologia, Poſitiua, Myſtica, Scholaſtica; ex triplici Philoſophia, Phyſica, Mathematica, Metaphyſica; ex triplici practica doctrina, Canonum, ſacrorum Rituum, Inſtructionum; ex triplici arte dictionis, Grammatica, Dialectica, Rhetorica. Ergo

1 Lapis *Sardius*, Sacram doctrinam ſignificat. *r* Is enim lapis timorem fugat, & lętificat cor: *s* ſed nõ lucet vt aliæ gemmę. Ita *t* fidei doctrina, obſcura quidem eſt, & primo aſpectu vilis apparet ob ſimplicitatem ſermonis: ſed tamen efficacitatem habet admirabilem, pacẽ in animo parit, & conſolationẽ in cordibus. 2. *Topazius*, *u* gemma viridis coloris: *x* leuare dicitur oculorum dolorem. Animi oculus eſt intellectus: dolet intellectus, cum difficultatem patitur in intelligendo. Difficultas intelligẽtiæ valde minuitur, cum viſibilium ſimilitudines aſſumimus ad diuina percipienda. *y* Eſt ergo Theologia myſtica Topazius, quatenus ſymbolis vtitur viſibilium, vt facilem reddat intelligentiam diuinorum. 3. *Smaragdus*, *z* gemma viridis, & tranſlucida, aſpectu iucundiſſima. *a* Ea eſt ſcholaſtica Theologia. Nulla enim doctrina iucundior: quippe cum diuina, quæ materia ſunt ad ſpeculandũ per ſe iucundiſſima, rationibus lumine naturali manifeſtis, noſtroque intelligendi modo maximè congruentibus, declarare nititur, & quantum fieri poteſt confirmare.
4. *b Carbunculus*, gemma mirè ſplendida, lucens in nocte; *c* ſymbolum eſt naturalis Philoſophiæ, qua in huius vitæ nocte maximè ſplendet lumen humanæ intelligentiæ. Cuius Philoſophiæ pars præcipua eſt Phyſica doctrina, quæ in ſenſuum experientia fundatur; prębetq; fundamentum mathematicis, ac metaphyſicis euidẽtijs.
5. *d Sapphirus*, coloris aerei; *e* Mathematicæ ſymbolum: cuius pars præcipua, magiſque iucunda eſt Aſtrologia. Ea ſphærarum cæleſtium, ſtellarumq; diſtantiam, ac motum contemplatur. 6. *f Iaspis*, colore viridi, diſtinctus venulis, punctis, figuris. *g* ſymbolum eſſe videtur Metaphyſicæ: quæ res omnes in genera, formalitateſque diſtinguit. 7. *h Ligurius*, ſimilis Carbũculo; gignitur ex vrina lincis in arena concreta.

r Syl. Alleg. Abulenſ. ex Iſid. etiym. 16.
s Plin. l. 37. c. 7.
t p. 1316. 1363. 1364. 1366.
u Plin. lib. 37. c. 8.
x Syl. Alleg. v. Topazius.
y Vid. litt. t. ſupra.
z Plin. l. 37. c. 5.
a Vid. litt. t. ſup.
b Plin. lib. 37. c. 7.
c p. 265. 266. 267.
d Plin. lib. 37. c. 9.
e Vide ſup. litt. c.
f Plin. l. 3. c. 8. & 9. Dioſcor. l. 5. c. 160.
g Vide ſup. litt. c.
h Plin. l. 8. c. 38. Abulen. in Ex. 28.

Digitized by Google

creta. *i* symbolum est legum ecclesiasticarum; quę quasi stillę è lincea, id est, sapientissima sancti Spiritus mẽte in humanam Ecclesiæ Pastorũ mentem defluunt; ibiq; secundum humanum intelligẽdi modum quasi concrescunt, & sensibiles reddũtur: & quasi gemmę fulgentes lumen humanis actionibus prębent. 8. K *Achates*, varietate colorũ pulcherrimus; varias imagines exprimit, fluminum, syluarũ, animalium, & similium. *l* symbolum esse videtur sacrorũ Rituum, qui mira varietate signorum visibilium ad rerum altissimarũ contemplationem excitant mentem nostram. 9. *m Amethystus*, ad vini colorem accedit, fulgore purpureo, gratus aspectui. Dicitur fœcundare steriles, & veneni malitiam pellere. *n* symbolum est doctrinæ practicę institutionum, & modorum. Iucundum enim est artificium in prædicatione, in docendo, in arguendo, in instruendo, in alijs ministerijs sacerdotalibus. Eo artificio fœcundi reddũtur Christi ministri, id est, efficaces in iuuandis Fidelibus, & in pellendo ex animis veneno peccatorum. 10. *o Chrysolitus*, aureo colore collucet. Existimatur aurum symbolum elegantię, quæ solet in verbis esse, ac in oratione: ideo elegantes in dicendo habere dicũtur os aureum. Ergo *p* Chrysolitus politioris linguæ symbolum est, quam ars Grammatica parit. 11. *q Onychinus*, vnguis humani speciem refert. Conchilij tegumentum. Dicitur malos effectus producere timorẽ, tristitiam, iram, sed ad gemmæ sardę præsentiam nihil nocere. *r* symbolum est Dialecticæ. vt enim ex vnguibus robur digiti recipiunt: ita ex *D*ialectica vigor in scientijs existit. Conchilij tegumentum est, quatenus deseruit Ecclesiæ ad se tuendum contra Gentilium sophismata, & Hæreticorum. Onychinus vnitus Sardio non nocet: quatenus nullus existit error ex dialecticis argutijs, cum eæ secundum regulas Fidei efformantur. 12. *s Beryllus*, viridis coloris. Politur sexangula figura: quoniam hebescit nisi color surdus repercussu angulorum excitetur. *D*icitur irę motum reprimere. *t* Talis est Rhetorica: quæ suauem reddit sermonem artificio troporum, & figurarum: iram compescit, amorem excitat artificio, quo est prædita concitandorum animi motuum, & reprimendorum.

i p.1071.
k Plin. lib. 37.c.10.
l p.844. 1919.
m Plin.lib. 37.c.9.
n p.269.
o Plin.ibid.
p p.724.
q Plin. lib. 37.c.6.
Dioscor.l.2. c.10.
r p.725.
s Plin.l.37. c.5.
t p.726.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

SVMMA.

Præcipitur ritus consecrandi Sacerdotes. Iubet Deus 1. Illos lauari. 2. Vestibus sacerdotalibus indui. 3. Offerri vitulum pro peccato, & duos arietes, vnum in holocaustum, alterum in hostiam pacificam cum panibus azymis. 4. Quotidie per dies septem & Sacerdotes vngi, & altare. Præterea præscribit iuge sacrificium agni tam mane, quàm vesperi quotidie immolandi.

1 SEd & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulũ de armento, & arietes duos immaculatos, 2 panesq; azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de simila triticea cuncta facies. 3 Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes. 4 Et Aaron ac filios eius applicabis ad ostiũ tabernaculi testimonij. Cùmq; laueris patrem cum filijs suis aqua, 5 indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo. 6 Et pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, 7 & oleum vnctionis fundes super caput eius: atque hoc ritu consecrabitur. 8 Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingèsq; balteo. 9 Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras: eruntq; sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam initiaueris manus eorum, 10 applicabis & vitulum corã tabernaculo testimonij. Imponentq; Aaron & filij eius manus super caput illius, & mactabis eũ in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. 12 Sumptumque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius. 13 Sumes & adipem totũ qui operit intestina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incẽsum super altare: 14 carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eo quòd pro peccato sit. 15 Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus. 16 Quem cùm mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare.

Digitized by Google

17 ipsum autem arietem secabis in frusta. lotaq; intestina eius ac pedes pones
super concisas carnes, & super caput illius. 18 Et offeres totum arietem in in-
censum super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini.
19 Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent
manus. 20 Quem cùm immolaueris sumes de sanguine eius, & pones super ex-
tremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & super pollices manus eorum
ac pedis dextri, fundesq; sanguinem super altare per circuitum. 21 Cumq; tule-
ris de sanguine qui est super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes
eius, filios & vestimenta eorum. 22 Consecratisq; ipsis & vestibus, tolles adipem
de ariete, & caudam & aruinam, quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos
renes, atque adipem, qui super eos est, armumq; dextrum, eo quòd sit aries con-
secrationis: 23 tortamque panis vnius, cruſtulam consperſam oleo, laganum de
canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini: 24 ponesq; omnia
super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino.
25 Suscipiesq; vniuersa de manibus eorum: & incendes super altare in holocau-
stum, odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio est eius. 26 Sumes
quoque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisq; illud ele-
uatum coram Domino, & cedet in partem tuam. 27 Sanctificabisq; & pectuscu-
lum consecratum, & armum quem de ariete separasti, 28 quo initiatus est Aaron
& filij eius, cedentq; in partem Aaron & filiorũ eius iure perpetuo à filijs Israel:
quia primitiua sunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.
29 Vestem autem sanctam, qua vtetur Aaron, habebunt filij eius post eum, vt vn-
gantur in ea, & consecrentur manus eorum. 30 Septem diebus vtetur illa qui
pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius, & qui ingredietur tabernaculum
testimonij vt ministret in Sanctuario. 31 Arietem autem consecrationis tolles,
& coques carnes eius in loco sancto: 32 quibus vescetur Aaron & filij eius.
Panes quoque, qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedẽt,
33 vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena
non vescetur ex eis, quia sancti sunt. 34 Quòd si remanserit de carnibus conse-
cratis, siue de panibus vsque manè, combures reliquias igni: non comedentur,
quia sanctificata sunt. 35 Omnia, quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filii
eius. Septem diebus consecrabis manus eorum: 36 & vitulum pro peccato offe-
res per singulos dies ad expiandum. Mundabisq; altare cùm immolaueris expia-
tionis hostiam, & vnges illud in sanctificationem. 37 Septem diebus expiabis al-
tare, & sanctificabis, & erit Sanctum sanctorum. omnis, qui tetigerit illud, sancti-
ficabitur, 38 Hoc est quod facies in altari: Agnos anniculos duos per singulos
dies iugiter, 39 vnum agnum manè, & alterum vesperè, 40 decimam partem
similæ consperſæ oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, & vi-
num ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. 41 Alterum verò agnum offe-
res ad vesperam iuxta ritum matutinę oblationis, & iuxta ea quæ diximus in odo-
rem suauitatis: 42 sacrificium est Domino, oblatione perpetua in generationes
vestras, ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, vbi constituam vt lo-
quar ad te. 43 Ibiq; præcipiã filijs Israel & sanctificabitur altare in gloria mea.
44 Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filijs suis,
vt sacerdotio fungantur mihi. 45 Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque
eis Deus, 46 & scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de Terra
Ægypti, vt manerem inter illos: ego Dominus Deus ipsorum.

Interpretatio litteralis.

a p.847. HOc *facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur*, &c. *a* Sacri in-
Ordinis susceptione, & ei Sa-
cramento congrui ritus sunt.
Immaculatos, hebr. תמימם *Temimim*, 1
Perfectos, integros.* *Crustulam*, hebr. חלת 2
Hhallah, Placenta, libum, collyrida.

Conspersa, hebr. Commixta. *Offeres*,
b Ad ius naturale pertinet vt homo ex re-
bus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat in
eius honorem. b p.1973.

d p.396.
4 * *Aaron, & filios eius applicabis*, &c. 647.735.
5 *d* Vid. sup. c. 28. n. 1. * *Indues Aaron ve-* e p.829.
stimentis suis, &c. *e* Vid. sup. cap. 28. n. 2. 847.1919.

f Oleum

Digitized by Google

f p.2024. * *f Oleum vnctionis fundes super caput* 7
eius, Licet signis sacris,& sacramẽtalibus
vti ad eos effectus, ad quos sunt instituta.
* *Eruntque Sacerdotes mihi religione per-* 9
g p.644. *petua.* *g* Esse in Ecclesia debẽt Sacerdotes
sacrificij ministri. * *Mactabis eum in* 11
conspectu Domini, Sacrificium in conse-
cratione Sacerdotũ præcipitur adhiberi.
h p.1962. *h* Est autem inter externas adorationes
summa sacrificium, vni Deo offerendum.
* *Sumptumque de sanguine vituli*, &c. 12
i p.2024. *i* Innuit hic ritus licitum esse vsum sacro-
rum signorum.
* *Et sanctificabis eos eleuans coram* 24
Domino, hebr. Et eleuare facies ea eleua-
tione coram Domino. Ea eleuatio fiebat
ante,& retrò, dextrorsum,& sinistrorsum
forma crucis. qua eleuatione dabatur po-
testas Aaron,& filijs ad offerendum: ideo
vulgata vertit, *Sanctificabis eos*, id est,
Consecrabis Sacerdotes. Nam sanctifica-
re,sæpè idem est quod consecrare, c.2731.
* *Odorem suauissimum in conspectu Do-* 25
† p.21. *mini*, Metaphora. † Amatur à Deo omne
bonum.
* *Sumes quoque pectusculum*,&c. *Quia* 26
primitiua sunt,&c. Agitur de oblationi- 27
k p.1969. bus. *k* Habetur præceptũ de ijs offerendis. 28
l p.1970. *l* Aliquæ offerendæ in diuinum cultum;
aliquæ Sacerdotibus, vt in suum vsum in-
sumant.
* *Septem diebus vtetur illa*,&c. Sacer- 30
dos succedens Aaroni, cum cõsecrabatur,
septem diebus erat in tabernaculo cum
vestitibus sacris.
* *Panes quoque, qui sunt in canistro*,&c. 32
Non omnes panes incendebantur; aliqui
remanebant in vsum Sacerdotum.
* *Vt sit placabile sacrificium*, hebr. Vt 33
expientur in ipsis, vel vt sit expiatio ipsis.
m p.861. *m* Habebant cæremoniæ veteris legis vir-
tutem ad tollendas immunditias ex sta-
tuto legis inductas. *Et sanctificentur offe-*
rentium manus, hebr. Ad consecrandum
manus, ad sanctificandum ipsos. *Alieni-*
gena non vescetur ex eis, Videtur hic ac-
cipi alienigena pro quocunque, qui non
esset ex semine Aaron. *Quia sancti sunt*,
Deo oblati. * *Consecratis*, Deo oblatis. 34
* *Omnia, quæ præcepi tibi, facies super* 35
n p.2066. *Aaron & filiis eius*, *n* Tenemur in omni-
o p.860. bus diuinis præceptis obedire. *o* Oportuit
aliqua spetialia in veteri lege obseruari in
ijs, quę spectant ad cultum Dei: vt per illa
melius Christi mysteria figurarentur; ad
quæ figuranda erant instituta. Ex hoc Dei
p p.1111. præcepto ad Moysem, intelligimus 1. *p* Le-
q p.1117. gem veterem bonam fuisse. 2. *q* Auctorem
r p.1119. legis veteris Deum fuisse. 3. *r* Legis vete-
s p.1124. ris ministrum Moysem fuisse. 4. *s* In lege
veteri præcepta cæremonialia esse: per
quæ cultus diuini modus Iudaico popu-
lo præscribebatur, ac determinabatur.
5. *t* Oportere aliqua spetialia obseruari *in* t p.844.
ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt ho-
minum animi ad maiorem Dei reuerẽ-
tiam adducantur. 6. *u* Debere in ordinis u p.847.
susceptione sacros Ecclesiæ ritus obser-
nari.
36 * *Vitulum pro peccato offeres*,&c, *x* Ri- x p.861.
tus ad tollendas legales immunditias.
37 * *Septem diebus sanctificabis*,&c, *y* Con- y p.1919.
uenienter altaria in Dei cultum dicantur.
Sanctum sanctorum, Sanctissimum. Ex-
plicatur in Scripturis sacris excessus, eius-
dẽ nominis geminatione, c.8556. *Sancti-*
ficabitur, Mundabitur, præparabitur. Non
enim decet sancta ab immundis tangi.
z Debetur sacris signis reuerentia. Non z p.851.
decet vasa sacra à prophanis tangi.
38 * *Hoc est quod facies in altari*, Facere, a p.1962.
pro sacrificare. *a* Præcipitur iuge sacrifi- b p.1915.
cium. *b* Debent creaturæ intellectuales 1960.1961.
debitum cultum, & honorem exhibere
Deo.
40 * *Oleo tuso*, Non mola trito, sed pilo, vt
sit purius. Num.28.5. sic habetur clarius:
Decimam partem ephi similæ, quæ con-
spersa sit oleo purissimo, & habeat quartã
partem hin. Ephi, mensura frugum, æqua-
lis bato, decima pars cori. Hin, mensura
duodecim sextariorum, ac logorum. Log,
erat mensura sex ouorum. Quarta pars
hin erant tres libræ olei circiter.
41 * *In odorem suauitatis*, hebr. Requiei, c p.1926.
refocillationis. Metaphorica locutio.
Odor symbolum est orationis, Apoc.5.8.
Ergo *c* odor generans quietem, est oratio
placans iram Dei. Sacrificium autem est
genus quoddam precationis, non verbo,
sed facto exhibitæ: quo placatur Deus.
42 * *Sacrificium est Domino*,&c. *d* Vid.sup. d p.1915.
43 nu.38. *Ad ostium tabernaculi testimonii* 1962.
coram Domino, *e* Congruum est adora- e p.1961.
tioni externæ determinatum locum con-
stituere. *Vt loquar ad te.* Ex his verbis in-
telligimus *f* Reuelationes diuinas esse; f p.684.
g & auctoritatem infallibilem in summo g p.1355.
Pastore, qualis Moyses erat, in Dei verbo 1369.
proponendo. *Ibiq; præcipiam filiis Israel*,
Indicant hæc verba *h* Dominum omnium h p.22.
esse Deum,& *i* Iudicem omnium,& K ha- i p.24.
bere in homines prouidentiam. *Sanctifi-* K p.23.
cabitur altare in gloria mea, Sanctum re-
putabitur propter signa quæ dabo meæ
præsentiæ. *l* Sacra omnia veneratione di- l p.851.
gna sunt propter respectum ad Deum.
44 * *Sanctificabo & tabernaculum testi-* m p.1919.
monii cum altari, *m* Materialia, & sensi-
bilia quædam, vt templa, altaria, sacra
vasa,& similia, conuenienter in cultũ Dei
dicantur. *Et Aaron cum filiis suis, vt sa-*
cerdotio fungantur mihi, *n* Est ordo Sa- n p.646.
45 cerdotum,& *o* Ritus ordinis. * *Et habi-* o p.847.
tabo in medio filiorum Israel, *p* Esse Deus p p.81.
in aliquo loco dicitur, quatenus per aliquẽ
effectum

effectum se ei loco præsentem ostendit. Ostendebat autem Deus se præsentem Israelitis per oracula, sacrificia, oblationes in Tabernaculo, quod erat in medio castrorum Israeliticorum. *Eroque eis Deus,*
q p. 37. Colar ab eis vt Deus. *q* Est Deus colẽdus, ac venerandus. * *Et scient quia ego Dominus Deus eorum,* Et scient quod ego. qui verus sum Deus, sum *Deus* eorum.
r p. 29. *r* Est *Deus* intelligibilis à nobis tum naturaliter ex operibus naturæ; *s* tum per
s p. 696. miracula, quæ fiunt ad veræ fidei confirmationem. Est & alius sensus: Cognoscent me verum *Deum* per fidem, quam habe-
t p. 1316. bunt cũ vera religione. *t* Est fides diuina.
u p. 1318. *u* Principale autem, quod per fidem diuinam credimus, est *Deus*. *Qui eduxi eos de terra Aegypti, vt manerem inter illos,*
x p. 913. *x* Malorum hominum consortium, quan-
914. tum ad periculum peccandi fugiendum; & tentationũ occasiones. Ideo *Deus* eduxit Israelitas de Ægypto, ne idola colerẽt
y p. 81. vt Ægyptij, sed verum *Deum*. *y* Vt esset *Deus* cum ipsis per gratiam, & per veram Religionẽ. *Ego Dominus Deus ipsorum,* Ego vnus verus Deus, ipsorum Deus, ha-
z p. 4. 6. bitus ab ipsis vt Deus. *z* Indicat vnum esse Deum summum ens, nomẽ Dominus *Iehoua*, nomen vni Deo proprium.

Interpretatio mystica.

DVplex est sacrificium; alterum propriè dictum, & externum; alterum mysticum, & internum iustitiæ. Proinde duplex est Sacerdotium, alterum propriè dictum ad externum sacrificium, alterum mysticum ad mysticum sacrificium ordinatum. Proinde vt externæ vestes veteris Sacerdotis propriè dicti symbola erant tũ vestium Sacerdotum nouæ legis propriè dictorum, tum mysticarũ vestium Sacerdotum mysticorum, vt supra dictum est: ita externi ritus consecrationis veterum Sacerdotum symbola erãt & externorum rituum consecrationis nouorum Sacerdotum, & spiritualium rituum Sacerdotum tum propriè dictorum, tum mysticorum. Plures ergo sunt mystici sensus huius capitis; tres præcipui: vnus allegoricus ad externam consecrationem pertinens Sacerdotum nouæ legis; secundus tropologicus ad quoscunque Sacerdotes spectans propriè dictos; tertius itẽ tropologicus ad iustos relatus.

Allegoria.

De consecratione Sacerdotum noua legis.

TOlle vitulum de armento, & arietes, &c. Hæc ad consecrandum veteres Sacerdotes præparatio figura videtur fuisse præparationis, quam Ecclesia iubet fieri ante ordinationem Presbyterorum. *a* Pro ordinatione, inquit, Presbyterorum parentur oleum Cathecumenorum, calix cum vino, & aqua, patena, & hostia desuper posita. a *Pontificale de ordinat. Presbyteri.*

3 * *Et Aaron, & filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonii*, Respõdet huic veteri cæremoniæ ritus ille noster: Archidiaconus vocat ordinandos voce intelligibili, dicens: Accedant, qui ordinandi sunt ad Ordinem Presbyteratus.

4 * *Cumq; laueris patrem cũ filiis suis*, &c.

5 Respondent illi ritus Pontificalis 1. Tunc
6 illi more Diaconorũ parati amictu, alba,
8 cingulo, &c. 2. Pontifex reflectit stolam
9 ab humero sinistro cuiuslibet, &c. dicens: Accipe iugum Domini, &c. 3. Postea imponit cuilibet succesiuè casulam, &c.

7 * *Et oleum vnctionis fundes super caput eius*, Respondet ritus in ordinatione Episcopi: Tum pollicem suum dexterum intingit in sanctum chrisma, & caput electi coram se genuflexi inungit, &c.

9 * *Postquam initiaueris manus eorum*, hebr. Post quam impleueris oleo, id est, vnxeris, & vngendo consecraueris. Noster ritus est in ordinatione Presbyterorum: Pontifex cum oleo cathecumenorum inungit vnicuique ambas manus simul iunctas, &c.

10 * *Imponentq; Aaron, & filii eius ma-*
15 *nus super caput illius*, &c. Vetus in con-
19 secratione Sacerdotum cæremonia, im-
24 ponendi manus à consecrandis super vitulum, & duos arietes, & accipiendi in manus tortam panis, crustulam, & laganũ; figura videtur fuisse eius nostri ritus: Tum Pontifex tradit cuilibet succesiuè calicum cum vino, & aqua, & patenam suprapositam cum hostia, & ipsi illam accipiunt, &c. Pontifice singulis dicente: Accipite potestatem offerre sacrificium Deo, &c.

26 * *Cedet in partem tuam. Cedentque in*
27 *partem Aaron, & filiorum eius*, Respon-
28 det hic ritus nostro ritui: quo Pontifex primum se communicat, deinde communicat ordinatos.

Allegoria mixta Tropologiæ.

De potestate, ac virtutibus Sacerdotum, & de sacrificio noua legis.

1 a VItulus de armento, est Iesus Chri- a p. 479.
stus quatenus homo, electus à Deo ante sæcula, vt esset hostia ad placandum erga homines Deum. Vitulus, Christi est symbolum, Ezech. 1. 7. Apoc. 4. 7. *b* Sunt b p. 429.
duo arietes immaculati, diuinitas, & hu- 475. 476.
manitas Iesu Christi. Arietes enim symbolum sunt Principum, & magnatorum, Thren. 1. 6. Dan. 8. 20. Christus autem summus

Digitized by Google

ſummus Dominus eſt quatenus Deus, primogenitus inter creaturas quatenus homo. *c* Panis, cruſtula, lagana, Ieſus Chriſtus eſt; quia cibus eſt hominum, & Angelorum: *d* abſque fermento, quia peccatum nō fecit: *e* cruſtula mixta oleo, quia homo Deus, humanitas Verbo vnita hypoſtaticè. Panis, euchariſtici Sagramenti ſymbolum eſt, & corporis Chriſti, Ierem. 11. 19. Io. 6. 32. Oleum, Verbi diuini ſymbolum, Pſal. 44. 8. Cant. 1. 2. Fermentum, peccati ſymbolum, Oſ. 7. 4. 1. Cor. 5. 6. * *f* Hæc offerri iubentur in conſecratione Sacerdotum, quatenus effectus Sacramenti Ordinis, vt & aliorum Sacramentorum, ex Chriſti meritis, & paſſione habentur.

Alio modo. *g* Vitulus, & duo arietes, qui offerri Deo debent in conſecratione Sacerdotum; eſt triplex hominis concupiſcentia, carnis, diuitiarum, honorum: quā mortificare debent ij, qui Sacerdotio ſunt initiandi; ne impedimentum habeant ad munera ſacerdotalia exercenda, quæ hominem requirunt à concupiſcentijs maximè liberum. *h* Panis, cruſtulæ, laganorum oblatio, eſt euchariſtici Sacramenti frequentia. Nihil enim magis valet ad cōcupiſcentias frænandas, quàm frequens eſus corporis, & ſanguinis Chriſti. Hæc eſt præcipua ad Sacerdotium præparatio.

* *i* Sacerdotes ante quàm conſecrarentur, lauabantur aqua: vt ſignificaretur puritas, cum qua debent initiandi ad Sacerdotium accedere. Aqua, quatenus corporis ſordes abluit, ſymbolum eſt expiationis, & remiſſionis peccatorum, & gratiæ tollentis peccata. Num. 8. 7. Iudith 12. 7. Epheſ. 5. 26.

* Fundebatur oleum ſuper caput Pontificis, vt ſignificaretur 1. Mentem Sacerdotis, *k* cuius ſymbolum eſt caput, eſſe plenam debere Chriſto, *l* cuius oleum eſt ſymbolum. *m* Debet enim Sacerdos ſemper Chriſtum cogitare, eius gloriam, & ſeruitium, & imitationem intendere. 2. *n* Per oleum capiti infuſum ſignificabatur robur, & vis efficax, quā Sacerdos per gratiam Ordinis recipit, ad ſacerdotalia miniſteria obeunda. 3. *o* Significabatur miſericordię affectus, quo plena debet eſſe mens Sacerdotis, ad occurrēdum populi neceſſitatibus per opus miniſteriorū ſacerdotalium. *q* Nam oleum ſymbolum eſt miſericordiæ. 4. *r* Præclara Sacerdotis dignitas innuebatur. Nam oleum ſacerdotalis, regiæq; dignitatis ſymbolum eſt; quatenus oleo Sacerdotes, Regeſque vngebantur.

* Vnctio manuum indicat 1. *s* Opera Sacerdotum, non iam amplius ſæcularia, & prophana, ſed religioſa, & ſacra eſſe debere. *t* Manus enim operum, *u* vnctio olei conſecrationis ſymbola ſunt. 2. *x* Sacerdotes euangelicos recipere in ſua ordinatione conſecrandi poteſtatem. Nam manus ſymbolum eſt poteſtatis, c. 6590. vnctio conſecrationis, vt paullo ante dictum eſt. 3. Sancta eſſe ea, quæ Sacerdotum opera fiunt, vt corpus Chriſti, vt gratia. Ideo enim conſecrantur vaſa, quia ſacra in illis ſunt recipienda.

* *y* Impoſitio manuum ſuper vitulum, poteſtatem ſignificat, quam Sacerdotes habent ſuper corpus reale Chriſti, ad illud producendum, & offerendum. Impoſitio manuum ſuper arietes, eſt Sacerdotum poteſtas ſuper corpus Chriſti myſticum, quatenus producunt membra Chriſti per fidem prædicādo verbum Dei, & per gratiam Sacramenta miniſtrādo; & iudicium exercent in animas in Pœnitentiæ Sacramento. Arietes, ſymbolum ſunt populorum, Iſa. 34. 6. Ierem. 51. 40.

* Sanguis vituli ſuper cornua altaris, eſt virtus ſacrificij Ieſu Chriſti, quod offerunt Deo Sacerdotes *z* ad expiandam, & ſanctificādam eccleſiaſticam Hierarchiā, in quatuor cornua, id eſt, in quatuor genera ſacrorum miniſtrorum diſtinctā, nempe in Sacerdotes, in Diaconos, in Subdiaconos, in minores miniſtros. *a* Altaris baſis, quæ Chriſti ſanguine purgatur, & ſanctificatur, eſt reliquus cętus Fidelium. *b* Altare autem eſt Eccleſia.

* *c* Adeps vituli, reticulus, renes, quæ in incenſum offeruntur; ſunt paſſiones, ac dolores animæ Ieſu Chriſti: qui à Sacerdotibus debent offerri Deo ad impetrandum remiſſionē peccatorum. Adeps enim abundantiæ ſymbolum eſt, Pſal. 26. 6. & 147. 14. fuit autem actus abundantiſſimæ charitatis dolor animæ Chriſti de offenſa Dei, de noſtris malis, de paſſionibus à Perſona diuini Verbi in humanitate perpeſſis. Renes, ſymbolum ſunt affectus animi, Pſal. 7. 10. Ierem. 11, 20. Incenſum autem, orationis ad Deum piè fuſæ ſymbolum eſt, Pſal. 140. 2. Apoc. 8, 3.

* *d* Carnes vituli, quæ extra caſtra iubentur comburi, eo quod pro peccato vitulus offeratur; figura ſunt ſacrificij cruēti, quo extra Ieruſalem in Caluaria Ieſus Chriſtus ſe obtulit Deo Patri pro peccatis totius mundi. Cuius ſacrificij repręſentatiuum eſt ſacrificium Ieſu Chriſti incruentum, ad quod offerendum Sacerdotes euangelici initiantur, *e* Is ergo ritus cremandi in conſecratione Sacerdotum carnes vituli extra caſtra, ſignificabat poteſtatem, quam Sacerdotes noſtri in ſua ordinatione recipiunt repræſentandi in Miſſa ſacrificium cruentum Ieſu Chriſti.

* Quoniam duo arietes non ſolum corpus myſticum Chriſti ſignificabant, vt ſupra nu. 10. dictum eſt; ſed etiam corpus reale eiuſdem Chriſti, Perſonæ Verbi vni-

c p. 762. *d* p. 494. *e* p. 429. *f* p. 577. *g* p. 2257. *h* p. 772. *i* p. 650. 701. 774. 775. *k* Cant. 2. 6. & 7. 5. Orig. Greg. & alij in Sylu. Alleg. v. Caput §. 7. *l* Cant. 1. 2. Pſal. 44. 8. *m* p. 1599. *n* p. 750. *o* p. 1603. *q* Pſal. 140. 5. Mat. 25. 3. *r* p. 646. *s* p. 646. *t* Iob 16. 18. Pſal. 7. 4. *u* Gen. 28. 18, 22. *x* p. 646. *y* p. 646. *z* p. 645. *a* p. 632. *b* p. 620. Orig. in Ioſ. hom. 9. *c* p. 535. 538. 539. *d* p. 543. 568. *e* p. 646. 741.

Digitized by Google

vnitum, vt n. 1. est explicatum: quę de vno ariete à nu. 15. dicuntur, ita allegoricè videntur interpretanda: *f* Aaron, & filij eius super caput arietis manus imponunt, vt significetur Sacerdotes euangelicos in sua ordinatione recipere potestatẽ supra corpus reale Iesu Christi ad illud sacrificandum. *g* Arietem in frusta secare, est mysteria, quę in Iesu Christi sacrificio latent, diligẽter considerare, atque contemplari. Non enim aptè, congruenterq; Christum offert in Missa, qui ad tantum sacrificium celebrandum diligenti animum consideratione non præparat. Lota intestina, & pedes ponere super concisas carnes; est interiorem animę Christi dolorem contemplari, quem habebat de doloribus corporis sui Personæ Verbi vniti. Ponere intestina, & pedes super caput arietis, est contemplari dolorem, quem anima Christi patiebatur ex consideratione quod Deus erat, qui in humanitate patiebatur, & mõriebatur. Caput enim Christi Deus est, quatenus caput signat id, quod est præcipuum in vnaquaque re; prȩcipuum autem in persona Christi est Verbũ, qui est Deus.

f p.646.

g p.775.

*Sumere de altero ariete iam immolato sanguinem, & ponere super extremum auriculæ dextræ Aaron, & filiorum eius; illud significat, Pro sacrificio corporis, & sanguinis Iesu Christi *h* præclara intelligentia, & *i* eximia obedientia paratos esse Sacerdotes debere. Sanguis enim arietis sacrificiũ indicat sanguinis Christi. Auris, symbolum est intelligentiæ, Psal. 16. 2. Matth. 13. 43. & obedientiæ, Psal. 17. 45. & 39. 7. Dextera autem præstantiæ symbolum est, Psal. 44. 10. Matt. 20. 21. Debẽt autem Sacerdotes, qui Christum Deum offerunt, eximiam habere diuinorum intelligentiam, & præstantissimam erga Deum obedientiam. 2. K Ponere supra pollices manus Sacerdotum de sanguine arietis; fortitudinem significat, atque constantiam in bonis operibus, præsertim in ministerijs sacerdotalibus, qua pręditi Sacerdotes esse debent; qui Christi ministri sunt, qui fortissimum se exhibuit in morte sustinẽda, & in perficiendo opere nostrę salutis constantissimum. 3. *l* Ponere de sanguine arietis super pollices pedis dextri; Perseuerantem significat, & præstantem puritatem, quæ debet esse in affectibus eorum, qui sacrificaturi sunt purissimum corpus, & sanguinem Iesu Christi. Pedes enim sunt symbola affectus, Cant. 5. 3. Thren. 1. 9. Hebr. 12. 13. 4. *m* Aspersio sanguinis, est Christi passionum, ac patientiæ imitatio. Aspergi sanguine debent & Sacerdotes, & eorum vestimenta: quia & Sacerdotum actus interni, & exteriora eorum opera, Christi humilitatis, & patientiæ specimen debent referre.

h p.702.
i p.2061. 2066.
k p.2181. 2252.
l p.2257.
m p. 1599. 2273.

30 * *n* Qui Pontifex consecratur septem diebus vtitur veste sancta: quia toto suæ vitæ tempore, quod septem dierũ circulis voluitur, debet in sacrorũ ministeriorum executione Sacerdos totus esse. Vestimenta, operum symbola sunt, Cant. 4. 11.

n p.1043.

31 * *o* Carnibus arietis sacrificati, & panibus

o p.773.

32 oblatis vescuntur Sacerdotes: quatenus consummare debent sacrificium corporis, & sanguinis Iesu Christi, qui illud offerũt.

33 * *p* Alienigena ex sanctis oblationibus non vescitur: quia qui corpore, & sanguine Christi cibatur, fidelis esse debet, & sine mortali peccato.

p p.774.

37 * *q* Septem diebus expiatur altare: quatenus toto huius sæculi tempore, quod septem dierum circulis voluitur, est peccatorum remissio in Ecclesia, cuius figura fuit vetus altare.

q p.776. 780. 788.

38 * *r* Agni anniculi, qui iubentur offerri

r p.739.

39 per singulos dies iugiter; sunt sacrificium

743. 744.

40 corporis, & sanguinis Christi, quod quoti-

762. 764.

41 die offertur in Ecclesia. Christus enim agnus est immaculatus, id est, summa innocentia vt homo, & summa puritas vt Deus. Qui offertur mane, & vesperi, quatenus per fidem offertur, *s* quæ & mane est, quatenus mentes illuminat ad credendum; *t* & vesperum est quatenus Fides Christiana est de ijs, quæ non videntur.

765.

s p.1344. 1374.

t p.1363.

45 * *u* Deus habitat in medio filiorum Israel, quatenus non est vera Dei cognitio nisi in Ecclesia, nec propitius est Deus ijs, qui sunt extra Ecclesiam. Israelitæ veri, Fideles sunt.

u p.620.

Tropologia.

De homine iusto sacrificium iustitiæ offerente.

EST iustitiæ sacrificium, quod offerre iubemur, Psal. 4. 6. offert autem hoc sacrificium qui mactata propria volũtate totum se diuinæ voluntati conformem reddit. Huius sacrificij minister est homo

a p.404.
b p.406.
c p.411.

1 iustus: * *a* qui Sacerdos consecratur, quatenus à Deo gratiæ habitum in animo recipit. 2. *b* Offert in sua consecratione, id est, iustificatione vitulum, & duos arietes immaculatos, quatenus non iustificatur, nisi purget à peccatis tres concupiscẽtias honoris, carnis, & diuitiarum, vt eas

573.
d p.756. 757.
e p.778. 779. 781.
f p.363. 404.

2 offerat puras Deo. * *c* Offert panem azymum, & crustulam, & lagana; quatenus in virtute mortis Christi, & per eius meritũ

g p.408. 783. 1316. 1317.

4 iustificatur. * 3. Aqua, *d* Baptismus est, & *e* Sagramentum Pœnitentiæ; quibus la-

h p.411. 786. 1493.

5 uatur homo, vt iustus efficiatur. * 4. *f* Tunica byssina, est gratia; *g* Tunica hyacinthina, fides; *b* superhumerale, charitas; *i* Rationale, dona Spiritus sancti;

i p.366. K p.409. 784. l p.410. 785. 1438.

6 K Baltheus, timor gehennæ; * *l* Tiara, spes æternorum; *m* lamina sancta, volũtas

m p. 1585. 1595.

diuinæ

Digitized by Google

n p.669. 679. diuinæ gloriæ. * 4. n Vnguentum in capite, est contemplatio diuinæ bonitatis, ac
o p.1599. 2273. beneficij Incarnationis dominicę. * 5. o Vnctio manuum, est Christi imitatio in operibus. * 6. p Impositio manuũ super vitu-
p p.2257. lum, & arietes, est Mortificationis studiũ circa tres concupiscentias; & earum bestiarum mactatio, est concupiscentiarum
q p.141. mortificatio. * 7. q Altare, cor est, ac vo-
r p.202. luntas hominis iusti. r Cuius quatuor cor-
275.277. nua, sũt quatuor virtutes cardinales, Prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia;
s p.2257. s quæ sanguine expiantur, quatenus à vitijs contrarijs per mortificationẽ purgantur. Basis, altaris pars infima, est sẽsus: qui
t p.1462. mortificatione mundandus. * 8. t Adeps, reticulus, renes, sunt delectationes, ac desideria carnis: quæ absumenda sunt igne
u p.2157. charitatis. * u Carnes, corium, fimus, sunt
2172.2173. 2174. bona externa: quæ extra castra sunt cremanda, id est, Dei amore relinquenda.
x p.1607. 2160. * 9. x Carnes arietis concisæ, sunt bona temporalia, quatenus misericordiæ operibus addicuntur: y lauantur pedes, ac in-
y p.2157. testina; cum affectus erga ea bona mortificatur, atque purgatur: z caput arietis,
z p.914. est occasio, quæ concupiscentiam excitat in bona temporalia; quod cremari debet cum carnibus, intestinis, & pedibus; quia nõ solum ea bona, & affectus erga illa, sed occasiones etiam cupiditatis debent auferri in diuinæ voluntatis obsequium.
10. Sanguis, expiationis symbolum est.
a p.2066. * a Sanguis in auricula, puritatem signi-
b p.1036. cat obedientiæ circa Dei mandata: b sanguis super pollicem manus, puritatem indicat operationis; c sanguis super pollicem pedis, puritatem innuit affectus.
c p.2257.
22 * 11. d Cauda iubetur adoleri Deo, vt omne bonum, quod incipimus, etiam per-
d Gregor. I. Mor. 40.
26 seuerantiæ fine compleamus. * 12. e Pectusculum offertur Deo, quatenus bona
p. 379. 2250.
27 operũ voluntas offertur. * f Armus offertur, quatenus operum exhibitio præstatur.
e p.1039. f p.1037.
28 * g Cedunt pectusculum, & armus in partem offerentis; quatenus merces est boni
g p.1295. 1301.1302.
31 operis iusto operanti. * 13. i Aries in loco sancto coquitur, cum iustus corde mundo passionem dominicam ardenti charitate meditatur. k Vescitur ariete Sacerdos, &
i p.673. 681.
k p.769. panibus Deo oblatis: quatenus iustus vt gratiam conseruet, frequentare debet Sacramentum corporis, & sanguinis Iesu Christi. l Nisi enim, inquit ipse Christus,
l Io.6.54. manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis
35 vitam in vobis. * 14. m Septem diebus
m p.804. 36 consecrari Sacerdotum manus iubentur,
37 & totidem offerri vitulum pro peccato, & altare mundari: quia toto vitæ tempore debet Fidelis in sui iustificationem incumbere, & in animi purgationem. Qui
39 iustus est, iustificetur adhuc. * 15. Debet
40 & iustus quotidie in altari cordis duos
41 agnos offerre, vnum mane, alterum vespere: quia debet n & in principio operum per sinceram intentionem, o & in fine per gratiarum actionem offerre voluntatem Deo: p debet & mane cum surgit, & vespere ante somnum se, suaq; omnia diuinæ voluntati profunda humilitate subijcere.
n p.1721. o p.2083. p p.1572.

CAPVT TRIGESIMVM.

SVMMA.

Præcipiuntur, ac describuntur quinque. 1. Altare thymiamatis. 2. Solutio dimidij sicli in censu populi. 3. Labrum aneum pro lotione Sacerdotum. 4. Compositio vnguenti ad vngendos Sacerdotes, & vasa sacra. 5. Compositio thymiamatis, quod in altari thymiamatis erat adolendum.

1 FAcies quoque altare ad adolẽdum thymiama, de lignis setim,
2 habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent. 3 Vestiesq; illud auro purissimo, tam cratieulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Facieſq; ei coronam aureolam per gyrum, 4 & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittãtur in eos vectes, & altare portetur. 5 Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis. 6 Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimoniũ, vbi loquar tibi. 7 Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragans, manè. Quando componet lucernas, incendet illud: 8 & quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras. 9 Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem, & victimam, nec libabitis libamina. 10 Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine quod oblatum est pro peccato,

Digitized by Google

& placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino.
11 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 12 Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretiũ pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. 13 Hoc autẽ dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino. 14 Qui habetur in numero, à viginti annis & supra, dabit pretium. 15 Diues non addet ad mediũ sicli, & pauper nihil minuet. 16 Susceptãq; pecuniam, quæ collata est à filijs Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. 17 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 18 Facies & labrum æneum cum basi sua ad lauãdum: ponesq; illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua, 19 lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, 20 quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, 21 ne fortè moriantur, legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones. 22 Locutusq; est Dominus ad Moysen, 23 dicens: Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta, 24 casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarij, olei de oliuetis mensuram hin: 25 facieſq; vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij, 26 & vnges ex eo tabernaculum testimonij & arcam testamenti, 27 mensamq; cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, 28 & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet. 29 Sanctificabisq; omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. 30 Aaron & filios eius vnges, sanctificabisq; eos, vt sacerdotio fungantur mihi. 31 Filijs quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. 32 Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. 33 Homo quicumque tale compositum fuerit, & dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo suo. 34 Dixitq; Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, staten & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: 35 facieſque thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum. 36 Cùmque intenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. 37 Talem compositionem nõ facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino. 38 Homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

Interpretatio litteralis.

a p.844. 846.858. 859.860.

Acies quoque altare, &c. *a* Sunt & quæ in hoc capite scribuntur specialia qnædam ad diuinum cultum pertinentia, præsertim ad sacrificium; ad maiorem reuerentiã diuini cultus, & ad Christi mysteria figuranda.

b p.1915. 1919.

b Debetur autem Deo cultus etiam externus; ad quem spectãt,

c p.1117.

c quæ hìc à Deo

d p.1119.

d Moysi præcipiuntur. * *Craticulam eius*, Per quam decideret cineres. * *Ponesque altare contra velum*, Non erat ergo hoc altare intra Sancta sanctorum. * *Suaue flagrans*, Non delectatur Deus odore, sed cultu, & pietate. Exhibemus autem ei cultum odoris more humano. solemus enim odoribus Principes colere. * *Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel in anno*, &c. Pontifex semel in anno, in die expiationis, qui celebrabatur decima die mensis septimi, exiens è Sanctuario testimonij ad altare thymiamatis, sumptum sanguinem vituli, atque hirci fundebat super cornua eius per gyrum, & expiabat illud ab immũditijs filiorũ Israel. Ad hũc ritum alludit, qui habetur Leuit. 16. 18. *Sanctum sanctorum erit Domino*, Hic ritus erit sanctissimus. vel Altare per hunc ritum reddetur sanctissimum.

12 * *Quando tuleris summam*, &c. Quando aliqua occasione legitima Israelitæ recensebantur, debebant soluere tributum Deo. vt agnoscerent suæ vitæ Dominum Deum. Si id non soluerent, digni erant, qui à Deo punirentur. e Hoc genus oblationis erat necessariò offerendum, ob Dei præceptum. *Et non erit plaga in eis*, f Est tacita pœnę comminatio non soluentibus tributum Deo. * *Dimidium sicli*, Siclus,

e p.1969. 1973.1974.

f p.1279. 1293.

&

& frater idē sunt. vterque viginti obolos habebat, drachmas quatuor atticas, semunciam romanam, c.2824. *Iuxta mensuram templi*, Seruabatur in templo iusta mensura. * *Qui habetur in numero*, Qui 14 numeratur. *A viginti annis & supra*, Non numerabātur, nisi apti ad militiam; quales sunt à viginti annis, & supra. * *Vt* 16 *fit monimentum eorum coram Domino*, Vt Deus eorū recordetur, ac misereatur. *Et propitietur animabus eorū*, *g* Est Deus exorabilis. *b* & bona opera meriti rationem habent. *i* & possunt bona temporalia, vt vita, sub meritum cadere.

* *Missa aqua lauabunt in ea*, Emitte- 19 batur è labro æneo aqua, quasi ex fonte. *Pedes*, Ergo nudis pedibus Sacerdotes sacrificabant. *k* Exteriores corporis actus conuenienter in cultum exhibentur Deo. Signis enim sensibilibus excitatur mens ad actus spirituales. * *Ne forte moriantur*, Ne eos puniam ob irreuerentiam. 21 *l* Congruum est à male agendo, pœnarum comminatione deterrere.

* *Prima myrrha*, Præcipuæ. *Et electa*, 23 hebr. Liberæ, quæ sponte fluit, nō coactè. *m* Sudat sponte prius quàm incidatur, stacte dicta, cui nulla præfertur. *Cinnamomi*, *n* Fruticis odoriferi. *Calami*, *o* Odorati, siue aromatici. *Casiæ*, *p* Fruticis odoriferi in morem balsami, & cinnamomi. * *Sancta sanctorum*, Sanctissima. 29 *Sanctificabitur*, Non tanget, nisi prius purificetur. *q* Decet sacra signa venerari.

* *Aaron, & filios eius vnges, vt sacerdotio fungantur mihi*, *r* Sacri in ordinis susceptione, & congrui ritus sunt. * *Sanctificatum*, Deo dicatum. *s* Materialia conuenienter in cultū dicantur Deo. * *Alieno*, Non Sacerdoti, Aug. q.135. *Exterminabitur*, *t* Pœnæ comminatio. 30 32 33 38

* *Sume tibi aromata*, &c. Describit compositionē vnguenti, quo vngēdi erant Sacerdotes, & vasa sacra: nunc describit compositionem thymiamatis, quod adolendum erat coram Domino. *u* Placationis diuinæ symbolum hoc thymiama. *Stacten*, Myrrhæ lacrymam, quæ sponte sudat, vt supra dictum est v.23. *Onycha*, *x* Conchilij tegumentum: in lacubus nardiferis Indiæ reperitur, si suffiatur, vehementem expirat odorem. *Galbanus*, *y* Liquor nascentis in Syria ferulæ, c.4935. 34

Mystica Altaris thymiamatis interpretatio.

Allegoria.

De Cruce.

1 *a* ALtare, Crux. nam in ea oblatum est thymiama suauissimum corporis Christi. 2. *b* Ligna setim, fides est Crucis: quę semper incorrupta in Ecclesia. 1

2 * 3. *c* Latitudo, Crucis prædicationem significat longè, latèque diffusam: *d* longitudo, profunditatem signat mysterij. 4. *e* Cornua ex altari procedentia, est quadruplex Crucis virtus, ad delendum peccatum, & ad satisfaciendum pro pœnis peccato debitis; ad destruēdam mortem, & ad vitam immortalem inducendam; ad debellandum Diabolum, & ipsius vires, & arma confringenda; ad hostes Ecclesiæ superandos. Cornua, vires, & potentiam significāt, Deut.33.17. Psal.17.3. & 43.6.

3 * 5. *f* Aurum, quo altare vestitur, Crucis virtus est ad obsistēdum omnibus aduersarijs. Aurum enim constantiæ symbolum est, quatenus igne non consumitur, sed redditur purius, Iob 23.10. Prouerb. 17.3. Eccli. 50.10. 6. *g* Corona aureola, gloriam significat, quam Christi Crux est adepta, Iob 19.9. Isa.28.1, 3, 4, 5. Philipp.4.1.

4 * 7. *h* Duo annuli aurei sub corona, sunt duplex doctrina fidei, Scriptura, & traditio, quæ nobis Crucis gloriam manifestāt. Nam annulus fidei symbolum est, Luc.15. 22. ex Gloss. 8. *i* Vectes de lignis setim, ad portandum altare, sunt Apostoli, & Euangelistæ, & Ecclesiæ Doctores: qui Crucis fidem prędicant, & per vniuersum mundum portant. qui & fidei doctrinam custodiunt. Vectes enim custodię diligentis, fortisque symbolum sunt, Prou.18.19. Isa.45.2.

Altera Allegoria.

De Christo.

1 *a* ALtare, Christus, ex Greg. 30. Mor.20. & in Psal.50. Pœnit.4. in fin. 2. *b* Thymiama, preces sunt Christi ad Patrē, quas fudit, ac fundit. Thus, orationis symbolum est, Psal.140.2. Apoc.8.3. 3. *c* Ligna setim imputribilia, est in Christo Persona Verbi, quod est immutabile. 1

2 * 4. *d* Latitudo, diuinæ, quę in Christo est; bonitatis, & sapientiæ, potentiæq; magnitudinem significat, Ephes.3.18. ex Patribus apud Benedict. Iustin. 5. *e* Cornua, Christi potestas; vt in superiore allegoria

3 dictum est. * 6. *f* Aurum, Christi gratia, Psal.44.10. Apoc.3.18. & 21.18. 7. *g* Craticula, Christi passio, & vulnera: vt & Cauerna maceriæ, Cant.2.14. 8. *b* Altitudo altaris duorum cubitorum, Christi Maiestas vt Deus est, & vt homo primogenitus omnis creaturæ. Nam altitudo perfectionis eximiæ symbolum est, Rom. 8.39. & 11.33. 9. *i* Corona aureola per gyrum, gloria Christi, Iob 19.9. & dignitas sacerdotalis, ac regia, Psal.20.4.

Digitized by Google

Tropologia.

De Iuſto.

a p.844. 1 *a* ALtare, mens eſt iuſti, vt *b* Patres interpretantur. in qua ſacrificiũ offertur Deo laudis, atque iuſtitiæ, vt infra dicetur. 2 *c* Ligna ſetim quatenus imputribilia gratiam ſignificant, à qua abeſt omnis corruptio peccati. * 3. Duo altitudinis cubiti, *d* inferior, ac baſis fidem; *e* ſuperior ſpem, indicant. Nam fides eſt fundamentum ſpei, ſpes ad opus mentem erigit. 4. *f* Latitudo, charitas eſt, quę mentem conſolatur, Pſal. 17. 20. *g* Longitudo, eadẽ eſt charitas quatenus ſe ad proximos extendit. Æqua eſt latitudinis, ac longitudinis menſura: quia vna eſt ratio charitatis in Deũ, & in proximos, quatenus proximi diligũtur propter Deũ. 4. *h* Cornua ſunt quatuor virtutes cardinales; quibus contrariorum vitiorum vires effringũtur; * 5. *i* Aurum, quo totum altare veſtitur, eſt puritas intentionis: qua ſyncerè Dei gloriam in omni opere iuſtus quærit. 6. K Craticula, eſt iugis mortificatio ſenſuum, ac membrorum. * 7. *l* Duo annuli, ſunt duo mentis actus, Deliberatio, & electio. * *m* Vectes ſunt actus imperij, & executionis, quibus actibus mens ad omnẽ actionem progreditur. * 8. *n* Poſitio altaris contra velum, & arcam; eſt diuinę præſentiæ contẽplatio: quę inducit iuſti mentem ad thymiama laudis, ac iuſtitiæ Deo offerendum. * 9. Incenſum ſuaue flagrans eſt, *o* tum affectus, quo iuſti mens ſuam vitam vult pro diuino ſeruitio cõſumere; *p* tum bonum exemplum, quo quaſi odore iuſtus Eccleſię tabernaculum perfundit; *q* tum preces, quas pro animarum ſalute mittit ad Deum; *r* tũ Dei cognitio, quam in proximos euaporat.

b Vid. Orig. Greg. Hier. Rhab. Gloſſ. in Sylua Allegor. v. Altare.
c p.363. 401.
d p.1330, 1333, 1336
e p.1438.
f p.1493. 1521.
g p.1522.
h p.275. 681.
i p.1721.
k p.2257.
l p.1624. 1625.
m p.1664. 1667.
n p.669. 1593.
o p.1575, 1585, 1595.
p p.734.
q p.1926.
r p.1570. 1595.

Myſtica dimidii ſicli interpretatio.

DImidium ſicli, ſunt decẽ oboli. Beda decem obolos, decem præcepta interpretatur. *a* Obſeruantia Decalogi exigitur, vt quis in libro vitæ ſcribatur.

s p.1075.

Interpretatio myſtica Labri ænei.

b Ex Beda apud Gloſſ. p.778.
c p.1334.
d p.779.
e p.774.

1 *b* LAbium æneum, Sacramentum eſt Pœnitentiæ, vt ſequentia indicãt, quæ huic Sacramento maximè congruũt. 2. *c* Baſis, eſt fides huius Sacramẽti, quam docet Tridentinũ ſeſſ. 14. de Sacr. Pœn. c. 1. 3. *d* Labri ænei poſitio inter tabernaculũ, & altare, neceſſitatẽ ſignificat Sacramenti Pœnitentiæ ijs, qui poſt Baptiſmum in mortale lapſi ſunt. *e* nam ſine hoc Sacramẽto neque ad altare accedere licet, id eſt ad Sacramentum Euchariſtiæ; neque licet tabernaculum ingredi, nempe cælum.

4. *f* Aqua in labro, lacryma ſunt pœnitentium, *g* & gratia Sacramenti, qua peccata mũdãtur, Num. 8. 7. Iudith 12. 7. Eph. 5. 26.

f p.781, 800.
g p.404.

19 * 5. *h* Lauatio manuum, ac pedum, quæ à 20 Sacerdotibus fiebat tabernaculũ ingreſſuris, ac thymiama oblaturis; figura fuit ritus lauationis manuum, quę à Sacerdotibus Chriſtianis fit antequã ad ſacrificiũ accedant. *i* Vterque autẽ lauationis ritus & vetus, & nouus, puritatem ſignificant animi, cũ qua Sacerdotes nouę legis debẽt ad euchariſticum ſacrificium accedere, & reliqui Fideles ad ſacram Cõmunionem.

h p.846.
i p.774. 775.

21 * *Ne forte moriantur.* *k* Qui enim corpus & ſanguinem Domini manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.

k 1. Cor. 11. 29.

Interpretatio myſtica Olei ſancti vnctionis, ac thymiamatis.

23 1 OLeum vnctionis, *a* figura eſt ſacri olei, & Chriſmatis, quibus Eccleſia in Sacramentis, & in conſecrationibus vtitur. Vtrũque ſacrum oleum & vetus, & nouum, *b* gratiã iuſtificantẽ ſignificant, *c* & Chriſtum, per quẽ iuſtificamur. Nam oleũ in ſacris Scripturis miſericordię ſymbolum eſt, Pſal. 140. 5. Matt. 25. 3. Maxima autem Dei miſericordia eſt gratia, qua per Spiritum ſanctũ reddimur iuſti. Symbolũ quoque Chriſti eſt oleũ, Pſal. 44. 8. Cãt. 1. 2. 2. *d* Quinque aromata, ex quibus vnctionis oleũ cõponebatur, ſunt quinque actus, quibus animus ad iuſtificationem diſponitur, nempe fides, ſpes, charitas, contritio, propoſitum ſuſcipiendi Sacramenta.

a Ex Pſal. 4. 8. et 22. 5. p. 845, 849.
b p.363.
c p.429. 489.
d p.406.

24 * 3. *e* Thymiama, vt ſupra dictũ eſt, præter alia orationem figurauit. *f* Vt autẽ oratio iuſti ſit efficax quinque requirũtur, Humilitas, perſeuerantia, ſpes, ſiue deſideriũ, charitas, ac diligentia, vt Theologi docẽt. Stacte, humilitatem; onyx, perſeuerantiã; Galbanus boni odoris, deſiderium; thus lucidiſſimum, charitatem; puluis tenuiſſimus, diligentiam ſignificat. 4. *g* Rurſum, quia oleum vnctionis Chriſtũ ſignificat: quinque aromata, ex quibus illud oleum componebatur, ſunt quinque excellentes perfectiones in Chriſto, nempe Diuinitas, humanitas, gratia cum virtutibus, ſciẽtia, & gloria. 5. Quoniam autem thymiama ipſum quoque Chriſtum ſignificat; quatenus in Cruce oblatus eſt, & quotidie idẽ offertur in Eccleſia: quatuor aromata, ex quibus thymiama componebatur, ſunt quatuor virtutes, quæ Chriſti ſacrificium Deo Patri ſuauiſſimũ reddiderunt, nempe *h* Humilitas, *i* obedientia, *k* perſeuerantia, *l* charitas. *m* Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, humiliauit Chriſtus Dominus ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.

e p.1926.
f p.1935, 1941, 1942, 1943, 1944.
g p.425, 426, 490, 491, 492.
h p.496.
i p.565.
k p.532.
l p.492.
m Philip. 2.

CA-

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

1. Ipse Deus designat Moysi artifices quos eligit ad Tabernaculi fabricam ædificandam, & cætera diuini cultus, quæ præceperat, instrumenta. 2. Districtè Sabbati custodiam præcipit. 3. Tradit Moysi duas legis tabulas lapideas, scriptas digito Dei.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Ecce, vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, 3 & impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, 4 ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, 5 marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. 6 Dediq; ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, 7 tabernaculum fœderis, & arcã testimonij, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, 8 mensamque & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis, 9 & holocausti, & omnia vasa eorum, labrum cũ basi sua, 10 vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius, vt fungantur officio suo in sacris. 11 oleum vnctionis, & thymiama aromatũ in Sanctuario, omnia quæ præcepi tibi facient. 12 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 13 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Videte vt sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris, vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos. 14 Custodite sabbatum meum: sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. 15 Sex diebus facietis opus: in die septimo sabbatum est requies sancta Domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. 16 Custodiant filij Israel sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum 17 inter me & filios Israel, signumq; perpetuum. sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab opere cessauit. 18 Deditque Dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digitu Dei.

Interpretatio litteralis.

Vocaui ex nomine, Vocaui peculiarem personã. nomen enim pro persona sumi solet, Act. 1. 15. ex textu græco. *Vocaui,* Elegi. *a* Est à Deo vocatio ad præclara munera exercẽda. *b* Est in Deo prouidentia. *c* quam exercet circa omnia. * *Impleui eum spiritu Dei,* Spiritu diuino, id est, magno, c. 8154. Aug. in Num. q. 42. Arte præstantissima. *d* Omnia à diuina voluntate pendent: *e* omnium bonorum auctor est Deus; etiam *f* Artium, habituum inclinãtium cũ recta ratione ad opus faciendum.

* *Videte vt sabbatum meum custodiatis,* &c. *g* Debent creaturæ intellectuales debitum cultum, exhibere Deo. Vnus cultus est obseruantia diei Sabbati. *h* Deputari debet aliquod tempus ad vacandũ diuinis. *Quia signum est inter me, & vos,* &c. Cognoscemini esse mei cultores ex obseruantia diei Sabbati. *i* Oportet aliqua specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducãtur. *Vt sciatis quia ego Dominus,* &c. Exteriores actus conuenienter in cultum exhibẽtur Deo. Signis enim sensibilibus excitatur mens ad actus spirituales. *Quia ego Dominus,* Innuit & *k* Deũ esse, & *l* Deum vnum esse. *Qui sanctifico vos,* Qui ad sanctum Dei cultum vos assumo, can. 2731. à cæteris gentibus in meum seruitium separo. *m* Bonorum omnium auctor Deus. 14 * *Sanctum est,* Diuino cultui dicatum, c. 2211. Opponitur profano. ideo subditur *Qui polluerit illud,* Vt profanum habuerit, *Morte morietur,* *n* Congruum est à male agendo pœnarum comminatione deterrere. * *Sex enim diebus,* &c. Præcepta fuit in veteri lege Sabbati sanctificatio, ad exhibendum Deo signum cultus sensibile pro beneficio creationis.

18 * *Dediq; Dominus Moysi,* &c. *o* Legis veteris auctor Deus, *p* minister Moyses.

a p. 396. b p. 23. c p. 304. d p. 296. e p. 298. f p. 268. g p. 1915. h p. 2000. i p. 844. k p. 2. l p. 6. m p. 298. n p. 1293. o p. 1177. p p. 1119.

Inter-

Interpretatio mystica.

TAbernaculum est Ecclesia, vt sæpè dictũ est; & Moyses, est Iesus Christus, 1. Cor. 10. 2. Hebr. 3. Qui sunt ergo Beseel, & Oliab, & omnis eruditus, immediati ministri fabricę Tabernaculi, & vasorum eius? Vtique ministri Domini Iesu, Apostoli, ac Pastores. Nam Iesus Christus vt homo, quem Moyses figurauit, immediatè à Verbo diuino œconomiam accepit Ecclesiæ. ipse verò Apostolos docuit, illi suos successores; quos etiam Spiritus sanctus erudit de ijs, quæ ad doctrinam sacram spectant, & ad sacros ritus. Trid. sess. 22. de sacrif. Missæ cap. 4. & 5.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

** 1. Aaron, vrgente populo vitulum aureum fabricatur: quem proponit vt Deum: cui populus exhibat sacrificia. * 2. Iratus Dominus, populi exterminium comminatur: sed Moysis oratione placatur. * 3. Excanduit Moyses tanti sceleris visu; & legis tabulas, quas è monte afferebat, confregit; & vitulum in puluerem redactum populo bibendum tradidit; & Aarone, vt par erat, grauiter obiurgato congregatisq; ad se filiis Leui iubente Domino, magnam populi multitudinem interfecit. * 4. Reuertitur rursus Moyses ad Dominum, & erat vt tantam noxam populo condonet.*

VIdens autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. 2 Dixitq; ad eos Aaron: Tollite inaures aureas, de vxorum, filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. 3 Fecitq; populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. 4 Quas cùm ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. dixeruntque: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. 5 Quod cùm vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: Cras sollẽnitas Domini est. 6 Surgentesq; manè, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerũt ludere. 7 Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende: peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti. 8 Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. 9 Rursumque ait Dominus ad Moysen: Cerno quòd populus iste durę ceruicis sit: 10 dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. 11 Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? 12 Ne quæso dicãt Ægyptij: Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. 13 Recordare Abraham, Isaac, & Israel, seruorũ tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. 14 Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. 15 Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraque parte, 16 & factas opere Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. 17 Audiens autem Iosue tumultũ populi vociferantis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris. 18 Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellẽtium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio. 19 Cumq; appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros: iratusq; valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: 20 arripiensq; vitulum quem fecerant, combusit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potũ filijs Israel. 21 Dixitq; ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? 22 Cui

ille

Digitized by Google

ille respondit: Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum: 23 dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. 24 Quibus ego dixi: Quis vestrũ habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressusq; est hic vitulus. 25 Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) 26 & stans in porta castrorum, ait: Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur tuum: ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. 28 Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, ceciderunt que in die illa quasi viginti tria millia hominum. 29 Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. 30 Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. 31 Reuersusque ad Dominum, ait: Obsecro, peccauit populus iste peccatũ maximum, feceruntq; sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, 32 aut si nõ facis, dele me de libro tuo quẽ scripsisti. 33 Cui respondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: 34 tu autẽ vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi: angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. 35 Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

Interpretatio litteralis.

Videns autem populus, &c. 1 *a* Actus inconstantiæ, & seditionis, & apostasiæ à vera religione, *b* & maximæ erga diuina beneficia ingratitudinis. Ita se gerit populus, quasi à Deo beneficium liberationis à seruitute non acceperit. & magnũ idololatriæ malum pro bonis acceptis retribuit Deo. *Surge, fac nobis deos, c* Idololatria. * *Dixitque ad eos Aaron*, &c. 2 Nolens Aaron deos facere, sed veritus mortem, vt rem difficiliorem redderet, iubet inaures cõfringi ad materiam idoli. *Tollite*, hebr. Confringite. *d* Illicitus Aaronis timor, quo diuertitur à Dei cultu prosequendo: *e* illicitus in malam actionem consensus: *f* præceptum iniustum. * *Fecitque populus*, &c. *g* Consensus item 3 illicitus. * *Hi sunt dii tui*, &c. *h* Idololatriæ actus. Petierant vitulum formari: quoniam sæpè in Ægypto viderãt Deum maximum Ægyptiorum Apim sub bouis figura coli. Viso ergo vitulo, lætati sunt, eumque adorarunt. Cur cum vnus esset, deos vocant? An ad maiorẽ reuerentiam? solemus enim Principem honoris causa Dominationes appellare, numero multitudinis; quasi omnem rationem dominij habeat. An sub vna vituli similitudine volũtas est omnes deos Ægyptios colere? * *Aedificauit altare*, &c. *i* Idololatrica 5 superstitio. *Solennitas Domini est*, Nomẽ Dei veri proprium *Iehoud*, idolo tribuit; proinde diuinitatem tribuit. * *Obtulerunt* 6 *holocausta*, &c. Idolum colunt vt verum Deum. nam sacrificium soli Deo offerendum est. *Ludere*, Scortari. פעל *Tsahhaq*, significat illudere, id est, fornicari, vt Gen. 29. 17. Ingressus est ad me seruus Hebræus, quem adduxisti, vt illuderet mihi. Ex idololatria *k* in peccatum gulæ, *l* ex gula in luxuriam labuntur.

7 * *Peccauit populus tuus*, &c. Argnit po-
8 pulum *m* inconstantiæ, & *n* idololatriæ, &
9 *o* ingratitudinis. * *Dura ceruicis*, Dura ceruix, quæ iugum difficilè recipit; symbolum est *p* inobedientiæ, & populi no-
10 lentis parere. * *Vt irascatur furor meus*, *q* Deus vindex est, ac vltor male agẽtium. *Faciam te in gentem magnam*, Ducem magnæ multitudinis. *r* Peculiaris Dei er-
11 ga pios prouidentia est. * *Orabat Domi-*
12 *num*, &c. *s* Actus religionis, quo Moyses exhibet Deo cultum oratione. *t* Actus misericordiæ, quo tristatur de malo sui populi, cũ affectu subueniendi. *Cur, Domine, irascitur*, &c. *u* Actus charitatis in Deum: quo respuit quidquam de diuina gloria detrahi, & de existimatione diuinæ san-
13 ctitatis, ac bonitatis. * *Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum*, Recordari, cum de Deo dicitur, est, ita Deum nobiscum agere beneficijs, quasi prius oblitus, postmodum recordatus, c. 2702. & effectis ostendere se operis nostri mali, vel boni cognitionem habere, c. 7242. Precatur ergo Moyses, vt ignoscens populo, pergat beneficium promissæ terræ conferre, & effectis ostendere se suorum seruorum cognitionem habere.

Innuit

a p. 1426. 1682. 1766. 2254.
b p. 2086, 2088, 2090
c p. 7. 2007.
d p. 2199.
e p. 1731.
f p. 1097.
g p. 1731.
h p. 7. 2007
i p. 2007.
k p. 2293.
l p. 2303.
2304, 2318.
m p. 2254.
1766.
n p. 2007.
o p. 2086, 2088, 2090
p p. 2072.
q p. 25.
r p. 380.
s p. 1926.
t p. 217. 1603.
u p. 1570, 1575.

Digitized by Google

x p.54. Inuit x esse in Deo beneficentiam, y &
y p.1295. bona piorum opera meriti rationem ha-
z p.1982. bere. *Quibus iurasti*, &c. Innuit z licitum
a p.1987. esse iuramentum; a & seruandum; & b li-
b p.2124. citum esse licita promittere; c & standum
c p.2125. esse promissis. * *Placatusque est Domi-* 14
d p.55. *nus*, &c. d Exorabilem se Deus, e ac mise-
e p.56. ricordem ostendit. * *Portans duas tabu-* 15
f p.1117. *las*, &c. f Auctor legis veteris Deus, g mi- 16
g p.1119. nister Moyses.

* *Vlulatus pugnæ auditur in castris*, 17
h p.2416. h Inquisitionis actus. * *Iratusq; ualde*, &c. 19
i p.250. i Ira, est appetitus inferendi malum ei, qui
k p.251. malum infert. k Concitatur ex existima-
tione iniuriæ illatæ. Idolatrando autem
populus, intulerat iniuriam & Deo, con-
temnendo illum, & sibi diuinam imagi-
nem rationis non agnoscendo, ac se vitu-
lo conflatili subijciendo. Ergo hæc consi-
l p.1644. derans Moyses, l excanduit zelo charita-
1645,1646. tis in Deum, & in populum. *Proiecit de*
manu tabulas, Manu gestabat. nam licet
essent lapideæ, non erant tamen magnæ,
vt possent in Arca seruari, quæ non erat
magna. & quia paruæ, ideo in vtraque
parte scriptæ erant. *Confregit eas*, Indi-
gnum eis iudicans populum idolatram.
* *Combussit*, In massam redegit; postea 20
vsque ad puluerem contriuit. *Dedit ex eo*
potum filiis Israel, Vt intelligerent quid
esset id, quod vt Deum coluerunt. quod
enim bibitur, in secessum emittitur.
m p.1629. * *Quid tibi fecit hic populus*, &c. m Cor- 21
n p.2154. rectio fraterna, & n iusta querimonia.
o p.1683. o Arguit illum scandali magni, peccati
idololatriæ. * *Ne indignetur dominus* 22
p p.252, *meus*, &c. p Compescere nititur iram in 23
0367. Moyse, remotione culpæ. *Nosti populum* 24
istum, quod pronus sit ad malum, &c.
Debebat Aaron fateri culpam, & veniam
petere: excusationem tamen exhibet illi-
citam. nam & suam culpam in populum
reijcit; & cum mendacio negat se artifi-
ciosè vitulum fabricasse, sed quasi casu
aurum in vitulum efformatum fuisse; &
nullâ mentionem facit solennitatis, quam
q p.1876. ipse indixit. q Non licet cuiquam in iudi-
cio se defendere, mendacium dicendo.
r p.1877. r Et tenetur reus Iudici legitimè interro-
ganti, veritatem non celare.

* *Quod populus esset nudatus*, Quod 25
perdiderat gratiæ ornamêta; turpis quate-
nus imaginem Dei vituli simulacro subie-
cerat; desertus Dei auxilio, ac protectio-
ne, quatenus eum reliquerat, idolo adhæ-
rens. Metaphoricè loquitur. *Spoliauerat*
eum Aaron, Tribuitur peccatum populi
Aaroni, vt capiti, qui peccato populi con-
senserat, qui non restiterat. *Propter igno-*
miniam sordis, Propter turpitudinem
peccati idololatriæ. *Inter hostes nudum*
constituerat, Vt esset Gentilibus contem-
ptibilis, relicta religione præstantissimæ
veri Dei. Ex his intelligimus turpes pec-
cati mortalis effectus. s Amittuntur enim s p.1267.
per peccatum mortale ornamenta virtu-
tum infusarum; t & diminuitur inclina- t p.1268.
tio, quam habet homo ad virtutem; &
u inducitur turpis macula, quatenus rece- u p.1275.
dit anima à lumine rationis, & gratiæ; &
x homo redditur seruus diaboli, & boni x p.1276.
26 creati. * *Si quis est Domini, iungatur*
mihi, Actus prouidetiæ. Congregat Moy-
ses ministros, vt vltionem diuinæ iniuriæ
exequatur. *Congregatique sunt ad eum*
omnes filii Leui, Omnes, maxima pars,
can.1952. y Consensus in bonum, quod y p.164.
Moyses proponebat. z Debent subditi ad z p.2081,
boni communis conseruationem superio-
27 ribus cooperari. * *Hæc dicit Dominus*
Deus Israel, Fortasse iusserat Deus vt
pars idololatrarum interficeretur, vt reli-
qui ab idololatria reuocarentur. Sed ta-
men iussio legitima, & iusta superioris,
iussio Dei est. Nã superiores sũt loco Dei.
Ergo ex hoc loco colligimus, Deberi a suis a p.2061.
superioribus à subditis obedientiam: &
b superioris esse subditorum malefacta b p.2099.
pœnis compensare: & c Multitudinem c p.2101.
etiam puniendã esse, cum contingit ipsam
multitudinem peccare: d & Peccatorem d p.1843.
occidere peccatum non esse, si legitimè
28 fiat ob bonum commune. * *Feceruntque*
filii Leui iuxta sermonem Moysi, e Obe- e p.2062,
29 dientia. * *Consecrastis hodie manus ve-* 2066.
stras Domino, Dedicastis diuino seruitio.
Vt detur vobis benedictio. f Opus bonum f p.1295.
meriti rationem habet. Meruerũt Leuitę
hoc facto vt eligerentur in ministerium
30 Tabernaculi. * *Ascendam ad Domi-*
num, &c. Ex hoc Moysis facto intelligi-
mus 1. g Debere superiores in boni com- g p.2080.
munis conseruationem incumbere. id agit
Moyses, dum accedit ad Deum deprecan-
dum, ne populum perdat. 2. h Esse Deo h p.1926.
cultum exhibendum oratione. 3. i Con- i p.1928.
gruum esse pro nostris necessitatibus San-
ctos ad intercedendum Deo aduocare.
4. k Non solum pro nobis, sed pro cæteris k p.1932.
etiam orandum esse & iustis, & iniustis.
31 * *Peccauit populus iste peccatum maxi-*
mum, Exhibet Moyses pro populo actus
pœnitentiæ. l Vera pœnitentia confessio- l p.803.
nem ipsam peccatorũ includit, cum opor- 2367.
tuerit; excusationes excludit. Maximum
autem peccatum est m idololatria, quate- m p. 2007.
nus non agnoscit in Deo diuinitatem, ac
32 rationem primi principij. * *Dele me de*
libro tuo, quem scripsisti, n Iustitiæ vindi- n p.808.
catiuæ actus, quatenus satisfactionis actũ
exhibet Moyses Deo. o Potest autẽ vnus o p.810.
pro altero satisfacere. p Porrò liber vitæ p S. Thom.
metaphoricè in Deo dicitur ipsa electo- 1. p. q. 24.
rum in vitam æternam in mente diuina a. 1.
destinatio. Est enim ea destinatio quasi
quædam in libro conscriptio. Non petit
Moyses

Moyses à Deo permissionem peccati mortalis, ratione cuius deletur homo de libro vitæ; sed priuationem æternæ felicitatis, ad satisfaciendum ea pœna Deo pro peccatis populi, q ex amore charitatis in Deum, & in populum ipsum. r Misericordiæ actus pro alijs orare; multò maior, velle pro alijs pœnam subire. * *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo,* s Iniuria Deo infertur, læditurque ius diuinum per peccatum. *Peccauerit mihi,* t Amittitur per peccatum mortale vita gratiæ; & u pœnæ æternæ reatus inducitur. * *Duc populum istum quò locutus sum tibi,* 34 Innuunt hæc verba Deum placatum erga populum, vt non omnem deleret, sed introduceret in terram promissam. x Deus exorabilis. *Angelus meus præcedet te,* Vt hactenus præcessit per nubis, & ignis columnam. Indicant hæc verba 1. y Esse Angelos. 2. z Moueri Angelos de loco ad locum. 3. a Esse Angelorum præsidentiam super corporalem creaturam. 4. b Angelos ad homines mitti. 5. c Angelos hominum custodes esse. *In die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum,* Visitare interdum in malam partem accipitur pro Affligere, & pœnas quasi iudicem ab aliquo exigere. Dies vltionis hoc in loco videtur accipi pro tempore quolibet, quod Deus elegerit ad puniendum illud populi peccatum, *Me ne recordarò à tempo suo.* Fortasse etiam pro hoc peccato perierunt in deserto Israelitæ idolatræ, de quibus infra dicetur, nec in terram promissam ingressi sunt. d Est Deus vltor malè agentium, & e Iudex omnium, & f habet prouidentiam de omnibus.

q p. 1493, 1511. r p. 1515. s p. 1264. t p. 1266. u p. 1282. x p. 55. y p. 116. z p. 119. a p. 340. b p. 344. c p. 345. d p. 25. e p. 24. f p. 23.

Interpretatio mystica.

QVæ hoc in capite narrantur, in figura facta sunt nostri, vt affirmat Paulus 1. Corinth. 10. Neque, inquit, idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Interpretatio ergo mystica ex mente Pauli ea videtur esse:

1 * *a* Facere deos, qui præcedant, ac ducatum præstent, est Pro fine vltimo, qui regula est omnium humanarum actionum, Bona temporalia sibi constituere, vt idola, vt honorem, vt diuitias, vt voluptates.

2 * Inaures aureas ad seruitium idoli deferre: est Consensum, & obedientiam voluntatis intellectualis, quæ vt aurum inter metalla, ita inter propensiones ad bonum præstantissima est, non summo bono, sed bonis creatis exhibere. Nam auris voluntatis ad obediendum propensæ symbolum est, Psal. 17. 45. & 39. 7. & Inauris, symbolum est docilitatis, & obedientiæ.

6 Prou. 25. 12. Cant. 1. 10. * Sacrificia, quæ idolo offeruntur, sunt peccata *b* Apostasiæ à fide, *c* superbiæ, *d* luxuriæ, *e* auaritiæ, ac similia: quibus homo, relicto *Deo*, bonis

11 creatis adhæret. * Oratio Moysis ad *Dominum*, est *f* Iesu Christi, & *g* Sanctorum pro peccatoribus deprecatio.

19 * Moyses proijciens de manu tabulas legis, & confringens ad radicem montis: *h* est Iesus Christus veteri testamento,

20 suo aduentu, finem imponens. * *i* Moyses comburens, & conterens vitulum, est Iesus Christus per sua merita, & auxilia diuina, peccatores in actum charitatis, & contritionis inducens, ad iustificationem eos disponendo. K Spargere vituli puluerem in aquam, & dare in potum filijs Israel; est Sacramentis Baptismi, ac *l* Pœnitentiæ peccata delere, *m* & gratiam iustificantem in Fidelium animas infundere. Nam aqua remissionis peccatorum, & gratiæ symbolum est, Io. 4. 14. Eph. 5. 26.

27 * Filij Leui occidentes fratres, & amicos, & proximos suos, *n* sunt Ecclesiæ Sacerdotes, *o* & prædicatores, qui gladio verbo *Dei*, & Sacramentis delent in proximorum suorum animis veterem hominem cum vitijs, & concupiscentijs suis.

a p. 925, 927. b p. 1426. c p. 2381. d p. 2318. e p. 2161, 2164. f p. 508. g p. 1015, 1016. h p. 864. i p. 573, 575, 577. K p. 757. l p. 778. m p. 404. n p. 646. o p. 700.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Narrantur sermones inter Deum & Moysen, habiti in monte secundis 40. diebus post peccatum populi: & per anticipationem interiicitur id, quod egit Moyses cum populo post descensum è monte, præceptũ in monte Moysi à Deo. Summa autem, & ordo narrationis is est. 1. Præcipit Deus iter in terram Chanaan, ductore Angelo: negat se velle præire. 2. Nunciat Moyses post descensum è monte populo hanc Dei sententiam; & inuitat populum ad pœnitentiam: & vt magis compungatur, remouet à populo Tabernaculum Dei. 3. Narrantur duo, quæ Moyses in monte impetrauerat à Deo; alterum, vt ipse Deus esset Dux in itinere ad terram Chanaan; alterum, vt Moyses Dei posteriora videret.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, & populus tuus quẽ eduxisti de terra Ægypti, in terram quã iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam: 2 & mittam præcursorem tui angelum, vt eijciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, 3 & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es: ne fortè disperdam te in via. 4 Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. 5 Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel: Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. 6 Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb. 7 Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra castra. 8 Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. 9 Ingresso autem illo Tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse, 10 cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium Tabernaculi. Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum. 11 Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cumque ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer, non recedebat de Tabernaculo. 12 Dixit autem Moyses ad Dominum: Præcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cùm dixeris: Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me. 13 Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc. 14 Dixitq; Dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. 15 Et ait Moyses: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. 16 In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant super terram? 17 Dixit autem Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam: inueniſti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. 18 Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. 19 Respondit: Ego ostendam omnem bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. 20 Rursumq; ait: Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. 21 Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. 22 Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: 23 tollamque manum meam, & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

IN terrã, quã iurauí Abraham, &c. 1 Ex his verbis, ex Dei exemplo, intelligitur 1. *a* Iuramentum esse licitũ. 2. *b* Debitum esse iuramentum seruare, perquę licitũ aliquid promissum est. 3. *c* Licitũ esse licita promittere. 4. *d* Standum esse promissis. * *Mittam præcursorem tui Angelum*, *e* Vid. sup. c. 32. v. 34. *Vt eiiciam Chananæum*, &c. In pœnam scelerum eorum gentium. *f* Consequuntur pœnæ ad peccatũ, quas Deus infligit. * *Intres in terrã fluentem lacte, & melle*, 3 *g* Licet bonis huius mundi vti in finem honestũ. *b* Contingit beatitudo aliqua in hac vita. *Non enim ascendam tecum*, &c. *i* Congruum à male agendo pœnarũ comminatione deterrere. Non poterat Deus abesse ab Israelitis, quia est vbique: & semper Angelus Dux Israelitarum fuit. quid ergo negat Deus, cum negat se cum Israelitis ascensurum? Negat se patraturum miracula, vt in exitu ex Ægypto fecerat; quorum auctor est solus Deus. Cognoscitur enim Deus præsens ex effectis. *Dura ceruicis*, *k* Dura ceruix, symbolum inobedientiæ. *Ne forte disperdam te in via*, Nam si ingratum te præstiteris miraculorum beneficio, eris maiore pœna dignus. *l* Vitium magnum ingratitudo. * *Luxit*, *m* Tristitiæ actus formatur, cum 4 appetitus cum quadam perturbatione, & inquietudine execratur malum iam præsens: siue secundum rem sit præsens, siue secundum apprehensionem. *n* Tristitiæ causa in Israelitis bonum amissum, nempe Dei præsentis auxilium. *o* Tristitiæ effectus, & symbolum fletus. *Et nullus ex more indutus est cultu suo*. Ornatu consueto. *p* Effectus, & symbolum tristitiæ depositio ornamentorum, Leuitici 10. 6. Iob 1. 20. * *Dura ceruicis*, *q* Inobediens. 5 *Delebo te*, *r* Comminatio grauis pœnæ; *s* quam meretur inobedientia. *Iam nunc depone ornatum tuum*, &c. Verba hæc fuerunt dicta Moysi in monte; quæ recitauit Moyses post descensum populo: ideo populus deposuit ornatum, vt dictum est supra, & mox repetetur. Iubet Deus deponi ornatum corporis *t* in signum pœnitentiæ. nam deponunt vestes mancipia, cum vapulant. *u* Vera pœnitentia propositum satisfaciendi, ac ipsam satisfactionem includit, quantum oportuerit. *x* Est autem actus iustitię vindicatiuę, cum quis pro peccatis actum satisfactionis exercet erga Deum. *y* Quem actum iubet Deus esse publicum, quia peccatum publicum fuit. *Vt sciam quid faciam tibi*, Loquitur more hominum, vt videam quid faciam tibi. Expone te meæ vltioni. *Scire*, cum de Deo sermo est, idem est quod scire facere, c. 2735. * *Deposuerunt ergo filii Israel ornatum*, &c. 2 Actus obedientiæ in Deũ, 6 *a* & pœnitentiæ. *A monte Horeb*, Videtur, A, pro In, positum. Nam hebræum 7 pro *Min*, etiam, In, significat. * *Moyses quoque tollens tabernaculum*, &c. Nondum ædificatũ erat Tabernaculum, quod Deus præceperat in monte Moysi. Erat ergo tabernaculum, de quo fit hoc in loco mentio, paruum aliquod tabernaculum in medio castrorũ, in quo apparebat columna nubis; vt ibi coleretur Deus. In signum ergo, quod Deus recessérat ab Israelitis ob idololatriæ peccatum, tetendit Moyses hoc tabernaculum extra castra procul. *e* Inimicitię diuinę symbolum tabernaculi elongatio. Nam amat amicitia præsentiam amici. *Vocauitque nomen eius*, *Tabernaculum fœderis*, Imposuit tabernaculo hoc nomen post descensum è monte, cum nouas legis tabulas attulit, & in tabernaculo seruauit. *d* Vsus est nomina imponendi & personis, & rebus: tum ad hominum societatem conseruandam; tum ad rerum cognitionem tradendam. *Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculũ*, &c. *e* Debetur personis in dignitate constitutis obseruantia, & cultus. *f* Cultus quidam externus, qui superioribus, & personis excellentibus exhibetur, sunt inclinationes corporis, obuiationes, & similia. Hunc cultum exhibebant Israelitæ Moysi cum egrediebatur ad tabernaculum. 9 10 * *Descendebat columna nubis*, &c. *g* Nubes symbolum diuinę præsentiæ, ac Maiestatis. *Loquebaturque cum Moyse*, *h* In reuelatione prophetica contingunt aliquando similitudines sensibiles externæ. vt nunc nubes loquente Deo cum Moyse. *Stabantque ipsi*, *& adorabant per fores tabernaculorum suorum*, Discimus ex hoc Israelitarũ facto 1. *i* Deum esse colendum, ac venerandum. 2. *k* Esse Deo adorationis reuerentiam exhibendam. 3. *l* Congruum esse adorationem etiam exteriorem Deo exhibere. 11 * *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem*, &c. Indicant hæc verba 1. Peculiarem Dei amorem erga Moysen. *m* Nam amor causat præsentiã, seu vnionem realem cum re amata. 2. *n* Esse amorem Dei erga homines, & amicitiam inter homines iustos, & Deum. 3. *o* In reuelatione prophetica contingere interdum similitudines sensibiles externas. nam Deus loquebatur cum Moyse forma sensibili, vt indicant ea verba, *Facie ad faciem*, *Puer*, Minister, can. 2140. nam ætate non erat puer. *Non recedebat de tabernaculo*,

a p. 1982. b p. 1987. c p. 2124. d p. 2125. e p. 116, 119, 340, 344, 345. f p. 1279. g p. 2156, 2216. h p. 928. i p. 1293. k p. 2072. l p. 2086. m p. 216. n p. 224. o p. 231. p p. 231. q p. 2072. r p. 1293. s p. 1279. t p. 223. u p. 802. x p. 808. y p. 819. c p. 193, 1592, 1593. d p. 2153. e p. 2052. f p. 2056. g p. 361. h p. 689. i p. 37, 1915. k p. 1957. l p. 1960. m p. 193, 1592. 1593. n p. 1491, 1492. o p. 682.

Digitized by Google

p p.851,37, 1915. p Custodia tabernaculi, & ministri præsentia ad Dei reuerentiam pertinebat.

* *Dixit autẽ Moyses ad Dominũ*, &c. 12 Moyses Deum maximè vrget, vt velit se 13 in Israelitarum itinere præsentem signis ostendere. Vrget autem duabus rationibus; altera, quod congruum est iuuare in itinere eum, quem Deus itineris ducem elegerat: altera, quod par est non priuare sua præsentia amicum, quem præ alijs hominibus diligebat. Monet q prouidentiæ, r & amoris. *Non indicas mihi, quem missurus es mecum*, Si Angelus est, quem missurus es; hunc ego cupio cognoscere, ac videre. non enim Moyses videbat Angelum, cum quo loquebatur, & qui in columna nubis apparebat, & qui Deum repræsentabat. *Noui te ex nomine*, LXX. οἶδά σε παρὰ πάντας, Noui te præ omnibus. Noscere, est diligere, can. 2573. Principes cognoscũt ex nomine inter turbam subditorum eos, quos peculiari amore diligunt. *Ostende mihi faciem tuam*, hebr. Ostende mihi viam tuam. In hoc itinere Israelitarum tu ipse indica mihi b viam, per quam vis nos ingredi ad terram promissam. Et quia id Dei fauorem complectitur, & visibilem præsentiam; ideo vulgata vertit *Faciem*, Nam facies & fauorem, & præsentiam significat, cc. 1582, 1588, 8228. *Vt sciamte*, Te, videtur abundare: vt Cant. 1. 8. Si ignoras te. Vt, inquit, viam sciam. *Et inueniam gratiam ante oculos tuos*, Vt mei amantẽ te ostendas, vt mihi tuum fauorem prestes. s Sunt iusti homines, Deo placentes. *Respice populum tuum gentem hanc*, hebr. Vide, quod populus tuus est gens ista. * *Facies* 14 *mea præcedet te, & requiem dabo tibi*, Et recreabo te, consolabor: Innuitur Dei t suauitas, u benignitas, x beneficentia, y misericordia. * *Si non tu ipse præcedas*, &c. 15 Quamuis iam pollicitus sit Deus se præcessurum, adhuc tamen instat Moyses, vt Deus pollicitationem confirmet. z Desiderium pium in petente requiritur, vt eius oratio sortiatur effectum. * *In quo enim scire poterimus*, &c. a Congruum orationi rationem impetrandi associare, Dei benignitatem, Dei gloriam. *Vt glorificemur ab omnibus populis*, Præ omnibus populis. *Min*, significat non solum *Ab*, sed etiam *Præ*. Gloria autem populi b Dei, cedit in gloriam Dei. b Ob id Moyses appetit gloriam populi. * *Et verbum* 17 *istud, quod locutus es faciam*, Ostendit se c Deus c exorabilem, d & benignum, e & beneficum. *Inuenisti enim gratiam coram me*, &c. f vt supra v. 11. * *Ostende* 18 *mihi gloriam tuam*, Gloria multa significare solet in Scripturis sacris, c. 1672. & seqq. Hoc in loco videtur sumi pro Maiestate, & manifestatione rei angustioris, & diuinioris. nam subditur, *Ego ostendam omne bonum tibi*, Sciendum, quod cum Deus cum aliquo loquitur, non ostendens illi diuinam essentiam clara visione, semper loquitur per aliquod creatum, repræsentatiuum Dei loquentis. Videtur ergo fuisse Deum, cum loqueretur cum Moyse, vsum forma aliqua corporea maximæ claritatis, ac splendoris, vt per illam diuinæ essentiæ claritatem infinitam aliquo modo repræsentaret: sed eã speciem densa nube obumbrasse, ne Moyses tanto splendore offenderetur. Conijciebat Moyses illum splendorem esse valde speciosum: illum optat videre, dum ait, *Ostende mihi gloriam tuam*, g Desiderium addiscendi licita licitum est, & excitandum. h Præcipuum hominis studium esse debet circa 19 cognitionẽ diuinorum. * *Ego ostendam omne bonum tibi*, hebr. Transire faciam omne bonum meum coram te. Pollicetur Deus se ostensurum Moysi illam Dei formam, quam petebat; non tamen vt erat in facie, sed in posterioribus, quę species, quia Deum repræsentabat, qui est omne bonũ; ait Deus se ostensurum omne bonum. Indicatur *Dei* i exorabilitas, k benignitas, *l* beneficentia, *m* summa perfectio. *Et vocabo in nomine Domini coram te*, Et inclamabo nomen meum coram te: vt nullo modo dubius esse possis de mea præsentia. *Et miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit*, Vt indicet Deus se magnum beneficium præstiturum Moysi, ostendendo ei seipsum, sine vllo debito id præstandi; & magnam misericordiam se exhibere in populum Israeliticum, eũ non delendo; immo illi se Ducem itineris exhibendo; addit hæc verba, quibus interim indicat *n* se esse liberum in agẽdo, *o* & mi- 20 sericordem, *p* & clementem. * *Non enim videbit me homo & viuet*. Tãtus est maiestatis splẽdor in facie mea; vt fieri naturaliter nõ possit, vt quis illum intueri possit, quin exanimetur. tantũ enim sacri horroris ingerit animo, vt ei omnẽ vim horror absorbeat ad corpus animandum. Vel, Tanta est pulchritudo in mea facie, vt non cõueniat vt qui me semel viderit, amplius 21 viuat ad videndum alia. * *Est locus apud* 22 *me*, &c. q Describitur actus diuinæ prouidentiæ, peculiaris erga Moysem, Deo carum. 23

Interpretatio mystica.

1 Ascensus Israelitarum in terrã fluentem lacte & melle; a est ascensus tũ Fidelium in Ecclesiam, b tum mentium in contemplationem, c tum iustorum in cęlũ. Nam Iudæa & Ecclesiæ figura fuit, Psal. 75. 2. & cęlestis Ierusalem, Ioel. 3. 20. Hebr. 3. & 4. & Iudæi, figura populorum veram Christi fidẽ profitentiũ, Rom. 2. 26, 28, 29. &

q p.23. 380 r Vid. sup. v. 11. litt. m, n. s p.644. t p.35. u p.53. x p.54. y p.56. z p.1941. a p.1949. b p.2232. e p.55. d p.53. e p.54. f Vid. sup. v. 11. litt. m, n. & v. 12. litt. s. g p.1461. h p.2401. i p.55. k p.55. l p.54. m p.4. n p.26. o p.56. p p.52. q p.23. 380 a p.1429. b p.642. c p.958. 969.

Digitized by Google

& Cælum, cuius figura est Iudæa symbolum cõtemplationis, 2. Cor. 12. 2. ex S. Th.

d p.572, 573.578. * *d* Angelus præcursor est tum Iesus Christus, qui magni consilij Angelus appellatur: per quem est ingressus & in Ecclesiam, & in cælum, & in omne aliud bonum supernaturale. *e* tum Sacerdos, quatenus est minister Sacramentorum, & sacrificij. *f* tum Prædicator, quatenus est minister verbi, per quod habetur fides, quę est ianua ad omne bonum spirituale.

e p.646.

f p.700.

Chananæi, Amorrhæi, &c. respectu Ecclesiæ, *g* sunt Idololatrę; quos eiecit Deus è Gentilitate, vt Fideles in Ecclesiam introduceret. *h* Respectu contemplationis, sunt vitia; & peccata: quæ expellenda ex animo sunt, vt mens ad contemplationem possit ascendere. Respectu cæli, ac felicitatis æternæ, *i* sunt Angeli apostatæ: quos è cælo deiecit Deus; in quorum sedes electos homines introducit.

g p.1428.

h p.680, 681.

i p.354, 953,969.

* Lac, doctrinæ sacræ symbolum est, 1. Cor. 3. 2. 1. Pet. 2. 2. & innocẽtiæ, Isa. 28. 9. & abundantis boni, Ierem. 11. 5. & 32. 22. Ioel 3. 18. Mel, item diuinæ doctrinæ est symbolum, Psal. 18. 11. & 118. 103. & Spiritus sancti, & æternæ vitę, & legis diuinę, Eccli. 24. 27. Terra ergo fluens lacte, & melle *k* est Ecclesia, *l* & contemplatio, *m* & cœlum; quatenus his bonis abũdant.

3

k p.620.

l p.674.

m p.974.

n Negat Deus se cum Israelitis ascendere: quatenus è Fidelibus ingratis efficacia gratiæ auxilia subtrahit.

n p.381.

* *o* Tabernaculum extra castra, est Ecclesia Catholica ab Hæreticorum cõmunione seiuncta. *p* Moyses, figurat caput Ecclesiæ visibile, Christi Vicarium. *q* Ad quem omnis quæstio de fide referenda est,

7

o p.628, 629,630, 631.

p p.645.

q p.1355.

14 * *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi*, Faciẽs Dei nos præcedit, *r* quatenus Deus efficacem gratiam nobis præbet ad fidem amplectendam, ad intelligendum diuina, *s* ad progrediendum salutis iter. Requies autem, quam Deus iusto pollicetur, est æterna felicitas cæli.

r p.370.

s p.375, 378,379.

18 * *Ostende mihi gloriam tuam*, &c. *t* Species illa Dei, per quam Deus Moysi loquebatur, videtur species humana fuisse, & figurasse Iesum Christum; illius faciem Christi diuinitatem, posteriora humanitatem significasse, & opera Christi. *u* Diuinitas non potest ab vllo intellectu creato videri vt est, nisi reuelet per lumẽ glorię.

t p.429.

u p. 28.

22 Est enim Deus inuisibilis. * *x* Sed neque *Dei* posteriora videre possumus, id est, neque credere possumus, *Deum* hominem factum, & incarnatum, & passiones eius, ac actiones fuisse theandricas, id est, hominis *Dei*; nisi diuinæ gratiæ adiuti auxilio. Nam fides est donum *Dei*. Nempe hoc auxilium mystice significant verba illa; *Ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea*, *y* Petra Christus est, cuius foramen est passio. ex passionis Christi merito est omne auxilium, quod nobis à *Deo* præbetur ad credendum Christi mysteria.

x p.370, 1351.

y p.576.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Post fractionem tabularum, & vltionem idolatrarum, & eductionem tabernaculi extra castris; ascendit Moyses in montem placaturus Deum, cum quo fuit secundis 40. diebus. Cum autem precedenti capite narrentur sermones habiti eis diebus inter Deum, & Moysen: hoc in capite pergit sacer Scriptor eos sermones narrare, & acta quæ vltimis duobus diebus gesta sunt. 1. Moyses iussus à Deo descendit de monte, & dolat duas tabulas, cum quibus in montem regreditur. 2. Potitur visione posteriorum Dei; quem adorat, & precatur. 3. Deus præcipit multa quæ proponenda erant à Moyse populo ad obseruandum. 4. Moyses quadragesimo die descendit de monte cum secundis tabulis, & vultu radios emittens: narrat populo quæ Deus præceperat: velat faciem, vt aspici à populo possit.

1 C deinceps. Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregisti: 2 Esto paratus manè, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super verticem montis, 3 Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem: boues quoque & oues non pascantur contra. 4 Excidit ergo duas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas. 5 Cumq; descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen Domini. 6 Quo transeunte coram eo, ait: Dominator Dominе Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax, 7 qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata,

Digitized by Google

peccata, nullusq; apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem. 8 Festinusq; Moyses curuatus est pronus in terram, & adorans 9 ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum (populus enim duræ ceruicis est) & auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas. 10 Respondit Dominus: Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum. 11 Obserua cuncta quæ hodie mando tibi: ego ipse eijciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque & Heuæum, & Iebusæum. 12 Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iũgas amicitias, quæ sint tibi in ruinam: 13 sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide: 14 noli adorare Deum alienum. Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator. 15 Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne, cùm fornicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de immolatis. 16 Nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis: ne, postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. 17 Deos conflatiles non facies tibi. 18 Sollemnitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorum: mense enim verni temporis egressus es de Ægypto. 19 Omne quod aperit vuluam generis masculini, meum erit. de cunctis animantibus, tam de bobus, quàm de ouibus, meum erit. 20 Primogenitum asini redimes oue: sin autem nec pretiũ pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorũ redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. 21 Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare, & metere. 22 Sollemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ, & sollemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. 23 Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel. 24 Cùm enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. 25 Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ; neque residebit manè de victima sollemnitatis Phase. 26 Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdũ in lacte matris suæ. 27 Dixitq; Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cũ Israel pepigi fœdus. 28 Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. 29 Cumq; descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. 30 Videntes autẽ Aaron & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere. 31 Vocatiq; ab eo, reuersi sunt tam Aaron quàm principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos, 32 venerunt ad eum etiam omnes filij Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. 33 Impletisq; sermonibus, posuit velamen super faciem suã. 34 Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerãt imperata. 35 Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos. 1

Interpretatio litteralis.

a *p.*1117. b *p.*1119. c *p.*344. 858. d *p.*2066.

Recide tibi duas tabulas, &c. Indicant hæc verba, *a* Auctorem legis veteris fuisse Deum, *b* Ministrum Moysem. * *Nullus ascendat tecum*, &c. *c* Iubet hæc obseruari ad maiorem legis diuinæ reuerentiam. * *Excidit ergo duas tabulas*, &c. *d* Paret Moyses Deo præcipienti. * *Cumque descendisset Dominus per nubem*, &c. Videtur hoc in loco narrari illa Dei apparitio, quæ in fine capitis præcedentis promittitur, Ponam te in foramine petræ, &c. Textus hebræus ita habet: Et descendit Deus in nube, & stetit secum ibi, & clamauit in nomine Domini. *e* Est diuina reuelatio per similitudines sẽsibiles extemas. * *Dominator Domine Deus*, &c. hebr. יהוה יהוה אל Iehouah Iehouah El, Deus

1 2 3 4 5 6 e *p.*689.

Deus

Deus Fortis. Hæc & sequentia verba videntur dicta ab ipso Deo, vt se præsentem ostenderet; eademq; Moysem prosecutum
f p.14. fuisse. *Deus*, hebr. *el*, Fortis. *f* Deus omnia potest. Porrò illa hebræa eiusdem nominis repetitio *Deus Deus*, vel excellentiam significat, c.8556. q.d. Summus Deus, ens infinitum. Vel confirmationem eiusdem perfectionis, nempe diuinitatis, can.8557. q.d. verus Deus. Vel idem est, quod *Deus Dei*, id est Deus ex Deo: vt significetur Filius *Dei*, secunda Trinitatis Persona, quæ à Patre procedit. quia fortasse illa Maiestatis species visibilis, quæ Moysi apparebat, Iesum Christū repræsentabat, *Deum* incarnandum. Atque ita colligi possunt ex
g p.4. hoc loco multa dogmata. 1. *g* Deum esse
h p.8. summum ens. 2. *h* Deum esse summam, ac
i p.57. primam Veritatem. 3. *i* Esse distinctionē
k p.65. personarum in *Deo*. 4. *k* Filium esse ve-
l p.61. rum *Deum*. 5. *l* Filium à Patre distingui.
m p.64. 6. *m* Patrem esse verū Deum. 7. *n* Filium
n p.69. à Patre procedere. *Misericors*, hebr. רחום *Rahhùm*. *o* Est Deus misericors; quatenus
o p.56. nostris malis occurrit sua bonitate. *Clemens*, hebr. חנון *Hhannùn*, Parcens, rem gratam faciens. Et *p* Dei clementia, &
p p.52. *q* benignitas, & *r* beneficentia indicatur.
q p.53. *Patiens*, hebr. ארך אפים *Erech appaijm*, Differens in longum furorem. Est Deus *s* pa-
r p.54. tiens, *t* longanimis, *u* mansuetus. *Et multæ miserationis*, hebr. ורב חסד *Hhesed*, etiam
s p.49. beneficum significat. *x* Est *Deus* liberalis.
t p.50. *Verax*, & fidelem significat, can.2438. &
u p.51. iustum, c.2439. & veracem, c.2435. Est
x p.45. *Deus* y verax, z fidelis, *a* iustus multum,
y p.47. id est, *b* infinitè; omnem habens iustitiæ
z p.48. perfectionem. Multi enim interdum pro
a p.44. omnibus sumūtur, Matt.20.16,28. Rom.
b p.4. 5.15,19: * *Qui custodis misericordiam in millia*, Videtur simi numerus finitus *millia*, pro infinito. Proprium *Dei* est be-
7 nefacere: nam diuina bonitas est infinitè communicatiua. *c* Dei misericordia innitur, *d* & benignitas, *e* & beneficentia; *f* &
a p.56. opera bona meriti apud Deum rationem
d p.53. habere. *Qui auferis iniquitatem, & scelera, atque peccata.* Verbum נשא *Nasa*, sig-
e p.54. nificat & sustinere, & remittere. Signifi-
f p.1295. cant ergo hęc verba *g* & Deum patiētem esse, *h* & remissionem peccatorum à Deo
g p.49. fieri, *i* & Deum esse auctorem gratiæ.
h p.404. *Nullusque apud te per se innocens est*, hebræum, Et mundando, non mundabit.
i p.382. LXX. τὸν ἔνοχον οὐ καθαριεῖ, Obnoxium non mundabit. Hæ versiones multiplicem in vulgata sensum indicant. 1. Nemo est, qui non indigeat tua remissione, quia quicunque voluerit se purgare, & liberum à
k p.1194. peccato ostendere, inueniet se peccatis
l p.1225. maculatum. k Est peccatum originale.
m *Trident. sess.6. de Iust. c.11.* l Nemo in hac vita, sine Dei priuilegio, absque peccato est. m quatenus quantum-
uis sancti, & iusti in leuia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata cadunt. 2. Mundando non mundabit, & reum non purgabit. *n* quatenus remissa
n p.789. culpa, adhuc temporalis pœnæ reatus remanere solet. Remanet pœna mortis remisso originali. 3. Nullus apud Deum per se innocens est: *o* quatenus sine diuino gra-
o p.378. 379. tiæ auxilio non potest iustus peccatum vitare, & in gratia perseuerare. *Qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam progeniem,* p Contingit interdum vnum pro peccato alterius
p p.1290. Greg. apud Glos. puniri: quia ad ipsum peccantem spectat, vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis pars communitatis. Quartam generationem dixit: quia pater peccans potest viuere, & videre sui peccati pœnam in filijs vsque ad quartā generationem; atque ita torqueri.

8 * *Festinusque Moyses curuatus est prōnus in terram, & adorāni ait,* q Est Deus
q p.37. colendus, ac venerandus. r Et exteriores
1915. corporis actus conuenienter ei exhibentur
r p.844. in cultum; s qualis est exterior adoratio.
1918. *Festinus*, t Celeritas in executione adhi-
s p.1960. benda. * *Si inueni gratiam in conspectu*
t p.1732. *tuo*, Indicant hæc verba 1. *u* Esse posse
1767. amicitiam inter Deum, & homines iustos.
u p.1491. 2. *x* Esse amorem Dei erga homines.
x p.1492. 3. *y* Amicitiæ actum esse cum amici vo-
y p.1571. luntate concordare. Si inueni gratiam, inquit, obsecro vt facias, quod ego peto:
4. *z* Amicitiæ effectum esse amico conuiuere, *Vt gradiaris nobiscum.* 5. *a* Effectum
z p.1592. esse amicitiæ, amico benefacere, *Et auferas iniquitates nostras*. Quid sibi vult,
a p.1594. 1605. *Vt gradiaris nobiscum?* Vt te præsentem nobis ostendas beneficijs, & miraculis. *Populus enim dure cervicis est*, Enim, pro Quamuis, c.3624. Ne recedas à populo; quamuis tibi sit inobediēs. *b* Dura ceruix
b p.209. symbolū inobedientiæ. Quamuis, inquit, populus contra ius amicitiæ faciat; *c* quatenus cum tua voluntate non concordat;
c p.1571. *d* tuumq; ius peccando lædat. *Et auferas iniquitates nostras, atque peccata,* e Iustificantur impij, & in Dei amicitiam reci-
d p.1574. piuntur per remissionem peccatorum.
e p.403. *f* Est remissio peccatorum; *g* cuius est auctor Deus. *Nosq; possideas*, Omnes Deus possidet, cum sit Dominus omnium: sed peculiari ratione dicitur possidere eos, qui
f p.776. *h* eius faciunt voluntatem, *i* & eum colunt.
g p.777. 10 * *Ego inibo pactum*, &c. Promittit Deus
h p.1571. se præstaturum quod Moyses petierat.
i p.37.1915. *Pactum*, Fœdus; amicitiam. Deceptur his verbis 1. *k* Deum esse exorabilem. Flectitur enim Moysis precibus. 2. *l* Licitū esse
k p.55. licita promittere. exemplo Dei. 3. *m* Esse
l p.2124. Dei amicitiā cum hominibus iustis, *Inibo pactum*. 4. *n* Sæpè Deum miracula operari, id est, aliqua facere præter ordinē, quem
m p. 1491. 1492. n p.310.

indi-

indidit rebus, *Signa faciam, quæ nunquam visa sunt*, &c.

* *Observua cũcta, quæ hodie mando tibi*, 11

o Tenetur homo in omnibus diuinis præceptis obedire. *Ego ipse eiiciam*, &c. 12

p Obedientiæ præmia præclara. * *Caue ne vnquam cum habitatoribus*, &c. q Malorum hominũ familiaritas, & conuictus, quantum ad periculum, & consortium peccandi, fugiendus. *Quæ sint tibi in ruinam*, r Consequitur pœna ad peccatum. Pœnæ symbolum ruina. * *Aras eorum destrue*, &c. 13

s Tentationum occasiones vitandæ. * *Noli adorare Deum alienum*, 14

t Idololatriæ peccatum prohibet. *Dominus Zelotes nomen eius. Deus est æmulator*, Zelus, hoc in loco in bonam partem sumitur pro desiderio, & studio bono, c. 2494. Nomen, interdum significat essentiam, c. 2926. Deus, inquit, totus est zelus suæ gloriæ: quatenus totus est amor suæ bonitatis, ac proinde propendens ad repellenda impedimenta gloriæ, quæ suæ bonitati debetur. Puniet ergo idololatras, qui diuinum honorem alteri tribuunt. Ex his intelligimus 1. u Esse in Deo amorem erga diuinum bonum. Zelus amorem includit. 2. x Esse Deum vindicem, ac vltorem male agentium. Noli, inquit, adorare Deum alienum: quia Deus est zelotes, id est, vlciscetur hanc iniuriam. 3. Diximus exemplo Dei, quatenus zelatur suum bonum, y Complacere de diuino bono: zelus enim eam complacentiam includit. 4. z Velle bonum Deo, nempe gloriam; quia ipse eam vult, quatenus eã zelatur. 5. a Odisse peccatum, quatenus diuinæ gloriæ contrarium est. Zelus hoc odium includit. 6. b Diuinæ gloriæ desiderium propter Deum. Dei zelus includit hoc desiderium. 7. c Tristitiam de impedimentis diuinæ gloriæ. † Zelus diuinæ gloriæ hanc tristitiam includit.

* *Ne ineas pactum cum hominibus*, &c. 15

d vt supra v. 12.

* *Nec vxorem de filiabus eorum*, &c. 16

e vide supra v. 13. *Postquam ipsæ fuerint fornicatæ*, &c. f Fornicatio, symbolum est idololatriæ, c. 6090. * *Deos conflatiles* 17

g *non facies tibi*, g Ad idololatriam spectant deorum imagines.

* *Solennitatem azymorũ custodies*, &c. 18

h vide sup. cap. 23. v. 14, 15. * *Omne, quod aperit vulvam*, &c. 19

i vide supra cap. 13. 20

* *Sex diebus operaberis, die septimo ces-* 21

sabis arare, & metere. K Præceptum est morale, habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis. l Præcepta fuit in lege veteri Sabbati sanctificatio, ad exhibendum Deo signum cultus sensibile pro beneficio creationis.

* *Solennitatem hebdomadarum*, &c. 22

m vide sup. cap. 23. v. 14, 15, 16. * *Nullus* 23 24

insidiabitur terræ tuæ, &c. n Peculiaris Dei erga pios prouidentia est. o Iusti, ac 25 pij à Deo proteguntur. * *Non immolabis super fermento*, &c. p vid. sup. cap. 23. 26 v. 18. * *Primitias frugum*, &c. q vide supra cap. 23. v. 19. *Non coques hœdum*, &c. 27 r vide ibid. * *Scribe tibi verba hæc*, &c. s Veteris testamenti auctor Deus, minister Moyses. 28 * *Fuit ibi cum Domino*, &c. t Exhibuit Moyses vitæ contemplatiuæ exemplum. u Primarium indicatur contemplationis obiectum, Deus: x & vita solitaria contemplationi congrua. *Panem non comedit*, &c. y Ex contemplatione diuinorum diminutio amoris erga sensibilia solet cõtingere. z Est actus virtutis ieiunium, quatenus ad liberius contemplandum ordinatur. *Et scripsit in tabulis*, &c. a Legis veteris minister Moyses. 29 * *Quod cornuta esset facies sua*, hebr. Quod splenderet pellis faciei suæ. Cornua pro radijs, ac splendore sumuntur, & pro gloria. LXX. *Quod glorificata esset facies.* Cornu, quatenus eminet in capitibus animalium, gloriæ symbolum est. Psal. 74. 5. & 111. 9. Eccli. 47. 6. vide can. 5782. *Ex consortio sermonis Domini*, Forma illa splendentissima, qua se Deus Moysi videndum præbuerat, irradiauit, & splendorem Moysi communicauit. Lux, symbolum est intelligentiæ, c. 6526. & doctrinæ veræ, c. 6531. & gloriæ, c. 6532. Quare splendor ex consortio sermonis Domini significabat effectum contemplationis, b qui est intelligentia diuinorum, c & quædam æternæ felicitatis inchoatio. d Significabat etiam veritatem doctrinæ, seu legis, quam Moyses scriptam afferebat. Hæc 30 innuit Paulus 2. Cor. 3. * *Timuerunt prope accedere*, Putarunt vel esse phantasma, vel lucem noxiam. e ideo sibi timuerunt. 31 * *Vocatique ab eo*, &c. f Vt timorem re- 32 moueret. * *Præcepit cuncta, quæ audierat à Domino in monte Sinai*, g Legis veteris 33 auctor Deus, minister Moyses. * *Posuit velamen super faciem suam*, h Ad timorem è cordibus Israelitarũ discutiendum. i Ad cautionem, ne fugeretur. K Ad pro- 34 uidentiam, vt audiretur. * *Loquebatur ad filios Israel omnia, quæ sibi fuerant* 35 *imperata*, l vt sup. v. 32. * *Sed operiebat ille rursus faciem*, &c. m vt sup. v. 33.

n p. 380. o p. 899. p Sup. c. 23. v. 18. litt. a, b, c. q p. 1974. r Sup. c. 23. v. 19. litt. a, b, c. s p. 1117, 1119. t p. 642. u p. 669. x p. 682. y p. 676. z p. 2287. a p. 1119. b p. 689. c p. 671. d p. 1121. e p. 238. f p. 1472. p p. 1117, 1119. h p. 1472. i p. 1761. k p. 1759. l p. 1117, 1119. m Vid. sup. litt. h, i, k.

Interpretatio mystica.

INterpretationem mysticam nouarum tabularum, & splendoris, qui fuit in vultu Moysis; indicat S. Paulus 2. Cor. 3. 29 * a Nouæ legis tabulæ, quas Moyses ferebat, nouum testamentum, & legem euangelicam significabãt, b quam ad nos Iesus Christus attulit. c Tabulæ nouæ permanserunt,

a p. 1134. b p. 483, 485, 523. c p. 1138. *Aug. in Ex.* c. 66.

Digitized by Google

ferunt, fractis prioribus: quia lex euangelica in æternum manet, abolitis vmbris veteris testamenti. Eas scripsit Moyses homo, vt significaretur Christus Verbum incarnatum, auctor legis nouæ. *d* Splendor mosayci vultus, legis euangelicæ maiestatem, & doctrinæ perfectionem significabat, secundum Paulum, & æternam gloriam, ad quam gratia euangelica perducit. *e* Timor Israelitarum, & fuga à Moysis splendore, eos Iudæos figurabat, qui noluerunt Christum, & eius doctrinam recipere. *f* Vocauit Moyses ad se populum, & locutus est ad eos; mystice significans aduentum Christi, & prædicationem Iudeis factam. *g* Velamen super faciem Moysis, Iudeorum est obcecatio, vt sacras Scripturas non intelligant.

d p. 1140, 1141, 1378.

e p. 452.

f p. 451.

g p. 1430.

Aliorum, quę hoc in capite habentur, mysticam interpretationem non putamus iterum repetendam: cum satis de ea in superioribus capitibus dictum sit. vide cap. 12, 13, 23.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

1. Repetitur præceptum de Sabbato sanctificando. 2. Iubetur populus offerre materiam ad Tabernaculi fabricam, & vasorum eius, & aliorum ad Dei cultum pertinentium. 3. Narrantur ea, quæ iusserat Dominus fabricari in cultum ipsius. 4. Numerantur ea, quæ populus obtulit. 5. Enunciantur artifices à Deo electi pro construendis iis, quæ ipse præceperat.

1 IGitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri. 2 Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. 3 Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. 4 Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit Dominus, dicens: 5 Separate apud vos primitias Domino: 5 Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs, 6 hyacinthum & purpuram, coccumq; bis tinctũ, & byssum, pilos caprarum, 7 pelleſq; arietũ rubricatas, & ianthinas, ligna setim, 8 & oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama suauissimum, 9 lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis & rationalis. 10 Quisquis vestrum sapiens est, veniat & faciat quod Dominus imperauit: 11 Tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos, & tabulata cum vectibus, paxillos & bases: 12 Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur: 13 Mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus: 14 Candelabrũ ad luminaria sustentanda, vasa illius, & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium: 15 Altare thymiamatis, & vectes, & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad ostiũ tabernaculi: 16 Altare holocausti, & craticulam eius æneam cũ vectibus & vasis suis: labrum & basim eius: 17 Cortinas atrij cum columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, 18 paxillos tabernaculi & atrij cũ funiculis suis: 19 Vestimenta quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotio fungantur mihi. 20 Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysis, 21 obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quidquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, 22 viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini separatũ est. 23 Si quis habebat hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietũ rubricatas, & ianthinas, 24 argenti, æriſq; metalla, obtulerunt Domino, lignaq; setim in varios vsus. 25 Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpurã, & vermiculum, ac byssum, 26 & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. 27 Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale, 28 aromataque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum. 29 Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerũt

Digitized by Google

tulerunt donaria, vt fierent opera quę iusserat Dominus per manũ Moysi. Cuncti filij Israel voluntaria Domino dedicauerunt. 30 Dixitq; Moyses ad filios Israel: Ecce vocauit Dominus ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda. 31 Impleuitque eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia & omni doctrina, 32 ad excogitandum & faciendũ opus in auro & argento, & ære, 33 sculpendisque lapidibus, & opere carpentario. quidquid fabrè adinueniri potest, 34 dedit in corde eius: Ooliab quoque filiũ Achisamech de tribu Dan: 35 ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij, de hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto, & byssо, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

Interpretatio litteralis.

a p.1068. COngregata omni turba, &c. 1 a Promulgatio necessaria, vt lex obligãdi virtutem habeat. * *Sex diebus facietis opus*, &c. 2

b p. 2000, 2001. b vid. sup. c. 34. v. 21. *Qui fecerit opus in eo, occidetur*, c Congruum à male agẽdo pœnarum comminatione deterrere. * *Non succendetis ignem*, &c. 3

c p.1293. Ad coquendos cibos. d Tentationum occasiones vitandæ. Prohibet die Sabbati cibos coqui, ne daretur occasio ad alia opera. * *Iste est sermo quem præcepit Dominus*, e Diuini præcepti promulgatio. * *Separate apud vos* 4

d p.914. 5

e p.1068. *primitias Domino*, &c. f vid. sup. c. 25. v. 2. * *Quisquis vestrum sapiens est*, &c. 10

f Vide c. 25. v. 2. litt. c, d, e, f. g vide sup. c. 25. à v. 8. * *Tectum eius*, &c. 11

g Vid. c. 25. v. 8. vid. sup. c. 26. in summa. *Paxillos & bases*, hebr. Columnas & bases. Ergo vulgata columnas paxillos appellauit, quatenus sub basibus erant acutæ, vt possent infigi. * *Aream, & vectes*, &c. Quæ à v. 12. ad 20. 12

p.1919. hic dicuntur, explicata fusè sunt supra in quatuor capitibus 27, 28, 29, 30.

21 * *Obtulerunt mente promptissima atque*
29 *deuota primitias Domino*, Ea Israelitarũ actione docemur 1. h Aliquas oblationes, quę in cultum Dei offeruntur, voluntarias esse. 2. i Esse Sacerdotibus oblationes offerẽdas, vt eas in diuinum cultum expendãt. 3. k Licere de quibusque rebus oblationes fieri. 4. l Exhibendum esse Deo religionis actum intemum, nempe Deuotionem, seu voluntatem tradendi se promptè ad ea, quæ ad diuinum cultum pertinent.

h p.1968. i p.1970. k p.1971. l p.1921.

30 * *Ecce vocauit Dominus ex nomine*,
35 &c. m vid. sup. c. 31. v. 2, 3, 6. * *Abietarii*, Lignarij, fabri. *Polymitarii*, hebr. Cogitantis, artificiosè operantis, phygionis. *Plumarii*, hebr. *Roqem*, Ital. Recamatore.

m Vid. c. 31. litt. a, b, c, d, e, f.

Mystica eorum, quæ hoc in capite habentur, interpretatio in superioribus capitibus est allata.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Offerunt Israelitæ artificibus quotidie suas oblationes, donec amplius offerre prohibentur. Singulæ Tabernaculi partes perficiuntur.

1 FEcit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam & intellectum, vt scirẽt fabrè operari quæ in vsus Sanctuarij necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus. 2 Cumque vocasset eos Moyses, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, 3 tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. Qui cum instarent operi, quotidie manè vota populus offerebat. 4 Vnde artifices venire compulsi, 5 dixerũt Moysi: Plus offert populus quàm necessarium est. 6 Iussit ergo Moyses præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat vltrà in opere Sanctuarij. Sicque cessatum est à muneribus offerendis, 7 eo quòd oblata sufficerent & superabundarent. 8 Feceruntq; omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byssо retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto opere vario, & arte polymita: 9 quarũ vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quattuor: vna mensura erat omnium cortinarum. 10 Coniunxitq; cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit. 11 Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter, 12 vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuò

Digitized by Google

mutuò iungerentur. 13 Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret vnum tabernaculum. 14 Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi: 15 vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quattuor: vnius mensuræ erant omnia saga: 16 quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim. 17 Fecitq; ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungerentur. 18 Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnũ pallium ex omnibus sagis fieret. 19 Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudq; desuper velamentum de pellibus ianthinis. 20 Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes. 21 Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat. 22 Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, vt altera alteri iũgeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. 23 E quibus viginti ad plagam meridianam erãt contra Austrum, 24 cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub vna tabula ponebãtur ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturæ laterum in angulis terminantur. 25 Ad plagã quoque tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas, 26 cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. 27 Contra occidentem verò, id est, ad eam partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabulas, 28 & duas alias per singulos angulos tabernaculi retrò: 29 quæ iunctæ erant à deorsum vsque sursum, & in vnam compaginẽ pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: 30 vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. 31 Fecit & vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, 32 & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. 33 Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret. 34 Ipsa autem tabulata deaurauit, fusis basibus earum argẽteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent: quos & ipsos laminis aureis operuit. 35 Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byssо retorta, opere polymitario, varium atque distinctum: 36 & quattuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deaurauit, fusis basibus earum argenteis. 37 Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarij: 38 & columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, baseſque earum fudit æneas.

Interpretatio litteralis.

a p.166. *Fecit ergo Beseel*, &c. *a* Toto hoc capite actus describuntur executionis, quem Philosophi morales vsum appellant. 1

* *Cumque vocasset eos Moyses*, &c. 2

b p.1759. *b* Actus prouidentiæ. * *Quotidie mane vota populus offerebat;* 3

c p.2160, 1921, 1968. *c* Præclarus liberalitatis actus; & religionis. * *Dixerũt Moysi:* 4 5

Plus offert populus, &c. *d* Virtutis actus 6

d p.2157. Ostendunt artifices liberum se habere animum ab inhærendo diuitijs. 7

* *Fecerunt omnes corde sapientes*, &c. 8

e Vsus, & executio. Eorum, quæ in hoc capite habentur interpretationem tum litteralem, tum mysticam vide supra in capite vigesimo sexto.

e p.166.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Narratur fabrica & Arcæ, & mensæ, & vasorum, & candelabri, & lucernarum, & altaris thymiamatis, & olei sanctificationis, & thymiamatis.

1 FEcit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine: altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidij: vestiuitque eam auro purissimo intus ac foris. 2 Et fecit illi coronam auream per gyrum, 3 conflans quattuor annulos aureos per quattuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. 4 Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestiuit auro, 5 & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. 6 Fecit & propitiatorium, id est, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. 7 Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij: 8 Cherub vnum in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius: duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij, 9 extendentes alas, & tegentes propitiatorium, seque mutuò & illud respicientes. 10 Fecit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in latitudine cubitum ac semissem. 11 circumdeditque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, 12 ipsique labio coronam auream interrasilem quattuor digitorum, & super eandem, alteram coronam auream. 13 Fudit & quattuor circulos, aureos, quos posuit in quattuor angulis per singulos pedes mensæ 14 contra coronam: misitque in eos vectes, vt posset mensa portari. 15 Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, & circumdedit eos auro. 16 Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina. 17 Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæque ac lilia procedebant: 18 sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera: 19 tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæq; simul & lilia. Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri. 20 In ipso autem vecte erant quattuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul & lilia: 21 & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno. 22 Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo. 23 Fecit & lucernas septem cum emunctorijs suis, & vasa vbi ea quæ emuncta sunt extinguantur, de auro mundissimo. 24 Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. 25 Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. 26 Vestiuitque illud auro purissimo, cum cratieula, ac parietibus & cornibus. 27 Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & posset altare portari. 28 Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis. 29 Composuit & oleum ad sanctificationis vnguentum, & thymiama de aromatibus mundissimis, opere pigmentarij.

Interpretatio litteralis.

QVæ in hoc capite dicuntur de fabrica Arcæ, vasorum, candelabri, explicata sunt supra c. 25. secundum vtrumque sensum, & litteralem, & mysticum. De altari thymiamatis dictum est capite trigesimo in principio: de oleo sanctificationis, ac thymiamate, in eodem capite in fine.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Narratur fabrica & altaris holocaustorum, & labri æneiy & atrii. Recensetur summa, quæ oblata est, & expensa tum auri, tum argenti, tum æris.

FEcit & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine : 2 cuius cornua de angulis procedebant, operuitq; illud laminis æneis. 3 Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. 4 Craticulamq; eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, 5 fusis quattuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum : 6 quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis : 7 induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulis, & intus vacuum. 8 Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. 9 Fecit & atrium : in cuius australi plaga erant tentoria de byssо retorta, cubitorum centum, 10 columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. 11 Æquè ad septentrionalem plagam tentoria, columnæ, baseſq; & capita columnarum eiusdem mensuræ, & operis ac metalli, erant. 12 In ea verò plaga, quæ ad occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. 13 Porrò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria: 14 è quibus, quindecim cubitos columnarū trium, cum basibus suis, vnum tenebat latus: 15 & in parte altera (quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & bases totidem. 16 Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. 17 Bases columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea : sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. 18 Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat, iuxta mensuram, quam cuncta atrij tentoria habebant. 19 Columnæ autem in ingressu fuere quattuor cum basibus æneis, capitaque earum & cælaturæ argenteæ. 20 Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. 21 Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi in cæremonijs Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis : 22 quæ Beselpel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moysen iubente, compleuerat, 23 iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan : qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo & byssо. 24 Omne aurum quod expensum est in opere Sanctuarij, & quod oblatum est in donarijs, viginti nouem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum, ad mensuram Sanctuarij. 25 Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à viginti annis & supra, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum. 26 Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases Sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. 27 Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. 28 De mille autem septingētis & septuaginta quinque fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento. 29 Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli. 30 ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniaq; vasa quæ ad vsum eius pertinent, 31 & bases atrij tam in circuitu, quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

FEcit *& labrum aneum cum baſi sua de speculis mulierum*, Vtebantur mulieres ſpeculis æneis. ea obtulerunt in fabricã labri ænei.

Quæ excubabant in oſtio tabernaculi, LXX. Quæ ieiunabant. Ex eo tempore cæpit vita cœnobitica mulierũ in templo. *a* Habes figuram eorum, qui in Eccleſia vitam contemplatiuam exercent, *b* & cœnobiticam.

a p.642.
b p.655.

* *Vigintinouem talentorum fuit*, Ex 24 hoc capite colligitur, Talentum hebræorum tria continere ſiclorum millia, litras centum vigintiquinque, def. 2830. vide ſupputationem apud Cornelium à Lapide in hunc locum.

Cętera, quæ ad huius capitis ſenſum tum litteralem, tum myſticum ſpectant lege de altari holocauſti caput 27. de labro æneo cap. 30. à v. 18. de atrio cap. 27. à v. 9. de oblatione dimidij ſicli, cap. 30. à v. 12.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.

SVMMA.

Narratur opus veſtium Aaron, & filiorum eius: & iterum recenſetur ſumma omnium, quæ Iſraelita iam perfecta obtulerunt in cultum Dei. quibus Moyses benedixit.

1 DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byſſo, fecit veſtes, quibus indueretur Aaron quando miniſtrabat in ſanctis, ſicut præcepit Dominus Moyſi. 2 Fecit igitur ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, 3 opere polymitario; inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine, 4 duaſq; oras ſibi inuicem copulatas in vtroque latere ſummitatum, 5 & balteum ex eiſdem coloribus, ſicut præceperat Dominus Moyſi. 6 Parauit & duos lapides onychinos, aſtrictos & incluſos auro, & ſculptos arte gemmaria nominibus filiorum Iſrael: poſuitq; eos in lateribus ſuperhumeralis, in monimentum filiorum Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi. 8 Fecit & rationale opere polymito iuxta opus ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta: 9 quadrangulum, duplex, menſuræ palmi. 10 Et poſuit in eo gemmarum ordines quattuor. In primo verſu erat ſardius, topazius, ſmaragdus. 11 In ſecundo, carbunculus, ſapphirus, & iaſpis. 12 In tertio, ligurius, achates, & amethyſtus. 13 In quarto, chryſolithus, onychinus, & beryllus, circundati & incluſi auro per ordines ſuos. 14 Ipſique lapides duodecim, ſculpti erant nominibus duodecim tribuum Iſrael, ſinguli per nomina ſingulorum. 15 Fecerunt in rationali & catenulas ſibi inuicem cohærentes, de auro puriſſimo: 16 & duos vncinos, totidemq; annulos aureos. Porrò annulos poſuerunt in vtroque latere rationalis, 17 è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inſeruerunt vncinis, qui in ſuperhumeralis angulis eminebant. 18 Hæc & ante & retro ita conueniebant ſibi, vt ſuperhumerale & rationale mutuò necterentur, 19 ſtricto ad balteum, & annulis fortiùs copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à ſe inuicem mouerentur, ſicut præcepit Dominus Moyſi. 20 Fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, 21 & capitium in ſuperiori parte contra medium, oramque per gyrum capitij textilem: 22 deorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta: 23 & tintinnabula de auro puriſſimo, quæ poſuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum: 24 tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando miniſterio fungebatur, ſicut præceperat Dominus Moyſi. 25 Fecerunt & tunicas byſſinas opere textili Aaron & filijs eius: 26 & mitras cum coronulis ſuis ex byſſo: 27 feminalia quoque linea, byſſina: 28 cingulum verò de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto, arte plumaria: ſicut præceperat Dominus Moyſi. 29 Fecerunt & laminam ſacræ venerationis

Digitized by Google

nerationis de auro purissimo, scripseruntq; in ea opere gemmario. Sanctum Domini: 30 & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut præceperat Dominus Moysi. 31 Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij: feceruntq; filij Israel cuncta quæ præceperat Dominus Moysi. 32 Et obtulerunt tabernaculum & tectum & vniuersam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas, ac bases, 33 opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de ianthinis pellibus, 34 velum, arcam, vectes, propitiatorium, 35 mensam cum vasis suis & propositionis panibus: 36 candelabrum, lucernas, & vtensilia earum cum oleo: 37 altare aureum, & vnguentum, & thymiama ex aromatibus: 37 & tentorium in introitu tabernaculi: 38 altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia: labrum cum basi sua: tentoria atrij, & columnas eum basibus suis: 40 tentorium in introitu atrij, funiculosque illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi, & in tectū fœderis iussa sunt fieri. 41 Vestes quoque, quibus sacerdotes vtuntur in Sanctuario, Aaron scilicet & filij eius, 42 obtulerunt filij Israel, sicut præceperat Dominus. 43 Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

Interpretatio litteralis.

a p. 1969. *Obtulerunt filii Israel, sicut præcepe-* 42 *rat Dominus*, a Ea postquam perfecta sunt, fuerunt necessariò offerenda: quia intercesserat Dei præceptum.

* *Quæ postquam Moyses cuncta vidit* 43 *completa, benedixit eis*, Israelitis, vt clarè indicat textus hebræus; non operi, quod Israelitæ obtulerant. b Actus virtutis est, alijs benedicere, id est, verbo, vel signo alio, illis à Deo bona precari. b p. 1952.

Quæ in hoc capite de vestibus sacerdotalibus dicuntur, explicata sunt secundum sensum litteralem, & mysticum cap. 28.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

SVMMA.

Iubet Deus Tabernaculum erigi, & illud, & eius instrumenta, & Sacerdotes consecrari. Exequitur Moyses Dei præceptum. Operit nubes Tabernaculum, impleique illud Domini gloria.

1 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Mense primo, prima die mensis, eriges tabernaculum testimonij: 3 & pones in eo arcam, dimittesque ante illam velum: 4 & illata mensa, pones super eam quæ ritè præcepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis, 5 & altare aureum in quo adoletur incensum, coram arca testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi pones, 5 & ante illud altare holocausti: 7 labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. 8 Circumdabisque atrium tentorijs, & ingressum eius. 9 Et assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificentur: 10 altare holocausti & omnia vasa eius: 11 labrum cum basi sua: omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint Sancta sanctorum. 12 Applicabisq; Aaron, & filios eius, ad fores tabernaculi testimonii, & lotos aqua 13 indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. 14 Fecitq; Moyses omnia quæ præceperat Dominus. 15 Igitur mense primo anni secūdi prima die mensis, collocatum est tabernaculum. 16 Erexitque Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes, statuitque columnas, & expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperauerat. 18 Posuit & testimonium in arca, subditis infra vectibus, & oraculum desuper. 19 Cumq; intulisset arcam in tabernaculum, appēdit ante eam velum, vt expleret Domini iussionem. 20 Posuit & mensam in tabernaculo testimonii ad plagam Septentrionalem extra velum, 21 ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi. 22 Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii è regione

mensæ

Digitized by Google

mensæ in parte australi, 23 locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptũ Domini: 24 Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, 25 & adolenit super eo incensum aromatum, sicut iusserat Dominus Moysi. 26 Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, 27 & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum, & sacrificia, vt Dominus imperauerat. 28 Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij & altare, implẽs illud aqua. 29 Laueruntq; Moyses & Aaron ac filij eius manus suas & pedes, 30 cùm ingrederentur tectum fœderis, & accederẽt ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi. 31 Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, 32 operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. 33 Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. 34 Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: 35 si pendebat desuper, manebant in eodem loco. 36 Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

Interpretatio litteralis.

Mense primo, Anni secundi. 2 Multis mensibus laboratum est in fabrica Tabernaculi, & supellectilis.

* *Altare aureum, in quo adoletur incensum*, Altare thymiamatis. *Coram arca testimonii*, sed non intra velum, & intra Sancta sanctorum; sed extra velum è regione arcæ. Nam intra velum non ingrediebatur nisi Summus Pontifex semel in anno. Ad altare autem thymiamatis licebat etiam alijs Sacerdotibus, & sæpius accedere. 5

* *Igitur mense primo anni secundi*, &c. 15

a *p.166.* *a* Actus executionis, *b* & obedientiæ.

b *p.2066.* * *Et gloria Domini impleuit illud*, 32 Splendor ingens, can.1673. Erat nubes 33 lucidissima. *c* Nubes diuinæ præsentiæ, & maiestatis, *d* & protectionis symbolum est, c.6769.6772. *e* Ad veræ doctrinæ confirmationem solent miracula fieri. Eo nubis lucidissimæ signo suæ diuinitatis, suæque legis veritatem Deus confirmabat.

c *p.36.* d *p.23.* e *p.696.*

* *Si quando nubes tabernaculum deserebat*, &c. *f* Eo signo Deus peculiarem 35 suam erga Israelitas prouidentiam ostendebat. 36

f *p.23.380.* 34

Interpretatio mystica.

1 *a* MOyses Tabernaculum erigens, figura fuit Christi Ecclesiam fun- 32 dantis, & gubernantis. * Operuit nubes Tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit *illud*: *b* quatenus fidei doctrina effusa est in Ecclesiam, & cõfirmata præstantissimis signis facientibus euidentiam credibilitatis. Nam nubes quatenus est opaca, Fidem Christianam significat, quæ est obscura. Splendor autem symbolum est diuini fauoris, & gratiæ, & felicitatis, c.7500.7501. Hæc autẽ bona secum 36 affert diuina doctrina. * *c* Quoniam autem nubes etiam diuinæ protectionis est symbolum, vt supra dictum est: nubes incubans per diem Tabernaculo, est diuina protectio protegens in prosperitate. nam dies, prosperitatis est symbolum, c.5869. vt contra tenebræ tristitiam, & res aduersas significant; ignis, amorem, can.6271. Quare ignis incubans in nocte, est Dei amor erga suam Ecclesiam, eam protegẽs in aduersis. Vel diuina illustratio ignorantiæ tenebras pellens. Quia ignis, intelligentiæ symbolum est, Apoc.1.14. & 2.18. & tenebræ symbolum sunt ignorantiæ, Isa.49.9. & 60.2.

a *p.625.* b *p.1363, 1365, 1375, 1377.* c *p.380, 899.*

LAVS DEO.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARII DOGMATICI,

Siue

THEOLOGICÆ INTERPRETATIONIS IN PENTATEVCHVM,

LIBER TERTIVS.

In Leuiticum.

Leuiticus hic liber inscribitur: quia de præceptis cæremonialibus in eo agitur, quæ callere, & obseruare debebant Sacerdotes, qui erant præcipua pars tribus Leui, quam sibi Deus in ministerium sui cultus assumpserat.

Huius libri materia sunt Ritus sacrificiorum, expiationum, consecrationum, aliarum obseruantiarum à Deo præceptarum.

CAPVT PRIMVM.

SVMMA.

Ritus describitur triplicis holocausti, ex vitulis, ex minutis pecoribus, ex auibus.

1 VOcauit autem Moysen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonij, dicens: 2 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Homo, qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est, de bobus & ouibus offerens victimas, 3 si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento; masculum immaculatū offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum sibi Dominum: 4 ponetq; manum super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens. 5 immōlabitque vitulum coram Domino, & offerēt filij Aaron sacerdotes sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi. 6 detractaque pelle hostiæ, artus in frusta concident, 7 & subijcient in altari ignem, strue lignorum ante compositā: 8 & membra quæ sunt cæsa, desuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori, 9 intestinis & pedibus lotis aqua: adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem Domino. 10 Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum, masculum absque macula offeret: 11 immolabitq; ad latus altaris quod respicit ad Aquilonem, corā Domino: sanguinem verò illius fundent super altare filij Aaron per circuitum: 12 diuidentque membra, caput, & omnia quæ adhærent iecori: & ponent super ligna, quibus subijciendus est ignis: 13 intestina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum Domino. 14 Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit Domino, de turturibus, aut pullis columbæ, 15 offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sangui-

Digitized by Google

nem ſuper crepidinem altaris: 16 veſiculam verò gutturis, & plumas proiiciet prope altare ad orientalem plagã, in loco in quo cineres effundi ſolent, 17 confringetque aſcellas eius, & non ſecabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit ſuper altare, lignis igne ſuppoſito. Holocauſtum eſt & oblatio ſuauiſſimi odoris Domino.

Interpretatio litteralis.

VOcauit autem Moyſen, &c. 1 dicẽs: *Loquere filiis Iſrael*, &c. 2.

a Eſt à Deo vocatio ad præclara in Eccleſia munera exercenda, vt eſt prædicatio. *b* Prædicat is iuridicè, qui legitimè ad prędicandum vocatur, ac mittitur. *Locutus eſt ei Dominus*, *c* Reuelatio prophetica eſt à Deo. *Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos*, *d* Promulgatio eſt neceſſaria, vt lex obligandi virtutem habeat. *e* Lex vetus bona: nam *f* auctor Deus, *g* miniſter Moyſes vir ſanctiſſimus.

Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiã, &c. *h* In lege veteri præcepta cæremonialia fuerunt, per quæ cultus diuini modus Iudaico populo præſcribebatur, ac determinabatur. * *Si holocauſtum fuerit eius oblatio*, &c. Holocauſtum erat ſacrificium, in quo tota victima in Dei reuerentiam cremabatur, c. 2197. Ex his, & ſequentibus ea dogmata colliguntur. 1. *i* Deum eſſe colendum. nam Deus præcipit cultum, quem ſibi vult exhiberi. 2. K Oportere aliqua ſpecialia obſeruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducãtur. 3. *l* In veteri lege varias obſeruantias cæremoniales fuiſſe: ad maiorẽ reuerentiam diuini cultus. vt videmus in hoc capite, & ſequentibus. 4. *m* Fuiſſe ante legem quaſdam ad cultum Dei, & ad figurandum Chriſtum cæremonias. Eæ habentur in hoc capite, & ſequentibus, ex communi Patrum ſententia, vt in ſenſu myſtico dicemus. 5. *n* Oportuiſſe aliqua ſpecialia in veteri lege obſeruari in his, quæ ſpectant ad cultum Dei. vt per illa melius Chriſti myſteria figurarentur; ad quæ figuranda erant inſtituta, vt Paulus, & Patres docẽt. 6. *o* Eſſe Deo adorationis reuerentiã exhibendam. Sacrificia, quę hic Deus prędipit, adoratio quædã ſunt. 7. *p* Congruum eſſe adorationem etiam exteriorẽ Deo exhibere. Tale eſt ſacrificium. 8. *q* Congruè ab Eccleſia in Miſſæ ſacrificio Ritus præſcribi. *Masculum immaculatum offeret.* Meliora ſunt Deo offerenda, præſertim quæ præcipuè in Dei honorem offeruntur, vt erãt holocauſta. Macula accipitur hoc in loco, non pro colore, ſed pro corporis vitio, vt eſt cæcitas, macies, &c. *Ad oſtium tabernaculi teſtimonii*, Extra tabernaculum, & atrium; ante, contra, iuxta atrium. Hæc enim omnia poteſt hoc in loco ſignificare hebraica particula אל *el*, can. 2797. Inde accipiebant Sacerdotes beſtiam, & introducebant in atrium ad immolãdum. *Ad placandum ſibi Dominum*, hebræum לרצנו לפני יהוה *Lirtsonò liphnè adonài*, vertique poteſt duobus modis, ſecundum beneplacitum ſuum coram Domino, id eſt, prout ſibi placuerit in conſpectu Domini. *r* non enim erat oblatio neceſſaria, ſed voluntaria. Alio modo, Ad placabilitatem ſui coram Domino, id eſt, vt erga ſe placetur Dominus. vt interpretatur vulgata. nam omnis victima placabat Dominum erga offerentem, licet non omnis victima pro peccato offeratur. Ex quo ea dogmata colliguntur 1. *s* Deum exorabilem eſſe. 2. *t* Poſſe Deo per diuinam gratiam ſatisfieri pro peccatis. 3. *u* Vnum ex operibus ſatisfactorijs eſſe ſacrificiũ: quod eſt quædam publica oratio. 4. *x* Eſſe remiſſionem peccatorum. 5. *y* Sacrificio placari Deum.

4 * *Ponetque manum ſuper caput hoſtiæ*, Impoſitio manus, eſt ſymbolum transfuſionis poteſtatis in alterum, Num. 27. 18. Deut. 34. 9. Hoc ergo ritu ſignificabat qui holocauſtum offerebat, ſe transferre ſuum dominium, quod habebat, in Deum, ſe dominio beſtiæ abdicare. *In expiationem*
5 *eius proficietur*, z vid. ſup. v. 3. * *Offerent filii Aaron Sacerdotes ſanguinem eius*, *a* Sunt Sacerdotes ſacrificij miniſtri.
9 * *Et ſuauem odorem Domino*, Chald. Quę
13 ſuſcipitur cũ beneplacito coram Domino.
17 Odor ſymbolum eſt orationis ad Deum fuſæ, Apoc. 5. 8. Ergo eſſe ſacrificium in odorem ſuauem Domino, eſt ſacrificium à Deo acceptari in exauditionem eorum, quæ à Deo per ſacrificium petuntur. vt dictum eſt Gen. 8. 21. *b* Eſt Deus exorabilis. *c* Amatur à Deo quidquid habet rationem boni.

Interpretatio allegorica.

De Chriſto.

COncilium Tridentinum ſeſſ. 22. c. 1. de ſacrificio Miſſæ, habet hęc verba: Hæc (oblatio) illa eſt, quę per varias ſacrificiorum naturæ, & legis tempore, ſimilitudines figurabatur: vt pote quę bona omnia per illa ſignificata, velut illorum omnium conſummatio, & perfectio complectitur. Idem docet S. Paulus in Epiſtola ad Hebręos cap. 9. & 10. vbi vetera ſacrificia

a p. 396. b p. 735. c p. 684. d p. 1068. e p. 1111. f p. 1117. g p. 1119. h p. 1124. i p. 37, 1915. k p. 844. l p. 858, 1124. m p. 859. n p. 860. 1125. o p. 1957. p p. 1960. q p. 846. r p. 1968. s p. 55. t p. 809. u p. 814. x p. 776. y p. 747. z Vid. ſup. v. 3. a p. 646. b p. 55. c p. 21.

Digitized by Google

cia vmbram appellat futurorũ bonorum. Vmbra autem figura quædam est, & repræsentatio corporis, cuius est vmbra.

z p.742, 1966. *a* Certum est ergo, ea sacrificia, de quibus agitur in hoc capite & cruenti, & incruẽti Iesu Christi sacrificij figuram fuisse. Ita Patres affirmant, præsertim Aug. l. contra aduers. leg. & Proph. c. 18. & 17. Ciu. c. 2. & Hier. in Matt. l. 4. ad c. 26. & Euseb. l. 1. Demonstr. c. 10. & Leo serm. 8. de passione, & S. Thom. 1. 2. q. 102. a. 3.

Iam in Scripturis sanctis vitulus, Christi symbolum est, quatenus se obtulit Patri sacrificium gratissimum, Ezech. 1. 7. Apoc. 4. 7. Armentum, symbolum est Ecclesiæ, quatenus in ea est Patrum, & operariorũ multitudo quasi boum in armento, Malach. 4. 2. Masculus, symbolum est populi Christiani, quatenus viriles virtutes habet, ac prestantes, Isa. 66. 7. Ostium, symbolum est & Ecclesiæ, & Fidei, & Christi, quatenus per ea ingressus est in cœlum, Cant. 8. 9. ex Greg. Io. 10. 7. Immaculatum de spiritu symbolicè dicitur, cũ est absque peccato, Psal. 17. 24. Ephes. 1. 4. Pellis, peccati symbolum est, Ierem. 13. 23. Patres in Sylu. Alleg. v. Pellis, litt. u. Ignis, amoris, & charitatis symbolũ, Cant. 8. 6. Hebr. 1. 7. Prou. 30. 5. Ligna, Christi passiones significant, 1. Pet. 2. 24. Galat. 3. 13. Iecur, pro affectibus sumitur, Os. 13. 8. vt etiam intestina, & pedes. Ex hac verborum interpretatione allegoricus sacri textus sensus de Christi sacrificio colligitur. * *b* Vitulus 3 ex armento, *c* est Christus verus homo ex Abrahæ stirpe, *d* speciosus pre filijs hominum, summè perfectus. *e* Masculus, ratione præstantissimę fortitudinis, qua passiones acerbissimas sustinuit vsque ad mortẽ. *f* Immaculatus, quia summa innocentia preditus quatenus homo, & actus purus quatenus Deus. *g* Oblatus est ad ostium tabernaculi, quatenus per suam mortem aperuit nobis adytum & ad Ecclesiam per fidem, & gratiam; & ad cœlum per merita. *h* Placauit sua oblatione sibi Dominum, quatenus in seipso nostra peccata suscepit, erga quæ moriens, placabilem reddidit Deum: *i* & redditur Deus quotidie placabilis, dum Christus Summus Pontifex per manus Sacerdotum offert in Ecclesia Patri eucharisticum sui corporis, & sanguinis sacrificium. * *k* Posuit Christus 4 manum super caput hostię, quatenus oblatus est in Cruce Patri, quia ipse voluit. *l* Ponit in eucharistico sacrificio manus super caput hostię, quatenus potestate quã habet, transubstantiationem efficit panis in corpus, & vini in sanguinem suum. Eam potestatem significat Ecclesiæ ritus, quo Sacerdotes antequam consecrent, imponunt manus super oblata. * *m* Fundunt 5 Sacerdotes sanguinem per altaris circuitum, cum Christi mortem prædicant, cum Sacramentũ corporis, & sanguinis Christi

b *Origenes apud Glos. Isid. ibid.*
c p. 433, 435.
d p. 499.
e p. 486, 493.
f p. 494.
g p. 573, 588.
h p. 587.
i p. 747.
k p. 563.
l p. 746.
m p. 646, 700, 745.

6 Ecclesię filijs ministrant. * *n* Pellis ex hostia detracta est, cum per Christi mortem peccatum deletum est, cuius similitudinẽ Christus induerat: *o* cum in Christi morte veteres vmbræ, vetusque testamentum desijt. *p* Pellis ex hostia detrahitur, cum Christum, quem in altari immolamus immortalem credimus: *q* cum in eucharistico Sacramento panem, & vinum esse negamus, licet accidentia panem, & vinum ostendant. *r* Artus in frusta concisi sunt, cum in Christi morte discipuli à corpore Christi mystico sunt per infidelitatem abscissi. *s* Artus in frusta concidimus, cum panem eucharisticum frangimus in altari, cum illum Fidelibus distribuimus.

n p. 584.
o p. 864.
p p. 592.
q p. 764, 766.
r p. 548.
s p. 766, 772, 773.

7 * *t* Struem lignorũ Christus se oblaturus composuit, cum contra se flagella, spinas, clauos, fel, Iudæorum opprobria permisit. * *u* Struem lignorum Sacerdos sacrificaturus componit, cum passionum, & mortis Christi meditatione, ac memoria se ad sacrificãdum præparat. *x* Subiecit Christus in altari ignem, cum inflammatus nostræ salutis amore per Spiritum sanctum morti se obtulit. *y* Subijcimus in altari ignem, cum pro Dei gloria, pro salute animarum, vt Deo gratificemur, ad sacrificandum

t p. 545.
u p. 775.
x p. 563.
y p. 775.

9 accedimus. * *z* Caput, iecur, intestina, pedes Christus obtulit, quatenus se totum, vt erat Deus homo, in sacrificium obtulit Patri. Caput, substantiam diuinam significat; Iecur, animę partẽ rationalem, siue mentem; Intestina, sensus internos; Pedes, sensus externos. *a* Intestina, & pedes Christus aqua lauit; quatenus per gratiam ab instãti conceptionis susceptam, Christi sensus tum interni, tum externi ab omni inordinatione à regula rationis, liberi fuerunt. Hanc ipsam mundissimam hostiam quotidie Sacerdotes offerunt Deo.

z p. 544.
a p. 536.

10 * Porrò Christus non solum est vitulus, sed agnus etiam, & hœdus. Agnus, quatenus est animal mundum, mansuetum, vtile, in legis veteris sacrificijs frequens, Christum significat, Isa. 16. 1. & 53. 7. Io. 1. 29, 36. 1. Pet. 1. 19. Apoc. 5. 6. 7. 8. 12. 13. Hœdus Christus est, quatenus similitudinem sumpsit carnis peccati; atque in se nostras iniquitates, expiandas suo sa-

11 crificio, suscepit. * *b* Ad latus altaris aquilonare Christus est immolatus: quia eius mors valuit ad diabolum debellandum, & ad tollendum peccatum. Aquilo diaboli symbolũ est, Isa. 14. 13. Ierem. 1. 14. & peccati, ac ętemę damnationis, Cant. 4. 16. Eccle. 11. 3.

b p. 584, 585.

Auis, symbolum est Dei, quatenus Deus nos protegit, vt auis suos pullos, Luc. 13. 34. Turtur, quatenus est auis casta, & gemebunda, symbolũ est Christi innocentis,

Digitized by Google

& patientis, Psal.83.4. Cant.1.9. & 2.12. Columba Deum significat, quatenus bonus semper Deus est, etiam cum punit, Ierem.25.38. Matt.3.16. Ioan.1.32. ergo pullus columbæ, est Filius Dei. * *c* Christi caput, est forma Dei. *d* Retortũ est Christo, cum immolatus est, ad collum caput; quia humiliauit formam Dei, faciens se obedientem. Collũ enim obedientiæ symbolum est, Eccli.33.27.& 51.34.Isa.10.27. *e* Rupto vulneris loco, non dissecto collo Christus sanguinẽ fudit, & mortuus pro nobis est: quoniã caput, id est, Deus, Filius Dei, licet verè passus, & mortuus sit, eius tamen Persona nunquam ab humanitate est separata. quod semel assumpsit, nunquam dimisit. * *f* Vesicula gutturis, & plumæ proiectę sunt ad orientalem plagã: quatenus Christi passibilitas, & necessitates humanæ cibi, somni, cæteręque huius generis, per mortem Christi ablatæ sunt, & in Orientem, id est, in spem resurrectionis, & immortalitatis proiectæ. Vesicula, quatenus cibum recipit ad nutriendũ corpus, mortalitatis defectum significat. Plumæ, quatenus ad repellendum frigus tributæ auibus sunt, necessitates humanas indicãt. * *g* Confractæ sunt Christo ascellæ, non sectæ: quoniam Crucis ignominia, & Iudęorum opprobria humiliarũt Christi nomen, & gloriam; quatenus Christus crucifixus, fuit Iudęis scandalum, Gentibus stultitia; sed tamen mansit, & semper in Ecclesia manebit fides diuinitatis Christi, maiestatis, potestatis, & glotiæ. Brachium, cui in auibus ascellæ respondent, diuinæ potentiæ symbolum est, Exod.6.6. Psal.10.15.& actionum, & operum, Cant. 8.6. ex Gregorio.

c Vid.Greg. in Exech. hom.7. *d p.565.* *e p.568, 569.* *f p.531, 592.* *g p.605.*

16 17

Interpretatio Tropologica.

De Iusto.

DVplex est sacrificium: alterum externum, propriè dictum, de quo secundum litteram agitur in hoc capite: alterum mysticum, & spirituale mentis, quod appellare Scripturæ sacræ solent sacrificium iustitiæ. Per quod homo iustus offert animum, seq; totum Deo, eiusque voluntati. Et quia hæc oblatio debetur Deo: reddere autẽ debitum, iustitiæ actus est: iustitiæ sacrificium appellatur. Vt autem externa oblatio non est sacrificium, nisi mutatio aliqua in re oblata fiat, vt accidit eam occidendo, vel comburendo: ita spiritualis oblatio verum sacrificium est, quatenus per illã vetus homo noster absumitur cum vitijs, & concupiscẽtijs suis. Indicant Scripturæ sacræ externo sacrificio sacrificium mentis significari; quatenus interiorem oblationem, qua mens offertur Deo, sacrificij nomine appellant; eamq; cum externo sacrificio comparant, aiuntque illam sacrificio externo bestiarum potiorem esse, Deoq; acceptiorem. *a* Sacrificate sacrificium iustitiæ. *b* Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sacrificijs veteribus mentis sacrificium significari docet Aug.10.Ciuit.5.& Clem.Alex. 5.Strom. & Theodor.lib.de sacrificijs, & S.Thom.2.2.q.85.a.2. Docent omnes Patres, quatenus veterum sacrificiorum ritus de spiritualis sacrificij actibus mystice interpretantur. Ergo quæ hoc in capite de animalium sacrificijs dicuntur, de spirituali iustorum sacrificio mystice interpretanda sunt.

a Psal.4. *b Psal. 50. Mich.3.3. & 6.7,8.*

3 * Armentum, symbolum est Ecclesiæ, vt supra dictum est. Vitulus, quatenus est inter animalia, quæ Deo offerebantur, pulcherrimus, symbolum est hominis iusti; cuius species est Deo gratissima propter habitum gratiæ, quę participatio quędam est diuinæ pulchritudinis. *c* Est Deo offerendus vitulus ex armẽto, ex Ecclesię corpore: quoniam non est Deo gratus, qui nõ habet fidem; Ecclesiam autem fides constituit vt fundamentum. *d* Masculus, virtutem christianam indicat, vt vidimus supra. Virtus habet rationem ardui. Virili opus est animo ad actus virtutis exequendos, præsertim ad opus sacrificij iustitiæ. Macula, peccati symbolum est, Psal.14.2. S.Thomas 1.2.q.86.a.1.& 2.& q.89.a.1. *e* Ergo vitulus immaculatus, est homo iustus, quatenus habitum habet gratiæ. *f* Peccata enim per iustificationem, seu gratię receptionẽ non tegũtur, sed omnino delentur, Trid.sess.5. de peccato orig. Ostium tabernaculi, est Christus, per quẽ est ingressus in Ecclesiam: *g* ergo oblatio ad ostium tabernaculi fit, cum in Christo fit, *h* per fidem in Christum, per spem in meritis Christi, propter gloriam Christi.

c p.1331, 1334. *d p.2181.* *e p.644.* *f p.413.* *g p. 408, 410,411.* *h Esic.apud Gloss.*

4 * Manus, operis symbolum est, Psal.7.4. & 23.4. Caput, mentis est symbolum, can. 5612. *i* Igitur ponere manum super caput hostiæ, est aggredi actus mentis, id est, intellectus, & voluntatis, Dei maiestatem contemplando, & nostram vilitatem; Dei gloriam amando, & intendendo in oblationis nostræ opere. † Ponere manum super caput hostiæ, est voluntariè se ad iustificationem præparare. Ita oblatio

i p.1721. † *p. 406.*

5 acceptabilis erit Domino. * *k* Vitulum immolare, est se totum in Dei obsequium offerre. Sanguis, symbolum est peccati, Os.4.2. & hominis carnalis, 1.Cor.15.50. *l* Fundunt Sacerdotes sanguinem vituli per altaris circuitum, cum peccator in Sacramento confessionis se accusando; suum scelus quasi sanguinẽ foras emittit; illudq; Sacerdotes remittunt per potestatem sibi à Christo traditam; cuius symbolum est altare,

k p.655, 658. *l p.778.*

Digitized by Google

altare, *m* iuxta Patrum ſententiam. Alio modo: † Fundunt Sacerdotes ſanguinem per altare, cum Fideles ad Chriſtum imitandum in ſui mortificationem incumbunt. * *n* Pellis, vitia ſignificat, vt ſupra dictum eſt. *o* Pellis detrahitur, cum mali habitus mortificatione abolentur. *p* Artus in fruſta conciduntur, cum homo vetus pœnitentia, doloreque conteritur. * Lignum, Crucis ſymbolũ eſt, Gal. 3. 13. & 1. Pet. 2. 24. & cordis, ac voluntatis, Eccli. 27. 7. *q* Ergo ſtruem lignorum componere, eſt Cor crucis meditatione, ac amore, ad ſacrificium iuſtitiæ præparare. *r* Ignis autem, qui ad holocauſtum perficiendum ſubijcitur, eſt ardor charitatis, qua in Dei ſeruitium, & gloriam ferimur. * *s* Membra cæſa deſuper ordinare, eſt omnes mortificationis, ac proprię abnegationis actus ſecũdum diſcretionis, ac prudentiæ regulas dirigere ad ſeruitium Dei. * Caput, mẽtis ſymbolum eſt, *t* Cant. 2. 6. *u* Caput, iecur, inteſtina, pedes offerre; eſt intellectum, voluntatem, ſenſus internos, & externos in Dei obſequiũ mortificare, Deiq; voluntati ſubijcere. *x* Inteſtina, & pedes lauantur aqua, cũ actus & internos, & externos pœnitẽtia à peccatorum ſorde purgamus. Aqua, quatenus ſordes abluit, ſymbolum eſt remiſſionis peccatorum, Num. 8. 7. Epheſ. 5. 26.

Porrò triplicis ſacrificij, Vituli, Agni, Turturis, ſiue pulli columbarum, triplex Tropologia videtur eſſe. 1. *a* Tria ſunt Fidelium genera in Eccleſia, Clericorum, Monachorum, Laicorum. Quorũ quiſque ſe in holocauſtũ offerre debet Deo. Vitulus, ſacrificij ſymbolum eſt, Pſal. 50. 21. & 68. 32. Oſ. 14. 3. Miniſtri autem ſacrificij ſunt Clerici, ſiue ij, qui ad eccleſiaſticam Hierarchiã pertinent. Eſt & vitulus Operarij euangelici ſymbolum, 1. Cor. 9. 9. *b* Ex eadem autẽ Hierarchia ſunt, qui in Eccleſiæ agro operantur, Sacramenta miniſtrando, & verbũ Dei. *c* Oues, quatenus lacte, ac lana victum nobis exhibẽt, Fidelium laicorum ſymbolum ſunt, qui dum curis rerum, temporalium occupantur, victus materiam Clericis, Monachiſq; miniſtrant. *d* Auis, quatenus in arboris ramis habitat, hominis cõtemplatiui ſymbolum eſt, ſeſe diuini verbi contemplatione oblectantis, Matth. 4. 3. Tales Monachi ſunt. Turtur etiam Monachos ſignificat, quatenus eſt auis caſta, ſolitaria, gemebunda, quieta, meditabunda. Columba quoque meditantis, & contemplantis eſt ſymbolum, Cãt. 2. 14. Iſa. 38. 14. & 59. 11. & 60. 8. 2. *e* Perfectũ iuſti homines holocauſtum offerunt Deo, cum ſe diuino ſeruitio in Cœnobijs triplici voto mancipant, Obedientiæ, Paupertatis, Caſtitatis. Hoc perfectum holocauſtum videtur ſignificari triplici ſacrificio, vituli, agni, turturis. *f* Vitulus enim, ſiue bos, quatenus iugo ſeruit, obedientis ſymbolũ eſt. Ouis, quatenus coram ſe tondẽte obmuteſcit, ſymbolum eſt Fidelis paupertatem patienter tolerantis. Turtur, quatenus eſt auis caſta, caſtitatis eſt ſymbolum. 3 *g* Vitulus, ouis, auis, tres concupiſcentias ſignificãt, carnis, diuitiarũ, honoris: quę mortificandæ ſunt, ac Deo offerendę. Vitulus, laſciuientis populi ſymbolum eſt, Ierem. 46. 21. & 50. 11. Oues, & eiuſdẽ generis animalia, ſuo vellere diuitias indicant. Aues, quatenus in altum ſe pennis erigunt, ſuperbos ſignificant, & gloriam appetentes. * *h* Caput ad collum retorquetur, cum cogitationes ſuperbæ, diuinorum præceptorum obediẽtia humiliantur, & cogitatione obedientiæ, qua ſeipſum Filius Dei humiliauit vſque ad mortem. *i* Collum vulneratur, non abſcinditur: quatenus diſcreta mortificatio non tollit ab homine voluntatẽ, ſed ex ea peccati ſanguinem elicit. Vult enim Deus ad bona opera etiam voluntatem noſtram liberè concurrere. * *k* Veſicula, & plumę proijciendæ; quia gula, faſtus, cogitationes curioſæ procul eſſe debent ab homine iuſto, diuino ſeruitio ſe mancipanti. * *l* Aſcellas confringimus, non ſecamus; *m* cum animi noſtri potentias, ac paſſiones non extinguimus, ſed frænamus.

m Cyr. 4. in Ioan. 28. Aug. 1. q. in Euang. 34. Amb. l. 4. de Sacr. c. 12. Rupert. l. 5. c. 30. Bern. ſer. 4. Omniũ Sanctorum. S. Tho. 1. 2. q. 102. a. 4. ad 7. et 3. p. q. 83. a. 2. Gregor. 3. Mor. 20. & in Pſal. 50. Pœnit. 4. in fin. † p. 1600. 2273. n p. 256. o p. 261. p p. 412, 781, 800. q p. 667. r p. 1575. s p. 1722, 1723, 1759. t Vide Patres in Syl. Alleg. v. Caput 8. 7. u p. 1572. x p. 412, 781, 800. a p. 639, 641, 642. b p. 646. c p. 641. d p. 642. e p. 655. f Eſic. apud Gloſſ. g p. 2257. h p. 2369, 2396. i p. 2262. k p. 2270, 2271, 2287, 2305, 2399, 2403, 2413. l Greg. hom. 7 in Exech. m p. 676.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMA.

Ritus deſcribitur ſacrificii ex ſimila, oleo, thure, ſpicis. A fermento, & melle præcipitur abſtinendum; ſal in omni ſacrificio adhibendum.

1 ANima cùm obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio. fundètque ſuper eam oleum, & ponet thus, 2 ac deferet ad filios Aaron ſacerdotes: quorum vnus tollet pugillum plenum ſimilæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale ſuper altare, in odorem ſuauiſsimum Domino. 3 Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum eius, Sanctum ſanctorum de oblationibus Domini. 4 Cùm autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano: de ſimila, panes ſcilicet abſque fermento, con-

Digitized by Google

conſperſos oleo, & lagana azyma oleo lita. 5 Si oblatio tua fuerit de ſartagine, ſimilæ conſperſæ oleo & abſque fermento, 6 diuides eam minutatim, & fundes ſuper eam oleum. 7 Sin autem de craticula fuerit ſacrificium, æquè ſimila oleo cõſpergetur: 8 quam offerens Domino, trades manibus ſacerdotis. 9 Qui cùm obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare, in odorem ſuauitatis Domino; 10 quidquid autem reliquum eſt, erit Aaron, & filiorũ eius, Sanctum ſanctorum de oblationibus Domini. 11 Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domino. 12 Primitias tantùm eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis. 13 Quidquid obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione tua offeres ſal. 14 Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de ſpicis adhuc virentibus, torrebis igni, & confringes in morem farris, & ſic offeres primitias tuas Domino, 15 fundens ſupra oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini eſt, 16 de qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti, & olei, ac totum thus.

Interpretatio litteralis.

Anima cum obtulerit oblationem, &c. Non ſolum ex animantibus, ſed etiam ex inanimis offerebantur Deo ſacrificia. tum vt horum etiam auctor, ac largitor Deus agnoſceretur: tum ad commoditatem offerentium pauperum, qui beſtias non poterant offerre: tum vt ea quoque in vſum, & commodũ miniſtrorum cederẽt: tum vt varijs modis Chriſti ſacrificium, & ſpiritualis iuſti hominis oblatio figuraretur. Quę ad dogmaticam textus explicationem ſpectant, *a* vide ſupra in capite primo in principio. *Anima*, Homo, quiſquis. Pars hominis anima pro toto homine ſumitur per ſynecdochen, can. 1163. 8692. *Oblationem ſacrificii*, Hebræum מנחה *Minhhàh*, Sacrificium vertit vulgata: quia nõ erat ſimplex oblatio, ſed fiebat cum aliqua mutatione rei oblatæ; quod eſt proprium ſacrificij. nam offerebatur Domino ſuper altare eã comburendo. * *Memoriale ſuper altare*, 2 Hebr. *Monumentum, memoria, odor, ſuffitus altaris ignitus*, Pugillum illum comburet ſuper altare; vt ſit in ſignum tum memoriæ, quam habet offerens, de colendo Deo; tum vt Deus inuitetur ad beneficia conferenda; tum vt per illum pugillum ſignificetur totam reliquã oblationem offerri Deo. Voluntas diuina benefaciendi memoria appellari ſolet, can. 2702. 7242. Indicãt hæc verba eſſe Deum *c* exorabilem, *d* benignum, *e* beneficum: vt & ſequentia, *In odorem ſuauiſſimum Domino*, Hebr. *Odorem quietis Domino*, Vt placetur Dominus. Odor, ſymbolum eſt orationis: ſacrificium genus quoddam orationis eſt, quod Deum placat non verbis, ſed facto. * *Quod autem reliquum* 3 *fuerit de ſacrificio, erit Aaron, & filiorum eius*, *f* Sunt Sacerdotibus oblationes offerendæ: vt vel ad ſuum vſum, vel ad diuinum cultum inſumant. *Sanctum ſanctorum de oblationibus Domini*, Hebr. *De ignitis Domini*, Indicat id quod reliquum eſt ex oblatione, non poſſe niſi in Sacerdotum vſum cedere: quia ſanctiſſimum eſt, Deo iam dicatum per ritum ſacrificij, & ignitionis: quare non debet niſi ab hominibus Deo ſacris abſumi.

4 * *Simila*, & ſimilago, eſt medulla farinæ triticeæ, hoc eſt, ea pars, quæ eſt media inter pollinem, & ſecundarium; potiſſimam ad nutriendũ vim habẽs. Sunt enim molitæ farinæ partes quatuor, pollen, ſimila, ſecundarium, ſiue cibarium, & furfures. *Panes*, Hebr. חלות *Hhallòth*, Collyrida, placenta, libus, cruſtulum rotundũ. *Conſperſos*, Mixtos. *Lagana*, hebr. רקיק *Raqiq*, Cruſtula, placenta. Ita hebraicè dicta ob tenuitatem.

11 * *Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domino*. Signat hæc prohibitio myſteria, de quibus infra dicetur in ſenſu myſtico. Secundum litteram autem, videntur duo extrema ſignificari, à quibus in ſacrificijs eſt recedendũ. Nihil eſſe in ijs debet corruptionis, nihil ſuperfluæ oblectationis. Fermentum, corruptionis eſt ſymbolum; Mel, delitiarum. Quamquam etiam mel corruptionis eſt ſymbolum, quia noxium eſt ſtomacho, & aiunt mixtum farinæ illam corrumpere, vt fermentum. Poteſt & alia eſſe cauſa prohibitionis: quod in ſacrificijs deorum mel adhiberi ſoleret.

13 * *Nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo*, hebr. ברית *Berìth*, ſignificat, Pactum, fœdus, diſpoſitionem. Vocat Sal fœderis Dei; quatenus ita diſpoſuit Deus, tradens ſuas leges Cæremoniales Iſraelitis, vt ſit ſemper ſal in ſacrificio. Sacrificiũ erat quaſi cõuiuium quoddam, quod Deo exhi-

a Vide t. 1. in princ. lit. *b, i, k, l, m, n, o, p.*

c p. 55. *d* p. 53. *e* p. 54.

f p. 1970.

Digitized by Google

exhibebatur. Solet in omnibus conuiuijs sal apponi. Potest & sal fœderis esse dictum, quia sal adhiberi solebat in firmandis fœderibus, ad significandam amicitiæ incorruptionem, ac stabilitatem.

Allegoria.

De sacrificio eucharistico.

a p. 429, 739, 743, 762. a SImila conspersa oleo sunt corpus, & sanguis Christi Verbo diuino hypostaticè vnita. Nàm frumẽtum symbolum est Christi, Psal. 2. Apprehendite disciplinam, hebr. Osculamini frumentum. & Psal. 4. 8. ex Patribus, & Zachar. 9. 17. ex Hieron. Oleum autem effusum, symbolũ est diuini, ac æterni Verbi procedentis à Patre, & humanitati communicati, Psal. 44. 8. Cant. 1. 2. 2. b Obtulit autem se Christus pro nobis Patri cum thure perfectissimæ obedientiæ. c Offert se in Eucharistia cum toto thure; quatenus tradit nobis totam suam bonitatem: quatenus ex Christi oblatione infinita existit gloria Deo. Offert se in Eucharistia cum sale: quatenus Eucharistia est opus infinitę sapientiæ. Thus, religionis, ac pietatis symbolum est, Isa. 43. 23. & 66. 3. Ierem. 6. 20. & 17. 26. Odor, symbolum est diuinæ notitiæ, siue gloriæ, 2. Cor. 2. 14, 15. Eph. 5. 2. Sal, sapientiam significat, Colossens. 4. 6. 3. Ritus absumendi pugillum oblationis in odorem suauissimũ Domino, reliquum autem pro Sacerdotibus seruandi; indicat id, quod in Missæ sacrificio peragitur. Pars eucharistici panis in altari à Sacerdote consumitur: reliquum ad cibum Fidelis populi reseruatur. Quisque autem Fidelis, Sacerdos mysticus est, quatenus offert Deo sacrificiũ laudis, atque iustitiæ,

b p. 565.

c p. 492.

d p. 494. Apoc. 5. 10. 4. d Simila sine fermento, est

e p. 531, 545. Christi caro sine peccato. e Sacrificium sine melle, est Christus patiens, quatenus

f Rom. 15. 3. sibi non placuit, f sed sicut scriptum est,

g Psal. 68. 10. inquit Paulus, g improperia improperantium tibi, ceciderũt super me. Fermentum symbolum est malitiæ, Os. 7. 4. Matt. 16. 6, 11. 1. Cor. 5. 6. Mel, symbolum est voluptatum, & consolationum, Prou. 25. 16.

h p. 774. Eccli. 24. 27. 5. h Similam Deo offerimus sine fermento, cum ad sacrificium eucharisticum accedimus sine peccato. i Similam cum sale offerimus, cum oblationi eucharisticæ considerationem associamus, & meditationem tanti mysterij,

i p. 775.

Tropologia.

De Iustificatione, ac bonis operibus.

GEnus quoddam sacrificij, peccatoris iustificatio est. Nam contingit in ea oblationem Deo fieri, quatenus homo per actus, quibus ad iustificationem disponitur, redit in obsequium Dei, à quo recesserat per peccatum, seq; diuinæ voluntati subijcit. Hæc autem oblatio non est sine mutatione. quoniam moritur homo peccato, & vivit Deo. Quatuor autem sunt actus, quibus homo ad iustificationem disponitur, nempe actus fidei, spei, charitatis, contritionis. Horum quatuor actuum figura videntur fuisse quatuor illa, quibus similæ oblatio fiebat, sal, thus, oleũ, simila.

13* 1. a Sal, doctrinæ sanæ symbolum est, Matth. 5. 13. Talis est doctrina fidei. a p. 408, 783.

b Accedentem autem ad Deum, oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Non potest offerri sacrificium sine sale: quia sine fide impossibile est placere Deo. Est fides principium salutis. b Hebr. 11. 6.

15* 2. c Spes, thure figurabatur. vt enim thuris vapor in altum ascendit; ita spes Christiana suo desiderio in cœlum, & æternam felicitatem ascendit. ex ea orationis actus deriuatur, qua à Deo salus petitur per merita Iesu Christi. symbolum autem orationis est thus, Psal. 140. 2. Apoc. 8. 3. c p. 410.

3. d Charitas in iustificatione requiritur. amãdus enim Deus est, vt amicitiam cum eo ineamus. Charitatis autem symbolum est oleum, Psal. 140. 5. Matth. 25. 3. d p. 411.

16* 4. e Contritionis actum formare debet, vt homo iustificetur. vt enim fiat cũ Deo reconciliatio, debet retractari iniuria, qua Deus est offensus. Simila symbolum est cõtritionis. est enim simila granum tritici contritum. Porrò à sacrificio Iustificationis abesse debet fermentũ, & mel. f Abest fermentum, quatenus vera cõtritio excludit omne peccatum, per propositum abstinendi in posterum à Dei offensa. g Abest mel, quatenus vera contritio includit propositum abstinendi in posterum ab occasionibus peccandi, quales sensuum delectationes esse solent. e p. 412. 781, 800. f p. 785, 801. g p. 802, 804, 808.

Alius huius oblationis sensus Tropologicus est de bonis operibus. 2 * 1. a Offerimus similam, cum singulas operis circunstantias examinamus; b cum media operi congruentia inquirimus. 2. c Miscemus oleum, cum opus bonum charitate informamus: illud Dei voluntati conformãdo, d ad Dei gloriam, & ad proximorum vtilitatem dirigendo. 3. e Adolemus totum thus, cum quidquid opus nostrum bonitatis habet, totum Deo tribuimus vt auctori. 4. f Oblationem sale condimus, tum quatenus ad opus bonum mouemur per cognitionem, quam à doctrina Fidei accipimus: vt, quia scimus ex fide esse operibus bonis æterna præmia à Deo proposita, malis operibus æterna supplicia, esse Deum comminatum; quia scimus ex fide, velle Deũ nos ipsum, & Iesum Christum Filium Dei bonis operibus imitari, g Tũ quatenus conamur omnia prudenter agere, a p. 1722, 1760. b p. 1713, 1723. c p. 1721, 1725, 1572. d p. 1570, 1575, 1603. e p. 39, 404, 1038, 1595. f p. 1600, 1330, 1342. g p. 1046, 1757, 1759.

Digitized by Google

agere,& cũ diſcretione. Symbolum enim eſt ſal tum doctrinæ ſanæ, tum exempli ſalutaris, tum prudentiæ, Matth. 5. 13. Coloſs.4.6. 5.*i* Azymum offerimus,cum ſynceram in opere intẽtionem habemus; & cum conamur efficere vt nulla operis circunſtantia ſit, quæ vllam à recta ratione differmitatem habeat. 6.*l* A melle abſtinemus, cum in bono opere cauemus ne nobis ipſi placeamus; cum humanas laudes fugimus; cũ ne à bono opere auertamur à carnis delectationibus abſtinemus. 7.*m* Primitias offerimus, cum incipientes ſumus, & opera purgatiua conſectamur. Primitiæ, quæ Deo offeruntur, Incipientium figura ſunt; Simila, proficientium; Panis, & lagana perfectorum.

i p.1150. *k* p.1036. *l* p.2257. *m* p.640.

CAPVT TERTIVM.

SVMMA.

Ritus præcipitur offerendi hoſtias pacificas: quæ vel ex bobus, vel ex ouibus, vel ex capris offerri poterant. Idem fere horum trium ritus.

1 VÒd ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem ſiue feminam, immaculata offeret coram Domino. 2 Ponétque manum ſuper caput victimæ ſuę, quę immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonij, fundentque filij Aaron ſacerdotes ſanguinem per altaris circuitum. 3 Et offerent de hoſtia pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis eſt intrinſecus: 4 duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. 5 adolebuntque ea ſuper altare in holocauſtum lignis igne ſuppoſito: in oblationem ſuauiſsimi odoris Domino. 6 Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hoſtia, ſiue maſculum obtulerit, ſiue feminam, immaculata erunt. 7 Si agnum obtulerit coram Domino, 8 ponet manum ſuam ſuper caput victimæ ſuæ: quæ immolabitur in veſtibulo tabernaculi teſtimonij: fundentque filij Aaron ſanguinem eius per circuitum altaris. 9 Et offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium Domino: adipem & caudã totam 10 cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem atque vniuerſa vitalia, & vtrũque renunculum cum adipe qui eſt iuxta ilia, reticulumq; iecoris cum renunculis. 11 & adolebit ea ſacerdos ſuper altare, in pabulum ignis & oblationis Domini. 12 Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino, 13 ponet manum ſuam ſuper caput eius: immolabitq; eam in introitu tabernaculi teſtimonij. Et fundent filij Aaron ſanguinem eius per altaris circuitum. 14 Tollentq; ex ea in paſtum ignis dominici, adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuerſa vitalia, 15 duos renunculos cum reticulo, quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis: 16 adolebitq; ea ſuper altare ſacerdos, in alimoniam ignis, & ſuauiſsimi odoris. Omnis adeps Domini erit 17 iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris: nec ſanguinem, nec adipem omnino comedetis.

Interpretatio litteralis.

1 *Pacificorum*, Sacrificia, quæ pro beneficio accepto, vel accipiendo offerebantur, Hoſtiæ pacificæ appellantur. Eæ partim cremabantur, partim à Sacerdotibus, partim ab offerentibus comedebantur. Quæ pro beneficio accipiendo immolabantur, poterant etiam in craſtino manducari; aliæ debebãt ipſo die ſacrificij cõſumi, c.2199. *Pacifica*, hebr. *Shelamim*, à verbo שלם *Shalam*, quod ſignificat Pacem habere, Perfiti, Retribuere. Videntur ergo Pacifica appellata, quod pacem ſignificarent, id eſt, animi quietem ob beneficium acceptum; vel pacem, & amicitiam cũ Deo; vel perfectionem proteſtarentur accepti beneficij, vel recipiendi; vel retributionem ingratiarum actionẽ pro beneficio recepto.

Interpretatio dogmatica huius capitis *a* ex capite primo petenda eſt. *a* *Vide c.1. in princ.lit. b,i,k,l,m,n, o,p.*

2 * *Ponetq; manum ſuper caput victimæ*, Vid.ſup.c.1.v.4. *b* Symbolum oblationis. *b* p.1968.

3 * *Adipem, qui operit vitalia*, hebr. Viſcera, LXX. ventrem. *Quidquid pinguedinis eſt intrinſecus*, In viſceribus. *Duos renes cum adipe, quo teguntur ilia*, hebr.

Duos

Digitized by Google

Duos renes, & adipem, qui super eos super ilia. Ilia, partes coniũctæ renibus sub lumbis, vel lumbi ipsi, c.4642. Renes, & renunculi, hebr. נתרת *Celajòth*, sunt viscera duo vtrinque non procul à vena cava sita, sanguinis serum, hoc est, vrinam per venas emulgentes attrahentia, & per longos quosdam meatus ad vesicam trãsmittentia. Iuxta spinam ipsam adhęrent, c.4685. *Reticulum iecoris cum renunculis*, hebr. Iuxta renunculos. Non sunt aliud renunculi, quàm renes: eadem est vox hebræa Celajòth.

* *Caudam totam*, In sacrificio bouis, & 4
capræ non fit mentio caudæ. Mysterium indicatur, de quo infra in mystica interpretatione.

* *Omnis adeps Domini erit*, &c. Non 16
licebat Hebręis nec sanguinem, nec adipẽ 17
comedere. Vt non solum quando sacrificabant, sed etiam quoties animalia comedebãt, recordarentur aliquid Deo offerre, vt illum suum dominum agnoscerent, & auctorem bonorum omnium. A sanguine vita maximè pendet: Deo sanguis offerebatur vt domino vitæ. Adeps pars corporis ad esum dulcissima: Deo adeps offerebatur, vt potissimus cibus. Ex his intelligimus 1. *e* Virtutis actum esse abstinentiam, si fiat ob finem bonum, vt ad Deum
e p.2287. reuerendum. 2. *f* Licitè præcipi ciborum
f p.2290. abstinentiam ab Ecclesia.

Allegoria.

De Christi sacrificio.

a p.565. 1 *a* BOuis rationem Christus habuit 1
in sui sacrificio, quatenus ex
b p.494. 536. Patris obedientia mortuus est. *b* Agnus fuit, quatenus innocens occisus. *c* Hœdo
c p.559. similem se præbuit, quatenus peccata nostra ipse portauit, & cum sceleratis reputatus est.

d p.563. * 2 *d* Posuit manum super caput victi- 2
mæ suæ, cum sponte se Patri obtulit ad passiones, mortemq; subeundam pro nostra salute. *e* Posuit manum super caput
e p.740. 745. victimæ, cum Apostolis, & Apostolorum successoribus potestatẽ tribuit in corpus, & sanguinem suum: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

f p.739. 745. * 3 *f* Fundunt Sacerdotes sanguinem 3
per altaris circuitum, cum corpus, & san- 4
guinem Christi super altare consecrant;
g p.646. *g* cum Sacramenta Fidelibus ministrant,
h p.700. *h* cum Filij Dei mortem prędicant. Altare enim sunt Fideles, & hominum corda.

i p.775. 4 *i* Adeps, & renunculi, sunt interni, ac deuoti affectus tum Christi, tum Fidelium in Deum; quatenus sacrosanctum sacrificium offerũt in reuerentiam, in gloriam Dei, in gratiarum actionem.

k p.572. 573, 583. 5 *k* Caro hostiæ pacificæ à ministris, & ab offerẽtibus comeditur: quatenus valor mortis Christi pro nostra redemptione, ac satisfactione prodest: *l* quatenus corpore *l* p.772, 773
Christi & Sacerdotes, & cęteri Fideles in sacra synaxi cibantur.

9 * 6 *m* Agni cauda Deo offertur, quate- *m* p.581.
nus Christi passiones offeruntur, & humilitas, & exinanitio. Cauda enim conditionis vilis, & abiectæ symbolũ est, Deut. 28.13, 14.

Tropologia.

1 *a* TRiplex hostia pacifica, Bos, *a* p. 640.
Agnus, Capra; triplicem Fidelium statum significat, incipientium, proficientium, perfectorum. Nam hœdus, capra, hircus, quatenus fœda animalia sunt, fœditatem significãt vitiorum: quæ remisso peccato solent in ijs remanere, qui ad Baptismum veniunt, & ad pœnitentiã, Cant.4.1. & 6.4. Agnus, ouis, aries, imbecillia animalia, sed simplicia, proficiẽtium symbola videntur esse: qui puri quidem à vitijs sunt; sed nondum habent virtutem perfectam; nec tantum robur vt validioribus tentationibus possint obsistere. Bos autem animal validum, ac laboriosum, virum perfectum significat; qui tantum virtute valeat, & doctrina, vt possit etiam alios perficere. Quales sunt operarij euangelici. Quorum bos symbolum est ob eam quoque rationem, quia palea vescitur cibo simplici, vt homo euangelicus paucis contentus est, & gaudet paupertate, Isa. 11.7.

2 *b* Potest etiam triplex hostia pacifica *b* p.639.
aliam triplicem Fidelium distinctionem significare, Sęcularium, Monachorum, & Clericorum. Hœdi sæculares sunt, occupati curis temporalium, quibus sæpissimè animi puritas fœdatur. Agni Monachos repræsentant: in quibus viget simplicitas Christiana, & pietas, & religio. Boues, Clericorum symbolum sunt: quorum est in vinea Domini operari, & colere agrum Ecclesiæ, Ezech. 1.10. & 1. Cor.9.9. & 1. Tim.5.18.

3 *c* Porrò qui tria vota Religionis vo- *c* p.655.
uent, obedientiam, paupertatem, castitatem, triplicis hostiæ rationem habent, bouis, ouis, capræ. Nam per illa vota tres concupiscentiæ mactantur, & Deo offerũtur, carnis, diuitiarum, honoris. Hœdi, qui fœdi sunt, carnis concupiscentiam repræsentant. Oues, quatenus lactis, lanæque feraces sunt, diuitias exprimunt. Taurus, superbiẽtis hominis symbolum est, Eccli. 6.2.

4 Iecur, sanguinis officina, vim iracibilem significat; Renes, libidinosi humoris vasa, vim concupiscibilem, Psal.7.10. Ierem.11.20. Adeps, abundantiæ symbolum, Iob 21.24. Psal.147.14. *d* Iecur, renes, *d* p.2257. 2346. *Basil. Theodoretus, Lyrchius, Radulphus.*

Digitized by Google

& horum adipem offerimus Deo in odorem suauitatis; cum immoderatos irascibilis, & concupiscibilis potentiæ motus in eius obsequium frænamus.

5 Cauda, pars animalis extrema, finem operis significat. *e* Quam Deo offerimus cum vsque ad finem in bono opere perseueramus. *f* Eam Deo offerimus, cum perseuerantiam tribuimus Deo. Est enim ipsius donum.

6 † Quis cauda, non bouis, non hœdi præcipitur offerri: quia cum per hœdum vitę spiritualis principiũ, per bouem vitæ spiritualis finis significetur: magis proficientibus, ac progredientibus, quam incipientibus, & perfectis congruit in incœpti boni operis progressum incumbere: præsertim cum minores ad perseuerandum vires habeant proficientes, quàm perfecti.

7 § Præceptum est nec sanguinem, nec adipem comedi. Sanguis, iræ; adeps, concupiscentiæ motus immoderatos signat. Quæ comedimus, in nostram substantiam conuertimus. Iubemur ergo iræ, & concupiscentiæ immoderatos, prauosque motus mortificare: ne mali actus in prauos habitus euadant, & animo in nostræ salutis malum hærescant.

Cæterorum tropologica interpretatio videri potest in tropologia capitis primi.

e p.2250.

f p.379. Greg. hom. 25. in Euangelio.

† *Vide Radulphum.*

g p.2257. 2346. Vid. Radulphum, et Isychium.

CAPVT QVARTVM.

SVMMA.

Præcipitur modus expiandi sacrificio peccatum per ignorantiam commissum. Pro peccato Sacerdotis, & pro peccato totius populi iubetur vitulus offerri, pro peccato Principis hircus; pro cuiusuis alterius peccato capra, vel ouis.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere filijs Israel: Anima, quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini, quę præcepit vt non fierent, quidpiam fecerit: 3 si sacerdos, qui vnctus est, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino: 4 & adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, ponetque manum super caput eius, & immolabit eum Domino. 5 Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij. 6 Cumq; intinxerit digitum in sanguine, aspergetea septies corã Domino contra velum Sanctuarij. 7 ponetq; de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonij. omnem autem reliquũ sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. 8 Et adipem vituli auferet pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quã omniã quæ intrinsecus sunt: 9 duos renunculos, & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, 10 sicut aufertur de vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea super altare holocausti. 11 Pellem verò & omnes carnes, cum capite & pedibus & intestinis & fimo, 12 & reliquo corpore, efferet extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi solent: incendetq; ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabũtur. 13 Quòd si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est, 14 & postea intellexerit peccatum suum, offeret pro peccato suo vitulum, adducetque eum ad ostium tabernaculi. 15 Et ponent seniores populi manus super caput eius coram Domino. Immolatoque vitulo in conspectu Domini, 16 inferet sacerdos, qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, 17 tincto digito aspergens septies contra velum. 18 ponetq; de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram Domino in tabernaculo testimonij: reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij. 19 Omnemque eius adipem tollet, & adolebit super altare: 20 sic faciens & de hoc vitulo quo modo fecit & priùs: & rogante pro eis sacerdote propitius erit eis Dominus. 21 Ipsum autem vitulum efferet extra castra, atque comburet sicut & priorem vitulum; quia est pro peccato multitudinis. 22 Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur, 23 & postea intellexerit peccatum suum; offeret hostiam Domino, hircum de capris immaculatum.

Digitized by Google

latum. 24 Ponetq; manum ſuam ſuper caput eius: cumq; immolauerit eum in loco vbi ſolet mactari holocauſtũ coram Domino, quia pro peccato eſt, 25 tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & reliquum fundens ad baſim eius. 26 Adipem verò adolebit ſupra, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabitq; pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. 27 Quòd ſi peccauerit anima per ignorantiam, de populo terræ, vt faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, 28 & cognouerit peccatũ ſuum, offeret capram immaculatã. 29 Ponetq; manum ſuper caput hoſtiæ quæ pro peccato eſt, & immolabit eam in loco holocauſti. 30 Tolletq; ſacerdos de ſanguine in digito ſuo, & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. 31 Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis Domino, rogabitq; pro eo, & dimittetur ei. 32 Sin autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem ſcilicet immaculatam; 33 ponet manum ſuper caput eius, & immolabit eam in loco vbi ſolent cædi holocauſtorũ hoſtiæ. 34 Sumetq; ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. 35 Omnem quoque adipem auferẽs, ſicut auferri ſolet adeps arietis, qui immolatur pro pacificis; cremabit ſuper altare in incenſum Domini: rogabitque pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur ei.

Interpretatio litteralis.

Peccauerit per ignorantiam, De ignorantia culpabili intelligitur. nam inculpabilis non eſt peccatũ indigens expiatione, ac venia. 2

a *p.1054, 1254.* *a* Eſt voluntarium, & voluntati imputatur, quod fit per ignorantiam, quam ipſa voluntas voluit. b Eſt voluntarium, & voluntati imputatur, quod fit per ignorantiam, quam ipſa voluntas tollere poteſt, ac debet. *Mandatis,* Rebus mandatis. Sumitur actus pro obiecto. * *Delinquere faciens populum,* Vel quia hortatus eſt ad delinquendum, vel quia ſuo exemplo occaſionem præbuit ad delinquendum. 3

b *p.1055, 1252, 1253.*

* *Ponetque manum ſuper caput eius,* Eo ritu ſignificabat 1. † Se, cuius loco erat vitulus, ſubijcere Deo poſt pœnitentiam. 2. Sua peccata in vitulum trãsferre. Actus ſatisfactionis. * *In tabernaculum teſtimonii,* In Sanctum, non in Sanctum ſanctorum. 4 5

† *p. 802. 808.*

Horum, & ſequentium, quæ in hoc capite habẽtur, dogmata ſunt eadem, c quæ in cap. 1. num. 3. Sunt etiam illa dogmata: 1. d Habuiſſe cæremonias veteris legis virtutem ad tollendas immunditias, ſeu irregularitates ex ſtatuto legis inductas. 2. e Cæremonias veteris legis, quatenus proteſtationes fidei in Chriſtum, à peccato mundare potuiſſe. v. 2. *De vniuerſis mandatis Domini, quæ præcepit vt non fierent, quidpiam fecerit.* & v. 20. * *Rogante pro eis Sacerdote, propitius erit eis Dominus.* 3. f Sacrificio placari Deum, *Propitius erit eis Dominus.* 20

c *Vide ſup: c. 1. d princ. litt. b, i, k, l, m, n, o, p,* †.

d *p.861.*

e *p.863.*

f *p.747.*

g *p.1685, 1686.*

Rupert. l. 4. de Templo.

* *Efferet extra caſtra,* g Significabat ritus, ita eſſe corrigendum peccatum Sacerdotis, & populi per veram pœnitentiã, vt eius memoria prorſus in Fidelium cœtu deleatur: vt nihil remaneat ſcandali, nihil tranſeat in exemplum. *In locum mundum,* Non erat in loco immundo reponendum, quod Deo dicatum fuerat. h Decet ſacra ſigna venerari. *Incenderetque ea ſuper lignorum ſtruem,* i Omnia cremabantur, ad horrorem incutiendum. k Nihil in vſum Sacerdotis remanebat, vt ſignificaretur, Nullum patrati peccati veſtigium remanere debere in animo peccatoris. 12

h *p.851.* i *p.1285.* k *p.801.*

* *Rogante pro eis Sacerdote, propitius erit eis Dominus.* Ex his verbis intelligimus 1. l Eſſe Deo cultum exhibendũ oratione. 2. m Diſpoſuiſſe Deum multa non niſi petentibus elargiri. 3. n Congruum eſſe pro noſtris neceſſitatibus Sanctos ad intercedendum Deo aduocare. 4. o Non ſolum pro nobis, ſed pro alijs etiam orandum eſſe. 5. p Orationi communi magis congruum locum publicum eſſe. vt hìc pro totius populi peccato orat Sacerdos in Tabernaculo. 6. q Congruum in cauſa publica, orationem publicã eſſe. 7. r Deum exorabilem eſſe, *Propitius erit.* 8. s Eſſe remiſſionem peccatorum. 20 26 31 35

l *p.1926.* m *p.1927.* n *p.1928.* o *p.1932.* p *p.1947.* q *p.1956.* r *p.55.* s *p.776.*

* *Hircum de capris,* Ex his colligimus 1. t Vitulum eſſe ſymbolum mali Sacerdotis: quia pro Sacerdotis peccato immolatur, v. 3. 2. u Vitulum eſſe ſymbolum peccãtis multitudinis; quatenus pro multitudinis peccato offertur, v. 14. 3. x Hircum eſſe ſymbolum mali Principis: quia pro Principis peccato immolatur, v. 23. 4. y Capram, ſymbolum eſſe peccatoris; quia pro quolibet peccante ſacrificatur. 23

t *p.646.* u *p.643.* x *p.643.* y *p.643.*

Digitized by Google

Allegoria.

De Christo pro nostris peccatis oblato.

MYsticam huius capitis interpretationem indicat S. Paulus Hebr. 13. illis verbis: *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.* Hæc verba indicant allegoricã significationem ritus, quo carnes sacrificiorum cremabantur extra castra; nempe Non participaturos Iudæos, adhuc cæremonijs veteribus vtentes, Sacramento corporis, & sãguinis Christi. *Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* Alterum sensum allegoricũ indicat eiusdem ritus, nempe per illum fuisse significatum sacrificium Iesu Christi cruentum, pro nostris peccatis oblatũ; quod in monte Caluariæ extra Ierusalem peractum est. *Exeamus ergo ad eum extra castra, improperium eius portantes,* Indicat sacrificium illud, quod extra castra fiebat, significasse sacrificium iustitiæ, quod peragunt homines pij in sui mortificationẽ incumbentes in obsequium Dei. quod fit exeundo extra castra, id est, extra mundum, & pompas eius; abnegando quidquid mundus diligit, & amplectitur. Estq; is sensus tropologicus. Ex his colligimus, duas hoc caput interpretationes mysticas habere, vtrãque verissimam, alterum allegoricam de Christi Domini sacrificio; alterum tropologicam de sacrificio spirituali iustitiæ.

a p. 544, 568. 1 * *a* Christus est & vitulus, & hircus, & capra, & ouis, vt supra dictum est; & indicat Paulus: Ipse est hostia pro peccato. Ipse summus Sacerdos obtulit seipsum semel in Cruce, *b* offertque quotidie in Ecclesia per manus suorum ministrorum & pro peccatis Sacerdotum proprijs, quatenus siue malo vitæ exemplo, siue hierarchicorum munerum negligentia, delinquere faciunt populum; & pro peccato multitudinis, id est, pro originali totius mũdi peccato; & pro peccatis Principum sæcularium proprijs, quatenus subditorũ moribus, & incolumitati non consulunt; & pro cuiusuis hominis actuali peccato. Iesu Christi oblatio & ad culpæ cuiusuis remissionem, & ad pœnæ cuiusuis satisfactionem prodest.

b p. 739, 741, 745, 746, 747.

c p. 1055, 1251, 1253. 2 * *Anima, qua peccauerit per ignorantiam, &c.* *c* Omnis peccans, est ignorãs. Omne peccatum est per ignorãtiam; quatenus omne peccatum ex defectu considerationis oritur. Non considerat peccator peccati turpitudinem; neque iniuriam, quam infert diuinæ bonitati; neque magnitudinem boni, quod amittit dum suis cupiditatibus seruit; neque pœnæ æternitatem, cuius efficitur reus.

4 3 * *Ponetque manum super caput eius,* *d* Posuit Iesus Christus manũ super caput hostiæ, cum seipsum spõtè in mortem tradidit; *e* cum Patris præcepto paruit; cum se offerendum Sacerdotibus tradidit. *f* Ponit Sacerdos manum super caput hostiæ, cum in Missa materiam consecrãdam offert.

d p. 563. e p. 565. f p. 745.

5 4 * *Hauriet de sanguine vituli, inferens illud in tabernaculum testimonii,* Tabernaculum veteris testamenti, Ecclesiæ figura fuit, Hebr. 8. 2. & 9. *g* Illatus est sanguis Christi in Ecclesiam, quatenus fides mortis Christi, & sacrificium eucharisticum mortis Christi repræsentatiuum, receptum est in Ecclesia.

g p. 1353.

6 5 * *Cumque intinxerit digitum in sanguine, asperget eo septies coram Domino contra velum Sanctuarii.* *h* Digitus, virtutis operatiuæ, potentięq; symbolum est, Exod. 8. 19. Psal. 8. 4. Luc. 11. 20. virtutem habẽt operatiuam, & vim efficiendi gratiam Ecclesię Sacramenta à morte, & sanguine Christi. Ergo aspergere sanguinem septies cõtra velum Sanctuarij; idem est, ac septem Sacramentis vti à Christo Domino institutis ad tribuendum gratiam, per quam ingressus nobis est in cælum, & ad æternã beatitudinem, quam velo fidei operti nunc nõ videmus, sed credimus, & expectamus. Sanctuarium fuit figura cœli, Hebr. 9. 24.

h p. 577. 748, 749.

7 6 * *Ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis,* Altare, symbolum est & Crucis, & Ecclesiæ, vt aliàs dictum est. Cornua vires, & potentiam significant, Deut. 33. 17. Psal. 17. 3. & 43. 6. Cornua Crucis, & Ecclesiæ, est quadruplex potestas, contra Diabolum, contra mundum, contra peccatum, contra concupiscentias; ad horum vires confringendas. *i* Hæc quadruplex potestas habet efficacitatem à sanguine Christi. Vel quatuor cornua, sint quatuor mundi partes, è quibus collecta est Catholica Ecclesia. *k* Vt ponere de sanguine vituli super quatuor altaris cornua, sit per virtutem sanguinis Christi fide, ac Baptismo vniuersam Fidelium multitudinem signare.

i p. 583, 584, 585, 586. k p. 573, 576, 578.

7 *Omnem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti.* Valor sanguinis Christi est infinitus. *l* Is in basim altaris funditur, quatenus in Ecclesiæ thesauro asseruatur. *m* Vel basis pars infima altaris, Purgatorium significat, vt fundere in basim altaris sanguinem vituli, sit sanguinis Christi satisfactionẽ vsque ad animas Purgatorij deriuare.

l p. 867, 874. m p. 877, 878.

8 8 * *Adipem vituli auferet, &c. Et adolebit ea super altare holocausti,* Altare, 9 cordis etiam symbolum est. Adeps, signifi-
10 cat

ficat affectum, & abundãtiam charitatis,
n p.492. Psal. 26.6. *n* Suum adipem obtulit Iesus Christus Patri super altare sanctissimum cordis, quatenus ab instanti conceptionis ardentissimo semper desiderio flagrauit moriendi pro hominum salute.

* *Pellem, & omnes carnes, &c. efferet* 11 *extra castra,* S. Paulus, vt supra dictum 12 est, interpretatur castra ciuitatem Ierusalem: *o* extra quam Christus passus est.
o p.557, 1431. *p* Vt significaret fructum suæ passionis ad
p p.1429. Leo serm.9. de Passione. Gentiles deriuandum, relictis Iudæis; Sacramentum eucharisticum carnis Christi, ad Gentiles transferendum.

Tropologia.

De sacrificio spirituali christianæ mortificationis, & satisfactionis pro peccatis.

1 SAcrificium Deo, inquit Dauid, spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies. Hoc sacrificio mactatur homo vetus cũ vitijs,
a p.2396. & concupiscentijs suis. Ergo *a* vitulus superbiam significat, & spiritũ ambitionis. Petulantis enim symbolum est vitulus, quales esse ambitiosi solent, Psal. 21. 13.
b p.2257. 2313, 2343. *b* Hircus, & capra, carnis concupiscẽtiam
c p.2157, 2173. exprimunt, quatenus fœtida animalia sunt, Zachar. 10. 3. *c* Ouis lacte, lanaque fertilis, concupiscentiam diuitiarum repræsentat. Ambitio in Sacerdotibus esse solet: ideo ab illis offerenda pro peccatis hostia vitulus præcipitur. Luxuriæ vitium esse maximè solet in viris Principibus ob delicias, & otiũ: ideo congruit illis hircus. Cæteri hominum vtroque vitio solent laborare & luxuriæ, & auaritiæ: & ideo illis & capra, & ouis immolanda est.

2 *d* Ponit manum super caput victimę, d p.781, qui pœnitere incipit de peccatis, & Deo 782, 808. satisfacere. Nam manus impositio, iuris translationem significat. Transfert autem culpæ, & pœnæ reatum, qui aggreditur pœnitentiam.

3 Sanguis peccatũ significat, Psal. 5. 7. & 50. 16. Isa. 4. 4. Oc. 4. 12. *e* Infert sangui- e p. 778, nem in Tabernaculum testimonij, & fun- 779, 803, dit in basim altaris: qui sua peccata ad Ec- 805. clesiam adducit, vt expientur; eaq; Sacerdotibus confitetur in Sacramento Pœnitentiæ.

4 *f* Aspergit sanguinem septies contra f p.410. velum testimonij, qui ob fidem, ac spem, quam habet æternæ salutis in septem capitalium vitiorum mortificationem, ac abolitionem incumbit. Spargere enim, est dissipare, Matt. 12. 30.

5 *g* Ponit sanguinem super cornua al- g p.1221. taris, qui actus immoderatos, & inordinatos quatuor præcipuarum animæ potentiarum mortificat, nempe Intellectus, Voluntatis, Imaginatiuæ, Concupiscẽtiæ. Anima enim rationem habet altaris; Potentiæ, rationem habent cornuum.

6 Adeps, est affectus internus; pellis, sensus externi. *h* Affectus internus in- h p.2257. terius mortificandus est in altari cordis. *i* Sensus externi mortificandi sunt extra i p.913, castra, id est, fugiendo occasiones. *k* Tota 914. victima crematur extra castra, quatenus k Procop. mundi pompis renunciamus, vt in allego- Cyrill. l. 15. de adorat. riæ principio dictum est. Theodoret. S. Thomas, Anselmus, Theophy. in Hebr. 13.

CAPVT QVINTVM.

SVMMA.

De tribus legibus agitur ad expiandum peccata. Prima lex ritum prascribit ad expiandum peccatum tum testis, qui non aperuit Iudici veritatem; tum immunditiæ per contactum rei immundæ contractæ; tum iuramenti per obliuionem non seruati. Secunda lex præcipit modum satisfaciendi pro errore in obseruatione cæremoniarum commisso, in iis, quæ sunt Domino sanctificata. Tertia est generalis pro satisfactione cuiuslibet peccati contra legem Domini per ignorantiam commissi.

1 SI peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisq; fuerit quod aut ipse vidit aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. 2 Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit. 3 & si tetigerit quidquam de immunditia hominis, iuxta omnẽ impuritatem qua polluì solet, oblitaq; cognouerit postea, subiacebit delicto. 4 Anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel malè quid faceret, vel bene, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, obliteque postea intellexerit delictum suum; 5 agat pœnitentiam pro peccato, & 6 offerat de gregibus agnam siue capram, orabitq; pro ea sacerdos, & pro peccato eius: 7 si autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures,

Digitized by Google

res, vel duos pullos columbarum Domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, 8 dabitq; eos sacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo hæreat, & non penitus abrumpatur. 9 Et asperget de sanguine eius parietem altaris: quidquid autem reliquũ fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. 10 Alterum verò adolebit in holocaustum, vt fieri solet, rogabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. 11 Quòd si non quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam. non mittet in ea oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est. 12 tradetq; eam sacerdoti: qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare, in monimentum eius qui obtulerit, 13 rogans pro illo, & expians, reliquã verò partem ipse habebit in munere. 14 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 15 Anima si præuaricans cerimonias, per errorem, in his quæ Domino sunt sanctificata, peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, iuxta põdus Sanctuarij: 16 ipsũq; quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerẽs arietem, & dimittetur ei. 17 Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritq; vnum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniqvitatem suam, 18 offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram, æstimationemq; peccati: qui orabit pro eo, quia nescies fecerit: & dimittetur ei, 19 quia per errorem deliquit in Dominum.

Interpretatio litteralis.

Avdierit vocem iurãtis, testisq; 1 *fuerit*, &c. Locus est obscurus; per doctrinam theologicam petenda est eius intelligentia. 1. Peccatum est, correctionem fraternam omittere, quãdo probabiliter speratur emendatio. *a* Indicate ergo debet, qui alterius periurium nouit. *b* Periurium, est peccatum. *c* Debitum est iuramenta seruandi, per quæ licitum aliquid promissum est. 2. *d* Non licet testibus veritatem celare, cum legitimè à superiore interrogantur. Si quis ergo audierit vocem Iudicis ipsum adiurãtis, vt veritatem aperiat, debet eam aperire. 3. *e* Tenetur quisque veritatem manifestare ei, qui possit iuuare; etiam si eius testimonium non petatur: ad hominem ab iniusto damno liberandũ. Si ergo quis viderit Iudicem adiurãtem, & reum tacentem veritatem, cum iniusto damno alterius; tenetur veritatẽ aperire. Porrò *f* morale, *g* ac iudiciale hoc præceptum est.

a p.1630. Aug. in Leuit. q.1. b p.2030. c p.1987. d p.1882. Lyranus. e p.1885. f p.1123. g p.1126, 1128.

* *Anima, quæ tetigerit aliquid immundum*, &c. hebr. Tangens quodcunque immundum, siue morticinum animalis siue bestiæ, siue reptibilis, & latuit, est immundus, & deliquit. Duplex sensus esse potest, 1. Si sciens se esse immundum, non se manifestauit, nempe Sacerdoti; deliquit. 2. Si non aduertit se esse immundum; si postea aduertit, & non adhibuit remedium ad immunditiam tollendam, nempe manifestãdo se Sacerdoti; deliquit. Habes 1. *b* In lege veteri præcepta cæremonialia fuisse. 2. *i* Veram pœnitentiam confessionem peccatorum includere, excusationes excludere. 2

b p.1124. i p.802.

3 * *De immunditia hominis*, Vt cadauer, menstruata, sanguinis fluxum patiens.

4 * *Anima, quæ iurauerit, et protulerit*, &c. hebr. Anima cum iurauerit, pronunciando labijs suis ad malefaciendum, vel benefaciendum. Malefacere, est se affligere, aut sibi malum imprecando inducere. Benefacere, est alteri aliquid boni promittere, aut sibi à Deo bona precari. Habes 1. *k* Licitum esse iuramentum. Nam iniungitur pœna ei, qui per obliuionem iuramentum non seruauit. 2. *l* Aliquod iuramentum execratorium esse, *Protulerit vt vel male quid faceret*. 3. *m* Debitum esse iuramenta seruandi, per quæ licitum aliquid promissum est, *Oblita postea intellexerit delictum suum*. 4. *n* Periurium esse peccatũ. 5 *Intellexerit delictum*. * *Agat pœnitentiam pro peccato*, Chald. Confiteatur peccatum, in quo peccauit. LXX. ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν, profiteatur, proferat in publicum, notum faciat peccatum suum. hebr. pluribus verbis: Cum deliquerit cõtra vnum ex istis, confiteatur quod peccauit in eo. Agitur ergo de modo expiandi omnia peccata supradicta. Colliguntur ea dogmata 1. *o* Ad iustificationẽ, & ad gratiam diuinam recipiendam, necessariam ex diuino decreto esse in adultis voluntariam præparationem ex parte ipsorum. 2. *p* Ad remissionem peccatorum recipiẽdam, detestationem peccatorum requiri. 3. *q* Veram pœnitentiam confessionem ipsam peccatorum includere, cum oportuerit.

k p.1982. l p.1985. m p.1987. n p.2030. o p.406. p p.412, 781, 800. q p.803.

Digitized by Google

tuerit, excusationes excludere. * *Offerat* 6
de gregibus agnum, siue capram, r Vera
pœnitentia propositum satisfaciendi, ac
ipsam satisfactionem includit, quatenus
deportuerit. s Iustitiæ vindicatiuæ actum
exercet is, qui pro peccatis satisfactionis
actum exercet erga Deum. *Orabitque*
pro ea Sacerdos, & pro peccato eius, Indi-
cantur his verbis ea dogmata. 1. t Esse
Deo cultum exhibendum oratione.
2. u Dispositisse Deum multa non nisi pe-
tentibus elargiri. Nam sequitur v. 10. *Ora-*
bitque pro eo Sacerdos, & dimittetur ei.
3. x Congruum esse pro nostris necessita-
tibus Sanctos ad intercedendum Deo ad-
uocare. 4. y Non solum pro nobis, sed pro
ceteris etiam orandum esse. * *Quia pro* 9
peccato est, LXX. Quia peccatum est.
hebr. Peccatum ipsum. Sumi solet Pecca-
tum & pro pœna peccati, c. 2005. & pro
sacrificio pro peccatis, c. 2007. Ergo † san-
guis symbolum est peccati, can. 7326.
* *Rogabitque pro eo Sacerdos, & pro pec-* 10
cato eius. z vid. dogmata supra v. 6. *Et di-*
mittetur ei. 1. a Est remissio peccatorum.
2. b Est Deus exorabilis. * *Tradet eam* 11
Sacerdoti, &c. c Hæc oblatio erat necessa- 12
riò offerenda ex Dei præcepto. d Quæ 13
partim in diuinum cultum, partim in Sa-
cerdotis vsum cedebat. Non erat cum ea
offerendum oleum, nec thus: quia pro pec-
cato offerebatur, quod est contrarium cha-
ritati, ac iustitiæ. e Oleum, symbolum est
charitatis, c. 6847. f Thus, symbolum iu-
stitiæ, c. 7660. *In monimentum eius qui*
obtulerit, hebr. In memoriam eius obla-
tionis, id est, vt significetur eam esse obla-
tionem factam Deo pro peccato, *Rogans*
pro illo, &c. g vt supra.
* *Anima, si prauaricans cæremonias,* 15
per errorem in his, quæ sunt Domino san-
ctificata, peccauerit, &c. h Agi videtur de
peccato, commisso cum aliquo damno in
rebus Domino sanctificatis: vt cum quis
vsurpasset in suum vsum primitias; aut
carnes oblatas, aut vasaliquod tabernacu-
li, & similia. nam subdit: *ipsumque quod*
intulit damni restituet, &c. Siclus, ac sta-
ter idem erant, vterque viginti obolos ha-
bebat, drachmas quatuor atticas, sestun-
ciam romanam, c. 2824.
* *Ipsumq; quod intulit damni restituet,* 16
1. i Ius delicto læsum, pœna compensatur.
2. k Ius alterius compensandum, iustumq;
faciendum est debiti solutione. 3. l Com-
pensare debet damnum is, qui moraliter
est causa, vt aliqui lucrum aliquod cesset,
aut accidat malum. *Et quintam partem*
ponet supra, m Præter restitutionem rei
ablatæ, pœna iniungitur pro culpa. n Con-
gruum à male agendo, pœnarum commi-
natione deterrere. *Qui rogabit pro eo*, &c.
o vide supra v. 6. & 10.

17 * *Fecerit vnum ex his quæ Domini lege*
prohibentur, &c. † Agitur generaliter de † *Aug. sup.*
omni peccato contra legem Dei, quod in
superioribus præceptis non est compre-
18 hensum. * *Iuxta mensuram, æstimatio-*
nemque peccati, p Pro culpæ quantitate p *p. 2104.*
pœnæ imponendæ. *Qui orabit pro eo*, &c.
q vide supra v. 16. q *Vide sup. litt. o.*

Interpretatio mystica.

1 *Audierit vocem iurantis*, Adiurantis. a Adiurantes sunt concionatores, & a *p. 700.*
Patres spirituales, b quatenus obsecrant, b *p. 727.*
& increpant, per Deum, per Dei miseri-
cordiam, per sanguinem Christi: ad pœni-
tentiam hortantes, & ad confessionem
peccatorum. Est & ipse Confessarius, qui
legitimè pœnitentem interrogat. c Nisi c *p. 781.*
quis conuertatur ad pœnitentiam, & pec- 803.
catum confiteatur, portabit iniquitatem
suam.
2 * *Anima quæ tetigerit aliquid immun-*
dum, &c. Immunditia est peccatum,
Ephes. 4. 19. 1. Thessal. 4. 7. Tangere, sym-
bolicè est affici in aliquod, & velle, Iob 6. 7.
Prou. 6. 29. Eccli. 13. 1. d Tangere ergo d *p. 913,*
immundum, est velle, & imitari alterius 914, 2152.
peccatū. Occisum à bestia, est peccatum,
quod per diaboli suggestionem contrahi-
tur: Per se mortuum, peccatum quod pro-
pria concupiscentia peperit, & mortem
animo intulit: Reptile mortuum, est qui-
quis bonis terrenis inordinatè inhians, &
ijs adhærescens, Dei gratiam amittit.
4 * *d Anima, quæ iurauerit*, &c. e Iurat d *Ex Gloss.*
vt sibi male faciat, qui Deo pœnitentiam e *p. 2269,*
promittit, vt ieiunia, etiam, & similia. 2270, 2271,
f Iurat vt sibi bene faciat, qui Deo vouet 2272, 2273
castitatem, paupertatem, obedientiam. f *p. 655,*
magnum enim ex his votis bonum ad nos 658.
deriuatur.
5 * *Agat pœnitentiam pro peccato*, Hebr.
6 LXX. Chald. *Confiteatur peccatum.*
g Innuunt hæc verba ritum hunc à Deo g *p. 803,*
præceptum figurâ fuisse Sacramenti Pœ- 805, 807.
nitentiæ: in quo peccatorum cōfessio præ-
cipitur Sacerdoti facienda.
Offerat de grege agnam, siue capra, &c.
i Agna est Iesus Christus propter mansue- i *p. 494.*
tudinem, & innocentiam; & Capra, propter k *p. 530,*
nostra peccata, quæ pro nobis luenda su- 531.
scepit; l Turtur propter tristitiam animæ l *p. 538.*
tempore suæ passionis; Columba, propter
7 puritatem suæ incarnationis. * m Oblatus est m *p. 543,*
in Cruce Iesus Christus, & quotidie in al- 579, 583,
tari offertur & in holocaustum, id est, in 747.
gloriam infinitā Dei; & pro peccato, id est n *Greg. in*
in remissionem peccatorum nostrorum. *Ezech. hom.*
8 * n Retortum est Christi caput ad pœnu- 7. F.
las, sed non abscisum: quatenus ipse qui o *p. 571,*
caput est Ecclesiæ, mortuus quidem est pro 573, 578.
pec-

Digitized by Google

peccatis nostris; sed per mortem nō est ab Ecclesiæ corpore separatus, sed ei magis vnitus per fidem, & gratiam, & Sacramēta; quæ per suam mortem nobis meruit.

p *Vid. Gregorium 32. Mor. 2. p. 644.* q *p. 643.* r *p. 642.* s *p. 1721.* t *p. 1572.* u *p. 802, 808.*

Tropologicè. *p* Agna, est homo, quatenus est iustus; *q* Capra, quatenus vitijs inquinatus; Turtur, *r* contemplatiuus, vel peccata sua lugens; *s* Columba, qui Dei gloriam syncerè in suis operibus intendit. *t* Offert se in holocaustum, qui in omnibus se Dei voluntati conformat: *u* offert pro peccato, qui de remisso peccato nunquam securus, pœnitentiam agit, & omnes tum actiones, tum passiones vult in satisfactionem cedere præteritorum delictorum.

x *Gregor. in Exech. hom. 7. F.* y *p. 2262, 2263, 2274*

x Retorquet caput ad pennulas, sed non abscindit; *y* qui suis concupiscentijs moritur quantum ad inordinatum affectum; sed tamen capite, id est, cogitatione, ac voluntate corporis necessitatibus inhæret quantum ad vitam conseruandam, Deoq; seruiendum est necessarium.

11 * *Offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam*, *a* Simila, est caro Christi, quatenus cruciatibus attrita. *b* Pars decima, perfectionem significat. nam numerus denarius est perfectus. significat quod diuino cultui est dedicatum: nam decimæ Deo offerebantur. *c* Ergo decimā similæ partē Deo offerre pro peccato; est eucharisticum corporis Christi sacrificiū offerre. Corpus autem Christi est infinitæ perfectionis, ac valoris, ob hypostaticam vnionem cū Verbo; & maximè Deo dicatum, quatenus instrumentū Verbi, ipsi vnitum. Corporis Christi sacrificium in Ecclesia Dei pro peccatis offertur.

a *p. 545. Hieron. in Exech. 16. Ruper. 1. in Matt.* b *Hiero. in Exech. 45.* c *p. 747.*

Tropologicè. *d* Simila, est cordis contritio. Pars decima similæ, est perfecta de omnibus peccatis contritio. *e* Cum autem nullum sit peccatum, quod non alicui Decalogi præcepto contrarium sit: decimam similæ partem offert, qui cum contritione propositum offert de omnium præceptorum obseruatione.

d *p. 412. 800.* e *Isich. in Leuit 27. Rupert. in Amos 5.*

Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet; quia pro peccato est. *f* Oleum, gaudij symbolum est, Isa. 61. 3. *g* Thus, quatenus redolet, iustum, ac sapiētem significat. Quoniam autem, vt peccati habeatur remissio, corde contrito opus est, & humiliato: *h* qui pro suis peccatis veniam à Deo postulat, non potest secum habere oleum gaudij de bono opere, sed tristitiam quod male egerit; nec thus bonę actionis, cū egerit male, ac fœtorem peccati emittat. Dolor ergo sit, & agnitio propriæ insipientiæ.

f *p. 1579, 1035, 1036.* g *p. 644.* h *Procop. Theodoret. Isichius. Cyrill. l. 15. de adorat.*

15 * *Offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis*, *i* Aries, qui pro peccato offertur, est Iesus Christus. Nō est enim in aliquo alio salus. Emit Christum, qui Christum sibi vnit, suumq; facit. *k* Vnitur autem nobis Christus per fidem, & charitatem. *l* Duo ergo sicli fides, *m* & charitas est; *n* vel duplex dilectio, Dei, ac proximi. *o* Hęc enim duplex dilectio necessaria est, vt in Dei gratiam redeamus.

i *p. 583.* k *Origen. in Leuit. hom. 3.* l *Gloss. Interl. in Ex. 30.* m *p. 1316.* n *p. 1491.* o *Gloss. Interl. in Leu. 5.*

16 * *Ipsum quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra*, *p* Tertia pars materialis Sacramenti Pœnitentiæ figuratur, nempe satisfactio. quæ duo complectitur, restitutionem damni per peccatum patrati, & pœnam pro iniuria. Cum autem vt plurimum sensus externi soleant esse origo peccatorum; in eorum pœnam, ac remedium, par est in externorum sensuum mortificationem incumbere, præsertim eius sensus, cuius maximè occasione peccatum est. *q* Ideo iubemur quintam partem insuper offerre; nempe ex quinque sensibus illum maximè mortificare, per quem maximè deliquimus.

p *p. 1521, 1522.* q *Glossa. p. 802.*

CAPVT SEXTVM.

SVMMA.

1. Præscribitur à Deo modus, quo quis expiare se posset à peccato occulto, sed scienter commisso. 2. Lex holocausti & ignis perpetui. 3. Modus sacrificii, & oblationis ex simila; præsertim cum à Sacerdotibus offerebatur in die vnctionis eorum. 4. Ritus offerendi, & consumendi hostiam pro peccato.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Anima quæ peccauerit, & contempto Domino, negauerit proximo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, 3 siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, 4 conuicta delicti, reddet 5 omnia quę per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem domino cui damnum intulerat. 6 Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacer-

Digitized by Google

sacerdoti, iuxta æstimationem mensuramq; delicti: 7 qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccauit. 8 Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: 9 Præcipe Aaron & filijs eius: Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsque manè: ignis ex eodem altari erit. 10 vestietur tunica sacerdos & seminalibus lineis: tolletque cineres quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare, 11 spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque alijs, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet. 12 Ignis autē in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna manè per singulos dies, & impositio holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum. 13 Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. 14 Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram Domino, & corā altari. 15 Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebitq; illud in altari, in monimentum odoris suauissimi Domino: 16 reliquam autē partem similæ comedet Aaron cum filijs suis, absque fermento: & comedet in loco sancto atrij tabernaculi. 17 Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. 18 Mares tantùm stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificijs Domini. omnis, qui tetigerit illa, sanctificabitur. 19 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 20 Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius manè, & medium eius vespere: 21 quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum Domino 22 sacerdos, qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari. 23 Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquā comedet ex eo. 24 Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: 25 Loquere Aaron & filijs eius: Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorū est. 26 Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. 27 Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. 28 Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur. quòd si vas æneū fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. 29 Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia Sanctum sanctorum est. 30 Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in Sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

Interpretatio litteralis.

Contempto Domino, a Per peccatum mortale auertitur homo ab vltimo fine, nempe Deo, cui per charitatem vnimur: *b* & diuinum ius lęditur, quatenus cōtra aliquod diuinum præceptum fit. *Negauerit proximo suo depositum*, Habes 1. *c* Contractum depositi licitum esse. 2. *d* Mendacium, quod dicitur intentione nocendi, illicitum esse. 3. *e* Peccatum esse furtum, ac rapinam. 4. *f* Peccatum esse calūniam. Propriè calumnia non est, nisi quando falsi criminis obiectione proximus lædituꝛ, Aug. in Leuit. q. 68. 5. *g* Non licere rem alienam retinere inuito domino, *Siue rem perditam*, &c. 6. *h* Peccatum esse periurium, *Et inficians insuper peierauerit. Commissa delicti*, Hebr. Cum peccauerit, & deliquerit. Posito, inquit, eo peccato ac delicto. * *Reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere, integra, i* Rei alienę restitutio facienda; *k* præsertim si iniustè fuerit ablata. *Et quintam insuper partem domino cui damnum intulerat, l* Restituendum est damnum ex iniusta acceptione, vel retentione secutum. * *Iuxta æstimationem, mensuramque delicti*, Erit aries, qui offertur maior vel minor, perfectior, vel minus perfectus pro mensura delicti. *m* Pro culpæ quantitate, pœnæ licitę sunt. * *Qui rogabit pro eo coram Domino*, &c. *n* vid. sup. cap. 5. v. 6. * *Hæc est lex holocausti*, &c. *o* vid. sup. cap. 1. à v. 2. *Cremabitur in altari tota nocte vsque mane*, Ergo necessarium erat vt tota nocte aliquis Sacerdos semper interesset, qui ignem suggereret, & partes carnium successiuè igni superponeret. * *Vestietur tunica*, &c. *p* Ad sacrificij reuerentiam, & maiestatem. *Sacerdos, q* Sacrificij

a p. 1198. b p. 1199. c p. 1792. d p. 2119. e p. 1860, 1861. f p. 1872. g p. 1828. h p. 2030. i p. 1835. k p. 1828. l p. 1836. m p. 2104. n Vide sup. c. 5. v. 6. lit. t, u, x, y. o Vide sup. c. 1. a v. 2. d litt. b. p p. 846, 851. q p. 646, 745.

Digitized by Google

ficij ministri, Sacerdotes. * *Et imposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum.* In hebræo clarius: Et ordinabit desuper holocaustum, & adolebit desuper adipes pacificorum. 12

* *Omnis, qui tetigerit illa, sanctificabitur*, Non tanget illa quisquam immundus. Sanctificare, interdū est, mundare, c. 2733. 18

r p. 851, 852. r Debetur reuerentia rebus Deo dicatis. Idem probant quæ sequuntur.

* *Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur.* Quia Sanctificare, duo, præter alia, significat, Mandare, vt supra dictum est, & vt sanctum colere, c. 2728. Ideo duplex potest esse huius loci sensus, 1. Nihil immundum tangat carnes eius. 2. Quidquid cōtigerit tangere eius carnes, vt sanctum habeatur. 27

Si de sanguine ipsius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto, Ea debetur reuerentia sanguini, qui Deo offertur, vt nihil ex eo remaneat in veste, quam tetigerit; ne sit extra locum, qui ei debetur; aut periculū sit ne vsui profano deseruiat.

Interpretatio mystica.

COmmixta delicti, reddet omnia, quæ per fraudem, &c. a In his verbis videtur expressa figura cōtineri Sacramenti Confessionis. In eo Sacramento sunt quatuor, Contritio, confessio, satisfactio, absolutio. b Contritio, & confessio figuratur illis verbis, *Commixta delicti*, quæ ex hebræo verti possunt alio etiam modo, *Confitens delictum*. Spontanea confessio pœnitentiam, & dolorem supponit. c Estque confessio non publica, sed secreta, vt fit Sacerdoti in Sacramento Confessionis. 2. c Satisfactio significatur illis verbis, *Reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem*, &c. Hebr. Quæ mendaciter, vanè voluit obtinere. Omne peccatum est mendacium, & vanitas, quatenus malitia est defectus, & non ens. Sed tamen per peccatum fit iniuria Deo, quatenus peccans non obedit Deo, ac proinde, quantum est ex se, tollit ius dominij à Deo; quod cum sit idem cū Deo, est ens infinitum. Ad hoc ius restituendum reus est peccator. Quod cum non possit re ipsa restituere, reus efficitur æternæ pœnæ. Per Sacramentum Confessionis, fundatū in Christi sanguine valoris infiniti, restituitur Deo ius ablatū, & satisfit debito pœnæ æternæ. d Remanet autem luenda pœna temporalis siue in hac vita, siue in Purgatorio: cui satisfit operibus bonis. Huius satisfactionis est figura quinta illa pars, quæ insuper soluebatur. Omnis autem satisfactio fundatur in meritis Christi, vt dictum est: figura autē Christi est Aries immaculatus: ideo

a p. 778, 779, 788. 2 3 4 5 6 b p. 781, 800, 803: 7 c p. 805. c p. 802. d p. 789, 814.

subditur, *Pro peccato suum suo offeret arietem immaculatum*, &c. 3. e Absolutio sacramentalis figuratur illis verbis, *Et dimittetur illi*, &c. Quoniam autem Sacerdos in Sacramento Pœnitentiæ pro pœnitente precatur, *Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis*, &c. *Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ Virginis*, &c. Eam orationem figurant illa verba, *Qui rogabit pro eo coram Domino.* e p. 776, 778, 805.

9 * *Hæc est lex holocausti: Crematabitur in altari tota nocte*, &c. Nox, temporalis vita, ac huius sæculi symbolū est, Cant. 3. 1. & 5. 2. ex Gregorio. Mane, felicitatis symbolum; Isa. 14. 12. & 33. 2. & 58. 8. Amos 5. 8. His positis, duplex est huius ritus interpretatio mystica, altera allegorica de sacrificio eucharistico, altera tropologica de sacrificio iustitiæ. 1. a Sacrificium holocausti, est Christi sacrificium in Missa: per quod infinita gloria tribuitur Deo, quatenus ad agnoscendum eius infinitā Maiestatem, corpus, & sanguis Christi ei offeruntur, vnita hypostaticè diuino Verbo. 2. b Altare, est Ecclesia Catholica; nox, hoc sæculum. Tota nocte Christus offertur vsque mane: quia quotidie in Ecclesia militāte sub obscuritate fidei, & sub velamine specierum panis, & vini, corpus immolatur, & sanguis Iesu Christi. 3. c Ignis perpetuus, est perpetua Christi charitas, & amor in suam Ecclesiam: vnde ortum est sapientissimum inuentum sacrificij & cruēti in Cruce peracti, & incruenti, quod quotidie peragitur in Ecclesia. d Ligna, fuerunt Crux, claui, spinę, lancea, opprobria, & aliæ Christi passiones: quibus alebatur, & crescebat ignis charitatis in corde Christi: e quæque considerari debent ab offerentibus sacrificium eucharisticum; vt in eorū cordibus crescat amor erga Christum. Ignis, symbolum est amoris, & charitatis, Psal. 118. 140. Cant. 8. 6. Prou. 30. 5. Hebr. 1. 7. Lignum, Crucis, & passionum Christi symbolum est. Nam Christus in ligno mortuus est, & vicit per lignum, Galat. 3. 13. 1. Pet. 2. 24. Christi autem passiones in Missa repræsentantur. 4. f Tunica, & feminalia linea, quibus indutus Sacerdos, cineres iuxta altare ponebat: videntur figura puræ conscientiæ, & vestium sacerdotalium, quibus indui debet Sacerdos cum sacrificat, & cum Sacramentum corporis Christi populo distribuit. g Ponere cineres iuxta altare, est corpus Christi in pectore recipere iuxta cordis altare; ad sacrificium consummandum. 5. Spoliabatur sacris vestibus Sacerdos cum extra castra cineres efferebat: quia noster Sacerdos deponit sacra vestimenta, & à castris altaris recedit, cum ad agēdas gratias se post Missam colligit, donec

a p. 739, 743, 744, 762. b p. 772. c p. 492. d p. 571, 538, 545. e p. 775. f p. 774, 775, 846. g p. 773.

Digitized by Google

donec in pectore species sacramentales absumantur, ac proinde sacrificium prorsus consumetur.

h p.1572. Alio modo tropologicè. 1. *h* Holocaustum Deo offerimus, cum perfectè nos in omnibus eius voluntati conformamus. i p.2257. 2. *i* Hostia in altari crematur tota nocte vsque mane: quatenus mortificamur tota die, nostrasque in altari cordis concupiscentias igne charitatis cõsumimus vsque ad extremum vitæ; cum veniet mane felicitatis æternæ. 3. K Sacerdos, est homo iustus, iustitiæ tunica, & feminalibus lineis castitatis indutus. 4. *l* Ligna, quibus ignis charitatis nutritur; *m* est consideratio crucis Christi, & exemplorum patientiæ, quæ nobis sancti viri reliquerunt. Quæ consideratio debet quotidie, saltem mane renouari; ne charitatis ignis deficiat. 5. *n* Cineres in loco mundissimo conseruantur, quatenus Martyrum reliquiæ à Catholicis honorantur, & in locis sacris asseruantur.

k p.644. l Greg.25. Mor.7. m p.676. n p.852.

** Hæc est lex sacrificii, & libamentorum,* &c. De huius sacrificij allegoria, & tropologia satis dictum est supra cap. 2. Hoc in loco allegoriæ summam attingemus. 1. *o* Simila cum oleo, ac thure, cuius pugillus Deo offertur, est sacrificium, ac Sacramentum corporis, ac sanguinis Christi cum oleo diuinæ substantiæ, & thure suauissimi odoris æterno Patri passionum, & mortis diuini Filij ex Patris obedientia susceptæ. *p* Vel oleum est gratia, thus consideratio; cum quibus ad sacrificium, & Sacramentum corporis, & sanguinis Christi est accedendum. 2. *q* Aaron, est Sacerdos Christianus. *r* Aaronis filij, sunt ipsi Fideles, quatenus filij Dei sunt per gratiam: quam cum habeant per Sacramenta, quorum ministri sunt Sacerdotes, sunt proinde Sacerdotum filij, quos & Patres congruè appellant. Fideles rectè mares appellantur, ob virilitatem, ac præstantiam christianarum virtutum, Isaiæ 66. 7. vide Patres apud Castrum. Eucharisticum Sacramentum à solis Sacerdotibus, & Christi Fidelibus potest comedi. 3. *s* Comedere in loco sancto atrij tabernaculi, est in Ecclesia Catholica comedere. Sumus autem in Catholica Ecclesia per fidem. quam qui non habet, extra Ecclesiam est. 4. *t Omnis, qui tetigerit illa, sanctificabitur,* Non licet, nisi purificata conscientia ad Sacramentum altaris accedere. *u* Rursum omnis, qui dignè ad Sacramentum altaris accedit. *x* Sanctificatur, quia recipit gratiam.

o p.739, 741,743, 762,764, 765. p p.767, 774,775. q p.646, 745. r p.624, 632. s p.823, 1331,1342. t p.774, 775. u Radulph. x p.767.

** Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius,* &c. 1. *a* Aaron Christus; *b* filij Aaron, Sacerdotes Christiani quatenus Christũ imitantur in sacrificando; *c* & omnes Fideles, quatenus Christi sunt filij per gratiam. 2. Dies, pro tempore quocunque accipi solet, Luc. 1. 5. Ioan. 8. 56. & 9. 4. Psal. 26. 5. & 55. 4. & 71. 7. Vnctio, & vnionis hypostaticæ symbolum est, Psal. 44. 8. Act. 4. 27. & diuinæ gratiæ; 1. Io. 2. 20. & 27. 2. Cor. 1. 21. & Sacerdotij, Num. 35. 25. Eccli. 45. 18. 3. *d* Simila, est caro humana. Decima pars ephi similæ, est perfectissima caro ex Adæ stirpe sumpta, diuino Verbo vnita. Decima enim perfectionem significat, vt supra dictum est. Suæ carnis sacrificium obtulit Christus, tempore vitæ suę; quę vnctio appellatur ratione vnionis hypostaticæ, & sacerdotalis, ac regiæ dignitatis. *e* Obtulit autem dimidium manè, id est, voluntatem in instanti conceptionis per spiritualem oblationem voluntatis, offerendo futuram passionem, & mortem Patri; *f* dimidium vespere, id est, corpus in vespere mortis in Cruce. *g* Sacerdotes autem Catholici ritè ordinati, Christi filij per imitationem, sacrificium eucharisticum offerunt & manè, & vesperi, quatenus & pro beneficijs à Deo acceptis offerunt in gratiarum actionem; & pro peccatorum expiatione, sicut pro prosperis, & pro aduersis. 4. *h* Sureago Deo conspecta est Christi Crux, cui Iesus Christus affixus fuit, quod verum est oleum ratione suæ diuinitatis, & bonitatis, & charitatis, can. 6843, 6845, 6847. 5. *i* Simila autem offertur calida calore charitatis; cum offerentes sacrificium, charitate mouentur ad offerendum. Calor, symbolum est charitatis, & amoris in Deum, Apocal. 3. 16. 6. *k Omne sacrificium Sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.* Quoniam comedere, est in suam substantiam cibum conuertere; est proinde comedere symbolicè, per cognitionem, & affectum eucharisticum Sacramentum in nos conuertere; cum oppositũ faciat illud Sacramentum, vt nos in Christum conuertat. Conuertitur autem ea hostia tratissima in nos ipsos, cum eam offerimus ad finem insongruum nostrorum commodorum, non ad gloriam Dei, & ad salutem animarum. vid. can. 5749. Debet ergo omne sacrificium Sacerdotum igne charitatis consumi.

20 21 22 23 24 a p.478. b p.646, 745. c p.644. d p.433. 434. e p.447. f p.544, 568. g p.741, 745,747. i p.1500, 1501,1502. k p.1551, 1552,1553, 1554,1555.

25 ** Ista ex lax hostia pro peccato,* &c.

26 Quæ communia cum superioribus huius

27 capitis præceptis sunt; mysticè in eisdem

28 præceptis explicauimus. Reliqua expli-

29 cãda sunt, quę huic præcepto sũt propria.

30 1. *l Si de sanguine ipsius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sãcto.* Figura est hic ritus eius ritus, quẽ præcipit Ecclesia, cum accidit sanguinem Christi, aut hostiam consecratam dilabi. vid. Missale in Rubr. de defectibus in celebr. Miss. occurrentibus in fine. 2. *Hostia, quæ editur*

l p.846.

Digitized by Google

pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in Sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. m Verus actus contritionis describitur, qui est hostia pro peccato. Hæc hostia igne comburitur, non comeditur: quia actus verus contritionis est syncerus dolor de offensa Dei, quod est igne charitatis, & amoris Dei comburi. nulla habetur ratio in eo dolore neque de felicitate æterna amissa, neque de pœnæ æternę reatu; quod esset hostiam comedere, id est, nostri commodi rationem habere.

m p. 800, 1574.

CAPVT SEPTIMVM.

SVMMA.

1. Præcipitur ritus offerendæ hostiæ pro delicto. 2. Statuitur quid in vsum Sacerdotum cedere debeat ex sacrificiis. 3. A v. 11. vsque ad 19. ritus describitur hostiæ pacificæ. 4. Lex sancitur abstinendi ab esu immundorum, & Deo oblatæ vescendi. 5. Datur præceptum de abstinendo ab adipe, & sanguine. 6. Rursum v. 29. redditur ad ritum hostiæ pacificæ. 7. Tandem a v. 35. summa colligitur præceptorum superiorum.

1 HÆc quoque lex hostiæ pro delicto, Sancta sanctorum est: 2 idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto, sanguis eius per gyrum altaris fundetur. 3 Offerent ex ea caudã & adipem qui operit vitalia, 4 Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque iecoris cum renunculis, 5 & adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto. 6 Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est. 7 Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit: ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit. 8 Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. 9 Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula, vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur: 10 siue oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filijs Aaron mensura æqua per singulos diuidetur. 11 Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino. 12 Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento cõspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctãq; similam, & collyridas olei admistione conspersas: 13 panes quoque fermẽtatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: 14 ex quibus vnus pro primitijs offeretur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinẽ. 15 cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam vsque manè. 16 Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est: 17 quicquid autẽ tertius inuenerit dies, ignis absumet. 18 Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potiùs quecũque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. 19 Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni: qui fuerit mundus vescetur ex ea. 20 Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. 21 Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusmodi carnibus, interibit de populis suis. 22 Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: 23 Loquere filijs Israel: Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis. 24 Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod à bestia captum est, habebitis in varios vsus. 25 Si quis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo. 26 Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auibus quam de pecoribus. 27 Omnis anima, quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. 28 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 29 Loquere filijs Israel, dicens: Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificium, id est, libamenta eius, 30 tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum; cumq; ambo oblata Domino consecrauerit,

Digitized by Google

uerit, tradet sacerdoti, 31 qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron, & filiorum eius. 32 armus quoque dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis. 33 Qui obtulerit sanguinem & adipem, filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. 34 Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis, tuli à filijs Israel de hostijs eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filijs eius, lege perpetua, ab omni populo Israel. 35 Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius in cæremonijs Domini: die qua obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur, 36 & quæ præcepit eis dari Dominus à filijs Israel religione perpetua in generationibus suis. 37 Ista est lex holocausti, & sacrificij pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis: 38 quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel vt offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

Interpretatio litteralis.

Hæc quoque lex hostiæ pro delicto, &c. *a* Hoc, & sequentia præcepta cæremonialia sunt. (a p.1124.)

* *Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto.* *b* Verba hæc indicant, aliud esse peccatū, aliud delictum, quāquam interdum confunduntur. Putat Augustinus peccatum esse operis, delictū omissionis. Nam hebraicè delictum appellatur *Asham*, quasi desolatū, & LXX. appellant παραβασιν, id est, præter consideronem, & aduertentiam; vt solent esse peccata omissionis. Vulgata appellat delictum, quasi derelictum. *c* Ita ex hoc loco duplex genus peccatorum colligitur, operis, & omissionis. Peccatum omissionis est, cum non exercetur opus aliquid, quod exerceri potest, & debet. (b Augustin. in Leuit. q.20. Lyranus. Orig. in Gl. c p.1197.)

* *Ad Sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit*, &c. *d* Sunt Sacerdotibus oblationes offerendæ. *Collyridas*, Collyrida, est placenta, libum, crustulum rotundum, c.1389. *Quæ immolatur pro pacificis*, Pro beneficijs acceptis, vel accipiendis: spontaneè, vel ex voto. *Ex quibus vnus pro primitiis offeretur Domino*, Primitiæ, in textu hebr. Oblatio. Vnus offeretur Domino in signum quod alij panes Deo offerebantur. *e* Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquod exhibeat in eius honorem. (d p.1970, 1975. c p.1973.)

* *Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam*, &c. *f* Aliquæ oblationes, quæ Deo offeruntur, voluntariæ sunt. *g* Aliquę sunt necessariò offerendæ, vt cum promissio intercessit. *h* Licitum est votum, & religionis actus. (f p.1968. g p.1969. h p.1977.)

* *Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio*, &c. Dona, quæ Deo offerūtur, debent esse incorrupta. Corrumpi solent carnes die tertio; Ideo die tertio non debebant comedi carnes Deo oblatæ. Quare peccabat, qui eo die comedebat.

* *Caro, quæ tetigerit aliquid immundum*, &c. Sermo est de carne Deo oblata, quæ poterat comedi ab omnibus, non solum ab offerētibus, modò essent mundi. *i* Debetur rebus sacris reuerentia. (i p.851.)

* *Adipem omis, & bouis, & capræ non comedetis*, &c. 1. Non licebat vesci, nec alio modo vti adipe eorum animalium, mundorum, quæ offerri solebant Deo in sacrificium; nempe ouis, bouis, capræ. 2. Licebat vesci adipe aliorum animalium mundorum, quæ non offerebantur Deo in sacrificium. 3. Si morticinum esset, aut à bestia captum animal, etiam quod offerri solebat Deo in sacrificium, licebat vti eius adipe in varios vsus: quia cum esset immundus, nō erat aptus vt Deo offerretur. 4. Nullius animalis sanguine vesci licebat; *k* Theologiam vid. sup. c.3. v.16,17. (k p.2287, 2290.)

* *Pectusculum eleuationis, & armum separationis tuli à filijs Israel*, &c. Hebr. Armum (siue coxam) eleuationis. Eleuationem significat vtraque vox hebraica, Tenuphàh, & Terumàh. *l* Tradunt, eum morem offerendi fuisse: vt offerens haberet in manu pectusculum, & adipē hostiæ, & armum; & Sacerdos suas manus manibus offerentis supponens, eleuaret oblationem in altum, & deorsum deprimeret: tum à dextra ad sinistram duceret, vt indicaretur, Deum, cui offerebatur sacrificium, esse vbique. *m* Qui ritus symbolum erat diuinæ immensitatis. (l Lyranus. m p.13.)

Interpretatio mystica.

1 QVæ ad interpretationem mysticam faciunt à v.1. vsque ad 7. *a* explicata sunt supra Exod.29. & Leuit.1. & 4. (a Vid. Theologiam mysticā Exod. 29. et Leuit. 1. & 4.)

7 * *Ad Sacerdotem, qui eam obtulerit,* 8 *pertinebit*, *b* Docent Theologi fructum 9 sacrificij eucharistici ad tres deriuari, ad 10 ministrum, ad offerētes, ad totam Eccle- 31 siam. Quæ igitur dicuntur in hoc capite 32 de ijs, quæ in vsum Sacerdotis offerentis 33 cedere debebant è sacrificijs, quæ Deo 34 offerebantur, figura sunt eius tertię partis (b p. 767, 768, 769, 770.)

sacri-

Digitized by Google

sacrificij eucharistici, cuius fructus ad Sacerdotem offerentem pertinet.

*Offerent panes absque fermento, &c. 12

c Vide mysteria supra c.2. c De huius oblationis mystica significatione vide supra in cap. 2. 13

*Ex quibus vnus pro primitiis offeretur Domino, & erit Sacerdotis, qui fundet 14

d p.773. hostiæ sanguinem; d Videtur signare hic ritus, eum Ecclesiæ ritum in Missæ sacrificio, qui de iure diuino est, vt Sacerdos sacrificans communicet, ac sacrificium ipse consumat.

*Cuius carnes eadē comedētur die, &c. 15

Quia Christus Dominus tertia die resurrexit, congruè dies tertius tempus futuri 16

sæculi designat. Secundum ergo sensum 17

mysticum admonemur his verbis de duo- 18

e p.772, 773. bus. 1. e De suscipiendo Sacramento corporis, & sanguinis Christi dum viuimus. alioquin non habebimus vitam in nobis.

f p.1037. Procopius. Beda. Radulph. Origenes. 2. f De bonis operibus operandis dum tempus habemus: Necessaria enim sunt ad salutem opera bona.

*Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni, 19

g p.1275. Homo, g qui se peccato mortali contaminauerit, à corpore Christi mystico separabitur, b & reus est ignis æterni.

h p.954. i 1276, 1283, 2284. *Qui fuerit mundus, vescetur ex ea; i Homo iustus homini iusto vnitur per fidem, & gratiā in Christi Ecclesia, sub vno

k p.623, 624. capite Iesu Christo. Alio modo: k Non est cum conscientia peccati mortalis ad Eucharistiæ Sacramentum accedendum.

idem habent verba sequentia: *Anima 20

polluta, quæ ederit, &c. 21

*Adipem eius, & bouis, & capræ non 23

l p.2257. Glossa. comedetis, l Tres concupiscentiæ significantur per adipem trium animalium: quibus nullo modo nobis inhærendum est, sed Deo offerendæ per mortificationem. vid. sup. cap. 3. in tropologia §. 7.

*Adipem cadaueris morticini, & eius 24

animalis, quod à bestia captum est, habebitis in varias vsus, Cadauer morticinum est quicunque impius. Animal à bestia captus, omnis, qui sub diaboli potestate, est præsertim Infideles. Non licet improbos imitari, quod est adipē comedere, exprimendo nostris actionibus eorum actus prauos. licet tamen eorum exemplis vti ad arguendum, ad obsecrandum, ad increpandum.

26 *Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, Sanguis iram significat, & omne peccatum, vt supra dictū est. m Ab iracundorum, & quorumcunque impiorum societate, ac imitatione cauendum. m p.913, 2152.

30 *Cumque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet Sacerdoti, qui adolebit adipem, &c. n Significatur hoc præcepto sacrificij eucharistici ministros, cuius figura erant antiqua sacrificia, esse solos Sacerdotes. Significatur etiam offerētes esse etiam laicos, sed per Sacerdotum manus, ac ministerium. n p.646, 745.

31 *Pectusculum, & armus erit Sacerdo- 32 tis, o Pectus, quatenus est integumentum 33 cordis, doctrinam significat, & sapiētiam. Armus, qui humero respondet in hominibus, designat fortitudinem. Doctrina requiritur in Sacerdotibus ad instruendum populum; & magna fortitudo ad labores pro Ecclesia sustinendos, & ad ferendum defectus aliorum. Pectusculum, & armus sunt Sacerdotis; quia effectus sacrificij eucharistici ad Sacerdotem maximè deriuatur ad impetrandum illi sapientiam, ac fortitudinem. o S. Thom. 1. 2. q. 102. a. 3. ad 8.

34 *Pectusculum eleuationis, &c. p Eleuatio illa, de qua supra dictum est in sensu litterali, videtur figura fuisse eleuationis hostiæ in Missa. Vtraque autem significat Christi exaltationem in Cruce; & exaltationem gloriosam eius nominis, quam sibi meruit per passionem, & crucem. p p.544, 605.

CAPVT OCTAVVM.

SVMMA.

Consecratio Sacerdotum describitur secundum modum à Deo Moysi præscriptum Exodi 28. & 29. 1. Av. 4. ad 14. induuntur Aaron, & filii sacris vestibus. Consecratur Tabernaculum, & vasa illius, & altare, & Sacerdotes. 2. Av. 14. ad 26. offeruntur in sacrificium pro Sacerdotum consecratione vitulus, & arietes duo. 3. Av. 26. ad 30. offertur in sacrificium simila, & adeps, & armus dexter. 4. Av. 30. ad 33. consecrantur vestes Sacerdotum, et præcipitur consummatio sacrificii. 5. † Idem consecrationis ritus repetitur septem diebus. † Ex. 29. 35.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Tolle Aaron cum filijs suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cū azymis, 3 & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi. 4 Fecit Moyses vt Dominus imperauerat. Congregataque omni turba ante fores tabernaculi, 5 ait: Iste est sermo, quem iussit Dominus fieri. 6 Statimq; obtulit Aaron & filios eius. Cumq; lauisset eos;

7 vesti-

Digitized by Google

7 vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit, 8 quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas. 9 Cidari quoque texit caput: & super eam, contra frontem, posuit laminam auream cõsecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus. 10 Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua, 11 Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumque cum basi sua sanctificauit oleo. 12 Quod fundens super caput Aaron, vnxit eũ, & consecrauit: 13 filios quoque eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitq; mitras, vt iusserat Dominus. 14 Obtulit & vitulum pro peccato. cumq; super caput eius posuisset Aaron, & filij eius manus suas, 15 immolauit eum: hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum. quo expiato & sanctificato, fudit reliquũ sanguinem ad fundamenta eius. 16 Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duosque renunculos cum aruinulis suis, adoleuit super altare: 17 vitulum cum pelle & carnibus, & fimo, cremãs extra castra, sicut præceperat Dominus. 18 Obtulit & arietem in holocaustum: super cuius caput cùm imposuissent Aaron & filij eius manus suas, 19 immolauit eum, & fudit sanguinẽ eius per circuitum altaris. 20 Ipsumque arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, 21 lotis priùs intestinis & pedibus, totumq; simul arietem incendit super altare, eo quòd esset holocaustum suauissimi odoris Domino, sicut præceperat ei. 22 Obtulit & arietem secundum in consecratione sacerdotum: posuerunt q; super caput eius Aaron & filij eius manus suas. 23 quem cùm immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculę dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. 24 Obtulit & filios Aaron. cumq; de sanguine arietis immolatũ tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum: 25 adipem verò, & caudam, omnemq; pinguedinem quæ operit intestina: reticulumq; iecoris, & duos renes cum adipibus suis & armo dextro separauit. 26 Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento, & collyridam conspersam oleo, laganumque, posuit super adipes, & armum dextrum, 27 tradens simul omnia Aaron & filijs eius. Qui postquam leuauerunt ea coram Domino, 28 rursum suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quòd consecrationis esset oblatio, in odorem suauitatis, sacrificij Domino. 29 Tulitq; pectusculum, eleuans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus. 30 Assumensq; vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius ac vestes eorum. 31 Cumq; sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens: Aaron & filij eius comedent eos: 32 quidquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet. 33 De ostio quoque tabernaculi nõ exibitis septem diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. septem enim diebus finitur consecratio: 34 sicut & impræsentiarum factum est, vt ritus sacrificij compleretur. 35 Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptum est. 36 Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

Interpretatio litteralis.

TOlle Aaron cum filiis suis, &c. 2 *a* Hoc factum ostendit cõgruè Ecclesiam in Sacerdotum ordinatione suos ritus adhibere. *b* vid. alia Ex. 28. v. 1.

a p. 847.

b p. 396, 335.

* *Fecit Moyses, vt Dominus imperauerat*, *c* Obedientia. * *Tulit & vnctionis* 10 .11 *oleum*, &c. *d* Licet signis sactis, & sacramentalibus vti ad eos effectus, ad quos 12 ab Ecclesia sunt institutis, & consecrata. 14 * *Obtulit & vitulum pro peccato*, &c. *e* Vt significaret, esse sacrificium omnium sacrorũ consummatiuum, & perfectiuum. *f* Fuit autem hic ritus ad tollẽdas legales immunditias.

c p. 2066.

d p. 2024.

e p. 1962.

f p. 861.

Cumq;

Digitized by Google

Cumq; super caput eius passisset Aaron, et filii eius manus, &c. à v.14. vsque ad 30.

g p.846. g Congruè sacri in Missæ sacrificio ritus adhibentur.

* *Fecerunt q; Aaron & filii eius cuncta*, 36

h p.2066. h Obedientia. *Quæ locutus est Dominus*

i p.1117. *per manum Moysi*, i Auctor legis veteris,

k p.1119. Deus; k Minister, Moyses. l Bona ergo

l p.1111. fuit lex vetus, habens auctorem Deum. *Per manum*, Manus symbolum ministerij, c.6589.

Interpretatio mystica.

a QVæ ad mysticam huius capitis interpretationem faciũt, dicta sũt fusè in Exodi c.28. & 29. Indicabimus vnum, quod huius capitis proprium est.

a *Vid. propositiones, et dogmatum figuras Ex. 28. & 29.*

3 * *Congregabis omnem cœtũ ad ostium*

4 *tabernaculi*, b Figurat hic ritus, eum Ecclesiæ ritũ, qui præcipitur in Pontificali in Rubr. de ordinibus conferẽdis; vt ordinationes sacrorũ Ordinũ publicè celebrẽtur.

b p.847.

CAPVT NONVM.

SVMMA.

Aaron iam Sacerdos initiatus, incipit iubente Moyse Sacerdotis munus exercere: offert & pro se, & pro populo & hostias pro peccato, & holocausta, & hostias pacificas; & populo benedicit. Apparet gloria Domini omni multitudini: & egressus ignis à Domino deuorat holocaustum, & adipes.

1

Acto autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitq; ad Aaron: 2 Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrũque immaculatum, & offer illos coram Domino. 3 Et ad filios Israel loqueris: Tollite hircum pro peccato, & vitulũ atque agnum anniculos & sine macula, in holocaustum, 4 bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorũ similam conspersam oleo offerentes. hodie enim Dominus apparebit vobis. 5 Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostium tabernaculi: vbi cùm omnis multitudo astaret, 6 ait Moyses: Iste est sermo, quẽ præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. 7 Et dixit ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocaustum, & deprecare pro te & pro populo. cùmq; mactaueris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus. 8 Statimq; Aaron accedens ad altare, immolauit vitulũ pro peccato suo: 9 cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuũ ad basim eius. 10 Adipemq; & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi: 11 carnes verò & pellem eius extra castra combusit igni. 12 Immolauit & holocausti victimam: obtuleruntque ei filij sui sanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. 13 ipsam etiam hostiam in frusta conciſam, cũ capite & membris singulis obtulerunt. quæ omnia super altare cremauit igni, 14 lotis aqua priùs intestinis & pedibus. 15 Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatoq; altari, 16 fecit holocaustum, 17 addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea super altare, absque ceremonijs holocausti matutini. 18 Immolauit & bouem atque arietem, hostias pacificas populi: obtuleruntque ei filij sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitum. 19 Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculosque cum adipibus suis, & reticulum iecoris 20 posuerunt super pectora. cumque cremati essent adipes super altare, 21 pectora eorum, & armos dextros separauit Aaron, eleuans coram Domino, sicut præceperat Moyses. 22 Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicque completis hostijs pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit. 23 Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculũ testimonij, & deinceps egressi benedixerunt populo. Apparuitq; gloria Domini omni multitudini: 24 & ecce egressus ignis à Domino, deuorauit holocaustum, & adipes qui erãt super altare. Quod cum vidissent turbæ, laudauerunt Dominum, ruentes in facies suas.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

VOcauit *Moyses Aaron*, &c. Vt primitias sui Sacerdotij solenniter celebrarent. Habes 1. *a* Munus Sacerdotum esse, Sacrificare, *Tolle de armento vitulum*, &c. 2. *b* Celeritatem in exequendo adhibendam esse, *Facto octauo die*, Statim post consecrationem. 3. *c* Congruum in causa publica orationem publicā esse. Offerendum erat sacrificium pro populo; ideo vocauit Moyses maiores natu Israel.

* *Tolle de armento vitulum*, &c. *Tollite hircum pro peccato*, &c. *Facite*, *& apparebit vobis gloria eius.* *d* Præparandus animus ante sacrificium, & Sacramenta. *e* vide *Immolate eos coram Domino*, &c. dogmata ad sacrificium spectantia, supra cap. 1. à v. 3. *Facite*, Facere, hebr. עשה *Hhhasah*, significat non solum facere, sed etiā sacrificare, & offerre. *Gloria Domini*, Maiestas, manifestatio, signum Dei præsentis, & approbantis Sacerdotium Aaronis, & sacrificium, c. 1676. *g* Sæpè Deus miracula operatur *h* ad confirmationem suæ veritatis.

* *Accede ad altare, & immola pro peccato tuo*, *i* Sacrificio placatur Deus. *Deprecare pro te, & pro populo*, Mediator est Sacerdos inter homines, & Deum. *k* Est Deo cultus oratione exhibendus. *l* Non solum pro nobis, sed etiā pro cęteris orandum. *Sicut præcepit Dominus*, *m* Est Dei præcepto parendum.

* *Statimque Aaron accedens ad altare*, &c. Elucet Aaronis *n* obedientia, *o*, & celeritas in executione.

* *Cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui*, *p* Sunt in Ecclesia minores sacrorum ministri.

* *Expiatoque altari, fecit holocaustum*, *q* Consecrationes, & alij ritus, qui sacramentalia appellantur, quibus vtitur Ecclesia, laudabiles ritus sunt, & maximè decent diuinum sacrificium, & mirabiles effectus efficiunt. * *Addens sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur*, Ea erant ex simila. Non decet conuiuium esse sine pane. Per sacrificia quasi conuiuium exhibebatur Deo. *Absque ceremoniis holocausti matutini*, Iuge sacrificium matutinum, & vespertinum nunquam ob alia sacrificia intermittebatur. Matutinum offerebatur ante omnia alia sacrificia, vespertinum erat post alia vltimum.

* *Extendens manus ad populum*, *benedixit ei.* *r* Actus virtutis est alijs benedicere, id est, verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari. *s* Congruè post sacrificium, quod diuinorum bonorum est impetratiuum, à Sacerdote benedicitur populus.

Apparuit gloria Domini, &c. *Et egressus ignis à Domino*, &c. Ideo Moyses, & Aaron descendentes ab altari, ingressi sunt Tabernaculum, vt offerrent incensum in altari thymiamatis ad consumanda sacrificia, & vt orarēt Deum vt ignem in sacrificia immitteret. *t* Eo igne ostendit Deus ea sacrificia esse vera, & à se instituta. Ille ignis conseruatus est vsque ad captiuitatem babylonicam, & cum fuisset absconditus, post reditum è Babylone, inuentus est in aquam crassam conuersus: quæ fusa super ligna sacrificiorum, iterum in ignem conuersa est.

Laudauerunt Dominum, *u* Est Deus ore laudandus, ac benedicendus. vt nos ipsos, & alios audientes ad eius reuerentiam inducamus. *Ruentes in facies suas*, *x* Est Deo adorationis reuerētia exhibenda. *y* Congruum adorationem etiam exteriorem Deo exhibere.

Interpretatio mystica.

1 FActo autem octauo die, &c. *a* Vetus hic ritus, quo statim post suam consecrationem iubetur Aaron sacrificare; figura videtur esse eius ritus, quo Ecclesia vtitur, cum Sacerdotes initiantur. vt in eadem Missa, in qua ab Episcopo ordinantur, statim ac potestatem acceperunt offerēdi Deo sacrificium corporis, & sanguinis Christi, illud simul offerant cum Episcopo. Quoniam autem septem dies vitam mortalem significant, & hoc sæculum, quod septem dierum circulis conficitur; octaua autem dies significat immortalitatem, futurum sæculum, & felicitatem æternam, can. 1948. Sensus allegoricus, & anagogicus est: 1. *b* Moysen, id est, Christum, qui in vltima cœna sues Apostolos Sacerdotes ordinauerat; octauo die, id est, post suam resurrectionem, iussisse, vt quod ipse in Cruce fecerat, vt se pro peccatis nostris, & pro gratiarum actione Patri cruentè offerret; ipsi idem corpus, & sanguinem Christi offerrent incruentè. 2. Anagogicè: Septem diebus, id est, dum degunt in hac mortali vita viri iusti Sacerdotes consecrantur vnctione gratię: octauo autem die, cum ad æternam felicitatem perueniunt, incipiunt offerre Deo sacrificium laudis.

23 * *Ingressi Moyses, & Aaron in tabernaculum*, &c. *c* Figura est ingressus in Tabernaculum ascensionis Iesu Christi, & Sanctorum Patrum in cęlum. vbi Iesus

Digitized by Google

orauit Patrem vt Spiritum ſanctum in diſcipulos mitteret, ad confirmandum in perpetuum ſalutis noſtræ myſteria.

* *Egressus ignis à Domino deuorauit* 24 *holocauſtum*, &c. à Proceſſio Spiritus ſancti figuratur, & Miſſio in diſcipulorum corda apparentibus linguis igneis: cum ignis diuini amoris omnem in diſcipulis amorem temporalium deuorauit.

à *p.*73,79, 80,602. *Gloſſa.*

CAPVT DECIMVM.

SVMMA.

1. Morte plectuntur Nadab & Abiu, quod ignem alienum obtulerint. 2. Iubet Moyses asportari eorum cadauera extra caſtra. 3. Præcipit patrem, & fratres Sacerdotes cauere à luctu. 4. Prohibet Sacerdotibus Tabernaculum ingreſſuris potum vini & ſicera. 5. Iubet reſiduum ſacrificii à Sacerdotibus comedi. 6. Obiurgat illos, quod hircum pro peccato oblatum non comederint.

1 ARreptiſque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, poſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerētes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. 2 Egreſſuſque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino. 3 Dixitq; Moyſes ad Aaron: Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: Sanctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Qud audiens tacuit Aaron. 4 Vocatis autem Moyſes Miſaele & Elizaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad eos: Ite & tollite fratres veſtros de cōſpectu Sanctuarij, & aſportate extra caſtra. 5 Confeſtimque pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum. 6 Locutuſq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius: Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael, plangant incendium quod Dominus ſuſcitauit: 7 vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptū Moyſi. 8 Dixit quoque Dominus ad Aaron: 9 Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. 10 Et vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutū & mundum: 11 doceatiſq; filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi. 12 Locutuſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius, qui erant reſidui: Tollite ſacrificium, quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare, quia Sanctum ſanctorum eſt. 13 Comedetis autem in loco ſancto: quod datum eſt tibi & filijs tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptū eſt mihi. 14 Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſsimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael: 15 eò quod armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus. 16 Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratuſq; contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanſerant, ait: 17 Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ Sancta ſanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini, 18 præſertim cùm de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta, & comedere debueritis eam in Sanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? 19 Reſpondit Aaron: Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit, quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremonijs mente lugubri? 20 Quod cùm audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

OFferentes coram Domino ignem 1
alienum, Ignem prophanum. Ignis sacer erat, qui ardebat iã in altari, emissus à Domino. Ignis prophanus, qui ardebat in atrio Tabernaculi ad coquendas carnes. *Quod eis præceptum non erat*, Ex his verbis intelligimus præcepisse Dominum vti Sacerdotes in sacrificijs igne, qui missus à Domino, ardebat in altari; vetuisse alio igne vti. Obliui. si facti huius præcepti Nadab, & Abiu, & inconsideratè agentes vel ob stuporem subitiignis à Deo emissi, vel ob gaudium accepti Sacerdotij, vel ob temulentiam, vel ob nimiam ad incensum offerendum celeritatem; ignem prophanum obtulerunt. Quare exhibuerunt exẽplum & *a* temeritatis, & *b* præcipitationis, & *c* incõsiderationis, & *d* inobediẽtiæ.

a p.1763. b p.1764. c p.1765. d p.2072.

* *Egressusque ignis à Domino*, Ex altari 2
Domini, vel è Sanctuario. *Deuorauit eos*, Afflauit, extinxit, vel intus combussit. nam remanserũt cadauera, & vestes illęsę.

e p.1279. f p.25. *Mortui sunt*, *e* Consequuntur pœnæ ad peccatum, quas Deus infligit. *f* Vindex est Deus, ac vltor male agentium. * *Hoc* 3
est, quod locutus est Dominus, Sanctificabor, &c. Locutus fortasse id fuerat post missum ignem in sacrificia, prohibens alio igne in sacrificijs vti. *Sanctificabor*, Sanctus, & iustus apparebo, c.2728. puniens eos, qui irreuerenter agunt in meis sacrificijs. Habemus ex his verbis eam theologiam. 1. *g* Deum sanctum esse. 2. *h* Deum iustum esse. 3. *i* Congruum esse à male agendo pœnarũ comminatione deterrere. 4. *k* Deum esse gloria dignum, nempe vt sanctus, & iustus ab alijs cognoscatur. *Quod audiens tacuit Aaron*, Silentium, symbolum est patientiæ, c.7418. *l* Tristitia patientiæ frænatur. *m* Correctio fraterna recipienda, & acceptanda est. Hæc docet Aaronis silentium.

g p.43. h p.44. i p.1293. k p.39. l p.2243. m p.1635.

* *Ite, & tollite fratres vestros*, &c. 4
n Misericordiæ actus, Sepelire mortuos. Is actus præcipitur filijs Oziel. * *Confestimque pergentes*, &c. Indicãt hæc verba 5
o celeritatem executionis, *p* & obedientiã erga superioris præceptum. *Vestitos lineis tunicis*. *q* Inde fortasse deriuatus est ritus sepeliendi Sacerdotes vestibus sacerdotalibus indutos.

n p.1614. o p.1732. p p.2061. q p.1614.

* *Capita vestra nolite nudare*, &c. 6
r Celebritati huic lætissimæ, & diuino 7
cultui, cui nunc operam datis, & recentiunctioni debetur ea reuerentia, vt non perturbetis eam vestro luctu, nec eidarim è capite deponatis, nec sacerdotalia vestimenta scindatis, nec è Tabernaculo egrediamini. *s* Tristitiæ symbolum Nudatio

s p.218.

capitis, & scissio vestimentorum, c.6786. 7816. *Ne forte moriamini*, *t* Deterret pœnæ comminatione. *Et super omnem cœtum oriatur indignatio*, *u* Contingit interdum vnũ pro peccato alterius puniri: quia ad ipsum peccantem spectat. Spectabat cœtus Israelitarum ad Sacerdotes, vt membra ad suum caput; vt subditi ad suũ superiorẽ. *Fratres vestri, & omnis Israel plangant incendium*, Mortem Sacerdotum, quam effecit incendium. Causa pro effectu sumitur, c.8687. *x* Sepelire mortuos licitum, & opus charitatis. *y* Tristitia licita, quæ conformis est rectæ rationi, vt moderatè lugere in suorum morte. *Alioquin peribitis*, *z* Pœnæ comminatio. *Quæ fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi*, *a* Obedientiæ obiectum superioris præceptum. *b* Est autem iustus superiorum præceptis parendum.

t p.1293. u p.1290. x p.1614. y p.1463. z p.1293. a p.2062. b p.2061.

8 * *Dixit quoque Dominus ad Aaron*, &c.
c Præceptum cæremoniale. *d* Præceptorũ c p.1124.
9 autem veteris legis auctor Deus. * *Vinum*, d p.1117.
& omne quod inebriare potest, &c. Hebr. Vinum, & siceram. *e* Occasiones peccatorum fugiendæ. Docet nos hoc Dei præceptum 1. *f* Potum inebriare valentem, esse e f.914, 1259.
sobrietate moderandũ. 2. *g* Solere vinum f p.2306.
potatũ ebrietatem efficere. *Quod inebriare potest*. 3. *h* Peccatum esse ebrietatem g p.2308.
ex inordinato vini vsu profectam; *Ne moriamini*, &c. *i* Comminatio pœnæ imma- h p.2311.
10 lam actionẽ indicat. * *Vt habeatis scien-* i p.1293.
11 *tiam discernendi inter sanctum, & prophanum*, &c. Vt occasio vobis tollatur potandi vinum immoderatè: immoderata vini potatio solet cognitionem perturbare, & iudicium: quod maximè in Sacerdote requiritur ad discernendum quæ sint per se sancta, quæ prophana, quæ polluta ex aliqua circũstantia, vt ex tactu rei per se immundæ. Docemur 1. *k* Ignorantiæ k p.1247.
culpabilis causam esse ebrietatem tollere, *Vt habeatis scientiam*, &c. 2. *l* Ignorantiam esse peccatum, cum vitari potuit, ac l p.1251.
debet; & *m* Ignorantiam, quæ voluta est m p.1253.
indirectè, aut per accidens, non excusare à peccato, licet illud minuat. *Vinum non bibetis, vt habeatis scientiam*. 3. *n* Cautionem esse adhibendam contra ea, quæ n p.1761.
obstare bonis consilijs possunt: vt cauendum à vino, vt habeatur scientia, &c. 4. *o* Peccatum esse omissionem discendi o p.2488.
id, quod discere, vel scire quis debet. Vt si Sacerdos omitteret scire ea, quæ huic dicuntur. *Docebisque filios Israel omnia legitima mea*, &c. Vt olim Deus in Synagoga Doctores constituit Sacerdotes; ita p f.626, 63[illegible]00.
& nunc in Ecclesia. *q* Esse autẽ Sacerdotes q p.702, 709.
docti debent, *Vt habeatis scientiam*, &c.

Digitized by Google

* *Tollite ſacrificiũ, quod remanſit*, &c. 12
Diuinum præceptum eſt conſumare ſa- 13
r p.773, 846. crificium. *r* Tenentur Sacerdotes, qui ce- 14
lebrant ad ſactum ritum communicandi. 15
* *Iratus Moyses contra Eleazar*, &c. 16
s p.251. *s* Ira cõcitata eſt in Moyſe exiſtimatione
iniuriæ Deo illatæ. * *Cur non comediſtis* 17
t p.2349. *hoſtiam*, &c. *t* Ira moderata nõ eſt illicita. 18
Id probat exemplum Moyſis. *Cur non*
u p.1629. *comediſtis hoſtiam*, &c. *u* Correctionis
actus. *Data vobis vt portetis iniquitatem*
x p.1970. *multitudinis*, &c. *x* Sunt Sacerdotibus
oblationes offerendæ. *Et rogetis pro ea*,
y p.1926. Docemur 1. *y* Eſſe Deo cultum oratione
z p.1927. exhibendũ. 2. *z* Diſpoſuiſſe Deum multa
a p.1928. non niſi petentibus elargiri. 3. *a* Congruũ
eſſe pro noſtris neceſſitatibus Sanctos ad
b p.1932. intercedendum Deo aduocare. 4. *b* Non
ſolum pro nobis, ſed pro cęteris etiã oran-
c p.646. dum eſſe. 5. *c* Sacerdotum munus eſſe
orare pro populo.
* *Respõdit Aaron: Oblata eſt hodie*, &c. 19
Hæc Aaronis excuſatio, quæ à Moyſe ad-
d p.1803. mittitur, docet & *d* licitũ eſſe cuique ius
ſuum tueri, ſe apud Iudicẽ defendendo:
e p.2367. & *e* Modum eſſe compeſcendi prudenter
f p.1635. in alijs motum iræ: & *f* Correctionem re-
cipiendam, & acceptandam eſſe. *Oblata*
eſt hodie victima, Non tenebar hodie eam
comedere; poteram ſecundo die id facere.
Placere Domino in ceremoniis mente lu-
g p.1917. *gubri*, Indicat *g* præcipuum Dei cultum in
interioribus mentis in Deum actibus poſi-
h p.775. tum eſſe: & *h* præparationem mentis ante
Euchariſtiæ ſumptionẽ eſſe conueniẽtem.
* *Quod cum audisset Moyses, recepit* 20
i p.2346. *satisfactionẽ*. Exhibet Moyſes *i* & Man-
ſuetudinis actum, Iræ modum imponens.
k p.2105. & Iuſtitiæ, *k* Cauens imponere pœnam
l p.1756. immerenti. & *l* Prudentiæ, docilem ſe
præbens Aaroni ſe excuſanti.

Interpretatio myſtica.

ARreptisque *Nadab, & Abiu filii* 1
Aaron thuribulis, &c. Thuribulum,
ſacri miniſterij ſymbolũ eſt, Apoc. 8. 3, 5.
Ignis in ſacris Scripturis ſolet & cupiditatis,
concupiſcentiæq; ardorem ſignificare,
Iob 31. 12. Prou. 6. 27. & diuinũ amorem,
& charitatem, Cant. 8. 6. Prou. 30. 5. Pſal.
118. 140. Hebr. 1. 7. & diuinam vltionem,
Pſal. 17. 9. Iſa. 10. 17. Igitur offerre coram
a p.774, 775. Domino ignem alienum, eſt 1. *a* Impuro
corde, & cupiditatis, & concupiſcẽtiæ pleno
Gl. ex Iſid. ad Miſſæ ſacrificium, & ad euchariſti-
b p.1155. cum Sacramentũ accedere. 2. *b* Opus per
1239, 1240, 1241, 1242. ſe bonum, non intentione placendi Deo,
eũq; glorificandi, ſed placendi nobis ipſis,
& ad malum finem operati. * *Egressus* 2
ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui
sunt coram Domino. Significant hæc my-
c p.1266. ſticè 1. *c* Amitti per peccatum mortale vi-
tam gratiæ. 2. *d* Conſequi pœnam ad pec- d p.954, 958, 1019, 1283, 1284.
catum mortale ignis æterni. *Asportate*
extra castra, *e* Extra Eccleſiam tum mili- e p.954, 1023, 1024.
tantem, tum triumphantem. in tenebras
exteriores. in infernum.
6 * *Capita vestra nolite nudare*, &c. Ca-
7 put noſtrum Chriſtus eſt, caput Chriſti
Deus, 1. Cor. 11. 3. Mens etiã noſtra caput
eſt, Cant. 2. 6. & 7. 5. ex Orig. Greg. & alijs
apud Sylu. Alleg. v. Caput §. 7. Veſtimen-
tum, humani corporis ſymbolũ eſt. Iob 13.
28. Iſa. 50. 9. & iuſtitiæ, atque gratiæ, Iob
29. 14. Iſa. 61. 10. Corona, maieſtatis eſt
ſymbolum, Pſal. 20. 4. & ſapientiæ, qua
mens ornatur, quæ caput eſt animi, Prou.
4. 9. Eccli. 6. 32. & 25. 8. Cidaris, poteſtatis,
& regni ſymbolũ, Ezech. 21. 26. Zach. 3. 5.
Eſt ergo caput nudare 1. Chriſtum maie-
ſtate priuare. quod faciunt Hæretici, qui
docent, Chriſtum non eſſe verum Deum.
2. Mentem regni ſuperni iure, ac hęredita-
te ſpoliare. quod agit quicunque labitur
in peccatum mortale. 3. Sacerdotalem di-
gnitatem vilem, ac contemptibilem red-
dere. quod fit & per ignorantiam culpabi-
lem, per quã omittit Sacerdos ea ſcire, quę
exigit officium ſacerdotale; & per inordi-
natum affectum ad temporalia, per quem
mens ad vilia, turpiaq; demittitur. Eſt au-
tem ſcindere veſtimẽtum 1. Falſis dogma-
tibus vnitatẽ Eccleſiæ diuidere, quę quaſi
veſtis eſt Chriſti, quem Sacerdotes repræ-
ſentant. 2. Gratiæ, virtutumq; infuſarum
ornamẽtum peſſundare. vt ijs accidit, qui
mortaliter peccãt. Docemur ergo myſticè
a à doctrinis falſis abſtinere, *b* & ab igno- a p.1425.
rantia culpabili, *c* & à peccatis. b p.1055, 1251.
Vos autem non egredieminì fores taber- c p.1267, 1275.
naculi, alioquin peribitis: oleum quippe
sanctæ vnctionis eſt super vos, Tabernacu-
lum, humani corporis ſymbolũ, reſpectu
animæ, 2. Cor. 5. 4. 2. Pet. 1. 13, 14. Signifi-
cat etiam Eccleſiam, Apoc. 13. 6. & 15. 5.
& 21. 3. Oleum, charitatis eſt ſymbolum,
Pſal. 140. 5. Matth. 25. 3. & ſacerdotalis digni-
tatis, Zach. 4. 14. & indicat hic locus.
d Monentur ergo Sacerdotes, & quique d p.2257, 2413, 2414.
iuſtus, vt diligenter gratiam cuſtodiant, &
regiam filiorum Dei dignitatem. † Quod † p.1230.
fit, nõ egrediendo fores Tabernaculi, ideſt
non excedendo modum in vſu ſenſuum.
e Continet quoque ſe intra Tabernaculũ, e p.620, 1354.
qui credit, & docet ſecundum regulas Ec-
cleſiæ: *f* qui ab Hęreticorum conſortio ab- f p.913, 914.
ſtinet, qui cadauera ſunt, & extra Eccleſiã.
9 * *Vinum & omne quod inebriare potest*,
10 *non bibetis*, &c. Vinum, humanorum bo-
11 norum, delectationumque ſymbolum eſt,
Cant. 1. 1, 4. Epheſ. 5. 18. Apoc. 17. 2. Ebrie-
tas, quæ propriè eſt ſenſuum perturbatio,
quę fit à vino, alioue liquore ſimili, à recta
ratione alienans; transfertur interdum ad
ſignificandam mentis perturbationem,
quam

Digitized by Google

quam facit concupiſcentia, & ira, & triſtitia, Pſal. 106. 27. Iſa. 28. 7. Ezech. 23. 9, 33. Tabernaculum, cælum ſignificat, Hebr. 9. 12. Apoc. 21. 3. & Eccleſiam, vt ſupra dictũ eſt. *g* Præcipitur 1. Sacerdotibus Tabernaculum ingreſſuris, id eſt, miniſtraturis in Eccleſia ſacrificium, & Sacramenta, & verbum Dei; frenare, ac mortificare ſuas paſſiones: ne contingat illis ſine deuotione ſacrificium offerre, aut negligentes eſſe in auxilio animarum, *h* aut in earum cauſis iudicandis deficere, aut in earum regimine, & inſtructione imprudentes eſſe. 2. Præcipitur myſticis Sacerdotibus, qui ſunt omnes Fideles, *i* Tabernaculũ, id eſt, cælum ingreſſuris, à delectationibus illicitis abſtinere, *k* cauereq; à concupiſcentia temporalium bonorum: *l* ſi ſalui eſſe velint, & mortem æternam euadere: *m* ſi rectum habere velint iudicium, & bonam electionem in omni deliberatione.

g p.2257.
h p.806.
i p. 953.
k p.914.
l p.1266.
m p. 1232, 1240, 1421, 1242, 1244.

* *Tollite ſacrificiũ, quod remanſit*, &c. Corpus, & ſanguis Chriſti, quæ offerũtur in Miſſa, ſunt & ſacrificium, & Sacramẽtum. Non ſolum ergo debẽt offerri Deo, ſed etiam in cibũ ſumi. *n* Huius myſterij figura fuerũt ea ſacrificia; in quibus pars offerebatur Deo illam igniendo, pars remanebat in cibũ. *Abſque fermento*, *o* Comedit corpus Chriſti abſque fermẽto, qui ad cibum euchariſticum accedit ſine conſcientia peccati mortalis. *Iuxta altare*, *p* *In loco ſancto*, Comedit iuxta altare, qui ſecũdum leges ab Eccleſia præſcriptas comedit; cuius figura fuit altare. *q* Comedit in loco ſancto, id eſt, intra Eccleſiam, qui veram Eccleſiæ doctrinam profitetur tum de ſacra Euchariſtia, tũ de alijs fidei Chriſtianæ myſterijs. *r* *Pectusculum*, Eſt corpus Chriſti, quatenus donũ eſt diuini amoris. *s* *Armus*, Eſt corpus Chriſti, quatenus vires præbet contra concupiſcẽtias. *Sacerdotum filii*, Sunt cæteri Fideles, quatenus à Sacerdotibus filij Dei efficiuntur per Sacramenta. *t* Et Sacerdotes, & cæteri Fideles præcepto diuino tenentur ad corpus Chriſti manducandum.

n p.739. 762.
o p. 774.
p p.746.
q p.1353. Ioſſa.
r p.762, 770.
s p.769,
t p.773.

19 * *Quomodo potui comedere eam, aut placere Domino mente lugubri?* Luctus, eſt ſymbolũ defectus alicuius boni. Dicitur lugere humus, cum deficiunt herbæ; lugere vrbs, cum deficiunt ciues, Iſa. 3. 26. Ioel 1. 10. Oſ. 4. 3. *u* Aaron his verbis ſignificat myſticè, non eſſe ad Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti accedẽdum cum conſcientia peccati mortalis. Nam peccatum mortale luctus eſt mentis, quatenus in anima bonum gratiæ corrumpit, & ornamenta virtutum.

u p.774.

20 * *Quod cum audiſſet Moyses, recepit ſatisfactionem*, *x* Quamuis laudabilis ſit frequens ſumptio corporis, & ſanguinis Chriſti: debet tamen ab ea abſtinere, qui ſe in actuali indeuotione deprehendit, donec ſe diſponat.

x p.775.

CAPVT VNDECIMVM.

SVMMA.

Præcepta traduntur de animalibus mundis, quibus licebat vesci; & de immundis, à quibus abſtinendum erat Iſraelitis. 1. Ex animantibus ea ſolum munda enunciantur, quæ ſimul & vngulam diuidunt, & ruminant. 2. Av. 9. Ex iis, quæ gignuntur in aquis, ea tantum munda decernuntur, quæ pinnulas habent, & ſquamas. 3. Av. 13. Ex auibus viginti vt immunda prohibentur; & aues quadrupedes, niſi longiora habeant retrò crura, & ſaliant ſuper terram, vt bruchus, attacus, ophiomachus, locuſta. 4. Av. 27. Ex quadrupedibus, ea, quæ ambulant ſuper manus immunda cenſentur. 5. Av. 29. Ex iis, quæ mouentur in terra, immunda reputantur, mygale, chameleon, ſtellio, lacerta, talpa, muſtella, mus, crocodilus. 6. Av. 41. Prohibetur quidquid reptat ſuper terram, & quidquid ſuper pectus graditur pedibus, aut trahitur. 7. Inter hæc agitur de contactu immundorum.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: 2 Dicite filijs Iſrael: Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ. 3 Omne quod habet diuiſam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. 4 Quidquid autem ruminat quidem, & habet vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus & cetera, non comedetis illud, & inter immũda reputabitis. 5 Chœrogryllus qui ruminat, vngulamque non diuidit, immundus eſt. 6 Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit. 7 Et ſus: qui cùm vngulã diuidat, non ruminat. 8 horum carnibus non veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt vobis. 9 Hæc ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. Omne quod habet pinnulas, & ſquamas tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, comedetis.

10 Quid-

Digitized by Google

10 Quidquid autem pinnulas & squamas non habet, eorum quæ in aquis morentur & viuunt, abominabile vobis, 11 execrandumq; erit, carnes eorum nō comedetis, & morticina vitabitis. 12 Cuncta quæ non habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt. 13 Hæc sunt quæ de auibus comedere nō debetis, & vitanda sunt vobis: Aquilam & gryphem, & haliætum; 14 & miluū ac vulturem iuxta genus suum, 15 & omne coruini generis in similitudinem suam, 16 struthionem & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suū: 17 bubonem & mergulum, & ibin, 18 & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem, 19 herodionem & charadrion iuxta genus suum, vpupam quoque, & vespertilionem. 20 Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. 21 Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, 22 comedere debetis, vt est bruchus in genere suo, & attacus atque ophiomachus ac locusta, singula iuxta genus suum. 23 Quidquid autem ex volucribus quattuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis: 24 & quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsque ad vesperum: 25 & si necesse fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum solis. 26 Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & qui tetigerit illud, contaminabitur. 27 Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vsque ad vesperum. 28 Et qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum: quia omnia hæc immunda sunt vobis. 29 Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, mustela & mus & crocodilus, singula iuxta genus suum, 30 mygale, & chamæleon, & stellio, & lacerta & talpa: 31 omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsque ad vesperum: 32 & super quod ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & vestimentum, quàm pelles & cilicia: & in quocunque sit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperum. & sic postea mundabuntur. 33 Vas autem fictile, in quod horum quidquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est. 34 Omnis cibus, quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit. 35 Et quidquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit: siue clibani, siue chytropodes, destruentur, & immundi erunt. 36 Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. 37 Si ceciderit super sementem, non polluet eam. 38 Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illicò polluetur. 39 Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsque ad vesperum: 40 & qui comederit ex eo quidpiam, siue portauerit; lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. 41 Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. 42 Quidquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est. 43 Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquā eorum, ne immundi sitis. 44 Ego enim sum Dominus Deus vester: sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili quod mouetur super terram. 45 Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. 46 Ista est lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, 47 vt differentias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere, & quid respuere debeatis.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.858. 1124. *Vide S. Th.* 1. 2. q.101. a. 3. & q. 102.a.2.

HÆc sunt animalia, quæ comedere debetis, &c. a Cæremoniæ præscribuntur, ad maiorem reuerentiam diuini cultus. Decet enim Dei cultores esse mundos. Prohibetur esus multorum animalium. 1. Vt temperantiæ assuescerent Israelitæ, à tot animalibus abstinendo. 2. Vt melius vitæ, ac victui consulerent. Quæ enim ad esũ conceduntur, sunt humanę cõplexioni magis congrua, S. Th. 1. 2. q. 102. a. 6. ad 1. 3. Vt ab Idololatrarum consuetudine abstinerent, qui immundis animalibus vescebantur. 4. Vt tot obseruantijs occupati, sæpè diuini cultus memoriam renouarent, & actum. 5. Vt discerent à vitijs cauere, quorum symbola erant immunda animalia, vt in mystica interpretatione dicemus. 2

* *Chœrogryllus*, Hebr. שפן *Shaphán*, quod alibi in Scriptura sacra verti solet erinaceus, & cuniculus. Solent in Scripturis sacris aliqua animalium nomina esse communia ad plura animalium genera. χοιρὰς, petra; γρύλλος, porcus: chœrogryllus porcus petraceus. 5

* *Gryphem*, Hebr. פרס *Pères*, Animal aiunt esse pennatum, & quadrupes: omni ex parte leoni, alis tantum, & facie aquilis simile: equis vehementer infestum. Alij putant tale animal non inueniri; sed gryphen esse genus aquilæ maximæ, aduncо valde rostro, vt vnguibus; fortissimum, & rapacissimum; vt nomen indicat Pères à *parsah* vngula. Vide Cornelium in hunc locum. 13

d Plin. l. 10. c. 3. *Haliæetum*, d Ἁλιάετος, Genus aquilę. Clarissima oculorum acie, librans ex alto sese: visoq; in mari piscę, præceps in eum ruens, & discussis pectore aquis rapiens. Haliæeti genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.

De cæteris animalibus, dicetur infra in mystica interpretatione; ne eadem repetamus.

* *Quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur*, &c. Hæ immunditiæ legales, erant quædam irregularitates, quæ prohibebãt ingressum atrij Tabernaculi. Tollebãtur autem vel ablutione, quę fiebat aspergendo aquam, in qua commixti erant cineres vaccæ rufæ, Num. 19. Vel temporis diuturnitate, vsque ad vesperũ. Morticinum vocat, quod per se mortuum est. Qui morticinum tangebat, immũdus erat vsque ad vesperum: qui morticinum portabat, debebat præterea lauare vestimenta. e Habuerunt veteris legis cæremoniæ virtutem ad tollendum immunditias, seu irregularitates ex statuto legis inductas. f Immunditiæ legales figura videtur fuisse peccatorum venialium, quę expiari possũt aqua lustrali, & alijs remedijs præter Sacramentum Confessionis; g figura etiam irregularitatum ecclesiasticarum, h quæ possunt esse sine peccato, quarum sunt etiam in Ecclesia remedia vt tollantur. i Decet in Ecclesia ab Ordinis susceptione arceri aliquos, quod habeant defectus sacris ministerijs non congruentes. Porrò ex hoc textu habetur, k Purificationes, veteris legis sacramenta fuisse ad remouendum impedimenta diuini cultus. 24 25 39 40

e p. 861. f p. 1200. g d. 4597. h p. 849. i p. 825. k p. 841. *S. Tho.* 1. 2. q. 102. a. 5. ad 4.

32 * *In quocunque fit opus*, hebr. Omne vas, in quo fit opus. id est, quod alicui 34 operi deseruit. * *Si fusa fuerit super eum aqua*, Aqua scilicet contenta in vase, in 35 quod immundũ ceciderat. * *Chytropodes*, hebr. כירים *Cirájim*, Sustentacula ollarum in foco. Cur clibanum, & chytropodes vult destrui? Non solum propter immunditiam, quod hæc lauari non possent; sed etiam propter superstitionis detestationẽ, ex Lyrano: quod Gentiles putarent talia 36 vasa dijs grata. * *Fontes verò, & cisterna*, &c. *munda erit*, Noluit ab his arcere populum vt ab immundis: quia maxi- 37 mum fuisset incommodum. * *Si tetigerit super sementem, non polluet eam*, Ne cogatur sementem lauare. solet autem aqua 38 nocere sementi. * *Si autem quispiam aquæ sementem perfuderit*, &c. Iam semen recepit aquam; potest iterũ lauari vt mundetur.

43 * *Nolite contaminare animas vestras*, &c. Quãquam posset hic anima, pro persona sumi, totoq; homine, c. 1163. videtur tamen magis accommodatè pro hominis parte sumi, quæ spiritus est. Nam non parendo his præceptis, quæ Deus dabat, non solum legalis immunditia in corpore, sed etiam moralis macula, quæ peccatum est, contrahebatur in animo. Quare ex hoc loco intelligimus *m* peccati effectum esse maculam.

m p. 1275. *S. Th.* 1. 2. q. 86.

44 * *Ego enim sum Dominus Deus vester*, &c. Non decet populum, qui Deum habet purissimum, esse maculosum, *Sanctus*, pro puro sumitur, c. 2212. *n* Est Deus Sanctus, & Actus purus, id est, nullam maculam, seu defectum perfectionis habens neque naturalis, neque moralis. *Sancti estote, quia ego sanctus sum*, *o* Amicitiæ effectus est, procurare similitudinem cum amico. Ratio ergo læditur amicitiæ cum Deo, nisi procuretur similitudo in 45 sanctitate cum ipso. * *Qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem vobis in Deum*, Maximũ Dei erga Israelitas beneficium fuit,

n p. 443. o p. 1598, 1599.

Digitized by Google

fuit, veram illi religionem inter tot Idololatras populos tribuere, & obid à seruitute ægyptiaca eum liberare: debitũ erat Deo hoc grati animi officium, vt se similes ei redderent in sanctitate. *p* Debitæ sunt Deo actiones gratiarum pro beneficijs ab ipso receptis. *q* Sunt benefactoribus grati animi officia exhibenda.

p *p.* 2083.

q *p.* 2084.

* *Ista est lex animantium*, &c. Ex his 46 intelligimus, *r* Necessariũ esse voluntati, vt rectè operetur, regulam aliquã sequi, * *Vt sciatis quid comedere, quid respuere* 47 *debeatis*, *s* Proposuit autem Deus Israelitis præcepta hæc cæremonialia; per quæ diuini cultus modus eis præscribebatur, *t* & per figuras, & symbola innuebatur à quibus vitijs fugere, quas virtutes sectari deberent.

r *p.* 1063.

s *p.* 1124.

t *p.* 1125.

Interpretatio tropologica.

COmmunis Patrum sententia est, præcepta cæremonialia veteris legis figuralia fuisse; & tum Christi mysteria significasse, tum Ecclesiæ mores, tũ futuræ vitæ statum. vt illis symbolis populum Israeliticum Deus de futuris instrueret. Docet hoc S. Thomas 1.2.q.101. a.2,3,4. & quæst.102.a.2. Docet in primis Paulus Colos.2.16. Nemo, inquit, vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ; aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum: corpus autem Christi. & 1.Cor.9. loquens de operario euãgelico, An, inquit, & lex hęc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hęc dicit? Nam propter nos scripta sunt. & 1.Cor. 10. 6,11. Hæc autem in figura facta sunt nostri. Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerũt. Et Hebr. 10. 1. Vmbram habens lex futurorum, non ipsam imaginem rerum. Ergo quæ in hoc capite præcipiuntur, figuralia sunt. videntur autem potissimum mores figurare.

* *Omne quod habet diuisam vngulam,* 3 *& ruminat in pecoribus, comedetis*. Comedere, propriè de animalibus dicitur, quatenus accipiunt cibum, & absumunt, vt nutriantur: transfertur interdum ad spiritualia; vt cum intellectus vnit sibi obiecta, quæ cognoscit; & cum peccator prædicatoris voce, & Sacramẽtis vertitur per fidem, & gratiam in membrũ Christi, fitq; quasi de substantia Ecclesiæ. Ita Act. 11.7. dictum est Petro, gentes ad Ecclesiã tracturo, Macta, & manduca. Animalia in sacris Scripturis solent & malos, & bonos homines significare, Psalm. 67. 12. 1.Cor. 2.14. Iac. 3.15. Ruminare, symbolum est prudentiæ, quatenus auditam doctrinam in memoriam reuocat, & in exercitationem studet inducere, Cant. 7. 9. ex Gregorio. Pedes, symbolum sunt affectus: animus enim affectu quasi pedibus fertur ad id, quod amat, Cant. 5.3. Thren. 1.9. Hebr. 12.13. Ex hac scripturali fingulorum verborũ significatione, ea ex hoc loco mystica interpretatio elicitur. *a* Iubemur à malorum hominum consuetudine, & imitatione abstinere; *b* bonorum tantum mores in nobis exprimere. *c* Recti homines ruminant, quatenus in omni actione, vt rectè illam exequantur, deliberatione vtuntur, id est, inquisitione mediorum, & iudicio de potiore medio eligẽdo. *d* Recti homines diuidunt pedem, siue vngulam, nempe affectum, & electionem; quatenus non omnia prosequuntur: sed fugiunt, & respuũt turpia, & rectæ rationi difformia; eligunt, & amplectuntur bona, honesta, 4 consona rationi. * *Quidquid autem ruminat quidem, & habet vngulam*, &c. † Sunt nonnulli, qui abundãt scientia, & toti sunt in diuinorum contemplatione, quod est ruminare: sed in opere deficiunt, sine discretione agentes, & à malo non recedentes, & omittentes prosequi, quæ debent; quod est vngulam non diuidere. *e* Hos, quatenus scientia inflat, camelus figurat, qui gibbum habet. Sunt Iudæi, qui scientiam habent legis, sed distinctionem inter litteram, & spiritũ non agnoscunt. Docemur à *f* superbia cauere, *g* & à Iudaismo, *h* & à studio, quod impedimentum ponit ne quis suo muneri satisfaciat.

a *p.* 910, 913, 1731, 1773, 2152.

b *p.* 1046, 1747.

c *p.* 1040, 1723, 1724.

d *p.* 1730, 1731.

† *S.Th.* 1.2. q.102. a. 6. ad 1.

e *Vide Patres in Syl. Alleg. v. Camelus.*

f *p.* 2381.

g *p.* 1430.

h *p.* 2407.

5 * *Chœrogryllus, qui ruminat, vngulãq; non diuidit, immundus est*, *i* Chœrogryllus dicitur esse animal spinosum, & rapax, & in cauernis habitans. *k* Auaros significat, semper diuitijs inhiantes, & inhærentes: quæ bona vilia sunt, & spinas solicitudinum habentia; & nunquam explentia diuitum appetitum. Ruminant auari, quatenus semper de diuitijs acquirendis cogitant: sed vngulam non diuidunt, quia per discretionẽ rationis non sunt prudentes in amplectẽdis ijs bonis temporalibus solum, quę necessaria sunt humanæ vitæ; in respuendis autem, quæ superflua sunt, & ab amore ęternorum auertentia.

i *Isich. in Leuit.* 11.

k *p.* 2161, 2163, 2167.

6 * *Lepus quoque: nam & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit*. 1. *l* Est lepus animal ingeniosum, & timidum. Ita symbolum est hominum timidorum. *m* qui licet ruminent, id est, intelligant quæ timendo fugere liceat secundum rectam rationem, quæ fugere sit illicitum; non tamen diuidunt vngulã, id est, à quibuscunque acerbis, & molestis sine discretione fugiunt. 2. *n* Coeunt lepores, & pariunt quoque tempore, dumque vtero ferunt, superfœtant, & singulis mensibus generãt.

l *Arist. de hist. anim. l.1.c.1.*

m *p.* 2199.

n *Arist. hist. l.7.c.33.*

o Ita

Digitized by Google

o p.1913. S.Basil.in psal.14. cõtra fœneratores.

o Ita symbolum sunt fœneratorum. Nam vsurarij vix accepta pecunia, rursum dant in vsuram, vt aliud fœnus pariat; & sic deinceps repetunt, & fœnerantur. *p* Sunt & luxuriæ symbolum. quæ modum rationis excedit circa venerea. *q* Vngulam non diuidit: quia luxuria impedit præceptum rationis; ne fiat quod ratio decreuerat esse agendum. 3. Putant aliqui in leporibus marem in fœminam mutari. *r* Ita lepus speciale figuraret luxuriæ peccatum, sodomiam.

p p.2318.

q p.2323.

r p.2341.

* *Et sus qui cum vngulam diuidat, non ruminat.* 7

s p.2318.

s Sus, est symbolum hominis peccatis, præsertim luxuria, fœtidi, ac se in scelerum cœno volutantis, 2. Pet. 2.22. Sus vngulam diuidit: quia libidini deditus peccata multiplicat; & multa luxuriæ genera sunt. *t* Sus non ruminat: quia luxuriæ effectus est mentis cœcitas, qua tollitur intelligentia; causat etiam inconsiderationem, quæ aufert iudicium.

t p.2320, 2322.

* *Horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis.* 8

u p.910, & seqq. supra v.3. litt.a.

u Vescere, est Imitari, vt supra dictum est. Cadauera contingere; est commercium cum impijs habere: qui quatenus vita gratiæ carent, vt cadauera se habent. Mors enim symbolum est peccati, c.6692.

* *Omne quod habet pinnulas, & squamas,* &c. Aqua, multitudinis, & populi 10 symbolum est, Isa. 17.12, 13. Apoc. 17.11 Trid. sess. 22. de sacrif. Miss. c. 7. Pinnula, symbolum est cõtemplationis, Ezech. 1.6. ex Greg. Squamas, vitam asperam, & pœnitentiã significare volunt, Tertull. Orig. Isich. in Syl. Alleg. v. Squama. Sensus ergo mysticus est: *x* Esse in Ecclesia, in Fideliũ cætibus siue magnis vt est mare, siue paruis vt sũt flumina, & lacus, *y* viros iustos, qui se mundos à peccato custodiunt duobus medijs, *z* cõtemplatione diuinorum, & concupiscentiarum mortificatione. Hi pinnulas, & squamas habẽt. *a* Horum vitam imitari licitum.

9

x Gregorius 5. Mor. 6.

y p.644.

z p.642.

a p.1046, 1747.

* *Hæc sunt, quæ de auibus comedere non debetis, & vitãda sunt vobis: Aquilã,* &c. 13

b p.2381, 2387, 2388 Hieron. in psal. 63. Gregor. 31. Mor. 33. S.Th. q.102. a.6. ad 1.

b Aquila, quatenus in excelsis petris nidũ ponit, symbolum est hominis superbi, humana felicitate gaudentis, Ierem. 49. 16. Abd. 4. *c* Quatenus inuida est, & non admittit aliarum aquilarum societatem in eo tractu, vbi venatur; superbum exprimit, qui, despectis alijs, singulariter vult videri. *d* Quatenus pugnat cum ceruis, superbos repræsentat, qui viros iustos persequuntur; quos significãt cerui, Psal. 41.2. Cant. 2.9, 17. & 8.14. ex Greg. 2. *e* Gryps, quatenus est aquila maxima, fortissima, & maxime rapax; symbolum est tyrannorum, & virorum potentum alios opprimentium, & hominum qui delectantur

c p.2385, 2389.

d p.887.

e p.884, 885, 886.

rapinis, & crudelitate. Prohibetur mysticè *f* rapina, *g* crudelitas, *b* sanctorum persecutio. 3. Haliæetus, quatenus, vt supra dictum est, rapit è mari pisces, symbolum est potentium, qui pauperes opprimunt; & hominum cæde delectantur. Nam pisces, hominum symbolum sunt, Eccli. 9.12. Abac. 1.14. Matt. 13.14. Mare, symbolum est calamitatis, & miseriæ, Psal. 67.23. & 68.3. Thren. 2.13. Prohibentur *i* iudicia peruersa, *k* homicidia, *l* mutilationes, & 14 similia. 4. * Milvus, auis rapacissima, *m* quatenus gallinarum pullis insidiatur, Hæreticos signat, qui è gremio sanctæ matris Ecclesiæ surripere Fideles nituntur. *n* Quatenus cadaueribus pascitur, inuidos repræsentat, qui aliorum malo delectantur. 5. *o* Vultur, animal carnivorum; putrefactis corporibus delectatur; vnguẽtorũ odore exanimatur. Odentium symbolum est, qui inimicorum malis gaudẽt, 15 eorumdem bonis tristantur. 6. * Coruus, quatenus auis nigra est; & animalibus mortuis pascitur, & suos pullos expellit, expers bonæ affectionis; Peccatores significat, Cant. 5.11. ex Greg. ibid. & Hieron. Iob 28. Ab his abest *p* candor gratiæ: *q* horum opera mortua: *r* corruptum meritum operũ bonorum: corrupta charitas. 16 7. * Struthio, hebr. *Iahhanah*, etiam vlula vertitur. Vlula, quatenus nocte vagatur, & colit saxa, ac speluncas, symbolum est calamitatis, Psal. 101.7. Isa. 13.22. 5. Prohibetur tristitia immoderata. *t* Struthio, quatenus alas habet, sed volare nõ potest, & semper est in terra; significat Deo militantes, & se negotijs sæcularibus implicantes. Nam alę, vitæ contemplatiuę symbolum sunt, Ezech. 1.6. ex Greg. Terra, homines terrenos significat, Isa. 11.4. & 60.2. 1. Cor. 15.47. *u* Prohibetur Clericis negotiatio. 8. *x* Noctua videns nocte, & non die, significat sapientes in temporalibus, & ignaros erga spiritualia; & vacantes operibus tenebrarũ, qui enim male agit, odit lucem. Quatenus noctu cantat, signat eos, qui in tenebroso tripudiant opere, & in mentium suarum exultant destructione. *y* Significat etiam doctos in littera legis, quæ est vmbra; & ignorantes Euangelium, quod lux est. *z* Prohibemur imitari Iudæos, Hæreticos, Philosophos infideles, carnales, curis temporalibus deditos: quorum magna cæcitas est, licet sibi videre videantur. 9. *a* Larus, auis, quæ & volat in aere, & natat in aqua, significat eos, qui per contemplationem volare volunt, & tamen viuunt in aquis voluptatũ. *b* Monemur concupiscentiam frænandam esse volentibus contemplari. Contemplatio enim diuinorũ per passiones animi, & actiones exteriores impeditur. 10. Accipiter, quatenus deseruit hominibus ad

f p.1861.

g p.2362, 2364.

S. Tho. 1.2. q.102. a.6. ad 1.

h Vide sup. litt.e.

i p.1818, 1819.

k p.1844, 1847.

l p.1856.

m p.885, 1425.

n p.1660. Greg. Nyss. de vita Mo sis.

o p.1650, 1652.

S.Th.sup.

p p.1150, 1275.

q p.1266.

r p.1267.

s p.1466.

t S.Th.sup.

u p.1912, 2174.

x Origen. in Leu. hom.7. Gregor. in psal.101. S.Th.sup.

y Isychius.

z f.1430, 1432, 1433, 1434, 1435.

a S.Th.sup.

Digitized by Google

prædam auium ; significat eos, qui iuuant male agentes ad patrandam iniustitiam.
c p.1731. c Non est male agẽtibus consentiendum,
d p.1735. d nec ad malũ opus auxilium præstãdum.
11.* Bubo, auis nocturna, vlulans, deserta 17
e p.1269. loca incolens. e Peccatores significat, quatenus opera tenebrarũ operantur, & ignorant lucem diuinorum, & sine gratiæ consolatione, ac lumine tristes sunt, nec gaudent lætitia iustorum. f A malis operibus
f p.1221. abstinendum. 12. g Mergulus, quatenus
g p. 2293, 2296, 2297 in mare mergitur ad captandum cibum, & insatiabilis est inter aues; significat gulosos, & ventri deditos. h Frænanda est
h p.2305. gula. 13. i Ibis, quatenus serpentibus vescitur, symbolum est inuidi, qui de malo
i p.1660. proximi gaudet. 14.* k Cycnus, auis can- 18
S. Th. sup. k p. 2130, 2132. dida, & canora, in lacubus, & paludibus viuens; hypocritas significat, & simulatores, qui speciem habent sanctitatis, sed in cœnosis aquis versantur cupiditatum, & vitiorum. 15. Onocrotalus, olori similis; longo rostro: habet in faucibus folliculũ, quò cibũ congerit, mox in os trahit, inde in ventrem. Onocrotalus dictus, quod collum in aquam mergẽs, spiransq; veluti ruditum asini reddat. Dicitur semper hæc
l p.2161. auis esse famelica. l Auarum significat, qui
2163. nunquam expletur. Quatenus autem asini
S. Th. sup. ruditum reddit, m scurras exprimit, qui
m p. 2154. sine consideratione ridicula effutiunt. 16. Porphyrio, auis collo, & cruribus prælongis, & rubentibus: morsu bibit, pede
n p.2293. cibum rostro admouet. n Gulæ deditos significat, quorum pes, id est, affectus est circa cibos. 17. * Herodion, hebr. יון 19
† Vide can. 4549. † Hhasidah, p Si Ciconia est, vt aliqui vertũt, auis, quæ serpẽtibus vescitur; pec-
p p.1237. catores significat, qui ex certa malitia, seu
q p.2362. industria peccant. q Si genus accipitris est, vt aliqui putant, volans ad alias aues
r p.1844. occidẽdas: crudeles significat, r & homi-
S. Th. sup. cidas. 18. Charadrion, si pica est, aut alia
s p.1898. auis garrula; s Detractores significat;
t p 1894. t Contumeliosos, u Susurrones, x Deri-
u p.1901. sores. y Si miluus est, auis rapacissima; fu-
x p.1902. res signat, & raptores. 19. z Vpupa, in fi-
y p.1860, 1861. mo commoratur: signat homines concupiscentijs deditos. a quæ frænandæ.
z p.892. 20. Vespertilio, quatenus auis nocturna
a p.2257. est, volans in tenebris, & iuxta terram:
b p.1425, 1428. b Philosophos gentiles significat, & hæreticos, qui mentem ad cognitionem eleuant, sed in errorum tenebris; lucem veri-
c p.1768. tatis fugientes. c Significat & eos, qui terrena sapiunt, suntq; prudentes secundum sæculum.

* *Omne de volucribus*, &c. Volucres, 20 contemplatiuorum symbolum sunt, Mar. 21 4.32. Terra, terrenorum bonorum symbolũ est. Ea enim bona gignit, & continet.
d p.661, 2161. Pedes, affectum significant. d Ergo quatuor pedibus volucrem ambulare, est affectu tum sensitiuo, tũ intellectiuo, nempe voluntate, totum animum, qui deberet ad bona æterna anhelare, in desiderio, & occupatione temporalium bonorum esse. Quod homini non licet agere, qui creatus est ad imaginem Dei, & vt æterno tẽpore summo bono fruatur. e Multò minus licet e p.2174.
Ecclesiæ ministris, pro quorum ministerijs ritè obeundis multum interest cõtemplatio, & amor æternorum. 2. Crura, quatenus corpus sustinent, & instrumentũ sunt ad gradiendum; symbolum sunt deliberationum, ac electionum, quæ fundamenta sunt actionum humanarũ, Cant. 5. 15. Salire, symbolum est facilitatis, & alacritatis in difficultate superanda. Cant. 2. 8. Malach. 4. 2. Altitudo, symbolum est perfectionis: ob id Deus vocatur Altissimus, quia perfectissimus, Iob 31. Psal. 7. Rom. 8. 39. & 11. 33. f Ergo volucres, quæ lon- f p.2173,
giora habent retrò crura, & saliunt super 2175.
terram; sunt homines iusti, qui in suis deliberationibus, & electionibus finem spectant bonum aliquod æternum, præsertim Deum. Hi, quamuis in terra sint, quia necessarium est vti bonis temporalibus ad vitæ conseruationem: tamen saliunt super terram, quatenus vsum temporalium ad diuinum seruitium dirigunt; & quatenus vtuntur hoc mundo tanquam nõ vtentes.
g Licet bonis huius mundi vti ad finem g p.2156,
22 honestum. 3.* h Bruchus, animal vorax, 2216.
minus saliens, quàm locusta, can. 4507. h p.668.
quatenus à Deo inter munda animalia censetur: significat operarios apostolicos, zelo ardentes animarum, & plurimos ad Christi corpus trahentes: qui licet inter mundanos versentur, puros tamen animo se conseruant, & syncero intentione.
i Vel significat homines Fideles, qui pro- i p.641.
pter Deum vitam actiuam exercẽt, actionibus exterioribus occupati. 4. Attacus, locustæ genus. Dicitur esse alta, sine cauda, capite oblongo. k Potest significare k p.644,
eos, qui inter improbos versantur, eorum 913,914.
imitationẽ refugientes. 5. Ophiomachus, genus locustę, non habens pennas. Nomen græcum ὀφιόμαχος, indicat, illud animal pugnare cum serpentibus. l Quare signi- l p.887,
ficat iustos, qui ab impijs persecutiones 895,896,
patiuntur, & victores euadũt. 6. Locusta, 897.
cuius scripsimus historiam c. 4563. m prę- m Greg. 31.
dicatores significat. n quatenus enim par- Mor. 21.
tim graditur, & terræ infidet, partim se n p.666,
in altum tollit; prædicatorem exprimit, 704,706,
qui partim actione, & exemplo, partim 707.
contemplatione, & verbo populos iuuat: qui prædicandi modum, & efficaciam partim exercitatione, partim meditatione, & oratione comparat. o Quatenus lo- o p. 916.
custa ex vno loco excussa in aliũ migrat, prædicatores signat, qui persecutores fugiunt, vt euadentes mortem, alios iuuent:

vt

Digitized by Google

vt Apoſtoli fecerunt, qui nõ recipientibus Iudæis Euangelium, ad Gentilitatẽ illud attulerunt. Quatenus locuſta multa contactu adurunt, omnia morſu erodunt; prædicatorum ſymbolum ſunt, quorũ exemplo, & verbo peccatores ad pœnitentiam inducuntur, & ad veram contritionem, qua omne vitiũ exterminatur, omne concupiſcentiarum humidum exareſcit. p Ita locuſta ſymbolum eſt pœnitentiæ.

p p.412, 413,800.

* *Quicunque morticina eorum tetigerit,* 24 *polluetur, & erit immundus vsque ad veſperum,* Tangere, eſt ſymbolicè affici in aliquod, & velle, Iob 6.7. Prouerb. 6.29. Eccli. 13.1. Morticinum, ſymbolũ eſt operum, & hominum, qui mortui ſunt Deo, quatenus carent vita gratiæ. vt Mane lætitiam; ita veſperum triſtitiam, & luctum ſignificat. Senſus ergo myſticus eſt: Eum, qui impios imitatus fuerit, conſenſumque præbuerit ad opera mortua perpetranda; ſtatim mortalis peccati macula pollui: à qua non mundatur, donec ad pœnitentiæ, ac doloris veſperum peruenerit. Habes myſticè 1. q Cauſam peccati eſſe voluntatem. 2. r Maculam induci per peccatum in animam. 3. s Eſſe remiſſionem peccatorum. 4. t Pœnitentiam agendam eſſe, vt peccatorum remiſſio recipiatur.

q p.1226. r p.1275. s p.776. t p.781.

* *Si necesse fuerit vt portet quidpiam* 25 *horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vsque ad occasũ Solis.* Duplex ſe ſe offert myſticus huius loci ſenſus, alter moralis, alter allegoricus. 1. u Neceſſarium nobis eſt portare ab vtero morticinum originalis culpæ, quę fœda in nobis macula eſt. x A qua nullus mundari potuit, quouſque occidit verus Sol Ieſus Chriſtus, qui ſolus tollit peccatum mundi; quatenus non niſi ex meritis paſſionis Chriſti Deus dimittit peccata. y Neceſſarium quoque eſt vt mundemur, lauare veſtimentum, id eſt, malum intrinſecè nobis inhærens, aqua, id eſt, gratia, quæ per Agni diuini ſanguinem habetur, & per Baptiſmi Sacramẽtum. 2. z Neceſſarium Chriſto fuit, vt Patris præceptum impleret, & vt nos à peccati iugo liberaret; portare noſtrum morticinum, id eſt, noſtras iniquitates, & vt immundum haberi vſque ad occaſum Solis, nempe vſque ad mortem ſuam; & lauare veſtimentum carnis in ſanguine ſuo.

u p.1194. x p.584. y p.757. z p.543.

* *Quod ambulat super manus,* &c. Animalia, quæ ambulant ſuper manus, manibus terram tenent, & capite in terram vergunt. Ambulare, ſymbolum eſt operis, Exod. 33.16. Luc. 13.33. Manus, ſymbolũ eſt præcepti, & poteſtatis, c. 3536, 6590. Animalia ergo, quę ambulãt ſuper manus, ſunt ij, quorum eſt poteſtas in alios. Vtuntur autẽ ea poteſtate ad deprimendos ſibi ſubiectos, & ad lucra temporalia, quorum ſymbolum eſt terra; ad quæ mens eorum ſemper eſt intenta. Hoc animalium genus immundum eſt. a Debẽt enim ſuperiores erecto capite ambulare, id eſt, bonũ commune ſpectare. b Debet quilibet ſecundũ ſui animi nobilitatem, ad Dei ſimilitudinem creati, pro cæleſtibus, non pro terrenis bonis operari.

a p.2074, 2080. b p.2161, 2223, 2224, 2276.

29 * *Hæc inter polluta reputabuntur de his, quę mouentur in terra, muſtela,* &c. 1. Muſtela, animal eſt paruum, ſed oblongum, flaui coloris: quod colũbarijs, alijſq; id genus auiarijs maximè inſidiatur, oua axorbens, ipſaſque etiam aues enecans. c Typus eſt furti, ac furum, qui non ſolum aliorum bonis, ſed interdum etiam vitæ inſidiantur, vt bona ſurripiant. 2. d Mus, quatenus vorax animal eſt, & multis periculis expoſitum ob ingluuiem, e gulam, & gulæ deditos ſignificat. Multorũ enim vitiorum illecebra, eſt gulæ delectatio. f Quatenus eſt animal immundum, & fœtidum; ſignificat corporis immunditiã, quæ gulæ effectus eſſe ſolet. 3. Crocodilus, de quo can. 4531. amphibium animal, figura ſimillimum lacerto terreſtri, magnitudine verò ingenti: habet cutem duriſſimam cõtra omnem ictum: habet dentes ad morſum exertos: hoſtis eſt hominum: eſt malitioſus, lutoque paſcitur. g Inuidos exprimit, ac maleuolos. Hi hoſtes hominum, acuentes linguas ad morſum detractionum, doloſi, aliorum malo 30 delectantur. 4. * Mygale, mediam inter murem, & muſtelam ſpeciem habet; Latinis mus araneus dicitur. eſt ore oblongo, cauda gracili, verſu dentium quadruplici. Animal rapax, & ingluuioſum. h Significat eos, qui aliena rapiũt, vt dent operam gulæ. 5. i Chamæleon, de quo c. 4520. animal ſimile lacertæ; quatenus motu tardiſſimo graditur, & eſt ore ſemper hianti, Acediam exprimit charitati contrariam; quæ ſic animum aggrauat, vt à bono opere totaliter retrahat. k Quatenus corpore colorem reddit quemcunque proximè attigerit, præter rubrum, & candidum; Simulatorum eſt ſymbolum. qui formare poſſunt animo materiales cæterarum virtutum actus, ſed non charitatis, & purę intentionis. Nam poteſt quis velle iuſta non iuſtè, & fortia non fortiter, & temperata non temperatè: ſed non poteſt Deum ſuper omnia diligere, quin diligat ex charitate; nec puram intentionẽ habere nõ ſyncerè. Color purpureus charitatis ſymbolum eſt, Cant. 5.10. Candor, puritatis, & innocentiæ, Iſa. 1.18. Apoc. 1.14. l Quatenus chamæleon non alio cibo alitur, quàm aere; ſignat illos, qui gloriam quærunt de eo, quod non eſt, aut non eſt dignum gloria. 6. Stellio, de quo c. 4599. animal eſt ſimile lacertæ, tergũ ſtellatum

f p.2304. g p.1660, 1664. h p.2299. i p.1657. k p.2130. l p.2233.

habens.

Digitized by Google

habens. araneis pascitur. habet aliquid
m p.2132. veneni. *m* Significat hypocritas, qui exterius speciem virtutis ostentant. sed vanum est quod apparet, vt aranearum tela, Isa. 59.5,6. & peccati veneno infectum, ac noxium, Prou.23.32. 7. Lacerta, genus serpentis. Conniuet palpebra inferiore. Summa lingua, bifida, can.4558. *n* Significat
n p.1768. prudentes secundũ carnem: qui humanas rationes considerant, non diuinas. Palpebra, considerationis symbolum est, Prou.
o p.2147. 4.25. & 30.13. *o* Significat eos, qui adulantur alteri, laudantes coram ipso peccatum, quod coram aliis improbant; bilingues. 8. *p* Talpa, subterraneum animal,
p p.1428, 1432,2007. semper viuens defossum, oculos habens, sed omnino non videns. Typus est idololatrarum, qui tori bonis terrenis inhærent, nullam omnino intelligentiam diuinæ veritatis habentes.

* *Super quod ceciderit quidquam de* 32
morticinis eorum, polluetur, tam vas li 33
gneum, & vestimentum quam pelles & cilicia, & in quodcunque fit opus, &c. Is morticinorum tactus, qui fit per casum, non per vllam industriam; peccata significat, quæ contrahuntur nõ studio, sed per
q p.1233. negligentiam. *q* vt cũ non obsistitur vehe-
r p.1249. menti passioni; *r* aut omittuntur remedia vitiorum ex acedia. Vas ligneum videtur Ecclesię Pastores significare. Hi enim sunt ligna setim, quæ Ecclesiæ Tabernaculum sustentant. Lignum, hominis symbolũ est, Psal.1.3. Cant.2.3. Vestimentum, iustos signat, qui sunt in Ecclesia. nam vestimentum, symbolum est iustitiæ, virtutum, & gratiæ, Isa.61.10. 1.Pet.3.3. Pelles, quatenus ex interfectis bestijs fiunt; homines Fideles persecutionibus, ac tribulationibus afflictos significãt, Cant.1.4. Isa.54.2. Cilicia, Fideles pœnitentes notant. nam Cilicium, tristitiæ, luctus, ac pœnitentiæ symbolum est, Psal.68.12. Isa.3.24. Vas, & quidquid operi faciendo deseruit; indicat eos, qui ministri sunt in Ecclesia, & qui vitam actiuam exercẽt. Vas prædicatoris euangelici symbolum est, Act.9.15. Vas fictile, quatenus ex terra fit, terrenos homines significat, Isa.11.4. & 60.2. Quatenus liquores infusos imbibit, vt si mali odoris sit liquor, difficile eum odorem exuat; significat corda pessima, Prou.26. 23. significat inueteratos in vitijs, & obduratos, & impœnitẽtes. Sensus ergo est:
s p.404, 412, 778, 779,781. *s* Accidere posse, vt in peccatum mortale per negligentiam incidant & Prælati, & iusti, & qui persecutiones patiuntur, & pœnitentes, & operarij apostolici, & quilibet alius Fidelis, cuiuscunque sit status, & conditionis. Hi polluti peccato sunt vsque ad vesperum, id est, donec pœnitentiam veram egerint; & aqua lauentur, id est, gratiam recuperauerint per Confessionis Sacramẽtum. Vas autem fictile, id est, tum Infidelis, tum vitijs obductus, frangi debet, id est, secundum veterem hominem exterminari; infidelitatẽ omnino deponendo, peccandi consuetudinem corrigendo, ab occasionibus peccatorum prorsus fugiendo. *t* Qui autem impœni- t p.816.
tens mortuus fuerit, tanquam vas fictile frangendum in æternum erit, ęterna morte puniendus. Hæc videntur significare verba, quæ subduntur: *Vas autem fictile, in quod horum quidquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est.*

34 * *Omnis cibus, quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens, quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit.* Cibus, symbolum est operis, Io.4.32,34. Aqua, symbolum est peccati, Iob 15.16. & 34.7. Isa.1.30. Bibere, est cupidè velle, Iob 5.5. & doctrinam animo haurire, 1.Cor.3.2. *u* Prohi- u p.1221,
bemur comedere cibum, in quẽ fusa fuerit aqua immunda è vase immũdo, nempe imitari opus malũ, quod impius operatur. *x* Prohibemur appetere, & concupiscere x p.913,
mala, quæ impij appetunt, & concupiscũt. 914.
Prohibemur prauam impiorum doctrinam animo haurire.

35 * *Clibani, chytropodes, destruentur, & immundi erunt.* Clibanus, quatenus inflammatur, symbolum est hominis æstuãtis ardore concupiscentiæ, Os.7. 4, 6, 7. Chytropodes, semper fumo nigri, carniũ pinguedine sordidi sunt; vitiosos homines significant, Psal.67.14. Si dormiatis inter medios cleros, hebr. Tripodes. Non sufficit ad mundandum clibanum, & chytropodes, ablutio aquę. nam clibanus, & chytropodes quatenus siccissima sunt, imbibunt humorem morticini, vt non possit aqua extergi; & præterea exugunt, & absorbent aquam, qua lauantur. ita semper morticini immunditiam retinẽt. ergo destrui debent, quia non possunt alio modo mundari. Quis est huius præcepti mysticus sensus? *y* Vtique significat eos, qui y p.2257,
peccant ex habitu malo ex frequentatis 2261,2271.
concupiscentiarum actibus contracto, non posse, vt plurimum solet contingere, ita à peccatis mundari per aquam, id est, gratiã Sacramenti Pœnitentiæ, & per dolorem attritionis Sacramento iunctum; vt non iterum in eadẽ peccata incidant: nisi clibanum, & tripodes destruant, id est, vera contritione corda conterãt, quæ Dei amorem includit super omnia dilecti; & carnẽ mortificent cum vitijs, & concupiscentijs suis, castigando corpus, & concupiscentias frenãdo. *z* Significat non mereti remissio- z p.817.
nem peccata, quę ex certa malitia cõmittuntur. i. abijciendo per contemptũ ea, per quę homo retrahitur à peccato. seu, Difficilè remitti peccata, quę cõtra Spiritũ sanctum sunt.

* *Fon-*

Digitized by Google

* *Fontes, & cisterna, & omnis aquarum congregatio munda erit.* Fontes, Ecclesiæ Sacramenta significant. Isa. 12. 3. Cisterna, symbolum est sacræ doctrinæ, Eccle. 12. 6. ex Hieron. vid. Greg. in 1. Reg. 13. & 17. Mor. 13. sensus est: *a* Ecclesiam Catholicã, quæ est congregatio Fidelium, Christi fidem profitentium, sanctam esse; quia habet sancta Sacramenta, sanctam doctrinam; nec vllo hæreticorũ, aut aliorum impiorum morticino pollui posse, aut corrumpi. 36

a p. 620. 627, 629.

* *Si ceciderit (morticinum) super sementem, non polluet eam. Si autem quispiam aquam sementem perfuderit et postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur.* Semen, diuini verbi, sacræque doctrinæ symbolum est, Matt. 13. 27. Luc. 8. 11. Aqua, peccati solet esse symbolum, & humanæ sapientiæ ad diuinam comparatæ, cuius symbolũ est vinum, Isa. 1. 30. *b* Ergo morticinum in sementẽ cadens, est doctrina erronea, quam falsi prædicatores, vel diabolus, diuinæ doctrinæ, quæ in mentibus Fidelium conseruatur, instillant. *c* Semen aqua perfunditur, cum quis humana ratione, cum diuinæ auctoritatis iniuria, diuinam doctrinã curiosius perscrutatur. Diuina doctrina in huiusmodi curiosi mẽte, si prædicatorem hæreticum audire contigerit, aut diabolum falsa suggerentem, facilè corrumpitur, & errore polluitur. 37 38

b p. 883. 885, 889, 1425.

c p. 913, 914, 1417, 1422, 2403.

41 * *Omne, quod reptat super terram, &c.* 42 *d* Reptilia sunt homines, qui toti sunt in carnis voluptate, & in acquisitione terrenorum bonorũ. Pectus cordis symbolum est, pedes affectus. *e* Non est voluptati, & terrenis bonis inhærendum omissa cogitatione, & desiderio cælestium.

d Gregor. 2. Mor. 2. Aug. Isych. Bed. in Syl. allag. v. Reptile.

e p. 2257, 2260, 2261.

CAPVT DVODECIMVM.

SVMMA.

Lex prescribitur purificandæ puerperæ. 1. Quæ peperit masculum, immunda decernitur vsque ad diem quadragesimum à partu; quæ fœminam, vsque ad octogesimum diem. 2 Expletis purificationis diebus, iubetur vtraque offerre agnum in holocaustum, aut turturem, vel columbæ pullum; & alteram turturem, vel columbæ pullum pro peccato.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ. 3 Et die octauo circumcidetur infantulus: 4 ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleãtur dies purificationis suæ. 5 Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. 6 Cumq; expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, siue pro filia, deferet agnũ anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, 7 qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum aut feminam. 8 Quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarũ, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

Interpretatio litteralis.

a p. 858, 1124.

LOquere filiis Israel, & dices ad eos, &c. *a* Lex est cæremonialis, ad maiorem reuerentiam diuini cultus. Ad eam nõ tenebatur B. Virgo, quia non pepererat suscepto semine, sed opera Spiritus sancti; nec ex cõmuni Patrum sententia, passa est vllam immunditiam in partu. Ad eam non tenentur Christianæ puerperæ post Christi aduentum, cessantibus veteribus cæremonijs: quamquam licitè soleant ab ingressu Ecclesiæ abstinere vsque ad 40. diem, ad B. Virginis, & Templorum reuerentiam. *b* Decet Templa, & sacra signa venerari. 2

b p. 851.

Suscepto semine. Posita sunt hæc verba à Spiritu sancto, vt exciperetur ab hac lege B. Virgo, vt dictum est.

Immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ. Menstrua manebat separata septẽ diebus: ne suo contactu con-

Digitized by Google

c p.861. contaminaret quæ tãgebat. *c* De immunditia legali agitur, & præscribuntur cæremoniæ ad eam tollendam.

* *Die octauo circumcidetur infantulus.* 3
Circũcisio sacramẽtum erat veteris legis
d p.838. *d* Instituta fuerunt sacramenta veteris legis, vt Dei cultoribus adhiberẽtur: vt per quandam consecrationem deputarentur
e p.839. ad cultum Dei. *e* Circumcisio sacramentum erat in protestationem fidei vnius Dei: sine qua nullus admittebatur ad aliquod legalium.

* *Ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ.* 4
In sanguine aliquantulum purificato, non tamẽ perfectè. Ideo nõ polluebat quæ tangebat. non tamen licebat sanctum aliquid tangere, nec ingredi Sanctuarium. Nam sequitur: *Omne sanctum non tanget*, &c.

* *Sin autem fœminam pepererit*, &c. 5
Purgatio ex partu fœminæ solet esse diuturnior: quia in conceptu fœminæ est minor caliditas, & ideo tardius digeritur materia.

* *Pro filio, siue pro filia, deferet agnum* 6
anniculum, &c. Pro gratiarum actione pro accepto à Deo prolis beneficio offerebatur holocaustum; pro peccato, id est, immunditia legali ex partu contracta, offerebatur sacrificium turturis, vel pulli columbarum. Pro purificatione prolis non videtur fuisse institutum hoc sacrificium: quia puer iam mundatus fuerat per circumcisionem. Docemur 1. *f* Debitas esse
f p.2083. Deo gratiarum actiones pro beneficijs ab
g p.1964. ipso receptis. 2. *g* Instituta fuisse vetera
h p.1968. sacrificia ad Deum agnoscẽdum primum rerum principium. 3. *h* Aliquas oblationes esse necessariò offerendas: vt cum præceptum intercessit. 4. *i* Esse Sacerdotibus
i p.1970. oblationes offerendas. 5. K Habuisse cæ-
k p.861. remonias veteris legis virtutem ad tollendas immunditias, seu irregularitates ex statuto legis inductas, * *Sic mundabi-* 7
l p.1926. *tur à profluuio*, &c. 6. *l* Esse Deo cultum
m p.1932. exhibendum oratione. 7. *m* Non solum pro nobis, sed pro cæteris etiam orandum esse, * *Orabit pro ea.* 8. Disposuisse Deum 8
multa non nisi petentibus elargiri, *Orabitque pro ea Sacerdos, & sic mundabitur.*

Interpretatio mystica.

DOcet S. Paulus Hebr. 9. 9, 10. Cæremonias ad vetus Tabernaculũ spectãtes, & ad immunditias purgandas, noui testamenti figuras esse. *Quæ parabola*, inquit, *est temporis instantis: iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis.* Inquiramus ergo sensum mysticum huius capitis, quod ad veteres iustitias, id est, purificationes, pertinet.

Partus, in Scripturis sanctis, qui propriè de animalium fœtu dicitur, cum in lucem editur, interdum trãsfertur ad peccatum, cum exit in opus, Psal. 7. 15. vide c. 6965. 2. Dies, & huius vitæ tempus significat, Cant. 2. 17. & lætitiam, c. 5869. Septem dies, sunt symbolum vitæ huius temporalis, cuius circulus septem diebus voluitur: octauus dies, æternam felicitatem significat, c. 1948. 8444. Quadragesima, symbolum est pœnitentiæ: Moyses, Helias, Christus ieiunarunt quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Sanguis, vitæ mortalis, & peccati symbolũ est, c. 7325, & seqq. Ex hac verborum interpretatione capitis huius mystica intelligentia colligitur.

2 *a* * Mulier susceptο semine masculum a p. 1193, 1206.
in sanguine parit, qui diabolicę suggestioni consensum præbens, improbum opus
patrat. 2. *b* In sanguine menstruo septem b p.799. 1308.
diebus manet immũdus, & quidquid tangit, immundum reddit, qui est in statu peccati mortalis, cuius nullum opus meritorium est æternæ felicitatis. *c* In san- c p.412. 781.
guine menstruo septem diebus manet, vt se purificet; qui de peccatis, quę ad septem
3 capita reducuntur, dolet. 3. * *d* Octauo d p.404.
die circumciditur puer; cum gratia recipitur siue per actum contritionis, siue per Sacramenta: quæ æternæ felicitatis hæreditas est; & vetus homo renouatur, pec-
4 cato depositο. 4. * *e* Quadraginta dies, e p.802.
quibus durat purificatio; pœnitẽtię tempus est, quæ debet peragi ad satisfaciendum pro peccatis, & ad purgandum habi-
5 tus malos. 5. * *f* Fœmina, quæ paritur, f p.2104.
grauiora peccata significat: quia fœmina frigidior masculo est. Pro peccatis autem grauioribus maior dolor habendus est, & diuturnior pœnitentia agenda.
6 6. * *g* Agnus, turtur, columba, quæ pro g p.747.
purificatione offeruntur; Iesu Christi sacrificium, & Sacramentum significant. Ab his enim in nos gratia deriuatur, qua purificamur: per hæc pœnitentia nostra, & omne bonum opus perficitur. Est autem Iesus Christus agnus ob innocẽtiam; turtur, ob tristitiam, quam pro nobis suscepit; columba, ob puram intentionem diuinæ gloriæ, quam semper habuit.
7. *h* Ingressus in Tabernaculum, est in- h p.404. 408.
gressus & in Ecclesiam, qui fit non solum
per fidem, sed etiam per gratiam iustificantem; *i* & ad Sacramentum altaris, ad i p.774. 775.
quod non nisi puris à peccato mortali licet
accedere; K & ad æternam felicitatem, k p.980.
quam non nisi mundi consequuntur.

CAPVT

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Agitur de lepræ immunditia; & præcepta Sacerdotibus traduntur de cognitione leprę, vt quis mundus, vel immundus censeatur. Potest autem esse lepra tum in cute, tum in viua carne tum in vlcere, tum in vulnere, tum in barba & capite, tum in capillis, & casarie, tum in vestibus, & pannis. Ratio præscribitur leprę in his omnibus discernendę.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: 2 Homo, in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est, plaga leprę, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. 3 Qui cùm viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamq; speciem leprę humiliorem cute & carne reliqua; plaga leprę est, & ad arbitriũ eius separabitur. 4 Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, 5 & considerabit die septimo: & siquidem lepra vltrà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus alijs. 6 Et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, & nõ creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lauabitq; homo vestimenta sua, & mundus erit. 7 Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterum lepra creuerit; adducetur ad eum, 8 & immunditiæ condemnabitur. 9 Plaga leprę si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, 10 & videbit eum. Cumq; color albus in cute fuerit, & capillorũ mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit: 11 lepra vetustissima iudicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, & nõ recludet, quia perspicuæ immunditiæ est. 12 Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite vsque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit, 13 considerabit eum sacerdos, & teneri leprę mundissima iudicabit: eo quòd omnis in candorẽ versa sit, & idcirco homo mundus erit. 14 Quando verò caro viuens in eo apparuerit, 15 tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immũdos reputabitur: caro enim viua si lepra aspergitur, immunda est. 16 Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, 17 considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. 18 Caro autem & cutis, in qua vlcus natum est & sanatum, 19 & in loco vlceris cicatrix alba apparuerit, siue subrusa, adducetur homo ad sacerdotem: 20 qui cùm viderit locum leprę humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum: plaga enim leprę orta est in vlcere. 21 Quòd si pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus. 22 & si quidem creuerit, adiudicabit eum leprę. 23 sin autem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit. 24 Caro autem & cutis quã ignis exusserit, & sanata albam siue rusam habuerit cicatricem, 25 considerabit eam sacerdos, & ecce versa est in alborem, & locus eius reliqua cute, est humilior: contaminabit eum, quia plaga leprę in cicatrice orta est. 26 Quòd si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa leprę species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, 27 & die septimo contemplabitur: si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. 28 sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combustura. 29 Vir, siue mulier, in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. 30 & siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, solitoq; subtilior; contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. 31 Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eum septem diebus, 32 & die septimo intuebitur. Si non creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: 33 radetur homo absque loco maculæ, & includetur septẽ diebus

alijs.

Digitized by Google

alijs. 34 Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisque vestibus suis mundus erit. 35 Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute, 36 non quæret amplius vtrùm capillus in flauum colorem sit immutatus, quia apertè immundus est. 37 Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronunciet mundum. 38 Vir, siue mulier, in cuius cute candor apparuerit, 39 intuebitur eos sacerdos. si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. 40 Vir, de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est: 41 & si à fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est. 42 Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, 43 & hoc sacerdos viderit, cõdemnabit eum haud dubiè lepræ, quæ orta est in caluitio. 44 Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, 45 habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit. 46 Omni tempore, quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. 47 Vestis lanea siue linea, quæ leprã habuerit 48 in stamine atque subtegmine, aut certè pellis, vel quidquid ex pelle confectum est, 49 si alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, ostenderturq; sacerdoti. 50 qui consideratam recludet septem diebus: 51 & die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est: pollutum iudicabit vestimẽtum, & omne in quo fuerit inuenta: 52 & idcirco comburetur flammis. 53 Quòd si eam viderit non creuisse, 54 præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludetque illud septem diebus alijs. 55 Et cùm viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quòd infusa sit in superficie vestimenti, vel per totum, lepra. 56 Sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est lota, abrumpet eum, & à solido diuidet. 57 Quòd si vltrà apparuerit in his locis, quæ priùs immaculata erant, lepra volatilis & vaga: debet igne comburi. 58 si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt, secundò, & munda erunt. 59 Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, staminis, atque subtegminis, omniq; supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

Interpretatio mixta, id est, litteralis, & mystica.

LOcutusque est *Dominus*, &c. 1 *a* Præcepta cæremonialia, quæ in hoc capite traduntur, sunt à Deo. Ex quo intelligitur 1 *b* Legem veterem bonam fuisse. habuit enim auctorem Deum. 2. Fuisse Iudæos obligatos ad legem veterem obseruandam. *c* Tenetur enim homo in omnibus diuinis præceptis obedire. 3. *d* Præcepta cæremonialia veteris legis figuralia fuisse. nã nunc non obligant, cum fuerint à Deo tradita. 2 * *Homo, in cuius cute, & carne*, &c. *e* Debent quædã specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultũ Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducãtur. *f* Ob id Deus varias obseruantias cæremoniales Israelitis præscripsit. Nunc hoc speciale præscribitur: vt, quia populus Israeliticus ratione veræ religionis erat sanctus, multòq; magis Tabernaculum, vbi sacrificia Deo offerebantur; leprosi ab ingressu in Tabernaculum, & à cæterorũ commercio arcerẽtur. Fœdum enim reddit corpus lepra, & contactu, spiratione, corrupta euaporatione alios inficiẽs. Ideo is, in quo erat suspitio lepræ, deferebatur, ad aliquem è Sacerdotibus, ad quos spectabat de lepra iudicare. Suspitionem autem leprę faciebat 1. *Diuersus color*, id est, notabiliter variatus à colore pristino, hebr. נתק *Sceth*, Tumor. 2. *Pustulæ*, quæ sunt tubercula præter naturam in cute efflorescentia. 3. *Quasi lucens quippiam*, hebr. *Bahèreth*, genus plagæ candidæ, & splendentis vt nix.

a p. 1117. *b* p. 1111. *c* p. 2066. *d* p. 1125. *e* p. 844. *f* p. 858. 1124.

Tropologia. *h* Leprosus, peccatoris hominis, & ab aliorum commercio separandi symbolum est, Isa. 53. 4. ex Ruper. 8. in Ioan. Ergo plaga lepræ est peccatum infectiuum aliorum: qualis est hæresis. Color, symbolum est aspectus externi, qui vel honestus, vel turpis in humanis actionibus apparet, Thren. 4. 1. *i* Vt mutatus color in cute, indicium est lepræ: ita concepti peccati, præsertim erroris in mente latentis, magnum signum est, exteriores Catholicæ religionis cultus, commutasse: vt Hæretici faciunt, qui antiquos Ecclesiæ ritus contemnunt. K Pustulæ, quatenus putredinem continent, signum sunt

h p. 1425. *i* p. 2382. *k* p. 2383, 2389, 2394.

Digitized by Google

sunt magni mali, siue corpus, siue animũ affligentis, Eccli. 19.2. Os. 5.12. Ioel 2.20. Quatenus tument, & turgent, superbiæ symbolum sunt, Deuteron. 1.43. & 18.22. Iob 15.13. Prou. 26.23. Superbiæ actus maximè in hæreticis elucent: qui Patrum decreta, & apostolicam traditionem contemnunt: qui iactant se veros Magistros esse: qui se sapientiores Concilijs, & Catholicis Doctoribus autumãt. *l* Illud quasi lucens, seu plaga candida, & splendens vt nix; significat doctrinã erroneam: quæ primo aspectu præ se fert lucem veritatis; sed nihil habet consolans animum, nihil diuinum charitatis ignem incendens. sed vt nix frigus ingerit erroris, & peccati. Frigus, infidelitatis symbolum est, Ierem. 6.7. Apoc. 3.15,16. Nix, lepræ symbolum est, id est, erroris, & peccati, Num. 12.10. 4. Reg. 5.27.

l p.1386. 2392.

3 * *Qui cum viderit lepram in cute*, &c. Certa lepra censenda est, si tria concurrãt, Mutatio coloris in cute, Mutatio coloris pilorũ in album, Species, siue locus lepræ depressior cute, & reliqua carne. Indicant enim hæc corruptionem, & corrosionem magnam: quam solet lepra efficere. Quoniam bilis mordax succũ carnis absumit: inde albor in pilis, & in carne depressio. Leprosus quis deprehensus, erat ab aliorum commercio Sacerdotis sententia separandus.

Tropologia. Tres supradicti lepræ effectus, tres infidelitatis, & hæresis effectus significant. 1. *m* Mutatio coloris in cute, est mutatio veræ religionis in externo cultu, & catholicis moribus. quod superstitio appellatur. 2. *n* Mutatio pilorum, siue capillorum in album colorem; est mutatio cogitationum sanctarum, & piorum affectuum in mente. Nam animus infidelitate corruptus, amittit humorem gratiæ: ita vanas cogitationes, vanos affectus producit, nempe carentes veritate, & charitate. Capilli symbolum sunt cogitationum, & affectuum, & consiliorum, c. 5606. 3. *o* Plaga humilior cute, & carne reliqua; est error, & infidelitas circa aliquem fidei articulum. Quæcunque enim doctrina fidei Catholicæ, perfectissima est, & maximè rationi consona, vt ea dici melius nihil possit. Quare doctrina cuicunque fidei articulo contraria, humilior est cute, & carne reliqua, id est, vilis, non consona rationi, indigna tum externo catholico ritui, tum doctrinæ, quæ in mentibus Fidelium est. Descensus, symbolum est humiliationis, ac depressionis, Isa. 47.1. Ierem. 48.18. *p* Separatio leprosi ad Sacerdotis arbitrium; significat Ecclesiæ iurisdictionem ad excludendum, vel admittendum ad consortium militantis Ecclesiæ: quod est excommunicare, vel à vinculo excommunicationis absoluere.

m p.2006.

n p.1386. 1387.

o p.1378. 1379.

p p.870.

4 * *Sin autem lucens candor fuerit in*
5 *cute*, &c. Solus lucens candor in cute non
6 arguit certò lepram, sed suspitionẽ lepræ facit. Ideo recludendus est leprosus, & obseruandus. Si lepra non creuerit, mundus est declarandus.

Tropologia. 1. Fulgens candor in cute, sunt externa peccata, quæ contra religionem sunt; vt Festos dies non sanctificare, Blasphemia, Superstitio, & similia: quæ suspitionem faciunt infidelitatis in animo. possunt tamen esse cũ fide. Potest enim quis sine errore in intellectu, ex prauo affectu blasphemare, Sabbata non obseruare, Sacramenta non frequentare, & scelera similia patrare. 2. *q* Recludit hunc Sacerdos septem diebus, quatenus de hoc Episcopus inquirit, ac diligenti examine perscrutatur, an rectè cum orthodoxa Ecclesia de septem virtutibus sentiat, nempe de fide, spe, charitate, prudentia, iustitia, fortitudine, temperãtia. Dies, fidei doctrinam significat, Rom. 13.12. Thess. 5.5,8. 3. Recluditur suspectus de lepra septem alijs diebus; quatenus suspectus de hæresi quid de septem Ecclesiæ Sacramentis sentiat, interrogatur. Septem dies, septẽ sunt Sacramenta, quatenus gratiam efficiunt: nam dies, symbolũ est gratiæ, Psal. 109.3. Cant. 3.11. & 8.8. 4. Scabies, quia facilè curatur; peccatum significat, & prauum affectum, qui est sine errore intellectus. *r* Talis peccator facilè mundatur; quia peccati sui malitiam agnoscens, ad contritionem, & ad Sacramentorum susceptionem non ita difficilè inducitur, vt is, qui contraria opinatur ijs, quæ Catholici Doctores suggerunt.

q p.2079.

r p.776. 778.

10 * *Cum color albus in cute fuerit*, &c.
11 Vetustissimæ lepræ clarissima signa sunt, color albus in cute, aspectus capillorum mutatus, cutis ita rupta, vt caro appareat.

Tropologia. 1. *s* Color albus in cute, est vanitas rituum, hoc est, superstitio in externo cultu religionis, vt supra dictum est. 2. Immutatio capillorum, est deprauata intentio in docendo, & prædicando; & vana interpretatio sanctarum Scripturarum, quam solent hæretici mente concipere, & populo prædicare. 3. Cutis rupta, vt caro appareat, est Religio Catholica ita in exteriore cultu mutata, vt apertè appareat secta noua, & hæresis, siue diuisio facta. Caro sine pelle, est natura, & ratio humana, sine gratiæ, doctrinæque reuelatæ ornamento.

s p.1425.

12 * *Sin autem effloruerit discurrens lepra*
13 *in cute*, &c. Decernitur mundus is, cuius
14 omnem cutem lepra operuerit. Ratio ea
15 videtur esse, quia ea lepra non habet ma-
16 gnã deformitatem, & facilè curari potest.
17 nam indicium est, totum corruptũ humo-

Digitized by Google

rem foras prodijſſe, & nihil remanſiſſe corruptionis in carne.

t p.778. *Tropologia.* t Lepra tota foras in cutem prodiens, ſunt peccata: cum omnia, quorum peccator cõſcientiam habet, Sacerdoti legitimo confitetur. Is mundus pronunciatur; quatenus ab omnibus peccatis abſoluitur: nec officiunt mali habitus, quos contingit in animo remanere quaſi lepram quandam, quin qui ritè confitetur, gratiam recipiat, & remiſſionem peccatorum. Illi habitus, ceſſantibus malis actibus, facilè abolentur. *Caro viua lepra aſperſa*, eſt noſter homo vetus adhuc retinens in ſe peccatum, nec illud per confeſſionẽ foras emittens. Viuit enim adhuc malè operans, & nondum per contritionem emoriens.

18 19 20 * *Caro autem, & cutis, in qua vlcus natum eſt*, &c. De cicatricis lepra ſermo eſt.

21 22 23 *Tropologia.* Cicatrix, inueterati peccati ſymbolum eſt, Pſal. 37.6. & mali iam ſublati, Ierem. 30.17. & 33.6. u Lepra naſcens in cicatrice iam obducta; eſt error in intellectu circa peccata aliàs admiſſa; cum quis putat cõtra Catholicam doctrinam, licitum eſſe ea peccata patrare.

u p.2320.

24 25 26 * *Caro autem, & cutis, quam ignis exuſſerit*, &c. De lepra agitur, quę in cicatrice combuſtionis naſci ſolet.

27 28 *Tropologia.* Symbolum eſt ignis, Cupiditatis, & concupiſcentię, Iob 31.12. Prou. 6.27. & iræ, ac vltionis, Pſal. 17.9. & 78.5. Iſa. 10.17. Cicatrix combuſtionis, eſt peccatum inueteratum ex cupiditate, vel ira contractum. Lepra in ea cicatrice, eſt error in intellectu, qui ob frequentatos cupiditatis, aut iræ actus, ſolet oboriri. vt cum quis contra quã ſentit Eccleſia, putat x vſuram, aut y fornicationem, aut z vltionem iniuriarum licitam eſſe. Hæc, & ſimilia illicita ſunt, vt indicant myſticè illa verba, *Contaminabit eum*. Reliqua explicata ſunt ſupra v. 3.

x p.1913, 2165. y p.2329, 2320. z p.2096, 2097. 2354

29 30 31 * *Vir, ſiue mulier, in cuius capite, vel barba*, &c. Agitur de lepra capitis, & barbæ.

Gloſſa.

32 33 34 35 36 37 *Tropologia.* Caput, eſt Deus, quatenus principium, à quo omnia pendent; & Chriſtus, reſpectu Eccleſiæ tum militantis, tum triumphantis, c. 5611. & Mens, Cant. 2.6. & 7.5. Orig. Greg. & alij in Sylu. Alleg. v. Caput §. 7. Barba, prudentiæ, grauitatis, auctoritatis, fortitudinis, roboris, ac virtutis ſymbolũ eſt, Iſa. 7.20.

a p.1425. a Ergo lepra in capite ſunt errores, ac hæreſes, quas contingit exurgere contra verã doctrinam, quã Catholica Eccleſia docet de Deo vno, ac trino; de Chriſto, & incarnatione diuini Verbi; de Hierarchia eccleſiaſtica, quę ſe habet vt barba, reſpectu Summi Pontificis, qui eſt caput viſibile Eccleſiæ, Chriſti Vicarius. Lepra in capite, eſt error Græcorum, quod Spiritus ſanctus non procedat à Filio. Lepra in capite, eſt eorumdem error, quod Romanus Pontifex non ſit caput viſibile totius Eccleſię. Lepra in barba, eſt error Hæreticorum negantium in Sacerdotibus characterem, & poteſtatem conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti, & poteſtatẽ remittendi peccata. Vel, lepra in capite, eſt error, qui aliquando contingit in Epiſcopis; lepra in barba, eſt error in miniſtris, & ijs, quorum munus eſt prædicare verbum Dei.

38 39 * *Vir, ſiue mulier, in cuius cute candor apparuerit*, &c. Candor in pelle, cum eſt ſubobſcurus, vel rugoſus, vt ex hebræo verti poteſt; non eſt lepra, ſed macula munda. Obſcuritas indicat humorem non valde corruptum. Ruga cutis indicat non eſſe ſub illa collectionem putredinis.

Tropologia. Macula, peccatum ſignificat; Candor, puritatem; Obſcuritas, contritionem; Ruga, pœnitentiã. b Ergo macula candida, & ſubobſcura; eſt malus habitus, qui adhuc relinquitur poſt peccati actum, cuius malitia iam contritione, ac pœnitẽtia deleta eſt. Illa macula munda eſt, quia eſt cum gratia. Vel c Macula candida, & ſubobſcura, eſt peccatũ veniale, cũ quo eſt adhuc humor diuinæ gratiæ.

b 1. par. diſt. 6. n. 162. p.256.

c p.1200.

40 41 42 43 * *Vir, de cuius capite capilli fluunt*, &c. Caluitium non indicat putredinem, ſed humoris defectum, quo capilli nutriũtur, can. 1304. ergo defectus capillorum non indicat lepram, niſi alia lepræ ſigna ſint in caluitio; de quibus ſupra dictum eſt.

Tropologia. Caluitium, ſymbolum eſt mentis diuinis cogitationibus exutæ, Cant. 4.1. Iſa. 3. Ezech. 8. d A ſummo capite cadunt pili, cum de vltimo fine, æternaque felicitate non cogitamus. Cadunt à fronte pili, cum illud Pauli monitum obſeruare deſiſtimus: vt quæ retrò ſunt obliuiſcentes, ad anteriora nos tota mente extendamus: cum ſpiritualem profectum cogitatione non molimur. Poteſt hoc ſine peccato accidere, ſine noſtra culpa; ſed ex vehementi diaboli tentatione e Cauendum ne id ex noſtra culpa accidat, ob peccatum mortale, per quod diuinis auxilijs deſtituimur.

d p. 888, 892.

e p.377.

44 45 46 * *Quicunque ergo maculatus fuerit lepra*, &c. Leproſus arbitrio Sacerdotis ſe paratus, præcipitur veſtimenta habere diſſuta, & caput nudum, non ſolum vt ab alijs dignoſcatur, ac vitetur; ſed etiam vt eius ſanitati conſulatur, vt exhalet lepra, ne illum magis inficiat. Præcipituros veſte contegere, ne fœtor, & corruptio halitus ad alios perueniat. Præcipitur contaminatum ſe, ac ſordidum clamare: vt ab alijs vitetur. Præcipitur ſolus extra caſtra habitare, ne alios inficiat.

Tro-

Digitized by Google

Tropologia. *f* Hæc mysticè pœnas indicant, quas Ecclesia solet Hæreticis irrogare: quos publico iudicio condemnat, & à communione Fidelium separat. Præterea indicant hæc pœnas spirituales eius, qui in peccatum mortale lapsus est, & malos peccati effectus. 1. Vestimenta, Iustitiæ symbolũ sunt, Iob 29.14. Isa.61.10. & operum, Cant.4.11. *g* Rumpuntur per peccatum mortale ornamenta virtutum; *h* destituitur concupiscentia ordine, quem habet ad delectabile moderatum; *i* amittunt opera bona ius ad vitam æternam, & quasi vnionem cũ illa. 2. Caput, est mens, vt supra dictum est. K Nudum caput, est mens, quæ per peccatum iustitiæ coronam amisit, & ius ad vitam æternam, quod habebat ratione gratiæ. 3. Quatenus os desiderij, ac spei symbolum est, Psal.80.11. & 118.131. *l* Os veste contectum, sunt desideria æternæ felicitatis per immoderatum amorem temporalium extincta. Quatenus os, sermonis symbolum est, can. 6888. *m* Os veste contegere, est à diuina laude, ratione illicitarum occupationum cessare. Claudere os, est diuinas laudes tacere, Esther 13,7. 4. Clamare, est magnitudinem patrati sceleris Deum ad vindictam prouocare, Gen.4.10. & 18.20. *n* Ergo contaminatum, ac sordidum se clamare, est ipso sceleris facto se reũ æternæ pœnæ declarare. 5. *o* Habitare leprosum extra castra, est non habere ratione mortalis culpæ vnionem charitatis cum Ecclesia. Castra symbolum sunt Ecclesiæ, Cant.6.3. ex Gregorio.

* Vestis lanea, siue linea, quæ lepram habuerit, &c. Agitur de lepra vestium. Contingit enim etiã vestes putrescere, & contagium cõtrahere, & suo tactu homines inficere. Ne id accidat, comburendæ.

Tropologia. Dictum est supra, vestimenta symbolum esse in sacris Scripturis & iustitiæ, & gratiæ, & operum. Quid ergo est lepra in vestimentis? 1. *a* Quoniam lana, simplicitatem significat, quatenus ex ouibus sumitur; & rusticorum indumẽtum esse solet: *b* lepra in veste lanea est malitia christianam simplicitatẽ corrumpens; *c* vel culpabilis error, & ignorantia, & omne aliud peccatum in simplicibus. 2. Quoniam linum mundum, & candidum, symbolum est gratiæ habitualis, & innocentiæ, Apoc.15.6. Dan.10.5. *d* Lepra in veste linea, est peccatum, quatenus gratiam corrumpit, & innocẽtiam. *e* Vel Error circa gratiæ doctrinam: vt si quis putaret posse gratiã habere viribus proprijs; aut gratiam non esse habitum animo infusum. 3. *f* Lepra in subtegmine, est error circa doctrinam fidei, quæ est salutis principium, & spei fundamentum; vt si quis diceret, Fidem non esse donum Dei, aut solam, ac sine operibus, fidem esse satis ad salutem. 4. *g* Lepra in stamine, est error circa doctrinam Spei Christianę. vt si quis confideret ad bona supernaturalia per vires, & media naturalia posse pertingere. 5. *h* Pellis, mortificationem significat, quatenus è mortuis bestijs detrahitur. *i* Lepra in pelle, est peccatum, quod virtutem mortificationis corrũpit; vt cum quis à delectabilibus abstinet, vt aliquid cõsequatur diuinę voluntati contrarium. K Vel lepra in pelle, est error circa doctrinam Temperantiæ. vt si quis diceret, esum carnium, vel Ecclesiæ ieiuniũ non esse licita. 6. *l* Flammis comburitur, quod lepra infectum deprehenditur: quatenus mortale peccatum æterno igne mulctatur. 7. Lepra perseuerans, *m* pertinacię peccatum est, *n* & finalis impœnitentia. 8. *o* Lepra volatilis, *p* est peccatum, quod pœnitentia deletur; cũ ex bono operẽ pœnitẽtiæ, superbiendi occasionem sumimus. vt cum quis dum luxuriam frenat in corpore, superbia eleuatur in mente. 9. *q* Lepra cessante, aqua lauãtur quæ fuerant infecta, & munda reddũtur: quatenus retractato per veram pœnitentiam peccato, Sacramentorum efficacitate, gratia in animo recipitur.

f p.869, 870, 871, 873, 1285.
g p.1267.
h p.1272.
i p.797.
k p.1267, 1276.
l p.1479.
m p.661.
n p.1277, 1282, 1283, 1284.
o p.624.
a Greg. & Aug. in Syl. Alleg. v. Lana.
b p.1768.
c p.1251.
d p.1266, 1267.
e p.1425.
f p.1331, 1333.
g p.1425, 1483.
h Gregor. Nyssen. in Syn. Alleg. v. Pellis.
i p.2288.
k p.1425.
l p.1019, 1282.
m p.2256.
n p.816.
o Greger. apud Giuf.
p p.2441.
q p.776, 778.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SVMMA.

De duobus agitur in hoc capite. De ritu mundandi leprosum; & de lepra domus, rituque mundandi domum.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Hic est ritus leprosi, quando mundandus est: Adducetur ad sacerdotem 3 qui egressus de castris, cùm inuenerit lepram esse mundatam, 4 præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos passeres viuos pro se, quibus vesci licitum est, & lignum cedrinum, vermiculumque & hyssopum. 5 & vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: 6 alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo, tinget in sanguine

Digitized by Google

passeris immolati, 7 quo aspergetillum,qui mundandus est,septies, vt iure purgetur:& dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. 8 Cumque lauerit homo vestimenta sua,radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatusque ingredietur castra,ita dũtaxat vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus, 9 & die septimo radet capillos capitis, barbamq; & supercilia,ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus & corpore, 10 die octauo assumet duos agnos immaculatos,& ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificium, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. 11 Cumque sacerdos purificans hominem, statuerit eum,& hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, 12 tollet agnum,& offeret eum pro delicto, oleiq; sextarium. & oblatis ante Dominum omnibus, 13 immolabit agnum, vbi solet immolari hostia pro peccato,& holocaustum, id est,in loco sancto. Sicut enim pro peccato,ita & pro delicto ad sacerdotẽ pertinet hostia: Sancta sanctorum est. 14 Assumensque sacerdos de sanguine hostiæ,quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus dextræ & pedis: 15 & de olei sextario mittet in manum suam sinistram, 16 tingetque digitum dextrum in eo,& aspergetcoram Domino septies. 17 quod autem reliquum est olei in læua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur,& super pollices manus ac pedis dextri,& super sanguinem qui effusus est pro delicto, 18 & super caput eius. 19 Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet sacrificiũ pro peccato. tunc immolabit holocaustum, 20 & ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo ritè mundabitur. 21 Quòd si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnum ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos,decimamq; partem similæ conspersæ oleo in sacrificium,& olei sextarium, 22 duosque turtures siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato,& alter in holocaustum: 23 offeretq; ea die octauo purificationis suæ sacerdoti,ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino. 24 qui suscipiens agnum pro delicto & sextarium olei, leuabit simul: 25 immolatoque agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri: 26 olei verò partem mittet in manum suam sinistram, 27 in quo tingens digitum dextræ manus aspergetseptiescoram Domino: 28 tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri, in loco sanguinis qui effusus est pro delicto: 29 reliquam autem partem olei, quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominum: 30 & turturem siue pullum columbæ offeret, 31 vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamẽtis suis. 32 Hoc est sacrificium leprosi,qui habere non potest omnia in emundationẽ sui. 33 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron,dicens: 34 Cùm ingressi fueritis terram Chanaan,quam ego dabo vobis in possessionem,si fuerit plaga lepræ in ædibus, 35 ibit cuius est domus,nunciãs sacerdoti,& dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. 36 At ille præcipiet vt efferant vniuersa de domo, priusquam ingrediatur eam, & videat vtrùm leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitq; postea vt consideret lepram domus: 37 & cùm viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, 38 egredietur ostiũ domus,& statim claudet illam septẽ diebus. 39 Reuersusq; die septimo, considerabit eam. si inuenerit creuisse lepram, 40 iubebit erui lapides in quibus lepra est,& proijci eos extra ciuitatem in locum immundum: 41 domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem in locum immundum, 42 lapidesq; alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. 43 Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis erasus, & alia terra lita, 44 ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus: 45 quam statim destruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuersum puluerem proijcient extra oppidum in locum immundum. 46 Qui intrauerit domum quando clausa est, immundus erit vsque ad vesperum: 47 & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit vestimenta sua. 48 Quòd si introiens

Digitized by Google

troiens sacerdos viderit lepram non creuisse in domo, postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate: 49 & in purificationem eius sumet duos passeres, lignumque cedrinum, & vermiculum atque hyssopum: 5 & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, 51 tollet lignum cedrinum, & hyssopum, & coccũ & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus, & asperget domum septies, 52 purificabitque eam, tam in sanguine passeris quàm in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignoque cedrino & hyssopo atque vermiculo. 53 Cumque dimiserit passerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur. 54 Ista est lex omnis lepræ & percussuræ, 55 lepræ vestium & domorum, 56 cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ, & in varias species, coloribus immutatis, 57 vt possit sciri quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

Interpretatio litteralis.

Hic est ritus leprosi, &c. Theologia, quam totum hoc caput continet, eadem est cum superiorum capitum Theologia.

a p. 858, 1124. 1. *a* In veteri lege varias obseruantias cæremoniales fuisse: ad maiorem reuerentiã

b p. 860. diuini cultus. 2. *b* Oportuisse aliqua specialia in veteri lege obseruari in his, quæ spectant ad cultum Dei: vt per illa melius

c p. 1125. Christi mysteria figurarentur. 3. *c* Cæremonias veteris legis, Christi mysteria figurasse. ita Paulus docet in Epistola ad

d p. 861. Hebræos, præsertim cap. 9. 4. *d* Habuisse cęremonias veteris legis virtutem ad tollendas immunditias, seu irregularitates ex statuto legis inductas.

* *Cum inuenerit lepram esse mundatam*, Vel quia vera lepra non fuit, sed apparens: vel quia naturæ virtute, vel quia miraculosè sanata est, vt contigit decem leprosis à Christo mundatis.

* *Vt offerat duos passeres viuos*, &c. Symbolum erat ea oblatio perfectæ sanitatis. Passeres viui, significabãt seruatam in leproso vitam. quia passeres animalia munda erãt, quibus vesci licitum: indicabant leprosum iam esse mũdum. Lignum cedrinum quatenus imputribile, significabat leprosum iam liberum à lepræ corruptione. Quatenus in vermiculo est color purpureus, significabatur sanguis in leproso purus, sine putredine. Per hyssopũ, quæ est herba boni odoris, medicina multis morbis, humores crassos extrahens; significabatur lepra sanata, quæ malũ odorem parit, & tenacem habet humorem.

* *Vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes.* Aquæ viuentes dicuntur, quæ mouentur, vt sunt aquę fontium, & fluuiorũ. Sumendum erat vas terreum, in illud infundenda aqua viua, super illo mactandus passer, vt sanguis in aquam stillaret. *Immolari*, hebr. ונח *Shahhat*, Iugulare, mactare, occidere. non erat sacrificium.

* *Alium autẽ viuum*, &c. Alius passer viuus, & lignum cedrinum, & coccus, & hyssopus tingenda erant sanguine passeris mortui; * & aspergẽdus is, qui mũdandus erat, septies. Putandum filo coccineo alligatum fuisse hyssopum ligno cedrino, vt aspersioni posset deseruire.

* *Maneat extra tabernaculum suum septem diebus*, &c. Vt maior sit certitudo, quod mundatus sit à lepra, & per nouam pilorum abrasionem, & vestimentorum lotionem, lepræ reliquiæ, si quæ remanserant, magis purgentur: ne vxorem, & domesticos inficiat.

* *Assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam*, &c. Tria sacrificia offerenda erant: vnum pro delicto, alterum pro peccato, tertium in holocaustum pro gratiarum actione. Differentia delicti, & peccati dicta est supra in principio capitis septimi. Offerebatur sacrificium pro delicto, & peccato, tum quia lepra, vt & alij morbi, solet esse pœna peccati tum operis, tum omissionis; tum quia ipsa lepra erat peccatum, & delictum, id est, & immunditia legalis, quæ erat peccatum, hoc est defectus munditiæ; & causa omissionis multorum rituum ad diuinum cultum spectantium; quæ omissio delictum dicebatur, vt in capite septimo diximus cum Augustino. *Tres decimas similæ*, Pro triplici sacrificio, quod nõ fiebat sine simila. Decima similæ, erat decima pars ephi, Num. 28. 5. Ephi erat decima pars cori, c. 2850. *Olei sextarium*, Sextarius cyathos duodecim continebat, c. 2833. Adhibebatur oleum ad significandã, & efficiendam, si opus esset, perfectam sanitatẽ in leproso. habet enim oleum vim sanatiuam pustularum, & apostematum, c. 4941. *Orabit q; pro eo*, &c. *f* Vide sup. c. 12. n. 7. litt. m, n. f p. 1926, 1932.

* *Præcipiet vt efferant vniuersa de domo*, &c. Ne omnia immunda redderentur, si Sacerdos iudicaret domum esse leprosam. Solent parietes, vt & vestes, corrumpi, & qualitates concipere infectiuas.

* *Claudet illam septem diebus*, Vt apertius

tius appareat corruptio, ſi qua eſt. nam domus non habitatæ facilius peiorantur.
* *Qui dormierit in ea, & comederit quip-* 47
piam, lauabit veſtimenta, Nam ratione moræ in domo corrupta potuerunt aliquo modo infici veſtimenta. * *Orabit pro do-* 53
mo. Hebr. Expiationem faciet pro domo. Orare, videtur accipi pro, Benedicere,
g p.1952. malum auertere. *g* Actus virtutis eſt alijs benedicere, id eſt, verbo, vel ſigno alio illis
h p.1953. à Deo bona precari. *h* Oratio mirabiles effectus facit: nunc expiat domum.

Interpretatio myſtica.

De purificatione leproſi.

PSalmiſta pſal. 50. precans à Deo remiſſionem ſuorũ ſcelerum, ait, *Asperges me, hyssopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor*. Non eſt remiſſio peccatorum, neque ablutio maculæ, quæ ex illis relinquitur, niſi per ſanguinem Chriſti. Ergo hyſſopus, cuius mentionem facit Pſalmiſta, Chriſtum figurauit, & aqua purificans ſignificauit Chriſti gratiã. Quod Apoſtolus indicat Hebr. 9. dum ait, veteres ritus, vt baptiſmata, purificationes, & ſimilia, non potuiſſe conſcientiam mundare; ſed fuiſſe figuras noſtri tẽporis. Ergo purificatio à lepræ immunditia, eſt purificatio à peccato. Iam paſſer in Scripturis ſanctis eſt ſymbolum Iuſti perſecutionẽ patientis; proinde maximè Chriſti ſymbolum eſt, qui omnium iuſtorum maximè perſecutiones paſſus eſt, Pſal. 10. 2. & 83. 4. & 101. 8. & 123. 7. Cedrus, diuinæ Sapientiæ ſymbolũ, Eccli. 24. 17. & 50. 14. Color purpureus, & rubicundus, fuſum ſanguinem ſignificat, Cant. 5. 10. Iſa. 63. 2. ex Gregorio in Cant. 5. & excellentem perfectionem, Cant. 7. 5. ex Greg.

Ex his intelligimus in purificatione le-
a p.429. præ, id eſt, peccati 1. * *a* Duos paſſeres 4
mundos, eſſe duas naturas puriſſimas in Chriſto, diuinam, & humanam. 2. Lignũ cedrinum eſſe Perſonam Verbi, quod eſt Patris Sapientia. Cedri incorruptio, eſt
b Gloſſa. immortalitas diuini Verbi, & impeccabilitas. Vel lignum cedrinum *b* eſt Chriſti Crux; cuius fides ſine vlla falſitatis putredine, & ſemper manebit. 3. Hyſſopus, eſt Chriſti caro, inſtrumentũ Verbi ad faciendam purgationem peccatorum, Heb. 9. 19. 4. Vermiculus, quo hyſſopus ligno cedrino alligabatur; eſt vnio hypoſtatica, quæ
c p.543. carnem vnit Perſonæ Verbi. *c* Color rubicundus ſignificat finem, ad quem facta eſt vnio hypoſtatica, nempe vt Deus pro noſtris peccatis ſanguinẽ funderet. Significat ſummum amorem, quo Deus dilexit mũdum, vt ſuum vnigenitum morti tra-
d p.544. deret: *d* Vel vitta purpurea ſunt claui ſanguinei, & charitas, quę Chriſtum Cruci affixerunt.

5 *e* * Paſſer, qui occiditur in vaſe fictili e p.530.
ſuper aquas viuẽtes; eſt Chriſtus, qui moritur quatenus mortalis ſecundũ carnem.
f In cuius mortuo latere fuit ſanguis, & f p.560.
aqua. *g* Sanguis ſignificauit paſſionem, g p.573.
aqua gratiam, quam nobis Chriſtus per
ſuam paſſionem meruit. Vel *h* ſanguis ſi- h p.762.
gnificauit Sacramentum Euchariſtię, quo alimur; *i* aqua Sacramentum Baptiſmi, i p.757.
quo generamur filij Dei. *k* Vel paſſer, qui k p.757.
occiditur, ſignificat noſtrum hominem veterem, qui perit, & renouatur in vaſe corporis noſtri, per aquam viuam gratiæ. Vas fictile, ſymbolum eſt humani corporis, 2. Cor. 4. 7. 1. Theſſ. 4. 4. Aqua, ſymbolum eſt gratiæ, c. 5349.

6 * *l* Paſſer viuus tingitur sãguine paſſeris l p.543,
immolati, quatenus per communicationẽ 544.
idiomatũ ratione vnionis perſonalis, verè dicitur Deus pati, Deus mori, Deus ſanguine tingi. Lignum etiam cedrinũ, id eſt, Crux tincta eſt ſanguine Chriſti, & ſecundum contactum, & ſecundum virtutem, quatenus efficaciam ſumpſit à ſanguine Chriſti ad mirabiles effectus.

7 * Qui mundãdus eſt, vt iure purgetur, ſepties aſpergitur ſanguine paſſeris immolati; *m* tum quia ſeptem ſunt Sacra- m p.748,
menta, quæ virtute ſanguinis Chriſti, gra- 749.
tiam efficiunt, qua reddimur puri. *n* tum n p.1204.
quia ſeptem ſunt peccatorum genera, quę purgatione indigent. *o* tum quia ſeptem o p.365,
ſunt virtutũ genera, ſeptem Spiritus ſan- 366.
cti dona, quæ cum gratia recipimus cum iuſtificamur.

Dimittitur paſſer viuus vt auolet: *p* tũ p p.12.
quatenus Chriſtus non eſt paſſus ſecũdum diuinitatem: *q* tum quatenus reſurrexit q p.592,
immortalis, & aſcendit in cælum. Vel 601.
r paſſer viuus, & auolans, eſt homo nouus r p.403,
noſter, cum iuſtificamur, qui liberatur à 573, 583.
ſeruitute peccati.

8 * *s* Lauare veſtimenta, eſt mala opera s p.412,
fletu pœnitentiæ diluere. Veſtimenta 781, 800.
enim, vt ſupra dictum eſt, ſunt ſymbolum operum. 2. *t* Radere pilos corporis, eſt t p.661.
terrenorum curas amputare: 3. *u* Aqua u p.1043,
lauari, eſt operibus miſericordiæ peccato- 1603.
rũ maculas operire, ac tergere. Aqua enim miſericordiæ, bonorumq; operũ eſt ſymbolum, Eccli. 3. 33. & 15. 17. *x* His pœni- x p.406.
tẽtiæ actibus præparatur animus ad iuſtificationẽ. *y* Vel aqua lauari, eſt Baptiſmi y p.757.
Sacramẽto purgari. 4. *z* Caſtra ſũt Eccle- z p.620.
ſia: quam ingreditur, qui Baptiſmum ſuſcipit Sacramentũ fidei, quiq; iuſtificatur.
5. *a* Manere extra tabernaculum ſuum ſe- a p.791,
ptem diebus, eſt animo extra corpus eſſe, 808, 1271.
incumbendo operibus pœnitentiæ, curam 2272.
corporis aliquantulum relinquendo, vt ſeptem vitia purgentur. nam tabernaculum

lum

lum est corpus humanum respectu animi, 2.Cor.5.4. 1.Pet.1.13,14.

b p.778, 779, 803. * *b* Radit septimo die capillos capitis, barbamque,& supercilia,& totius corporis pilos;qui præparato iam animo,& pœnitentiæ actu perfectè formato,accedit ad Pœnitentiæ Sacramentum,& omnia peccata à se confitendo, ac pœnitendo depellit, tum peccata cogitationis, quæ capitis capilli significant; tum peccata oris, quæ barba significat; tum visus, quæ supercilijs, tum aliarum omnium potentiarum, quæ totius corporis pilis indicãtur. Lauat rursum vestes, & corpus, qui peccata post Baptismum patrata sacramentali absolutione,atque gratia expiat. *c* Quod faciendum est antequam quis ad Eucharistiæ Sacramentum accedat. 9

c p.774, 775.

* Quę sequuntur,ad sacrificium,& Sacramentum eucharisticum videntur mysticè pertinere. *d* Nam eo sacrificio,& Sacramento, quod viua est Christi mortis repræsentatio, Christum ipsum realiter continens; *e* habetur perfecta animorum purgatio; quatenus Christo vnimur, qui summa puritas est, *f* & remedium recipimus contra concupiscentias, & vitia, è quibus prodeunt peccata. *g* Ergo duo agni, & quis sine macula, sunt ipse Christus,quatenus sacrificium, & habens tres substantias vnitas, nempe corpus, animam, & diuinitatem. *h* Tres decimæ similæ oleo conspersæ, idem Christus est cum eisdem tribus substantijs, quatenus panis viuus est, & cibus noster. *i* Olei sextarium, est ipse Christus, cuius nomen oleum effusum, Cant.1. qui nostra vulnera sanat, à quo fidei, & gloriæ lumen habemus. * K Sanguis, qui ponitur in extremo auriculæ dexteræ, & in pollicibus manus dextræ, & pedis, sunt passiones Christi, quatenus meruerunt nobis fidem, quæ est ex auditu, & bona opera, quæ per dextram manum, & pedem significantur. * *l* Digitus, quo Sacerdos septies oleum aspergit coram Domino; est ministerium, quod Deo exhibent Sacerdotes nouæ legis in septem Sacramentis ministrandis. * *m* Oleum, quod funditur super extremum auriculæ dextræ, est gratia, quæ per merita Christi nobis datur ad obediendum fidei, & diuinis præceptis. Auris, obedientiæ symbolum est, Psal.17.45. & 39.7. *n* Oleum super pollices manus dextræ, & pedis, est gratia ad opera bona, præsertim misericordiæ, *o* & ad frænandas concupiscentias. Manus, operis symbolum est, can.6591. Pedes, affectus symbolum sunt, Thre.1.9. Hebr.12.13. *p* Oleum super sanguinem, qui effusus est pro delicto, significat remissionem peccatorum, & gratiam dari nobis per sanguinem Christi, *q* vel sanguinem à Christo fusum esse pro nostris delictis ob nimiam charitatem, qua Christus nos dilexit. *r* Oleũ super caput, est gratia Christi, quatenus mentem illuminat. nam caput est symbolum mentis, can.5612. 10 11 12 13 14 15 16 17

d p.742, 743, 745, 747, 762, 764, 765.
e p.765, 770, 771.
f p.769.
g p.429.
h p.429, 764, 765.
i p.573, 576.
k p.575.
l p.646, 745.
m p.575, 1351.
n p.371, 372, 374, 377.
o p.2257.
p p.584.
q p.492, 563.
r p.370, 373, 376, 576.

De mystica lepra domus, eiusque purificatione.

DOmus pro familia sumitur, Ruth 4. 11. Luc. 11. 17. & pro Ecclesia, Psal. 47. 4. Isa. 2. 2. & pro conscientia, Matth.7. 24. Lapides respectu ædificij, sunt homines respectu congregationis, & familiæ, Isa.54.11. Zachar.9.16.

35 1. * *a* Lepram domus Sacerdoti nũciat, qui peccatum in malum communitatis vergens, infectiuum aliorum, aut quod priuata correctione non potest corrigi, Ecclesiæ denunciat. Id enim charitatis
36 veritas requirit. 2. * *Præcipiet*, inquit, *vt efferant vniuersa de domo, prius quam ingrediatur eam, & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia, quæ in domo sunt.* *b* Ante quam ad pœnarum
37 impositionem veniatur, vt ad excommunicationem, suspensionem, interdictum, diligenter inquirendum est, & cauendum,ne quod famæ detrimentum patiantur innoxij; *c* ne qua pœna cum noxijs innocentes plectantur. *d* Malorum hominum familiaritas fugienda, ne sociis
38 scelerum existimeris. * 3. Deprehensa lepra, claudenda est domus septem diebus, *e* tum quia Fideles ab improborum, præsertim Hæreticorum commercio sunt arcendi, ne corrumpantur, *f* quod interdum fit excommunicando, *g* aut carcerando. *h* tum quia est diligenter in scelus inquirendum. *i* tum quia antequam pœnæ iniungantur, est improbi resipiscen-
39 tia, & correctio expectanda. * 4. Si in-
40 uenta est creuisse lepra, eruuntur lapides, & proijciuntur extra ciuitatem in locum immundum: *k* quia qui pertinax est in errore,ac scelere, abscindi debet è corpore Ecclesiæ, *l* & pertinacium pœna plecti,
41 * 5. *m* Radere domum intrinsecus per circuitum, est malum exemplum, & malam doctrinam,quam impij communitati impressérunt, omni diligentia abolere.
42 * 6. *n* Lapides alij reponuntur pro his, qui ablati fuerunt; cum ablegatis improbis viri pij acciuntur pro bono communitatis. 7. *o* Luto alio linitur domus, cum nouis institutionibus,legibus,ritibus, bono exemplo, communitatis damnum re-
43 paratur. * 8. *p* Lepra perseuerans demo-
44 litione domus aboletur, cum peccatum
45 inueteratum, & ad multitudinem spectans, totius cõmunitatis pœna plectitur.
46 * 9. *q* Intrare domum quando clausa est,

a p.1636, 1870.
b p.1761.
c p.2105.
d p.913.
e p.913, 914.
f p.870.
g p.1858.
h p.1240, 2079.
i p.1726, 1728.
k p.870.
l p.1279, 1285,2099. 2103,2104.
m p.2080.
n p.915.
o p.2078.
p p.2101.
q p.913.

est

est cum excommunicato politicè cõmunicare. Immunditia vsque ad vesperum, videtur esse excommunicatio minor cum
r p.913. culpa veniali. 10. r Dormire in leprosa domo, & in ea comedere; est cum improbis in crimine communicare. s quæ im- s p.779.
munditia Pœnitentiæ Sacramento tollenda est, quod est vestimenta lauare.

Alia, quæ sequuntur, supra interpretati mystice sumus in purificatione leprosi.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SVMMA.

32 * *Lex traditur de immunditia, & purificatione, & eius, qui patitur fluxum seminis, & qui*
33 *polluitur coitu, & qua menstruis temporibus separatur, uel qua iugi fluit sanguine, & hominis, qui dormierit cum ea.*

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 2 Loquimini filijs Israel, & dicite eis: Vir, qui patitur fluxum seminis, immundus erit. 3 Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cùm per singula momenta adhæserit carni eius, atque concreuerit fœdus humor. 4 Omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, & vbicumque sederit. 5 Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 6 Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 7 Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 8 Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperam. 9 Sagma, super quo sederit, immundum erit: 10 & quidquid sub eo fuerit, qui fluxum seminis patitur, pollutum erit vsque ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 11 Omnis, quem tetigerit qui talis est, non lotis antè manibus, lauabit vestimẽta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 12 Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. 13 Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. 14 Die autem octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum Domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabitque eos sacerdoti, 15 qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: rogabitq; pro eo coram Domino, vt emundetur à fluxu seminis sui. 16 Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vesperum. 17 Vestem & pellem, quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. 18 Mulier, cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. 19 Mulier, quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. 20 Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum: 21 & in quo dormierit vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. 22 Qui tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 23 Omne vas, super quo illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsque ad vesperum. 24 Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratum, in quo dormierit, polluetur. 25 Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post menstruũ sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo. 26 Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit. 27 quicumque tetigerit ea, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 28 Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ: 29 & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum, ad ostium tabernaculi testimonij: 30 qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, roga-

Digitized by Google

rogabitque pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius. 31 Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditiam, & nō moriantur in sordibus suis, cùm polluerint tabernaculum meum quod est inter eos. 32 Ista est lex eius, qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, 33 & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis, qui dormierit cum ea.

Interpretatio litteralis.

a *Vid. c. 14. in princ. lit. a, b, c, d.*

VIr, *qui patitur fluxum seminis*, &c. *a* Doctrinam theologicam huius capitis vide in principi o capitis præcedentis. 2

* *Sagma*, hebr. מרכב *Merçab*, Ephippium, stratum. LXX. σάγμα, cento, clitella. 9

* *Rogabitque pro eo coram Domino, vt emundetur a fluxu seminis sui.* Hebr. Expiationem faciet pro eo Sacerdos coram Domino. *c* Hales, Sacerdotes esse sacrificij ministros: *d* & sacrificio placari Deū: *e* & Sacerdotis munus esse, orare pro populo: *f* & orationis efficacitatem. 15

c *p. 646, 745.* d *p. 747.* e *p. 646.* f *p. 1926, 1932.*

* *Vir de quo egredietur semē coitus*, &c. Vt moderatè vterentur concubitu etiam licito cum vxore, molestiam lauandi totum corpus Deus imposuit. 16

Et non moriantur in sordibus suis, cum polluerint Tabernaculum meum. Vt non moriantur propter sordes suas. *In*, ponitur pro *Propter*, c. 2799. *g* Congruum est à male agendo, pœnarum comminatione deterrere. *h* Consequuntur pœnæ ad peccatum, quas Deus infligit.

g *p. 1293.* h *p. 1279.*

Interpretatio mystica.

S. Paulus ad Hebr. 9. 9. docet, vetus Tabernaculum, & omnia, quæ ad purificationem spectabant, vt quis posset Tabernaculum ingredi; fuisse parabolā nostri tēporis, & c. 10. legem veterem, & hostias pro peccatis, fuisse vmbram futurorum. Quæ hoc in capite habentur ad legem veterem spectāt, & ad vetus tabernaculū. Eorum igitur mystica interpretatio est inquirēda, quæ ad nostra tempora spectet, & ad nostram institutionem. Nullus autē videtur melior inquirendi modus, quàm videre quam aliam significationem habeant in sacris Scripturis verba, & res, de quibus hic agitur. * *q* Iam ipse Christus ait, semen significare verbum Dei, sacram doctrinam, Matt. 13. 27. Luc. 8, 11. Vt autem semē viri est propter prolem, ita verbum Dei est ad gignendum Deo filios per fidem, & gratiā. Nam iustus ex fide viuit: fides autem ex auditu: auditus autem per verbum Dei. Per fluxum autem semen corrumpitur, nec habet modum ad generationē ordinatum. Corrumpunt verbum Dei prædicatores hæretici. *b* Hi ergo sunt, qui fluxum seminis patiuntur. 2

q *Glossa.* b *p. 710. 883, 1425.*

3 1 * Fœdus humor, est praua doctrina. *c* Ex eo quis esse hæreticus, & Doctor, Ecclesiæ pernicioſus noscitur, cum affectu pertinax est erga doctrinam aliquam Catholicæ doctrinæ contrariam. Hoc significat, Adhærere carni fœdum humorem, c. 5270. c *p. 2256.*

4 2 * Dormire, symbolum est Peccati, Ephes. 5. 14. 1. Thess. 5. 6, 7. Sedere, symbolum est Docentis, Psal. 1. 2. Matt. 23. 2. & consentientis, Psal. 24. 4, 5. & 100. 6. *Omne*, inquit, *stratum, in quo dormierit, immundum erit, & vbicunque sederit.* *d* Quicunque doctrinam docentis praua receperit, reus erit erroris, & culpæ. d *p. 1731. 2151.*

5 3. * *Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum.* *e* Videtur prohiberi commercium cum hæretico, & vsus librorum hæreticorum, ac lectio. Est ab Ecclesia excommunicatus, qui hoc agit, & peccat, etiam si praua doctrinæ non consentiat. *f* Ideo expiari debet Sacramento confessionis, *g* & agere vesperum pœnitentiæ. e *p. 913. 1422.* f *p. 779.* g *p. 781.*

6 4 * *Si sederit vbi ille sederat*, &c. *h* Qui docuerit, quod hereticus docuerat, *i* indiget vt purgetur, absolutione sacramentali, & pœnitentia. h *p. 779. 781.* i *Glossa.*

7 5 * *Qui tetigerit carnem eius*, &c. Caro hæretici, sunt opera carnis, quę cōsequuntur ad pravam doctrinam. Tangere, est velle, & imitari, Iob 6. 7. Prouerb. 6. 29. Eccli. 13. 1. *k* Prohibemur carnalibus hereticorum operibus communicare. Peccatum enim est, indigens expiatione. k *p. 1221. 2152.*

8 6 * *Si saluuam*, &c. Vt sal prudentiæ, *l* ita saliua versutię, ac malitiæ symbolum videtur esse. Solent praui Doctores esse prudentes secundum carnem. *m* Prohibemur eam prudentiam recipere, & imitari. l *Origen. in Matt. hom. 22. Greg. 1. Pastorali. 5.* m *p. 1768. 1769.*

9 7 * *Sagma, super quo sederit*, &c. *n* Sagma, quod est vile quid, videtur significare mentem rudium, & idiotarum, & plebis. quæ sub eo, qui patitur fluxum seminis est, cum praui Doctoris doctrinā recipit. n *p. 2151.*

10 8 * *Qui portauerit horum aliquid*, &c. *o* Portare id, in quo seminifluus sederit, est hæreticum iuuare in eo, quod ad hæresim propagandam pertinet. o *p. 1724. 1731.*

11 9 * *Omnis, quem tetigerit qui talis est*, &c. Manus, præcepti symbolum est. *p* Tangit alium nō lotis manibus, p *p. 1100. 2067.*

Digitized by Google

qui præcipit aliquid, quod peccatum est, & alius illud exquiritur.

10 * *Vas fictile, quod tetigerit confringetur.* Vas fictile, symbolum est Cordis pessimi, Prou. 26. 23. Cor pessimum est, quod semel receptam hæresim, pertinaciter tuetur. *q* Is supplicio extremo damnandus. *Vas autem ligneum lauabitur aqua.* *r* Vas ligneum, cor mole, ac docile videtur significare. quod facile ab errore reducitur. quod debet aqua pœnitentiæ, & Sacramento Confessionis purificari.

11 * *Si sanatus fuerit, qui huiusmodi passionem, &c.* Tria præstanda sunt ei, qui relictò errore, ad Ecclesiam reuertitur. 1. *s* Agenda illi est pœnitentia multò tempore; quod indicatur numero septem dierum. Abiuranda est hæresis perfectè, ac omnis error. Quicunque autem error alicui ex septem virtutibus contrarius est, Probandus, & examinandus an rectè de doctrina septem virtutum sentiat cum orthodoxa Ecclesia. 2. *t* Purificandus est aquis viuentibus Sacramenti Confessionis. 3. *u* Ad sacrificium, & Sacramentum Eucharistiæ admittendus: à quo habetur perfecta purificatio. Tabernaculum, altare eucharisticum significat: duo turtures, & duo pulli columbarum, significat corpus, & sanguinem Iesu Christi.

q p. 1285, 2104.
r p. 779. 781.
s p. 781.
t p. 774. 779.
u p. 747, 748.

De immunditia mystica seminis in coitu.

EX amissione iustitiæ originalis per Adæ peccatum, factum est, vt sensus repugnet rationi; & in gignendis filijs; etiam si actus sit licitus, vt in Matrimonio, sit tamen quædam in seminando turpitudo; quatenus sensus libidinis perturbat, & obumbrat actus mentis, quæ est imago Dei nobilissima, cum actus libidinis vilissimus sit, & bestiarum proprius. * Habet ergo semen in coitu & honestatem, quatenus ad prolem ordinatur, & turpitudinem, quatenus est libidinosus. Quare symbolum est diuini verbi cum verum est, & incorruptum. nam per se, cum prædicatur, ad gignendum Deo filios ordinatur. Potest tamen prædicatoris malitia immundum reddi, si vel honoris, vel gloriæ, vel commodorum temporalium cupiditate seminetur: si diuinæ veritatis præstantia humanę sapientiæ vanis verbis inquinetur. *a* *Vir, de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vesperum.* Mysticus horum verborum sensus est, Peccatum esse, confessione expiandum, in ministrando Dei verbo vana, & inutilia miscere siue in rebus, siue in verbis, siue in intentione.

Mulier cũ qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. *b* Significatur mystice peccatum audientium, qui laudant prædicatores vanos, & eis adulantur; & vigent vt dicant cum ista, & auribus prurientia. Hoc enim est excipere viri semen cum sensu libidinis; prædicatoris vani verba cum delectatione, ac plausu audire.

16

19

24

a p. 1193.
b p. 781.
c p. 913, 1731.
d p. 1259.

b f. 2142, 2143. 2403.

De immunditia mystica hemorrhoissæ.

SAnguis per metonymiam sumitur pro omni peccato: quatenus dignum morte facit eum, qui illud operatur. Præcipuè peccatum carnis indicat, aut homicidij: quia vtrumque sanguinis effusione patratur, Isa. 1. 15. Os. 4. 2. Menstruata, peccatoris symbolum est, Zachar. 13. 1. Solent mulieribus menstrua singulis mẽsibus accidere, cum eius ætatis sunt vt possint cõcipere. Tempore gestationis in vtero idonea materia ad alimentum fœtibus menstruus sanguis est. Menstruorum virus territum. Arescunt superuentu mulsta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum, quibus insidere, decidunt: speculorum fulgor ipso aspectu hebetatur, acies ferri præstringitur, eborisque nitor: aluei apum emoriuntur: æs etiam, atque ferrum rubigo protinus corripit, odorque dirus aera: in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus infigitur, c. 4662. Ergo 1. * *a* Mulier, quæ patitur fluxum sanguinis, est Peccator recidiuus. 2. *b* Separatio septem dierum, est diuturna pœnitentia, qua reciduli sunt sanandi. 3. * *c* Coit cum menstruata, ac patiente sanguinis fluxum; qui sceleratos ad scelus patrandum iuuat. 4. *d* Tangit menstruatam, qui peccatorem imitatur.

Porrò mala menstruorum effecta, quantum sit peccati, præsertim carnalis virus significant, & mala quæ parit. Quæ legi possunt in nostra 1. par. Introduct. dist. 6. a p. 1264.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Præcipitur Ritus expiationis annuæ. 1. Summus Sacerdos lauare se debebat, & induere vestimentis communibus cæteris Sacerdotibus; Femineis, tunica, zona, cidari. 2. Offerendus illi erat pro se, & pro cæteris Sacerdotibus vitulus pro peccato, & aries in holocaustum. 3. Adductis ab vniuersa multitudine duobus hircis, & ariete; debebat super duos hircos mittere sortem in ostio Tabernaculi; vt alter offerretur Domino, alter emitteretur in desertum. 4. Immolare debebat pro se, & pro cæteris Sacerdotibus vitulum; & intrare cum thuribulo thymiamatis vltra velum in sancta, & aspergere digito de sanguine vituli septies contra propitiatorium. 5. Immolandus hircus pro peccato populi, & asperſio facienda de eius sanguine, vt dictum est de sanguine vituli. 6. Expiandum vtroque sanguine, & eodem modo altare thymiamatis cum Sanctuario. 7. Offerendus hircus viuens; & posita vtraque manu super caput eius, confitenda, & ei erant à Sacerdote vniuersa delicta multitudinis imputanda. 8. Adducendus hircus, & dimittendus in deserto. 9. Reuerso Aaroni in Sanctuarium, ponenda erant vestes, & loto corpore vestes pontificales induendæ; & offerendum tum suum, tum populi holocaustum. 10. Vitulus, & hircus, qui pro peccato fuerant immolati, extra castra comburendi.

1 Locutusque est Dominus ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerẽtes ignem alienum interfecti sunt: 2 & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur (quia in nube apparebo super oraculum) 3 nisi hæc antè fecerit: vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. 4 Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cũctis, cum lotus fuerit, induetur. 5 Suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnũ arietem in holocaustum. 6 Cumque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, 7 duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij: 8 mittensque super vtrũque sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario: 9 cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: 10 cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eo, & emittat eum in solitudinem. 11 His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum: 12 assumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intrabit in sancta: 13 vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. 14 Tollet quoque de sanguine vituli, & asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem. 15 Cumque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptũ est de sanguine vituli, vt aspergat è regione oraculi; 16 & expiet Sanctuarium ab immunditijs filiorũ Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctisq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. 17 Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex Sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur. 18 Cum autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se, & sumptũ sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum: 19 aspergensq; digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditijs filiorum Israel. 20 Postquam emundauerit Sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem: 21 & posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorũ: quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum. 22 Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in desertum, 23 reuertetur

tetur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus quibus prius indutus erat cùm intraret Sanctuarium, relictisq; ibi, 24 lauabit carnem suã in loco sancto, indueturq; vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustũ suum ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: 25 & adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. 26 Ille verò, qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimẽta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. 27 Vitulum autem & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in Sanctuarium vt expiatio compleretur, asportabũt foras castra, & comburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum: 28 & quicunque combusserit ea, lauabit vestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur in castra. 29 Eritq; vobis hoc legitimum sempiternum. Mense septimo, decima die mensis, affligetis animas vestras, nullumque opus facietis, siue indigena, siue aduena qui peregrinatur inter vos. 30 In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini. 31 sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. 32 Expiabit autem sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo: indueturq; stola linea & vestibus sanctis; 33 & expiabit Sanctuarium & tabernaculum testimonij atque altare, sacerdotes quoque & vniuersum populum. 34 Eritq; vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filijs Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

Interpretatio litteralis.

POst *mortem duorum filiorum* 1 *Aaron*, &c. Ex his verbis intelligimus duo. Primum, quæ fuerit occasio huius ritus promulgandi. Peccatum duorum filiorum Aaron, qui ignem alienum obtulerunt. Præcepit hunc ritum expiationis Deus, vt peccata, præsertim quæ contra Dei reuerentiam committebantur, expiarentur. 2. Intelligimus, quo tempore promulgata fuerit hæc lex, *Post mortem filiorum Aaron*, quæ cõtigit octauo die post consecrationem Sacerdotum, Leuit. 9. 1. Consecratio autem Sacerdotum contigit prima die mensis primi secundi anni ab exitu ab Ægypto, Exod. 40. 17. Ergo hæc lex promulgata est die nono dicti mensis primi. Sed celebratio festi expiationis facienda erat decima die mensis septimi.

* *Quia in nube apparebo super oraculũ.* 2 Probabile est, Angelum, qui loco Dei loquebatur, nõ solum vocem, sed etiam speciem hominis visibilem habuisse valde splendidam: & ad maiorem Dei reuerentiam, quem repræsentabat, & vt Sacerdos tanto splendore non offenderetur, ac deterreretur; nube se velare solitum. Ob id
a p. 36. *a* nubes est symbolum diuinæ præsentiæ,
b p. 28. ac maiestatis; *b* symbolum quoque diuinę inuisibilitatis.

* *Ne ingrediatur Sanctuarium nisi hac* 3
c p. 37. *ante fecerit*, &c. Docet 1. *c* Deum esse
d p. 851. venerandum. 2. *d* Decere sacra figna ve-
e *Vide sup. cap. 14. in princ. litt. a, b, c, d.* nerari. quale erat Sanctuarium. 3. *e* Ad reuerentiam diuini cultus esse peculiaria quædam præstanda, &c. quæ dicta sunt in principio capitis decimi quarti.

6 * *Et orauerit pro se, & pro domo sua.* 11 Hebr. Expiauerit. Ergo *orauerit*, est, ex- 24 piationem impetrauerit. Sacrificium, est oratio, quę facto fit. Habẽtur ea dogmata.
1. *f* Esse Deo cultum exhibendum tum f p. 1926.
oratione, tum sacrificijs. 2. *g* Congruum g p. 1957,
pro causa publica, oratione publicam esse. 1960.
3. *h* Orationi communi magis congruum h p. 1956.
locum publicũ esse. 4. *i* Congruum ado- i p. 1947.
rationi externæ, quale est sacrificium, de- k p. 1961.
terminatum locum, & ritus determinatos
esse. 5. *l* Disposuisse Deum multa non nisi l p. 1927.
petentibus elargiri. 6. *m* Non solum pro m p. 1932.
nobis, sed pro cęteris etiam orandum esse.
Nam subditur v. 24. *Rogabit tam pro se, quam pro populo.*

8 * *Mittensque super virumque sortem,* n p. 2016.
vnam Domino, & alterã capro emissario.
n Ex his colligitur, si necessitas immineat, licitum esse cum debita reuerentia sortibus diuinum iudicium implorare. *Emissarius*, hebr. עזאזל *Hhhazazel*, nomen compositum ex *Hhhaz*, caper, & *Azal*, abijt, quod abiret in desertum.

9 * *Offeret illum pro peccato, o* Docemur o p. 747.
sacrificio placari Deum.

10 * *Vt fundat preces super eo*, hebr. Vt
expiationem faciat in eo, vel remoueat
iniquitatem in illum. quod faciebat con-
gerendo peccata populi super illum, cã
peccata confitendo, & pro illis hirco pœ-
nam imprecando. Ergo fundere preces, est
imprecari. *p* Maledictio culpæ illicitæ p p. 1905.
non est.

12 * *Assumptoq; thuribulo.* Videtur fuisse
pecu-

Digitized by Google

peculiare thuribulum aureum; quod seruabatur intra velum Sanctuarij; vt innuit Paulus Hebr. 9. 3. Post velamentũ, inquit, secundum, Tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: aureum habens thuribulum, & arcam, &c.

14 * *Asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem.* Orabant Iudæi versus occidentem. Ergo Sacerdos non faciem, sed tergus versum habebat ad orientem. Dicitur autem digito aspergere contra propitiatorium ad orientem, quatenus propitiatorium, quod erat in medio Tabernaculi, aspergebat versus eam partem, quæ spectabat orientem. Lyran.

16 * *Expiet Sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel.* Quia Sanctuarium censebatur pollutum peccatis populi.

Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii. Vocat Tabernaculum testimonij nomine communi toti Tabernaculo, alteram partem Tabernaculi, quæ appellabatur Sancta, vbi erat altare thymiamatis. Altare holocaustorum erat in atrio, & non indigebat expiatione, quia singulis diebus expiabatur sacrificijs, quæ in eo offerebantur.

21 * *Confiteatur omnes iniquitates.* Ex hebræo potest etiam verti, Proijciat in eum omnes iniquitates. Probabile confessionẽ illam fuisse in generali per capita, siue genera peccatorum, vt nos facimus in principio Missæ.

Quæ imprecans capiti eius. Mittebatur hircus in desertum, vt discerperetur à feris, & ipse lueret pœnas loco populi Israelitici.

23 * *Depositis vestibus, &c. induetur vestibus suis.* Æquum erat pro actione expiationis, quæ erat actus pœnitentiæ, humilibus vestibus vti: pro holocaustо autẽ, id est, pro actione gratiarum, parerat suis vestibus, nempe pontificalibus, Summi Pontificis proprijs vti. erat enim actio solennis, & læta.

24 29 * *Decimo die mensis affligetis animas vestras.* Ex hoc præcepto colligimus
a *p.* 781. a Pœnitentiam agendam esse, vt peccatorum remissio habeatur. 2. b Virtutis actũ
b *p.* 2287. esse ieiunium ad satisfaciendum pro pec-
c *p.* 2290. catis. 3. c Illicitum esse non vti ieiunio, quod legitimè à consuetudine, vel à superiore præcipitur.

d *p.* 2000. *Nullumque opus facietis.* d Deberi aliquod tempus deputari ad vacandum diuinis.

30 * *In hac die expiatio eris vestri.* Hoc
e *p.* 776. præcepto docemur 1. e Esse remissionem
f *p.* 2000. peccatorum. 2. f Congruè ab Ecclesia pro agenda pœnitentia quadragesimale tempus deputari, & paschale pro susci-
s piendo Sacramento Eucharistiæ.

32 * *Expiabit Sacerdos, qui unctus fuerit, &c.* g Congruè soli Sacerdoti est po-
g *p.* 805. testas in Ecclesia remittendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ.

Induetur stola linea, & vestibus sanctis. h Congruè in Missa vestium sacrarum ritus adhibetur.
h *p.* 846.

33 * *Et expiabit Sanctuarium, & tabernaculum.* i Congruè ab Ecclesia benedicuntur, & expiantur Templa.
i *p.* 1951.

34 * *Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.* k Tenetur homo in omnibus diuinis præceptis obedire.
k *p.* 2066.

Interpretatio mystica.

Allegoria.

ALlegoricam huius capitis interpretationẽ docet Paulus Hebr. 9. & 10.

2 1. * *a* Expiationem, quæ fiebat à Summo
a *p.* 543, 584. Pontifice semel singulis annis, interpretatur Paulus expiationem, quam fecit Iesus Christus in Cruce semel pro peccatis totius mundi. 2. *b* Ingressus Summi Sacer-
b *p.* 601. dotis in Sancta sanctorum, est, secundum Paulum, ingressus Iesu Christi post resur-
3 rectionem in cælum. 3. * *c* Sanguis vituli,
c *p.* 543, 584. & hirci, quo fiebat expiatio, est sanguis Iesu Christi, quo mundamur à peccatis. Ex hac Pauli interpretatione cæterorum rituum significatio facilè intelligitur.

4 4. * *d* Tunica linea, & feminalia, quibus
d *p.* 429, 430. Summus Sacerdos vestiebatur; sunt corpus, & anima, ex quibus Christi humanitas constabat, quam Verbum diuinum susceperat. Zona linea, est vnio hypostatica, qua diuino Verbo vniebatur humanitas. e Cidaris, Iesu Christi dignitas est,
e *p.* 476, 478. tum sacerdotalis, tum regia. 5. *f* Sacer-
f *p.* 424. dotis lauatio summam in Christo puritatem, & innocentiam significat. 6. * *g* Ipse
g *p.* 479. Christus, est vitulus, aries, hircus. Hircus *Glossa*, pro peccato, quatenus luenda in se nostra peccata suscepit. Vitulus, & aries in holocaustum, quatenus se in sacrificiũ obtulit etiam in gratiarum actionem pro beneficijs in ipsum, & in nos collatis à Deo
2 7. * *h* Nubes, in qua Deus apparebat super
h *p.* 56, 380, 899, 902. oraculum, diuinam in homines misericordiam significabat, & protectionẽ erga Ecclesiam. Hæc enim significare in Scripturis sanctis nubes solet, cap. 6772, 6773.
12 8. * *i* Incensum thymiamatis, & vapor, &
i *p.* 506, 602. 13 nebula operiens oraculum, preces significabat, quas Iesus Christus in cælo fundit pro nobis ad Patrẽ, quibus placatur Pater. Nam fumus incensi, symbolum est orationis ad Deum. Psal. 140. 2. Apocal. 8. 3.
14 9. * Quatenus Sacerdos septies digito cõtra propitiatorium sanguine aspergebat, significabatur virtus sanguinis Iesu Christi
k *p.* 584. ad propitiandum Deum *l* pro quibus-
l *Glossa*. cunque peccatis hominum. Nam digitus

Digitized by Google

potentię symbolum est, Ex. 8. 19. Psal. 8. 4. Luc. 11. 20. & peccatorum omnium genera ad septem capita reducũtur. m Significabantur & septẽ Sacramenta, quibus gratia confertur per merita passionis Christi. 10. *n Tabernaculum extra Sancta sanctorum, Ecclesiã militantem significabat. Intra quod nullus debebat esse, cum illud Pontifex expiabat, ne expiatio alteri, quã Pontifici tribueretur. o vt significaretur remissionem peccatorum per solius Iesu Christi virtutem esse. 11. *p Quod Pontifex fundebat sanguinem super cornua altaris per gyrum; significabatur quadruplex virtus, quam Crux à sanguine Christi recepit contra diabolum, contra mundum, contra mortem, contra peccatum. Nam altare, Crucẽ Christi significabat, vt aliàs dictum est: cornu autem, potentię symbolum est, c. 5781. 12. *q Impositio manus super caput hirci cum confessione peccatorum, & imprecatione, significabat voluntatem Christi obedientem Patris, præcepto, r de luenda pœna pro peccatis omnium hominum; quorum peccatorum numerum, & grauitatem ab instanti conceptionis anima Christi clarè cognouit. Id indicat Paulus Hebr. 10. illis verbis: *Ideo ingrediens mundũ dicit: Hostiam, & oblationem noluisti*, &c. *Tunc dixi: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Manus, symbolum est præcipientis, ac disponentis, can. 6588. 15. * s Emissio hirci per hominem paratum in desertum; significauit expellendum Christum à Iudæis, & passionis Christi fructũ per Apostolos ad Gentilitatem deriuandum. Nam desertum, Gentilitatis symbolum est, & Ecclesiæ ex Gentibus collectæ. vid. Scripturas, & Patres, c. 5855. 14. *t Quatenus Aaron reuersus in Tabernaculum, deponebat priores vestes, & lauabat se, & induebat vestes suas, nempe pontificales & gloriosas; significabatur Christi resurrectio, cum deposita similitudine peccati, nempe nostra mortalitate, qua vsurus erat ad nostrã expiationem, erat se lauaturus, id est, innocentem ostensurus, & auctorem nostræ iustitiæ; quatenus mors vt pœna peccati peccatorem hominem indicat; resurrectio autẽ quæ mortem tollit, proinde sublatum peccatum ostendit. Vestes autẽ gloriosæ significabant gloriam corporis Christi: nam vestimentum, humani corporis symbolum est, Iob 13. 28. Isa. 50. 9. 15. *u Oblatio holocausti, & adipis; significabat sacrificium instruentum corporis & sanguinis Christi, quod Iesus Christus per manus suorum ministrorũ oblaturus erat in Ecclesia in gratiarum actionem Patri, quod propitiatis nostris peccatis fuerit. quam gratiarũ actionem ipse Iesus Christus Patri præmittit pendens è Cruce, cum psalmum vigesimum primum recitauit: *Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes & saturabuntur*, &c. 16. * Quod is, qui caprum emissarium dimiserat, lauabat vestimenta sua, & corpus aqua, vt ingrederetur in castra; x significabatur martyrium, quod subituri erant viri apostolici ob prædicationem Crucis Christi inter gentes: quorum martyrio erant lauaturi stolas suas in sanguine agni, & castra cælestia intraturi. y Vel significabatur Iudæos, qui à se Christum expulerunt, & eiecerunt ad gentes, non intraturos in castra Ecclesiæ, nisi prius lauerint suum peccatum pœnitentia, & aqua Baptismatis. 17. * Quod vitulus, & hircus, qui pro peccato oblati fuerant, asportabantur extra castra, & comburebantur; & qui ea combussisset, debebat se aqua lauare, vt castra posset ingredi: z figurabantur persecutiones contra mysticũ Christi corpus, a & persecutores non intraturos neque castra Ecclesiæ, neque cælum, nisi pœnitentiam de eo peccato egissent, & Sacramenta ad salutem necessaria suscepissent.

m p. 577. 748, 749. 751. n p. 620. o p. 482. 489. p p. 583. 584, 585. 586. q p. 563. 565, 566. r Glossa. s p. 564. 884. 1429. 1431. t p. 992. 993, 996. u p. 739. 740. x p. 2197. y p. 756. 757, 781. z p. 882. 884. 885. 886. a p. 756. 757, 781.

Tropologia.

S. Paulus docet, omnia in figura contigisse Israelitis, & scripta esse propter nos. Ergo expiatio, quæ in hoc capite traditur, & ritus expiationis, figura sunt expiationis spiritualis, ad quam hortatur idẽ b Apostolus, *Renouamini spiritu mentis vestræ.* Cum autem certum sit, vt iam vidimus in allegoria, figuram hæc fuisse expiationis totius humani generis, quæ facta est à Iesu Christo; certum quoque videtur esse, figurasse hæc expiationem cuiusque iusti; quatenus omnium iustorum prototypus est Iesus Christus. c quos enim Deus præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui. Porrò expiatio ad tria hominum genera potest attinere, ad incipientes, ad proficientes, ad perfectos: nam spiritualis expiatio non solum fit à peccatis per gratiam, vt incipientibus accidit; sed etiã à vitijs per virtutum exercitium, vt contingit proficientibus; & à carẽtia perfectionis, quę in omnibus creaturis intellectualibus est in cognoscendo, & amando Deo, quatenus nulla creatura intelligit, & amat Deum, quantum Deus intelligibilis, & amabilis est. ab ea carentia perfectionis purificantur quotidiè magis, ac magis viri perfecti. De hac triplici expiatione tropologicus huius capitis sensus videri esse. 2 ob. 1. d Ingressus in Sancta sanctorum, est in viro perfecto ascensio mẽtis in Deũ per contemplationẽ, & mutuam dilectionem.

b Eph. 4. c Rom. 8. 29. d p. 652. 654.

Digitized by Google

e p.255, 264. 2. e Femoralia in viro perfecto sunt habitus virtutum vtraque appetitus sensitiui partem frenantium, irascibilem, & concupiscibilem. f Tunica linea, est gratia. g Zona, virtus iustitiæ. h Cidaris, æterni regni meritum, siue ius ad vitã æternam. 3. i Nubes, quæ Deum tegit, est Fides, & cognitio abstractiua de Deo. quia non videtur clarè Deus in hac vita à viris perfectis, sed per speculum, & in ænigmate. 4. k Thuribulum, cor; ignis, charitas; fumus thymiamatis, oratio, contemplatio, desiderium diuinorum. 5. l Digitus, est virtus Spiritus sancti, à quo viri perfecti aguntur. Nam digiti diuinarum Personarum symbola sunt, Isa.40.2. m Aspersio sanguinis, quæ fit septies contra propitiatorium; est vita spiritualis, siue spiritus septiformis, quo viri sancti aguntur in Deum, semper Dei gloriam spectantes. Sanguis enim vitę symbolum est, 1. Paral. 11.19. Prou.1.11.

f p.363. g p.365, 1774.1775. h p.363. i p.28,29, 30,148. k p.673, 1926. l p.77, 366, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393. m Gloss.

n p.655. * n Expiatio Tabernaculi, & altaris thymiamatis ad proficientes attinet. o p.129. 1. o Tabernaculum, est corpus humanũ in viro proficiẽte, 2.Cor.5.4. 2.Pet.1.13,14. & vt Tabernaculum erat medium inter Sancta sanctorũ, & atrium; ita status proficientium est medius inter statum perfectorum, & incipiẽtium. p p.658, 661. 2. p Nemo debebat esse præsens, cũ Pontifex Tabernaculum expiabat: vt significaretur, cum animus in sui purificationem incumbit, non debere societatem admittere alterius cogitationis, & curæ. q p.2257. 3. q Quod Pontifex fundebat sanguinem super cornua altaris per gyrum; figurabatur cordis purificatio per studium mortificationis. Altare enim est cor: quatuor altaris cornua, sunt quatuor animi potẽtiæ, Intellectus, Voluntas, Imaginatio, Appetitus sensitiuus. In quarum potentiarum mortificationem est incumbendum, vt nos à vitijs purgemus. Effusio sanguinis, mortis symbolum est. 1.Paral.11.19. Prou.1.11.

r p.640. r Alij ritus ad expiationem incipiẽtium pertinent. 1. s Sacrificium vituli, arietis, & hirci, trium concupiscentiarum mortificationem, & abnegationem significat. Ab hac enim incipiẽdum est ijs, qui veterem hominem volunt exuere. quæ mortificatio perfectè fit per tria religionis vota, paupertatis, castitatis, & obedientiæ. Sacrificium externum, symbolũ est interni sacrificij, quo se Deo nostra voluntas offert, & alia secum, Psal.4.6. & 45.14,23. 20 & 50.19,21. 2. * Hircus emissarius, est homo vetus cum vitijs, & concupiscẽtijs. Super quem manus imponũtur, quatenus ad eius deletionẽ incipimus operari. nam manus, operis symbolum est, can.6591. 3. t Confessio omnium delictorum, significat tum examen conscientiæ, tum confessionem sacramentalem omnium peccatorum, qua necessarium est impium expiari. 4. u Imprecatio peccatorum, quæ hirco fiebat; significabat in impio detestationẽ delictorum, & propositum satisfaciendi. 5. x Dimissio hirci in deserto, erat veteris vitæ correctio, & fuga ab omnibus peccãdi occasionibus. 6. y Depositio vestium, erat cessatio à prioribus operibus malis. vestimẽta enim operum symbolum sunt, Cant.4.11. 7. z Vestes glorioſę, significabant ornamenta gratiæ, quæ suscipiuntur in iustificatione. nam vestimentum, iustitiæ symbolum est, Iob 29.14. Isa.61.10. 8. a Lauatio carnis in loco sancto, absolutionem significabat, & remissionem peccatorum in Sacramento Pœnitentiæ. nam lauare, est à peccato mũdare, Psal.50.4,9. Isa.1.16. & 4.4. Apoc.1.5. 9. b Oblatio holocausti, erat sacrificiũ eucharisticum in gratiarum actionem pro remissione peccati, & Sacramentum corporis, & sanguinis Christi. 10. c Asportatio vituli, & hirci immolati extra castra; significabat malum veteris vitæ exemplum iam à Fidelium cætu remotum. 11. d Ingressus per lauationem in castra, erat vnio cum membris Christi per gratiam.

s p.2257. t p.778, 779. u p.800, 802. x p.913, 914. y p.801. z p.365, 494. a p.403, 776. b p.739. c p.802. d p.624.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Tria Deus præcipit. 1. Iubet nullo in loco vllam hostiam immolari, præterquam per Sacerdotem in Tabernaculo. 2. Prohibet esum sanguinis; tum ad reuerentiam diuini cultus, quod sanguis super altare pro peccatorum expiatione offerretur; tum ad assuescendum humanitati, ac mansuetudini; quatenus sanguinem comedere, à quo animantium vita pendet, est quasi de aliorum morte delectari. 3. Prohibet esum morticini, & à feris capti.

1 ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filijs Israel, dicens ad eos: Iste est sermo quem mandauit Dominus, dicens: 3 Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris vel extra castra, 4 & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si san-

Digitized by Google

si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. 5 Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas, quas occident in agro, vt sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi testimonij, & immolét eas hostias pacificas Domino. 6 Fundetque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis Domino: 7 & nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum. 8 Et ad ipsos dices: Homo de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, 9 & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt offeratur Domino, interibit de populo suo. 10 Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter eos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, 11 quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. 12 Idcirco dixi filijs Israel: Omnis anima ex vobis nó comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos. 13 Homo quicunque de filijs Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. 14 Anima enim omnis carnis in sanguine est: vnde dixi filijs Israel: Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicunque comederit illum, interibit. 15 Anima quæ comederit morticinum, vel captum à bestia, tam de indigenis quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet. 16 Quòd si non lauerit vestimenta sua & corpus, portabit iniquitatem suam.

a p.1117. b p.1119.

Iste est sermo, quem mandauit Dominus, &c. *a* Auctor veteris legis Deus, *b* minister Moyses.

2

** Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem*, &c. Sermo est de cæde animaliũ in sacrificium. nam licebat alio in loco, quàm in Tabernaculo, occidere bestias, & comedere; vt habetur Deut. 12. 15. Prohibuit autem Deus alio in loco sacrificia, tum ne ad cultum idolorum laberentur, quibus Gentiles quocũque in loco sacrificabant: tum ne quisquam auderet sacrificare præter Sacerdotes. Ex hoc præcepto colligimus 1. *c* In veteri lege varias obseruantias cæremoniales fuisse: ad maiorem reuerentiam diuini cultus. 2. *d* In veteri lege præcepta cæremonialia fuisse: per quæ cultus diuini modus Iudaico populo præscribebatur, ac determinabatur. 3. *e* Instituta fuisse vetera sacrificia ad idololatriam excludendam. *Quasi si sanguinem fuderit*, Non secus ac si hominem occiderit, Aug. q. 57. Nam sanguis cædem significat, Gen. 4. 10. Psal. 54. 24. *f* Peccatum esse homicidium indicant ea verba, *Sanguinis reus erit, quasi si sanguinem fuderit.*

3 4

c p.858. d p.1124. e p.1965. f p.1844.

** Ideo sacerdoti offerre debent*, &c. *g* Sunt Sacerdotibus oblationes offerẽdæ. *b* Sacrificij ministri, Sacerdotes. *Quas occident in agro*. hebr. *Occidentes*. Quas occidere hactenus consueuerunt in agro. *Ante ostiũ tabernaculi testimonii. i* Congruum est adorationi externæ, quale est sacrificium, determinatũ locũ adhibere. *Hostias pacificas*. De pacificis hostijs mentionem facit, quia proniores erant ad eas sacrificandas in agro, quatenus magna earum pars in esum offerentium cedebat. vid. Deut. 12. 15. Ergo non licuit Iudæis sacrificare alio in loco, quàm in Tabernaculo, & Templo. Si qui viri sancti alibi sacrificarunt, id diuinitus inspirati fecerunt.

5 6

g p.1970. h p.745. i p.1961.

7

** Nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt.* Indicat cur velit sibi in Tabernaculo sacrificari; *k* vt occasio vitetur idololatriæ. *l* Eam prohibet. *m* Idololatriæ symbolũ fornicatio. Nam Deus fide sibi nostras animas desponsat: corrumpit fidem diuini coniugij, cum quis amore idolis adhæret, relicto Deo. *Dæmonibus*, hebr. *Sehhhirim*. Pilosis, in syluis, in agro, solebant dœmones vt belluæ pilosæ apparere, quos Faunos appellabant, & eis sacrificabant.

k p.914. l p.2007. m p.2007.

Legitimum sempiternum erit illis, & posteris eorum. Verba hæc indicant *n* cæremonias veteris legis, quæ Christi figuræ quædam erant, durasse vsque ad aduẽtum Christi, eiusque passione consummata, cessasse. Nam illi Israelitę, & eorũ posteri, fuerunt vetus Synagoga, Deo fidelis: quę, quia Christum occidit, cessauit. Sempiternum dicitur, quod non posset humana auctoritate mutari, licet diuina mutandum esset aliquando, c. 1138. Venit hora, inquit Christus, quando neque in monte hoc, neque Ierosolymis adorabitis Patrem, &c.

n p.864.

*Si

Digitized by Google

Si comederit sanguinem, obfirmabo 10
faciem meam, &c. o Grauem poenã comminatur, vt à peccato deterreat. Grauis poenæ comminatio pro esu sanguinis, p indicat ritum, qui præcipitur, figuralẽ esse, & grauis præcepti figuram. Graue autem præceptum est, quod ad reuerentiam spectat diuini cultus, & ad homicidiũ vitandum. * Sanguis significabat expiationem 11
peccatorum, ac proinde sanguinẽ Christi, per quem facta est expiatio omnium peccatorum. Dignum est tantum mysterium ea quoque veneratione, vt in honorem Christi passuri nullus sanguis comederetur. Præterea sanguis, humanæ vitæ symbolum est, quatenus à sanguine vt ab immediato nutrimento totius corporis, ac præsertim spirituum vitalium, & animalium, pendet humana vita. Ergo symbolicè, cõmedere sanguinem, est hominis vitã absumere. graue autem peccatum est homicidium. *Obfirmabo faciem.* q Facies cum contra aliquem firmatur, symbolum est iræ, c. 5984. r Vindex est Deus, ac vltor male agentium.

o Ad 1399.
p p. 866, 3125.
q p. 250.
r p. 25.

Interpretatio mystica.

PRimum huius capitis præceptum de sacrificijs est, vt ea ne alio in loco, quã in Tabernaculo, nec per alium, quàm per Sacerdotem offerantur. * 1. *a* Sacrificium 3
bestiarum, sacrificiũ iustitiæ significabat, Psal. 4. 6. & 45. 14, 23. & 50. 19, 21. Quo sacrificio offerimus Deo nostram voluntatẽ, nostras concupiscentias, nostra opera. 2. *b* Tabernaculum, est Ecclesia, & cælum. Hebr. 9. 12. Apoc. 13. 6. & 15. 5. & 21. 3. Ostium, Christus, *c* siue Christi fides, Io. 10. 7. Cant. 8. 9. ex Greg. 3. *d* Sacrificia, quæ in agro fiunt, sunt opera Infidelium, qui sunt extra Ecclesiam. Sine fide autem impossibile est placere Deo. 4. *e* Hostias suas dæmonibus immolare, est opera facere cum culpa mortali. Auertimur enim per eam culpam à Deo, non referẽtes opera ad finem vltimum verum, constituentes nobis finem vltimum creaturas: quo facto diaboli serui efficimur, eius voluntatem facientes. quod est dæmonibus sacrificare. 5. *f* Offerre Sacerdoti hostias, quas occidere in agro solemus, est ad Pœnitentiæ Sacramentum accedere, & per contritionem, & Sacerdotis absolutionem, ac expiationem, nos, & omnia nostra ad vltimum finem dirigere.

a p. 1963.
b p. 620.
c p. 1331.
d p. 1336.
e p. 1276.
f p. 778, 805.

* Secundo præcepto esus sanguinis pro- 10
hibetur. 1. Sanguis effusus bestiarum, significabat animarũ expiationem, *g Ego*, inquit Deus, *dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro anima piaculo sit.* Vetus autem expiatio super altare, figura fuit expiationis super Crucis altare à Christo peractæ. Proinde sanguis bestiarum, diuinum Christi sanguinem significabat.

g Leuit. 17. 11.
p. 573, 584.

b Quoniam autem quæ comedimus im- h p. 1266.
mutamus, & absumimus, c. 5749. idem est sanguinem comedere, ac virtutem, & meritum sanguinis Iesu Christi inane, ac irritum reddere. Quod quantum est ex parte ipsorũ faciunt, qui virtute sanguinis Christi acceptã gratiam suis peccatis corrumpunt. *i* Sanguinem comedebant Iudæi, i p. 559, 564
cum Iesu Christi Crucem irridebant, ne vllus in Iesum crederet. K Sanguinem co- k p. 834, 885, 886.
medebant Gentiles, cum Christi fidem extinguere cæde Martyrum conabantur. Esus sanguinis, est omnis cõtra Christum persecutio. 2. Sanguis, est symbolum vitę, c. 7325. *Quia*, inquit hic Deus, *anima carnis in sanguine est.* l Ergo sanguinem l p. 1650, 1844.
comedere, est alterius vitæ insidiari, & occidere, can. 5749. Prohibetur mysticè odium, & homicidium. *m* Quoniam au- m p. 1860, 1861.
tem vita nostra vt sanguine, ita etiam bonis temporalibus conseruatur: sanguinem comedere, est alterius bonis insidiari; alterius bona surripere. Solemus diuites iniustos, & impios, sanguinis pauperum potatores appellare. 3. Sanguis, peccati symbolum est, Leuit. 5. 9. Psal. 5. 7. & 50. 16. Isa. 4. 4. Os. 4. 2. Quæ autem comedimus, nobis maximè vnimus, quia ijs nutrimur. Vt autem corpus cibatur, ac delectatur cibis; ita animus pascitur suis obiectis, quę contemplatur, & quibus inhæret affectu. *Meus cibus est*, inquit Christus, *vt faciam voluntatem eius, qui misit me*. *n* Ex his intelligimus, sanguinem come- n p. 1193, 1221.
dere, idem esse, quod operibus sceleratis operam dare, ea cogitare, ijs delectari.

13 * Tertium præceptum, quod sub secun- 13
do comprehenditur, est de fundendo sanguine feræ, vel auis, quæ venatione, vel aucupio capiuntur, & de operiendo illum terra. 1. *o* Venatores sunt viri apostolici, o Ierem. 16. 16.
qui prædicatione venantur homines tum carnales, & crudeles, quorum symbolum sũt bestiæ, Eccli. 12. 13. Act. 11. 6. Tit. 1. 12. tũ superbos, quos aues significãt, Sap. 5. 11. 2. *p* Fundere feræ, vel auis sanguinem; est p p. 2257.
veterem hominem vitijs deditum mortificare; & à vitijs purgare. Nam sanguis tum vitæ, tum peccati symbolum est, vt supra diximus. 3. *q* Terra sanguinem operire, est gratia Sacramentorum vitam veterem, & peccata delere. Terra enim symbolum est Ecclesiæ militantis, Psal. 15. 3. & 16. 4. In Ecclesia autem est fides, & Sacramenta: quæ necessaria ad hominis renouationem.

15 * Quartum præceptũ prohibet comedi 15
morticinum, vel captum à bestia. 1. Morticinum, est quilibet peccator, & impius, quatenus caret vita gratiæ. Mors enim

Digitized by Google

ſymbolum eſt peccati, Ioan. 5. 24. & 6. 50. Iac. 2. 17, 20, 26. 1. Io. 3. 14. Morticinum, quatenus per ſe, ac ſponte ſua mortuum; eſt peccatum quatenus eſt voluntarium. 2. Captum à beſtia eſt is, qui ſub diaboli poteſtate eſt, reus æternæ miſeriæ; nempe quilibet impius. Beſtiæ, diaboli, & hoſtiũ Eccleſiæ ſymbolum ſunt, Apoc. 11. 7. & cc. 13, 14, 15, 16, 17, 20. Diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærẽs quem deuoret.

† p. 913, ‡221, 1724, ‡731, 2153. 3. † Comedere morticinum, & captum à beſtia, eſt Peccatoris impietati voluntate, & imitatione adhærere. Vnitur enim maximè nobis cibus, quem comeditmus. 4. ſ Lauare ſe, & veſtimenta aqua, eſt Cor, & actus noſtros gratia ſacramentali purgare. 5. t Veſperum eſt fletus, & pœnitentia. quam niſi egerimus, à peccatis non 16 mundamur. * 6. Portat iniquitatem ſuam, qui reus eſt æternæ pœnæ, donec de peccato conteratur. # Vel portat iniquitatem ſuam, qui ob ſuam iniquitatem æterno ſupplicio mulctatur, quia impœnitens moritur, nempe ad veſperum vitæ deuenit non lotus à peccato.

ſ p. 2179. t p. 781. u p. 816.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

De tribus agitur: de illicitis connubiis; de illicito coitu, & vitiis contra naturam; de pœnis. 1. Prohibetur matrimonium inter consanguineos, & affines; cum matre, cum nouerca, cum sorore, cum nepte, cum amita, cum vxore patrui, cum nuru, cum vxore fratris, cum filia vxoris, vel filia filii eius, aut filia eius: cum sorore vxoris viuentis. 2. Prohibetur coitus cum menstruata, adulterium, mollities, sodomia, beſtialitas. 3. Comminatur Deus iis, qui contra hæc præcepta fecerint, pœnam, eiectionem à terra promiſſionis, & mortem.

§ p. 1117, ‡119.

1 a LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 2 Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Ego Dominus Deus veſter: 3 iuxta conſuetudinem terræ Ægypti, in qua habitaſtis, nõ facietis: & iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus ſum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. 4 Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis. Ego Dominus Deus veſter. 5 Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Ego Dominus. 6 Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego Dominus. 7 Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies: mater tua eſt. non reuelabis turpitudinem eius. 8 Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies: turpitudo enim patris tui eſt. 9 Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, ſiue ex matre, quæ domi vel foris genita eſt, non reuelabis. 10 Turpitudinem filiæ filij tui, vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua eſt. 11 Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis. 12 Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies: quia caro eſt patris tui. 13 Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis, eo quòd caro ſit matris tuæ. 14 Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. 15 Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui eſt, nec diſcooperies ignominiam eius. 16 Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui eſt. 17 Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt. 18 Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. 19 Ad mulierem quæ patitur menſtrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. 20 Cum vxore proximi tui non coibis, nec ſeminis commiſtione maculaberis. 21 De ſemine tuo non dabis vt conſecretur idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. 22 Cum maſculo nõ commiſcearis coitu femineo, quia abominatio eſt. 23 Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier nõ ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei: quia ſcelus eſt. 24 Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ ſunt vniuerſæ gentes, quas ego eijciã ante conſpectũ veſtrum, 25 & quibus polluta eſt terra: cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habitatores ſuos.

26 Cu-

Digitized by Google

26 Custodite legitima mea atque iudicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quã colonus qui peregrinantur apud vos. 27 Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerũt eam. 28 Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. 29 Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. 30 Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego Dominus Deus vester.

Interpretatio litteralis.

EGo *Dominus Deus vester.* Hebr. Ego יהוה *Iehouah*, Deus vester. Ego qui sum vnus verus Deus, summũ Ens, sum Deus vester. Sententia est emphatica, multiplicem intelligentiam continens. 1. *c* Deum esse vnum, *d* summum Ens, *e* summum Dominũ. Id enim significat *Iehouah*. 2. *f* Esse proinde ei parendum in ijs præceptis, quæ subijcit. 3. *g* Debere Israelitas veri Dei mores imitari: quod Deum verum colerent. 2

c p.6. d p.4. e p.22. f p.2066. g p.1599.

* *Iuxta consuetudinẽ terræ Aegypti*, &c. *b* Non sunt male agentes imitandi. 3

h p.2152.

* *Facietis iudicia mea*, &c. *Custodite leges meas*, &c. *i* Auctor legis veteris Deus. *k* Ideo lex vetus bona fuit, *l* & ordinans homines ad Deum, vt indicant illa verba, *Ego Dominus*, & *Facietis iudicia mea*. Hebræum משפט *Mishpat*, multa significat, Iudicium, statutum, legem, præceptum, dispensationem. Sed quia lex vetus tria præceptorũ genera continebat, moralia, cæremonialia, iudicialia, rectè vulgata vertit *Iudicia*: vt distingueret à præceptis cæremonialibus, חקות *Hhuqqòth*, Ritus, consuetudines, mores, cæremoniæ. Quamquam etiam significare hoc nomen solet Ius, statutum, decretum, legem. Caput hoc partim præcepta iudicialia continet; *o* per quę Iudaico populo determinabantur iustitię inter homines obseruandæ; quales intercedunt in matrimonijs, de quibus hic agitur. *p* partim habet præcepta moralia, vt sunt præcepta prohibentia mollitiem, bestialitatem, & similia. 4

i p.1127. k p.1111. l p.1112. o p.1126. p p.1123.

Quæ faciens homo, viuet in eis. Particula *In*, verti etiã ex hebræo potest *Propter*. vt ratio meriti indicetur, & præmij. Vita autem promittitur tum temporalis, tum gratiæ, tum gloriæ post Christi aduẽtum. *q* Habes bona opera esse meritoria, *r* & licitũ esse licita promittere, vt facit Deus. Porrò meritum vitæ æternæ habetur per gratiam, gratia autem per Christum, in quem adulti sperare debent vt gratiam recipiant, principium autem spei est fides. Quare veteres patres vt legem obseruando gratiam reciperent, debebant Christi venturi fidem habere. 5

q p.1295. 1299. r p.2124.

* *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet*, &c. Agitur de impedimento matrimonij ratione consanguinitatis, & affinitatis. *s* Sunt congruè in matrimonio impedimenta, quæ contractum eius nullum reddunt. Plura autem impedimenta statuit Ecclesia, quàm quæ hìc statuuntur à Deo. † Non autem omnia impedimenta, quæ hìc à Deo ponuntur, sunt indispensabilia. nam in aliquibus dispensauit Deus, & nunc Ecclesia dispẽsat: quam certum est errare non posse, quod à Spiritu sancto regatur, vt euidentiam credibilitatis faciunt innumera argumenta, quæ vide in parte prima nostræ Introductionis dist. 7. *Vt reuelet turpitudinẽ eius*, Innuitur impedimenti ratio. Nam coitus turpe quid est in homine respectu rationis, & intelligentiæ. Secundum enim intelligentiam homo imago Dei est, qui est infinita intelligentia. Actus autem coitus est homini communis cum bestijs. Reddit etiam hominẽ similem Deo incorruptio: coitus autem corruptionẽ facit. Præterea motus in actu venereo non est obediens rationi, amissa iam per Adæ peccatum originali iustitia; & delectatio quã affert, impedit, & obtundit intelligentiam. Ideo qui actum venereum exercent, latere volunt, ne videantur. & pudet videri verenda, & videre. Quare hìc actus semper esset illicitus, nisi honestatem haberet in matrimonio ratione magni boni, nempe prolis, & ad remedium concupiscentiæ, ne in castitatẽ peccetur. Rectè igitur prohibetur coitus inter consanguineos: quia maior reuerentia consanguineis debetur. Non est ergo consanguineæ turpitudo reuelanda. *t* Actus contrarius incestus appellatur. *Turpitudo*, hebr. ערוה *Hhherueh*, Verenda. Turpitudo dicuntur per metalepsim, can. 8697. pro actu turpi, ad quem per nuditatem verendorum deuenitur. 6

s p.834. † Trid. sess. 24. can. 3. t p.2337.

* *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tua non discooperies: mater tua est.* Prohibet copulam cum matre, quia fit iniuria irreuerentiæ non solum matri, sed etiam patri; quatenus vna est caro vtriusque coniugis. 7

8 * *Vxoris patris tui*, Tuæ nouercæ. Vxor est patris, non mater filij.

Digitized by Google

Qua domi, vel foris genita est. Domi genita, ex matrimonio; quia coniuges eadem habitant in domo. Foris, ex illicito concubitu, quia foris, & furtim talis concubitus fieri solet. Vel foris, ex alia vxore, cum qua fuit pater, alia in domo. 9

* *Quia turpitudo tua est.* Neptis cum recta ab auo descendat, caro est aui. Suam enim carnem auus filio communicauit; & is filiæ suæ, quæ est neptis respectu aui. 10

* *Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis.* Est diuersum præceptum à præcepto v. 9. ibi enim agitur de sorore ex parte patris tantum, vel ex parte matris tantum: hic agitur de sorore ex parte vtriusque patris, & matris. 11

* *Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis,* Nisi fratre mortuo sine liberis, tunc enim tenebatur eam suscipere, vt susciteret semen fratri, Deut. 25. 16

* *Turpitudinē vxoris tuæ, & filiæ eius non reuelabis.* Prohibetur accipi filia cum matre, vel post illam. 17

x *p.2337.* *x Talis coitus incestus est.* Hebr. Fœdum, turpe, abominatio, opus malum.

* *Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies.* Non coibis cum sorore vxoris tuæ, Hebr. Vxorem cum sorore eius non accipies ad affligendum. Nam contentiones, & rixæ solent esse inter sorores, cum sunt vxores vnius viri: vt fuerunt inter Rachelem, & Liam. Mortua vxore, licebat sororem in coniugem accipere. ideo subditur, *adhuc illa viuente.* 18

* *Ad mulierem, quæ patitur menstrua, non accedes.* Prohibetur copula cum menstruata non solum præcepto cæremoniali, vt supra c. 15. sed etiam morali, vt in hoc capite. nam turpe est coire cum menstruata, & noxium proli. Plurimorum Doctorum sententia est, non esse peccatum mortale, sed tantum veniale. y Non debet esse vsus matrimonij cum non decet. 19

y *def.4775.*

* *Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commixtione maculaberis,* Hebr. Ad vxorem proximi tui non dabis accubitum ad semen ad polluēdum in ea. Ne tuo semine polluaris; ne seminando peccati adulterij maculam contrahas. Vel *Ad semen,* Ne suscitata adulterina prole, peccatum contrahas; quatenus & coniugi facis iniuriam, ei filium supponendo, qui filius eius non est; & veræ eius proli, ei in societatem bonorum sociādo prolem, cui ea bona non debentur. z Ideo speciale luxuriæ peccatum est adulterium. a Peccati symbolū, præsertim b luxuriæ, macula, quæ spiritualiter est recessus à lumine rationis, & gratiæ. 20

z *p.2336.* a *p.1193, 1275.* b *p.2318.*

* *De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch.* Quod vulgata vertit *Vt consecretur,* habet textus hebraicus, *Ad transeundum.* Sacrificabant idolo pueros, trahendo illos per ignem. Modus non est certus. Aliqui putant, idolum fuisse æneum cōcauum, & supposito igne, atque concepto, per inflammata eius brachia pueros trahi à Sacerdotibus solitos, donec expirarent: ne puerorum voces, & gemitus à parentibus audirentur, tympana pulsabantur. Prohibetur impijssimum idololatriæ genus. c quo & iniuria fiebat Deo contra religionem, & pueris d contra iustitiam, e & pietatem. *Nec pollues nomen Dei tui.* Nomen Dei, sumi solet pro gloria, notitia, sanctitate Dei, can. 1928. Polluere sancta, dicuntur ij, qui ita sancta tractant, ac si essent immunda; dantque occasionem vt Infideles existiment illa immunda esse, c. 2577. Israelitæ colendo idola, & verum Dei cultum, ac eius præcepta paruifaciendo, dabant occasionem Gentilibus opinandi, non esse vnū Deum, nec esse veram Israelitarum religionem, f Indicat esse Deum colendum, g & glorificandum. h Pollutio, symbolum falsi cultus, i & idololatriæ. 21

c *p.2007.* d *p.1844, 1847.* e *p.2041.* f *p.37.* g *p.39.* h *p.2095.*

22 * *Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est.* K Luxuriæ, quæ contra naturam est, speciale peccatum est sodomia. i *p.2007.* k *p.2341.*

23 * *Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo,* &c. l Luxurię, quæ contra naturam est, turpissimum peccatum est bestialitas. m Macula, turpitudinis symbolum. l *p.2340.* m *p.1150, 1275.*

24 * *Nec polluamini in omnibus his,* &c. n Indicat maculam induci per peccatum in anima, vt supra dictum est; o & maculam esse symbolum peccati. n *p.1275.* o *p.1193.*

Quas ego eiiciam ante conspectum vestrum. Ex his verbis intelligimus 1. p In Deo esse prouidentiam. 2. q Deum vindicem esse, ac vltorem male agentium. 3. r Cōsequi pœnas ad peccata, quas Deus infligit. p *p.23.* q *p.25.* r *p.1279.*

25 * *Quibus polluta est terra.* s Locus vt pollutus, & immundus censendus est, vbi magna scelera patrantur. t Turpe enim genus maculæ, sunt scelera secundum moralem existimationem. s *def.4559.* t *p.1275.*

Cuius ego scelera visitabo. u Visitare, est symbolicè bonum aliquod, vel malum conferre; præmio, vel pœna afficere. u *Vide sup. litt. p, q, r.*

Vt euomat habitatores suos. Vt à se proijciat habitatores sceleribus corruptos; vt cibus corruptus, à stomacho nausea compellente proijcitur.

26 * *Custodite legitima mea, atque iudicia,* &c. x Incumbendum est ad bonorum operum actionem: non enim est impossibilis. y Tenetur homo in omnibus diuinis præceptis obedire. z A malis operibus abstinendum. x *p.1043.* y *p.2066.* z *p.1221.*

* *Omnes*

Digitized by Google

Omnes enim execrationes, &c. Ex his 27
a p.1152. habemus 1. *a* Esse actiones aliquas humanas malas. *Execrationes istas fuerunt.* 29
b p.1275. 2. *b* Maculam induci per peccatum, *Et* 30
c p.1293. *polluerunt eam.* 3. *c* Congruum esse à male agendo, pœnarum comminatione deterrere. *Cauete ne & vos similiter quomat-*
d p.2152. *Peribit de medio populi sui.* 4. *d* Non esse male agentes imitandos, *Nolite facere quæ fecerunt hi.*

Interpretatio mystica.

e NOn licet interpretationem vllam mysticã adhibere illi textui Scripturæ sanctæ, qui præcepta morum continet secundum sensum litteralem. Ita docent Augustin. de doctr. Christ. cap. 15. 16. Greg. 21. Mor. cap. 1. Cassian. collat. 8. c. 3. & alij. Quoniam igitur præcepta moralia continet hoc caput, ab interpretatione mystica cauemus. e *Vid. in 3. par. Introd. dist. 3. a nu. 42.*

CAPVT DECIMVM NONVM.

SVMMA.

Habet hoc caput præcepta tum moralia, tum cæremonialia. Moralia præcepta 1. De vno Deo colendo. v. 4. 2. De honorandis parentibus. v. 3. 3. De misericordia in pauperes. v. 9, 10. 4. De iustitia erga proximos. à v. 11. & v. 35. 36. 5. De charitate in eosdem. v. 17, 18, 19, 33. 34. 6. De iuramento. v. 12. 7. De fugienda fornicatione. v. 20. 29. 8. De superstitione vitanda. v. 27. 31. 9. De Sabbatorũ custodia. v. 30. 10. De obseruantia erga maiores. v. 32. Cæremonialia præcepta 1. De consummatione hostiæ pacificorum. v. 5, 6, 7, 8. 2. De coitu iumentorum, de agri semine, de vestium textura. v. 19. 3. De præputiis plantarum, & earum fructibus afferendis, & colligendis. v. 23, 24, 25. 4. De esu sanguinis. v. 26.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos: Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. 3 Vnusquisque patrem suum, & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego Dominus Deus vester. 4 Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester. 5 Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino, vt sit placabilis, 6 eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quidquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. 7 si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus: 8 portabitque iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima illa de populo suo. 9 Cumque messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges. 10 Neque in vinea tua racemos & grana decidẽtia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego Dominus Deus vester. 11 Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. 12 Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. 13 Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. 14 Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus. 15 Non facies quod iniquũ est, nec iniustè iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultũ potentis. Iustè iudica proximo tuo. 16 Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego Dominus. 17 Non oderis fratrem tuũ in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. 18 Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego Dominus. 19 Leges meas custodite. Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris. 20 Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. 21 pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem: 22 orabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius coram Domino, & repropitiabitur ei, dimitteturq; peccatum. 23 Quando ingressi fueritis

Digitized by Google

ritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma, quæ germinant, immunda erũt vobis, nec edetis ex eis. 24 Quarto autem anno omnis fructus eorum ſanctificabitur laudabilis Domino. 25 Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego Dominus Deus veſter. 26 Non comedetis cum ſanguine. Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. 27 Neque in rotundum attondebitis comam: nec radebitis barbam. 28 Et ſuper mortuo non incidetis carnem veſtram, neque figuras aliquas aut ſtigmata facietis vobis. Ego Dominus. 29 Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. 30 Sabbata mea cuſtodite, & Sanctuarium meum metuite. Ego Dominus. 31 Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos. Ego Dominus Deus veſter. 32 Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis: & time Dominum Deum tuum. Ego ſum Dominus. 33 Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei: 34 ſed ſit inter vos quaſi indigena: & diligetis eum quaſi voſmetipſos: fuiſtis enim & vos aduenę in terra Ægypti. Ego Dominus Deus veſter. 35 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in ponderę, in menſura. 36 Statera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquuſque ſextarius. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti. 37 Cuſtodite omnia præcepta mea, & vniuerſa iudicia, & facite ea. Ego Dominus.

Interpretatio litteralis.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere, &c. Tria indicantur. 1. *a* Auctorem legis veteris fuiſſe Deum. 2. *b* Miniſtrum eius legis fuiſſe Moyſen. 3. *c* Promulgationem eſſe neceſſariã, vt lex obligandi virtutem habeat. 1 2

Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Docemur 1. *d* Deum ſanctum eſſe. 2. *e* Deum eſſe Dominum. 3. *f* Deum eſſe ſummum ens, *Deus*, hebr. *Iehoua*, Ens. 4. *g* Legem veterem fuiſſe bonam, *Deus veſter*, Colebatur per eam verus Deus. 5. *h* Sanctitatem eſſe in hominibus poſſibilem cum auxilio gratiæ, *Sancti eſtote*. 6. *i* Eſſe diuinæ gratiæ cooperandum, *Sancti eſtote*. 7. K Diuinam gratiam omnibus præſto eſſe. alioquin non diceret, *Sancti eſtote*, cum ſanctitas non poſſit eſſe ſine diuino auxilio. 8. *l* Eſſe in homine liberum arbitrium, *Eſtote*. 9. *m* Eſſe neceſſariam in adultis ad iuſtificationem, voluntariam pręparationem ex parte ipſorum, *Sancti eſtote*. 10. *n* Poſſe hominem gratiæ reſiſtere, & gratiã amittere, *Sancti eſtote*. 11. *o* Eſſe in Dei imitationem incumbendum.

a p.1117. b p.1119. c p.1068. d p.43. e p.22. f p.4. g p.1111. h p.644. i p.398. k p.399. l p.146. m p.406. n p.402. o p.1599.

** Vnusquisque patrem ſuum, et matrem ſuam timeat.* Timere, eſt colere, c.2763. Debetur parentibus *p* reuerentia à filijs, *q* ſuſtentationis obſequiũ, *r* & obedientia. *Sabbata mea cuſtodite.* Sabbatum propriè dies vltimus hebdomadæ, c. 2184. Hic ſumitur pro omni feſto die. *s* Præceptum eſt morale, habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis. 3

p p.2039. q p.2040. r p.2042. s p.2000.

Ego Dominus Deus veſter. Videtur ſubintelligi id, quod ſupra dixerat, *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum*, Dominus Deus veſter.

* *Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles facietis vobis.* Idola, heb. אלילים *Elilim*, ab *Elil*, Vanum, nihil, inutile. quia vanum quid ſunt Idola. Vel ab *El*, Deus, *Elilim*, Multi dij, deiculi. reduplicatio apud Hebræos exagerat vel perfectionem, vel imperfectionẽ, vt in *Elilim*, c.8556. *Conflatiles*, Vnum genus idolorũ manufactorum ponitur per ſynecdochen pro omnibus idolis manufactis, can.8692. *u* Prohibetur idololatria. *Ego Dominus Deus veſter.* *x* Ego, qui ſum verus vnus Deus, Deus veſter ſum. 4

u p.2007. x p.4,6,7.

* *Vt ſit placabilis.* Hebr. לרצנכם *Lirtsonechèm*, Ad voluntatem, beneplacitum, beneuolentiam, placabilitatem veſtram. Senſus eſſe poteſt, 1. Si offeratis hoſtiam pro veſtra voluntate. *z* Nam aliquę oblationes, quæ in cultum Dei offeruntur, voluntariæ ſunt. vt erant hoſtiæ pacificæ. 2. Si offeratis hoſtias pacificas, vt ſit vobis placabilis Deus, & non indignetur contra vos, non reſeruabitis quidquam in diem tertium. * *Igne comburetis.* Hebr. Fœtens comburatur. Nolebat Deus in diem tertium reſeruari, quia corrumpebatur: & indecẽs erat Deo offerri. Quare ſubditur: 5 6

z p.1968.

* *Profanus erit, & impietatis reus.* Hebr. Abominabile, non placebit. *a* Videtur hęc irreuerentia ad ſacrilegium pertinere. quia erat quædam violatio rei ſacræ, vt indicant verba ſequentia, * *Quia ſanctum Domini polluit.* 7 8

a p.2034.

Portabitq; iniquitatem ſuam, & peribit anima illa de populo ſuo. *b* A ſacrilegio pœnę cõminatione deterret. Pœnæ reatus, quaſi

b p.1293.

Digitized by Google

quasi quoddam onus est, afferens animæ molestiam: id significatur illis verbis, *Portabit iniquitatem suam*. c Onus, symbolum est peccati, Psal. 37.5. d & diuinæ vltionis, Isa. 13.1. & rei molestæ, Gal. 6.2,5.

e Consequitur ad peccatum remorsus cõscientiæ, ac pœna externa. f Cessante actu peccati, remanet adhuc debitum pœnæ.

9 * *Cum messueris segetes terræ tuæ*, &c.

10 g Præcipit misericordiam in pauperes, & eleemosynę largitionẽ. *Solum*, hebr. *Peah*, significat extremitatem. Extremitas autẽ hoc in loco potest accipi vel pro extremitate messis, siue calamorum, vel pro extremitate agri. Secundum primam acceptionem prohibet tondere vsque ad solum, vt vertit vulgata; vt remaneant aliquę spicę, quæ sunt prope solum, quoniam non habent calamos longos. Secundum posteriorem acceptionem, prohibet tondere vsque ad extremitatem agri, vt remaneat circa extremitatem aliquid spicarum pro pauperibus. h Liberalitatem docet. *Ego Dominus Deus vester*. Ego, inquit, Deus vester sum, qui summè liberalis sum. me imitemini.

11 * *Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum*. Prohibetur furtum, quod potest tribus modis fieri, 1. i Iniusta acceptione, vel retentione rei externæ inuito domino, siue occultè, siue apertè fiat, & cum violentia, ac rapina. 2. k Mentiendo: vt cum quis affirmat ad se attinere rem alienam, mendacio pernicioso, quod fit intentione vsurpandi aliena. l Prohibetur interim omne mendacium. 3. m Fraudando: vt cum in re, quæ venditur, defectus est ad speciem, vel quantitatem, vel qualitatem rei spectans. n Prohibetur interim omnis simulatio, † & dolus.

12 * *Non periurabis in nomine meo*. Ex hebræo, Non iurabis per nomen meum pro mendacio. o Prohibetur periurium. quod peccatum est religioni contrarium, falsitatem in iuramento seu expressè, seu interpretatiuè confirmans.

Nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Caue ab hoc irreuerentiæ genere erga Deum, qui summum ens est. p Deus colendus. Pollutio, q periurij, r ac omnis peccati symbolum est, quatenus Dei gloriam deturpat.

13 * *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum*. s Prohibetur omnis iniustitia erga proximum, quæ fit cum violentia. Nam hebr. פשׁע *Hhhashaq*, significat, bona aliena occupare, vim facere, opprimere, nolle reddere. & alterum verbum גזל *Gazal*, significat rapere, diripere.

Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane. x Ius alterius compensandum, iustumque faciendum est debiti solutione.

14 * *Non maledices surdo*, &c. Surdus, quia non audit maledictiones in ipsum prolatas, non vlciscitur, nec se defendit; & surdus, quia non videt offendiculum ponentem; neque se tuetur. Vlciscitur autem pro surdo, & muto Deus, qui scit omnia, ideo subditur, *sed timebis Dominum*. hebr. Timebis à Domino, nempe vindictam. *Quia ego Dominus*. hebr. Ego Iehouà, id est, summum ens, proinde summus Iudex, sciens omnia, potens omnia. Ex his habemus eã Theologiam 1. y Maledictionem illicitam esse, si quis imperet, aut optet malum alterius, vt illi malũ est. 2. z Non licere vitæ periculo, aut læsionis membrorum proximum exponere. 3. a Deum esse timendum. 4. b Timorem pœnæ, qui auertit à Dei offensa, licitũ esse. 5. c Deum esse vltorem male agentium.

15 * *Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis*, &c. Hebr. Non facies iniquitatem in iudicio. Docemur 1. d Iustum inter accusatorem, & reum à iudice faciẽdum esse. 2. e Peccatum esse iudicium peruersum, & iniustum. 3. f Acceptionem personarum peccatum esse. *Non considerespersonam pauperis, nec honores virum potentem*. Hebr. Non accipies personam pauperis.

16 * *Non eris criminator, nec susurro in populo*. Vna est vox in hebræo רכיל *Rachil*, quæ & detractorem, & delatorem significat: ideo vulgata vtrãque significationem duabus vocibus expressit, *Criminator, Susurro*. h Detractio, peccatum est: lædit enim alterius famam. Cum occulta defectus manifestatio fit ad separandum amicitias inter alios, susurratio appellatur. i Est autem grauissimum peccatum, nam & famam lædit, & soluit amicitias.

Non stabis contra sanguinem proximi tui. Stare, interdum est audacter agere, c. 2753. Sanguis, vitam significat, c. 7325. k Prohibet quidquam moliri siue verbo, siue facto contra proximi vitam.

17 * *Non oderis fratrem tuum in corde tuo*. l Prohibet proximorum odium, charitati contrarium. *Sed publicè argue eum*. Hebr. Argue fratrem tuum. non est particula *Sed*, nec vox *Publicè*. Ergo in nostra vulgata *Publicè*, opponitur occulto cordis. Ne oderis in corde, sed manifestè corripe fratrem tuũ, siue inter te, & ipsum solum; siue coram teste, si te non audierit; siue coram Ecclesia, si necesse fuerit. In his verbis habemus 1. m Charitatis actum esse Correctionem fraternam: quia remouere nititur à fratre magnũ malum peccatum, *Non oderis, sed argue*. 2. n Correctionem fraternam omittere licitum non esse, quando probabiliter speratur emendatio.

p. 1193. d p. 1279. e p. 1277, 1278, 1279. f p. 1288. g p. 1603. h p. 2160. i p. 1860, 1801. k p. 2119. l p. 2113. m p. 1908. n p. 2130. † p. 1878. o p. 2030. p p. 37. q p. 2030. r p. 1193, 1275. s p. 1817, 1861, 2872. t p. 1800. x p. 1804. y p. 1903. z p. 1844. a p. 38. b p. 1704. c p. 25. d p. 1804. e p. 1819. f p. 1838. i p. 1901. k p. 1844, 1872. l p. 1650. m p. 1629. n p. 1630.

Digitized by Google

datio. Est enim Dei præceptum, *Argue.*

o p.1631. 3. *o* Ad quemque pertinere. Corrige correctione, quæ per simplicem admonitionem exhibetur. Nam præceptum hoc omnes complectitur.

p p.2096, 2097. * *Non quæras vltionem*, &c. *p* Illicitum 18 est iniurias alterius intentione nocendi, & præter ordinem diuinæ institutionis.

Diliges amicum tuum sicut teipsum.

q p.1525. *q* Amare quisque debet illum proximum sicut seipsum: quatenus, vt quisque ex charitate diligit se propter Deum; & se in bonis diligit, non in malis; & amore se non concupiscentiæ, sed amicitiæ diligit: ita diligere debet & proximum suum.

r p.2066. * *Leges meas custodite.* *r* Tenetur ho- 19 mo in omnibus diuinis præceptis obedire.

Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Cur hoc præceptum? Vt doceat fugiendum vitium cõtra naturam. Vt doceat simplicitatem. Vt mysterium indicet; vt & præceptis duobus, quæ sequuntur.

s p.1769, 1770. *s* Mixtio seminis, ac staminis astutiæ symbolum est, doli, ac fraudis: quæ vitia sunt prudentiæ contraria. in quibus mixtio contrariorum est, quatenus verba, vel facta internæ cogitationi contraria sunt.

* *Homo si dormierit cum muliere*, &c. 20

t p. 2336. *t* Prohibet adulterium cũ ancilla. *Nubilis.* hebr. נערה *Nehberpheth*, Desponsata.

x p.1293. nupta. *Vapulabunt ambo.* *x* Deterret à male agendo pœnæ comminatione.

* *Pro delicto suo offeret arietem.* Hæc 21 altera pœna imponitur viro, non mulieri, quæ est serua. *Offeret,* *y* Ea oblatio necessariò offerenda ob Dei præceptum.

y p.1969.

* *Orabitque pro eo Sacerdos.* Habes 22

z p.1926. 1. *z* Esse Deo cultum exhibendum oratione.

a p.1927. 2. *a* Disposuisse Deum multa non nisi petentibus elargiri.

b p.1928. 3. *b* Congruum esse pro nostris necessitatibus Sanctos ad intercedendum Deo aduocare.

c p.1932. 4. *c* Non solum pro nobis, sed pro cæteris etiam orandum esse, *Orabitque pro eo Sacerdos.*

d p. 5. *d* Deum exorabilem esse, *Et propitiabitur ei.*

e p.776. 6. *e* Esse remissionem peccatorum, *Dimittetur que peccatum.*

* *Auferetis præputia eorum.* Germina, 23 quæ impediunt radicis incrementa. *Immunda erunt vobis.* Quia primis tribus annis plantæ producunt fructus imperfectos.

f p.2290, 2292. *f* Ex quo intelligimus, licitam esse ciborum abstinentiam, quam præcipit Ecclesia.

* *Sanctificabitur laudabilis Domino.* 24 Segregabitur in Dei laudem. vt Deus agnoscatur largitor omnium bonorum. Sanctificare, interdum sumitur pro segregare, c. 2730. Habes

g p.1969. 1. *g* Aliquas oblationes esse necessariò offerendas: quia à Deo

h p. 1971. præcipiuntur. 2. *h* Licere de quibusque

i p.1974. rebus oblationes fieri. 3. *i* Fuisse in vete-

lege iure diuino determinatum de primitijs offerendis Deo. 4. *k* Esse Deum laudandum. Offerendo autem primitias, redderetur Deo laus tum ore, gratias ei agendo; tum facto, ea oblatione profitendo Deum omnium bonorum largitorem.

k p. 39, 1998.

25 * *Quinto autem anno comedetis fructus.* *l* Actus est virtutis abstinentiæ vsus cibi moderatus. *Congregantes poma.*

l p.2286.

m Licet bonis huius mundi vti ad finem honestum: qualis est vitæ conseruatio.

m p. 2256.

n Licet & ea bona ad eum finem conseruare.

n p.2159.

26 * *Non comedetis cum sanguine.* Vide, quæ diximus supra c. 17. v. 10, 11. *o* Ex his intelligimus licitè ab Ecclesia ciborum abstinentiam præcipi.

o p. 2290, 2292.

Non augurabimini nec obseruabitis somnia. *p* Prohibet omnẽ diuinationem. Nam voces hebraicæ נחש *Nahhash*, & עננ *Hhhonen*, amplam significationem habent.

p p.2013, 2014, 2015, 2018, 2019, 2021, 2023.

27 * *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Hebr. pro *Comam*, habetur, *Extremitatem capitis.* Videtur prohibere ritus Gentilium, qui radebant caput in vertice, & barbam. Ne postea Gentiles imitarentur in religione.

s Non sunt male agentes imitandi.

s p.2152.

28 * *Et super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis.* Adhuc fœminæ in morte suorum solent faciem lacerare. Erant hi ritus Gentilium. *t* Prohibet imitationem: *u* Membrum sibi præscindere illicitum: ergo & incidere.

t p.2152. u p.1852.

29 * *Ne prostituas filiam tuam*, &c. *x* Habes fornicationem simplicem peccatum esse.

x p.2329.

30 * *Sabbata mea custodite.* *y* Præceptum est morale, habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis.

y p.2008.

Sanctuarium meum metuite. *z* Reuerentiam præcipit erga res sacras.

z p.851.

31 * *Non declinetis ad magos*, &c. *a* Superstitionem diuinationis prohibet. Solet dæmones inuocati, multis modis responsa dare. *Vt polluamini,* *b* Superstitionis symbolum pollutio; quatenus superstitio peccatum est, maculans animum.

a p.2009, 2010. b p.1275, 2009.

32 * *Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* *c* Senes sunt honorandi. quatenus senectus est signum virtutis.

c p.2058.

Time Dominum Deum tuum. Timere, est idem quod Colere. *d* Est Deus colendus, ac venerandus.

d p.382, 1915.

33 * *Si habitauerit aduena*, &c. Docemur

34 1. *e* Misericordiã erga hospites. 2. *f* Contingere interdum esse de naturæ defectibus verecundiam, *Ne exprobretis ei.*

e p.1611. f p.2279.

3. *g* Illicitam esse contumeliam, & conuitium. 4. *b* Illicitum esse alterum irra-

g p.1894. h p.2119.

tiona-

Digitized by Google

i p.1523. tionabiliter contristare. 5. *i* Diligere nos debere proximos vt nos ipsos.

* *Nolite facere iniquum aliquid*, &c. 35

k p.1818. Docet 1. *k* Facere iniustum, peccatum 36

l p.1819. esse. 2. *l* Peccatum esse, iudicium peruersum, & iniustum. 3. *m* Fraudem in venditione, peccatum esse contra iustitiam.

m p. 1908.

* *Custodite omnia præcepta mea*, &c. 37

a p. 2066. *n* Tenetur homo in omnibus diuinis præceptis obedire.

Interpretatio mystica.

OMittimus præcepta purè moralia, quæ mysticũ sensum nõ admittunt.

* *Si immolaueritis hostiam pacificorum*, &c. Prohibet esum pacificorum differri vsque ad tertium diem. Die, lætitia significatur, vt contra, tenebris tristitia, Psal.36.18. & 33.13. Isa.4.6. Greg. 5.Mor.1. Est etiam Dies, symbolum gratiæ, quam Christus sua passione nobis commeruit, resurrectione confirmauit, Psal.109.3.Cant.3.11.& 8.8. Sacrificium maximè Deo gratum est nostra voluntas: cum nostra desideria abnegantes, diuinæ voluntati nitimur conformari. Quoniam autem sacrificium tum consumatur, cum editur: edere autem est, cibi substantiam in viuentis substantiam commutare, can.5749. ideo sacrificium edere, idem est, quod voluntatem nostram abnegando, & nostras cupiditates mortificando, veterem nostrũ hominem in nouum per gratiam mutare, qui secundum Deum creatus est. Mutatur autem vetus noster homo tum per Baptismi gratiam, tum per gratiam Sacramenti Pœnitentiæ. quę Sacramenta sunt in remissionem peccatorũ.

a Gloss. Fructus autem gratiæ Gaudium. *a* Ergo duo dies primus, ac secundus, quibus comedere licet sacrificium pacificorum; b p.756, 757. sunt duo Sacramenta, *b* Baptismus, & *c* Pœnitentia. Tertius dies, est dies resurrectionis, & felicitas alterius vitæ. *d* Non licet tertio die comedere sacrificium: quatenus non est acceptabilis Deo contritio peccatorum in altera vita, si in hac vita non fuerint peccata remissa per duo supradicta Sacramenta saltem in voto suscepta.

c p.778, 779.

d p.816.

* *Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus.* Iumentum, symbolum est hominis diuinæ legi obedientis, Psal.72. 23. Animal alterius generis, est homo animalis, cupiditatibus obediens, Eccle.12.13.Act.11.6.Tit.1.12. Fœtus, operis symbolum est, can. 6075.

e p. 913, 1731, 2151. *e* Non licet homini fideli, ac pio, cum impiorum malis operibus communicare.

Agrum tuum non seres diuerso semine. Ager, Ecclesiæ symbolum est, c. 5284. Semen, significat verbum, can. 7378.

f In ministrando verbo Dei, non sunt vana, & inutilia miscenda, neque in rebus, neque in verbis, neque in intentione.

f p.731.

Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris. Vestimentum, boni, vel mali inhærentis, & totum hominem occupantis symbolum est, Psal.108.18, 19. *g* Præcipere videtur Deus his symbolis christianam simplicitatem. *h* Prohibet errores in sana doctrina. *i* Prohibet prudentiam diabolicam cum prudentia christiana. *k* Prohibet astutiam, *l* simulationem, *m* hypocrisim. *n* Prohibet curas temporalium cum ministerijs sacerdotalibus.

g p.2110. h p.2111, 2115, 2116. i p.2768. k p.2769, 2770. l p.2130. m p.2132. n p.2174.

* *Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis*, &c. Prohibet tribus primis annis ex plantarum fructibus vesci; iubet fructus quarti anni offerri Deo; quinti anni fructus permittit in vsum proprium. Plantare, est fidei doctrinam in populorum animis inserere, c. 7094. Quoniam autem cibus, vitæ alimentum est; fructus plantarum comedere, est operibus per fidem factis, vitam æternam mereri. Ergo sensus allegoricus est: *o* Opera per legem veterem facta non per fidem in Christum venturum, non profuisse ad vitã æternam.

23

o p.1113.

p Tres anni, sunt tria tempora legis veteris, A Moyse vsque ad Dauid, à Dauid vsque ad captiuitatem babylonicam, à captiuitate babylonica ad Christum.

p Gloss.

q Quartus annus, est tempus, quo Christus Dominus vixit in terris. quo toto tempore ab instanti conceptionis fructus terræ nostræ Iesus Christus, à lege veteri nobis promissus, & à Synagoga datus, quatenus ex Iudęis Christus carnem sumpsit; obtulit se Deo Patri in redemptionem nostrorum delictorum. *r Hostiam*, inquit, *& oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi: holocaustomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me: vt faciam Deus voluntatem tuam.*

q p.479, 563, 579.

r Hebr. 10. 5.

s Quinto autem anno comedimus fructus, congregantes poma quæ proferunt: quia post mortem Christi in cœlum intramus, vt edamus, & bibamus in mensa Dei, fruentes meritis bonorum operum, quæ bene operantes congregauimus.

s p.588, 939, 953, 1035, 1295.

Tropologicè. Tres anni, sunt tres partes vitæ spiritualis, incipientis, proficientis, perfectæ. *t* Quibus annis non licet vesci fructibus bonorum operum, quatenus differtur nobis pro bonis operibus cæleste præmium. Quartus annus est sacrificium eucharisticum, est & sacrificium iustitiæ, ac laudis: per quæ sacrificia Iesum Christum terræ nostræ fructum, & nos ipsos, ac nostra omnia offerimus Deo. Quintus annus est æternum gloriæ tempus, quo fruemur præmio bonorum operum.

t p.929.

27 * *Neque in rotundum attondebitis comam*,

Sa

Digitized by Google

mam, nec radetis barbam. Caput, est mentis symbolum, c.3612. Capilli, quatenus ornamenta capitis, sunt mentis ornamenta, nempe virtutes intellectuales, cogitationes, & consilia, c.5606. Barba, prudentiæ, grauitatis, auctoritatis, fortitudinis, roboris, ac virtutis symbolum, Isa.7.20. Barba rasa, seruitutem significat, & calamitatem, Isa.15.2. Hebr. *Non exterminabitis extremum capitis*. a Exterminat capillos summi capitis, qui totus curis bonorum temporalium deditus, omnes diuinorum cogitationes abigit. x Radit barbam, qui malis operibus honorem diuinæ imaginis deturpat, seque peccati seruum reddit.

u p.661, 1489, 2161.

x p.1267, 1268, 1276.

CAPVT VIGESIMVM.

SVMMA.

Decernitur in hoc capite pœna mortis 1. Sacrificantibus filios idolo Moloch, & tantum facinus non vlciscentibus. 2. Accedentibus ad magos, & ariolos. 3. Maledicentibus patri, vel matri. 4. Adulteris. 5 Incestuosis. 6. Sodomitis. 7. Bestialibus. 8. Coeuntibus cum menstruata. 9. Pythonicis & diuinationem vtentibus: Prohibetur imitatio Gentilium & præcipitur abstinentia ab esu immundorum.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Hæc loqueris filijs Israel: Homo de filijs Israel, & de aduenis qui habitat in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eum. 3 Et ego ponam faciem meam contra illum: succidamque eum de medio populi sui, eo quòd dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit Sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum. 4 Quòd si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere: 5 ponam faciem meam super hominem illum & super cognationem eius, succidamq; & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. 6 Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. 7 Sanctificamini & estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester. 8 Custodite præcepta mea, & facite ea: Ego Dominus qui sanctifico vos. 9 Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matrique maledixit, sanguis eius sit super eum. 10 Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge próximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. 11 Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorũ sit super eos. 12 Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorũ sit super eos. 13 Qui dormierit cum masculo coitu femineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos. 14 Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. 15 Qui cũ iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. 16 Mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. 17 Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suę, & viderit turpitudinem eius, illaq; conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eo quòd turpitudinem suam nutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam. 18 Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. 19 Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. 20 Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. 21 Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erunt. 22 Custodite leges meas, atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quam intraturi estis & habitaturi.

23 No-

Digitized by Google

23 Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. 24 Vobis autem loquor: Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terrã fluentem lacte & melle. Ego Dominus Deus vester, qui separaui vos à ceteris populis. 25 Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas vestras in pecore, & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. 26 Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à ceteris populis, vt essetis mei. 27 Vir, siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

Interpretatio litteralis.

SI *quis dederit de semine suo*, &c. 2 *a* Vide supra c. 18. 21. *Morte moriatur*, &c. In his, & sequentibus 3 habetur 1. *b* Consequi pœnas ad peccata, quas Deus infligit. Iubet has pœnas Deus. 2. *c* Congruum esse à male agẽdo, pœnarum comminatione deterrere. Id agit in hoc capite Deus. 3. *d* Superioris esse subditorum malefacta pœnis compẽsare. en Dei exemplum, qui supremus Dominus est. 4. *e* Etiam multitudinem esse puniendam, cum contingit multitudinem peccare. * *Quod si negligent populus terræ*, &c. 4 *f* Pro culpæ quantitate, pœnas licitas esse. Hoc Dei præceptum suadet.

Ponam faciem meam contra illum. 5 Facies, symbolum est cognitionis. Faciem enim conuertimus in id, quod volumus cognoscere. Ergo hæc verba indicant 1. *g* Esse in Deo intelligentiam. 2. *h* Esse in Deo prouidentiam. 3. *i* Esse Deum vindicem, ac vltorem male agentium.

Contaminauerit Sanctuarium meũ, &c. *k* Vid. supra c. 18. v. 21.

* *Qui consenserunt ei*, &c. *l* Cauendum 5 est à consilio, quod conformitatem cum recta ratione non habet. *m* Non est in malam actionem consentiendum.

Vt fornicaretur cum Moloch, *n* Idololatriæ symbolum fornicatio. Copulatur enim affectu anima quasi viro non suo, qui aliquid colit vt Deum, quod verus Deus non est.

* *Anima, quæ declinauerit ad ma-* 6 *gos*, &c. *o* Superstitioni diuinationis *p* pœnam decernit. Diuinationis vt & idolatriæ symbolum fornicatio: quia per dæmonis invocationem relinquitur Deus, & anima spe diabolo adhæret quasi viro non suo.

* *Sanctificamini, & estote sancti, quia* 7 8 *ego sum Dominus Deus vester*, &c. *qui sanctifico vos*. Vide quæ diximus cap. 11. v. 44, 45. Habes *q* Deum esse sanctum, & actum purum; *r* & eius sanctitatem esse à nobis imitandam; *s* & esse verum Deum; *t* & Dominum omnium; *u* & auctorem sanctitatis.

9 * *Qui maledixerit patri suo, aut matri,* *morte moriatur*, &c. *x* Maledictio illicita est, si quis imperet, aut optet malum alterius, vt illi malum est. Multò magis illicitum maledicere parẽtibus, per quos à Deo esse accepimus. *y* Debetur parentibus reuerentia. *z* Rectè tantæ irreuerentiæ imponitur pœna mortis. Vid. Exo. 21. n. 15, 17.

10 * *Si mœchatus quis fuerit*, &c. *a* Magnum peccatum est adulterium. *b* Ideo morte plectendum.

11 * *Qui dormierit cum nouerca*, &c. *cum* 12 *nuru*, &c. *c* Incestus turpe peccatum, *d* morte punitur.

13 * *Qui dormierit cũ masculo*, &c. *e* Infame peccatum sodomia, *f* morte puniendũ.

Sanguis eorum super eos. Hebraica littera *Beth*, quam vulgata vertit super, significat etiam *Contra*. Effusio sanguinis est contra eum, ex quo funditur; quatenus ad effusionẽ sanguinis consequitur mors.

14 * *Qui supra vxorem filiam, duxerit* *matrem eius*, &c. Qui acceperit in vxorem filiam, & matrem, &c. *g* Incestus turpissimus, *h* igne plectendus.

15 * *Qui cum iumento*, &c. *i* Bestialitas 16 *k* morte plectenda. *Pecus quoque occidite*. Non quod pecus peccauerit, sed ad scelestis immanitatem indicandam.

17 * *Qui acceperit sororem suam*, &c. Punitur turpissimus incestus. *Portabunt iniquitatem suam. m* Ad peccatum consequitur pœna, cuius symbolum est onus, quatenus molestiam affert. Iniquitas pro pœna iniquitatis, Causa pro effectu.

18 * *Qui coierit cum muliere in fluxu men-* *struo*, &c. *n* Sciens, & contictus pœna mulctatur. nam ignorans, debebat sacrificium offerre, vt ab ea immunditia purgaretur.

19 * *Turpitudinem matertera*, &c. *o* Alijs incestus generibus imponitur *p* pœna.

20 * *Qui coierit cum vxore*, &c. *q* Pergit 21 alia incestus genera punire. *Absque liberis morientur*. An hoc dicit, quia statim iubet occidi, ac proinde fœtus, qui fortasse conceptus fuit, non potest nasci? An quia facier Deus in pœnam, vt ex eo incestu non nascantur filij?

2 *Vid. c. 18. v. 21. litt. c, d, e.*
b p. 1279.
c p. 1293.
d p. 2099.
e p. 2101.
f p. 2104.
g p. 5.
h p. 23.
i p. 25.
k Vid. c. 18. v. 21. lit. b, i.
l p. 1724.
m p. 1731.
n p. 2007.
o p. 2009, 2010.
p Vide sup. litt. b, c, d, f.
q p. 443.
r p. 1598, 1599.
s p. 446.
t p. 22.
u p. 382.
x p. 1903.
y p. 2039.
z p. 1279, 1293, 1843.
a p. 2336.
b p. 1279, 1293, 1843.
c p. 2337.
d p. 1279, 1293, 1843.
e p. 2341.
f Vid. supra litt. d.
g p. 2337.
h Vide sup. litt. d.
i p. 2340.
k p. vt sup. litt. d.
l p. 2337.
m Vt supra litt. d.
n Vide sup. litt. d.
o p. 2337.
p Vid. sup. litt. d, m.
q Vid. lit. o, p.

Digitized by Google

r p.2066. * *Custodite leges meas*, &c. *r* Diuinis præceptis obtemperandum. *Ne vos euomat terra.* *s* Cibus corruptus, symbolum peccati: *t* Vomitus, diuinæ vltionis symbolum.

s p.1193. t p.1279.

23 * *Nolite ambulare in legitimis nationum*, &c. *u* Non sunt male agentes imitandi. *Quas ego expulsurus sum ante vos.* Innuunt hæc verba 1. *x* Esse in Deo prouidentiam. 2. *y* Esse Deum vltorem male agentium. 3. *z* Solere amissionem bonorum temporalium esse pœnam peccati. Habentur similia supra cap. 18. à v. 27.

u p.2152. x p.23. y p.25. z p.1279.

Abominatus sum eas. *a* Formatur actus odij, cum appetitus auertitur ab eo, quod malum æstimatur. *b* Charitatis actus est, odisse peccatum, quatenus diuinæ voluntati contrarium, iurisque diuini læsiuum.

a p.198. b p.1574.

* *Vobis autem loquor*: *Possidete*, &c. 24 LXX. & Chald. *Vobis dixi.* Non est mutatio in Deo: omne verbum diuinum est æternum, licet nobis manifestetur in tempore. Sermo est de Dei promissione, facta olim Abraham, & nunc ipsis Israelitis de possessione terræ Chanaan. Habemus Dei exemplo *c* licitum esse, licitâ promittere. *d* & Deum esse Dominum omnium, qui bona quæcunque tribuit quibus vult. & *e* in Deo esse prouidentiam, *Possidete.* *Separaui vos à cæteris populis.* *f* & à Deo esse nostram electionem, vt eadem verba indicant. *g* & Deum esse agentem liberum; quoniam quæcunque vult facit.

c p.2124. d p.22. e p.23. f p.349. g p.26.

25 * *Separate ergo vos*, &c. *h* Repetit præceptum cæremoniale de non edendis immundis. *Ne polluatis animas uestras*, &c. *i* Macula in animam inducitur per peccatum.

h p.1124. i p.1275.

26 * *Eritis mihi sancti*, &c. K Vide supra cap. 11. v. 24, 25.

k *Vid. c. 11. v. 24. 25.*

Vir, siue mulier, in quibus pythonicus, &c. *l* Pœna imponitur superstitioni diuinationis, quæ per manifestam dæmonum inuocationem fit.

p. 43, 1598, 1599, 2083, 2984 l p.2009. *Vide supra v. 3. lit. b, c, d, f.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

Agitur de sanctitate legali Sacerdotum. 1. Prohibentur Sacerdotes contaminari in mortibus; & radere caput, ac barbam; & suas carnes incidere, & ducere vxorem scortum, & repudiatam à marito. 2. Damnatur flammis filia Sacerdotis in stupro deprehensa. 3. Prohibetur Summus Pontifex discooperire caput, vestimenta scindere, in vllo mortuo contaminari, egredi de sanctis, ducere vxorem vllam præter virginem. 4. Prohibetur ab altaris ministerio quisquis maculam habuerit; nempe cæcus, claudus, paruo vel grandi vel torto naso, fracto pede vel manu, gibbus, lippus, albuginem habens in oculo, iugem scabiem, impetiginem in corpore, herniosus.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, 2 nisi tantùm in consanguineis, ac propinquis, id est, super patre, & matre, & filio, & filia, fratre quoque, 3 & sorore virgine quæ non est nupta viro: 4 sed nec in principe populi sui contaminabitur. 5 Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras. 6 Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. 7 Scortum & vile prostibulum non ducent vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecrati sunt Deo suo. 8 & panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti, quia & ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico vos. 9 Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. 10 Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio cõsecratæ sunt, vestituſq; est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet: 11 & ad omnem mortuum non ingredietur omnino, super patre quoque suo & matre non contaminabitur. 12 Nec egredietur de sanctis, ne polluat Sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eum est. Ego Dominus. 13 Virginem ducet vxorem. 14 Viduam autem & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo: 15 ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego Dominus qui sanctifico eum. 16 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 17 Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, 18 nec accedet ad ministerium eius: si cæcus

Digitized by Google

eus fuerit, si claudus, si paruo vel grādi, vel torto naso, 19 si fracto pede, si manu, 20 si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſus. 21 Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, nō accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo: 22 vescetur tamen panibus qui offeruntur in Sanctuario, 23 ita dumtaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet Sanctuarium meum. Ego Dominus qui sanctifico eos. 24 Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Israel, cuncta quæ fuerant sibi imperata.

Interpretatio litteralis.

a *p.858. 1124.* b *p.1125.* c *p.650.* d *p.37.* e *p.851.* f *p.858.* g *p.834.* h *p.443.* i *p.298, 382.* k *p.2334.* l *p.1039.* m *p.2034.* n *p.1279, 1293, 2099, 2104.* o *p.858, 1124.* p *p.2034.* q *p.858, 1124.* r *p.834.* s *def.4597.* t *p.854. 1124.*

1 *NE contaminetur Sacerdos*, &c. *a* Est præceptum cęremoniale. 2 *b* quod Ecclesiæ mores figurat. 3 de quibus infra in mystica interpretatione.

6 * *Sancti erunt Deo suo*, &c. *c* Sancti debent esse sacrorum ministri. *Non polluent nomen eius. d* Est Deus venerandus. Non est eius Maiestas vt quid pollutum tractanda. *Incensum enim*, &c. *e* Decet sacra signa venerari.

7 * *Scortum, & vile prostibulum*, &c. *f* Erat ea obseruantia ad maiorem reuerentiam diuini cultus. *g* Et intelligimus, esse congruenter in matrimonio impedimenta, quæ contractum eius nullum reddunt.

8 * *Ego sanctus sum, Dominus. h* Summū, & infinitum ens, *Dominus Iehouah*: ac proinde actus purissimus. *Qui sanctifico eos. i* Auctor sanctitatis.

9 * *Si deprehensa fuerit in stupro*, &c. *k* Prohibetur stuprum; quo & sibi puella iniuriam infert, & patri, præsertim Summo Sacerdoti. Habet admixtam irreuerentiam in parentem, *l* qui colendus est; & in Summum Sacerdotem vnctū oleo, *m* proinde violatio rei sacræ admiscetur, quę spectat ad sacrilegium. *Flammis exurent. n* Magno peccato, magna imponitur pœna.

10 * *Pontifex, id est, Sacerdos maximus*, &c. *o* Præceptum cæremoniale, ad maiorem reuerentiam diuini cultus.

11 * *Super patre suo non contaminabitur.* Indicat, Summum Sacerdotem, etiam viuente patre, consecrari potuisse, nempe si pater esset impotens ad ministrandum.

12 * *Ne polluat Sanctuarium Domini.* Ipsius immūditia, ad Sanctuarij immunditiam spectabit. *p* Committet sacrilegium, quia sacram vnctionem violabit. Sacrilegij symbolum pollutio.

13 * *Virginem ducet vxorem*, &c. *q* Ad maiorē reuerentiam, diuini cultus. *r* Erat 14 impedimentum quoddam ad matrimonium. 15

17 * *Qui habuerit maculū, non offeret*, &c. *s* Irregularitates legales enumerantur, 18 impedimenta ad sacra ministeria. *t* Ad 19 20 maiorem sacrorum ministeriorum reuerentiam. *Si iugem scabiem.* Scabies, est asperitas cutis cum pruritu, natura corporis interiora expurgante, noxiosq; humores foras expellente, c.4745. *Impetiginem.* Est impetigo fœdatio cutis serpēs cū pruritu. Morbus similis scabiei, squamosus, corpusque dehonestans, c.4721. *Herniosus.* Qui herniam patitur, morbū scroti intumescentis: & propriè cum efupto peritonæo, corpus aliquod in scrotum ceciderit, c.4719.

22 * *Vescetur tamen panibus, qui offeruntur in Sanctuario.* Differebant hi panes, à panibus propositionum. *u* Sunt aliquæ oblationes Sacerdotibus offerendæ, vt in suum vsum insumant. u *p.1970.*

23 * *Contaminare nō debet Sanctuarium meum. x* Prohibet hoc genus sacrilegij, cuius symbolum pollutio. x *p.2034.*

Ego Dominus qui sāctifico eos. y A quo sanctitas. y *p.298, 382.*

Interpretatio mystica.

1 *NE contaminetur Sacerdos in mortibus*, &c. Immūditia legalis, immunditiam significabat moralem peccatorū: vt indicat Paulus Hebr.9.13, 14. Mors, symbolum est peccati, Ioan.5.24. & 8.50. Iac.2.17, 20, 26. 1.Ioan.3.14. Ergo Mortuus, peccatoris symbolum est. Macula, peccatum significat, Ioſ.22.17. Psal.14.2. Igitur contaminari in mortibus, siue ratione mortuorum, est peccatū contrahere occasione conuersationis cū peccatoribus. *a* Eam conuersationem docentur secundum sensum huius loci mysticum debere fugere Sacerdotes in actionibus ad bona temporalia pertinentibus. * *nisi tantum in consanguineis, & propinquis*, nempe cum *b* ordinata charitas, & *c* ratio necessitatis docet iuuandos esse cōsanguineos, & propinquos in bonis temporalibus. *d* Impedimentum afferre solent ad perfectionem temporalia: *e* ideo Clericis cupiditatis radices, & occasiones precidendæ. a *p.913, 914.* *Vid. Glass.* b *p.1543.* c *p.2040.* d *p.661.* e *def.4634.*

5 * *Non radent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facient incisuras.* Abstinere ab his debebant Sacerdotes in mortibus

Digitized by Google

f Gloſſa. tibus etiam ſuorum. *f* Caput, mens eſt, c.5612. Capilli, in Sacerdote, ſunt cogitationes ad Sacerdotis munera pertinentes, c.5606. Barba, grauitatem, & auctoritatem ſignificat, c.5477. Carnes pro actibus appetitus ſenſitiui ſumuntur. *Caro*, inquit Apoſtolus, *concupiſcit aduersus spiritum*.

g p.1731, 2152. Mysticus ſenſus eſt: *g* Non debere eos, qui ſe Deo deuouerunt ad offerendum ei ſacrificium ſiue euchariſticum, ſiue iuſtitiæ, vllo impiorum, Deo mortuorum, etiã parentum, exemplo, aliaue occaſione moueri, vt

h p.1267. *h* caput radant, id eſt, vt à cogitationibus, & deſiderijs ceſſent ad ſacerdotale munus attinentibus: vt

i p.1268. *i* barbam radant, id eſt, deturpata vitijs Sacerdotij

k p.1271, 1272. dignitate, vileſcant: vt *k* in carnibus faciãt inciſuras, id eſt, vt moralium virtutum, quæ humanum affectum ornant, præclaram connexionem, & ordinẽ turpi actione perturbent. Hi mali effectus poſt patratum peccatum conſequuntur.

9 * *Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exuretur.* Sacerdotis filia, eſt anima, quam ſibi Chriſtus filiam generat per Baptiſmi gratiam; vt ipſi Chriſto virginem caſtam exhibeat. Stuprum committitur, cum ſuadenti diabolo, conſenſus ad peccatum, præſertim infidelitatis, præbetur. Huic ſtupro ignis æternus in pœnam decernitur.

10 * *Sacerdos maximus inter fratres ſuos, super cuius caput*, &c. *l* Sacerdos maximus, eſt Chriſtus Ieſus; *m* ſuper cuius humanitatem *fusum eſt oleum* Verbi diuini per hypoſtaticam vnionem. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis*, id nempe eſt, *inter fratres ſuos. Caput ſuum non discooperiet.* Non deponet è capite Cidarim. Caput, inquit Paulus, Chriſti Deus. Chriſtus Ieſus ſemper Deus, ſemper Sacerdos ſummus, Rex ſemper ſupremus. quod ſemel aſſumpſit, nũquam dimiſit. *Veſtimenta non ſcindet.*

l Iob 29, 14. Iſa. 61. 10. *n* Quatenus veſtimentũ iuſtitiæ, gratiæq; ſymbolum eſt; *o* Ieſus Chriſtus veſtimenta non ſcidit, quia ſumma innocentia ſemper prædituſ; gratiam nunquam amiſit.

o p.494. p Iob 38. 14 Iſa. 50. 9. & 51. 6, 8. q p.570. r p.494. p Quatenus veſtimentum corruptionis ſymbolum eſt, quia atterritur: *q* diuina Ieſu Chriſti caro corruptionem paſſa non eſt. * *Ad omnem mortuum non ingredietur omnino.* *r* Nunquam Ieſus Chriſtus ratione peccati, culpæ vllius reus fuit. *Super patre quoque suo & matre non contaminabitur.*

11

s p.494. *s* Quoniam Chriſtus Ieſus, quamuis naturam humanam ex ſtirpe Adæ peccatoris aſſumpſerit, originale tamen peccatum non contraxit. * *Nec egredietur de sanctis.* Sãcta cęli, Eccleſięq; figura fuerunt. Nunquam Chriſtus Ieſus

12

t p.491. egreſſus eſt de ſanctis, *t* quatenus ſemper eius anima ab inſtanti conceptionis Dei viſionem habuit; & *u* quatenus Eccleſiam militantem nũquam deſeruit, ſemper nõ-biſcum manens vſque ad conſummationem

u p.625, 899, 902.

13 ſeculi. * *Virginem ducet vxorem.* *x* Vxor Chriſti Eccleſia: *y* quæ virgo eſt, quatenus Chriſti fidem immaculatam ſeruat.

x p.621, 623, 624. y p.629.

14 * *Viduam, & repudiatam, & sordidam, & meretricem non accipiet*, &c. Vidua, repudiataq; Synagoga Iudęorũ. *z* Vidua, quatenus mortuus eſt in Cruce verus eius ſponſus Ieſus Chriſtus. *a* Repudiata, quatenus à Deo deſerta, ac reprobata. *b* Sordida, & meretrix eſt ea multitudo Gentilitatis, quæ Chriſtum, & prędicatores eius eſt perſecuta, nec Baptiſmo renouata vt Chriſti ſponſa fieret. Sordida ob fœditatem peccatorũ turpiſſimorum. Meretrix, quatenus multis amatoribus adhęſit, multitudinem deorum colens.

z p.568. a p.1431. b p.1428.

17 * *Homo, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius.* Conditiones ſpirituales myſticè deſcribuntur, quæ indignum reddunt Sacerdotem ad offerendum corpus, & ſanguinem Chriſti, & quemlibet Fidelem ad offerendum Deo ſacrificiũ iuſtitię. *c* Macula, eſt quodcunque peccatum mortale. Non eſt cum conſcientia peccati mortalis ad ſacra myſteria accedendum.

c p.774, 1275.

18 * Cæcitas, ignorantiæ ſymbolum eſt, Iſa.42.19. & 56.10. Matt.15.14. & 23.17. *d* Cæcitas mentis in multis eſt, priuatio luminis ſupernaturalis, infidelitatis effectus, & pœna. *e* In multis cæcitas mentis eſt inconſideratio voluntaria: quatenus homo ſponte ſe auertit à conſideratione alicuius intelligibilis, per quod intelligũtur alia. *f* In multis eſt auerſio à conſideratione alicuius intelligibilis, per quod intelliguntur alia: quam auerſionem cauſat occupatio mentis circa alia, quę magis diligit. Maximè obeſt cæcitas mentis ſacris Sacerdotum miniſterijs, quæ maximum mentis lumen requirunt, vt rectè exerceãtur. Impedit etiam acquiſitionem chriſtianæ perfectionis; ad quam quiſque Fidelis incũbere omnibus viribus deberet.

d p.1432. e p.1433. f p.1434.

Claudus, quatenus ob defectũ pedum, aut crurum, non poteſt ambulare, aut non rectè, vt claudicet; ſymbolum eſt hominis non agentis opera bona, aut nõ rectè agẽtis, 3. Reg. 18.21. Pſal. 17.46. Prou. 26.6, 7. Hebr. 12.13. Multis Sacerdos talentis eſt prædituſ: non ſunt tenenda otioſa. *g* Qui opera bona non agit, aut malè operatur, reijcitur à regno cælorum.

g p.1037.

Naſus, diſcretionis ſymbolũ eſt, *h* quæ in Sacerdotibus debet eſſe, per quos nobis virtutum odores, & peccatorum fœtores demonſtrantur, Cant. 7.4. ex Gregorio. *i* Debet etiam quiſque Fidelis, qui Sacerdos myſticus eſt, naſum diſcretionis habere:

h p.703. i p.1710.

bere: vt sciat reprobare malum, & eligere
k p. 1763. bonum. K Paruo sunt naso, qui negligenter agunt, & deficiunt in solicitudine, quę adhiberi debet in exequendis ijs, quę sunt
l p. 1771. rectè conciliata, & iudicata. *l* Grandi sunt naso, qui solicitudinem adhibent superfluam in agendis. Torto sunt naso, qui sunt
m p. 1763. in agendo *m* temerarij, ac *n* præcipites:
n p. 1764. *o* qui prudentes secundum carnem sunt;
o p. 1768. *p* qui astuti; *q* qui finem non rectum in
p p. 1769. consultatione sibi proponũt. Paruo etiam
q p. 1725. sunt naso, *r* qui in deliberatione sunt
r p. 1727. nimium tardi, *s* qui non eligunt me-
s p. 1730. liora.

* *Si fracto pede.* Pes, symbolum est affe- 19.
ctus. Animus enim affectu quasi pedibus fertur ad id, quod amat, Cant. 5.3. Thren.
t p. 1712. 1.9. Hebr. 12.13. *t* Prudentiæ regula est appetitus rectus. seu, Vera agendorum ratio est, quę recto appetitu conformatur. Ergo fracto pede est, qui prauum habet
u p. 817. appetitum. *u* Habet autem prauum affectum, qui abijcit per contemptum ea, per
x p. 1155. quę homo retrahitur à peccato. *x* Qui ad
y p. 1164. malum finem afficitur. *y* Qui voluntatem suam diuinæ voluntati non conformat.
z p. 1239, *z* Qui inordinato amore fertur in seipsũ,
1240. & in temporalia.

Si fracta manu. Manus, symbolum est operis, & executionis, Iob 16.18. Psal. 7.4.
a p. 1152. & 23.4. & 25.10. & 35.12. *a* Fracta manu
b p. 1153. est, qui male agit. Fracta manus est *b* opus
1154, 1155. malum ex malo vel obiecto, vel circumstantia, vel fine.

* *Si gibbus.* Gibbus, quasi inflatus ap- 20.
paret vel in dorso, vel in pectore, vel in vtroque. Inflari autem transfertur ad animum, cum superbia effertur, Sap. 4. 19. 1. Cor. 4.6, 18, 19. & 13.4. Coloss. 2.18.
c p. 2381. *c* Repellitur à Sacerdotij ministerijs superbus. *d* Nam ex appetitu propriè excel-
d p. 1242. lentiæ peccabit in multis. Superbiæ actus numeramus in nostra Introd. par. 2. dist. 13. à prop. 1382.

Si lippus. Lippitudo est oculorum lacrymantium vitium, cum putredo ab his defluit. Oculi, mentis, & considerationis symbolũ sunt, Iob 10.4. & 14.3. Psal. 13.3. & 93.9. & 118.18. Ergo lippus est, è cuius intellectu profluit putredo doctrinæ corruptæ, ac erroris. *e* Is arcendus à Sacerdo- e p. 1342.
tio tum reali, ne alios docendo inficiat; 1344.
tum mystico, quia sine vera fide impossibile est placere Deo sacrificium iustitiæ.

Si albuginem habens in oculo. Albugo est oculi macula, sed alba. impedit visum. lucis quãdam speciem habet: sed tenebris oculum offundit. Illusionum symbolum videtur esse. *f* Variæ hominibus à dæmo- f p. 889.
ne illusiones contingunt: qui transfigurat se in angelum lucis. Malum autem nostrũ diabolus intendit, etiam cum videtur bonum proponere, ac suadere. Illusionibus decepti arcendi à Sacerdotio, ne decipiant alios. Opera, quæ ab illusa mente procedunt, difficile vt placeant Deo.

Si iugem scabiem habens in corpore, si impetiginem, vel herniosus. Tres concupiscentiæ his tribus morbis videntur figurari; quæ turpissimæ sunt in Sacerdote, tum propriè dicto, tum mystico. *g* Scabies g p. 1241,
cum pruritu, cupiditas diuitiarum est, & 2161, 2165,
auaritia, quæ suis solicitudinibus animum 2167, 2168.
pungit; & radix est peccatorum. *h* Impe- h p. 2222,
tigo fœdans corpus, & pruriens, ambitio- 2223, 2224
nem significat, & immoderatum honoris 2225, 2388
appetitum: qui diuinæ imaginis, quæ in homine est, pulchritudinem deturpat, & innumerabiles solicitudines affert. *i* Her- i p. 2318, &
nia, quatenus est morbus in scroto circum seqq. vsque
testiculos, qui sunt seminis instrumenta, ad p. 2328.
luxuriæ vitium indicat. Est autem luxuria illecebra innumerabilium peccatorum, & turpissimos effectus gignit.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

Agitur de obseruantijs circa oblata, & offerenda. 1. Prohibentur Sacerdotes, si fuerint immundi, accedere ad oblata; & vesci ex illis, si leprosi fuerint, aut seminis flui; & non nisi purificati, si quid immundum tetigerint. 2. Prohibetur esus morticini, & capti à bestia. 3. Arcentur ab esu sanctificatorum alienigena, inquilinus Sacerdotis, mercenarius, filia alteri nupta. 4. Præcipitur in holocaustum offerri masculum immaculatum, & hostias pacificas immaculatas; & non recipi oblationes alienigenæ; & non offerri fœtus ante diem octauum; & bestiam progratiarum actione comedi eodem die.

1 LOcutus quoque est Dominus ad Moysen, dicẽs: 2. Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt caueant ab his quæ consecrata sunt filiorũ Israel, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. Ego Dominus. 3 Dic ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Ego sum Dominus. 4 Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non

vescetur

Digitized by Google

vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen quasi coitus, 5 & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus est sordidus, 6 immundus erit vsque ad vesperum, & non vescetur his quæ sanctificata sunt: sed cùm lauerit carnem suam aqua, 7 & occubuerit sol, tunc mũdatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. 8 Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis. Ego sum Dominus. 9 Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur in Sanctuario, cùm polluerint illud. Ego Dominus qui sanctifico eos. 10 Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis & mercenarius non vescentur ex eis. 11 Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. 12 Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ sanctificata sunt & de primitijs non vescetur. 13 sin autem vidua, vel repudiata, & absque liberis reuersa fuerit ad domum patris suæ sicut puella consueuerat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. 14 Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti in Sanctuarium. 15 Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt Domino: 16 ne forte sustineãt iniquitatem delicti sui, cùm sanctificata comederint. Ego Dominus qui sanctifico eos. 17 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 18 Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Israel, diceſque ad eos: Homo de domo Israel & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suã, vel vota soluens, vel sponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocaustum Domini, 19 vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris: 20 si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile. 21 Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit: omnis macula non erit in eo. 22 Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini. 23 Bouem & oucm, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potes; votum autem ex eis solũi non potest. 24 Omne animal, quod vel contritis, vel tusis, vel sectis ablatisq; testiculis est, nõ offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino ne faciatis. 25 De manu alienigenæ non offeretis panes Dei vestro, & quidquid aliud dare voluerit: quia corrupta & maculata sunt omnia: non suscipietis ea. 26 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 27 Bos, ouis, & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. 28 Siue illa bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus suis. 29 Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione Domino, vt possit esse placabilis, 30 eodem die comeditis eam, non remanebit quidquam in mane alterius diei. Ego Dominus. 31 Custodite mandata mea, & facite ea. Ego Dominus. 32 Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorum Israel. Ego Dominus qui sanctifico vos, 33 & eduxi de terra Ægypti, vt essem vobis in Deum ego Dominus.

Interpretatio litteralis.

Caueant. Abstineant, si fuerint immundi. *Consecrata.* Hebr. *Sãcta*, id est, Deo dicata, c. 22 11. *Nomen sanctificatorum mihi.* Hebr. Nomen sanctũ meum, *a* Sunt præcepta cæremonialia ad maiorem reuerentiam diuini cultus. *Non contaminent.* Indicant hæc verba *b* Deum esse colendũ, *c* & glorificandũ, *d* & sacra esse venerãda.

a p. 858. 1824.
b p. 37.
c p. 39.
d p. 851.
e p. 1293.

* *Peribit coram Domino.* *e* Congruum est à male agendo, pœnarum comminatione deterrere.

8 * *Nec polluentur in eis.* *f* Pollutio, peccati symbolum.

f p. 1193. 1275.

9 * *Custodiant præcepta mea.* *g* Diuinis præceptis parendum. *Vt non subiaceant peccato.* Habes 1. *h* Esse peccatum, id est, actum humanum malum, seu non conformem rationi. 2. *i* Peccati causam esse volũtatem, quatenus sine adhibitione regulæ legis diuinæ, operatur. *Et moriantur in Sanctuario.* *k* Effectus peccati pœna. *l* Eam Deus comminatur. *Cum polluerint illud.* Sacrilegio. *m* Symbolum sacrilegij pollutio.

g p. 2066.
h p. 1193.
i p. 1226.
k p. 1276. 1279.
l p. 1293.
m p. 2036

a p.298, 382. pollutio. *Qui sanctifico eos.* *n* Sanctitatis auctor.

* *Vernaculus domus eius.* Seruus, qui in eius domo natus est, & nutritus. *Inquilinus*, Qui manet ad tempus tantum in domo eius, & non est de genere eius. * *Alienigena*, Qui non est ex eius genere, c.1147. 11 13

* *Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem*, &c. Indicant hæc 1. † Ignorantiam esse peccatum, cum vitari potest, ac debet. 2. *o* Restituendum esse, quod iniustè acceptũ est. 3. *p* Ius delicto læsum, pœna compensari, *Addet quintam partem* in pœnam. 14

† p. 1251. o p. 1828. p p. 1799.

* *Nec contaminabunt sanctificata*, &c. *q* Sacrilegio inquinabunt. Iniuriam rebus Deo sacris inferent ea irreuerentia. Symbolum sacrilegij pollutio. *Ne forte sustineant iniquitatem delicti sui*, &c. *r* Ne pœnam luant. Pœnam cõminatur. vt sup. v. 8. 15

q p. 2034. r p. 1276, 1279, 1193.

* *Vel vota soluens, vel sponte offerens.* *s* Aliquæ oblationes, quæ in cultum Dei offeruntur, spontaneæ sunt: *t* aliquæ necessariæ, vt quæ voto offeruntur. 18

s p. 1968. t p. 1969.

* *Masculus immaculatus erit*, &c. *u* Præceptum cæremoniale ad maiorem reuerentiam diuini cultus. Nobilior debet esse oblatio, quæ per holocaustum tota cedit in honorem Dei. 19 20 21

u p. 858, 1124.

* *De manu alienigenæ non offeretis*, &c. Discimus cum excommunicatis non communicare, præsertim in diuinis. *Alienigenæ*. Hebr. *Nechar*, videtur pro Gentili sumi. *Quia corrupta, & maculata sunt omnia.* Bona temporalia bonitatem quãdam moralem recipiunt à viro bono, cui ea deseruiunt: vt quæ Dei cultui deseruiunt, sanctitatem quãdam recipiunt moralem à Deo. Dona Gentilium, maculata dicuntur, quia ea offerentes erant maculáti falsa religione, & idololatria. 25

* *Septem diebus erunt sub vbere matris.* Non sunt Deo offerenda, quæ sunt imperfecta. talis erat fœtus ante octauum diem, nimium mollis. 27

* *Non immolabuntur vna die cum fœtoribus suis.* *x* Hoc cæremoniale præceptũ misericordiam docet, *y* & fugere crudelitatem. Crudele quid, & sæuum, eodem tempore matrem, ac fœtum occidere. 28

x p. 1603. y p. 2362, 2364.

* *Si immolaueritis hostiam prosgratiarum actionę*, &c. *eodem die comedetis.* *z* LXX. Votum gratiarum. *z* Vota statim soluenda. non erat hostiæ consumatio, ac perfectio differenda in sequentem diem. 29 30

z p. 1979.

* *Custodite mandata mea*, &c. *a* Obediendum Deo in omnibus. 31

a p. 2066.

* *Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sãctificer in medio filiorum Israel. Ego Dominus qui sanctifico uos.* *b* Deus sãctus. *Nomen meum sanctum.* *c* Deus glorificandus, *Vt sanctificer.* *d* Peccati symbolum pollutio, *Ne polluatis.* *e* Lex vetus bona, *Sanctifico vos.* Legibus meis bonis, veraque religione. *f* Deus auctor sanctitatis, *Sanctifico vos.* 32

b p. 43. c p. 39. d p. 1193, 1275. e p. 1111. f p. 298, 382.

33 * *Et eduxi de terra Aegypti, vt essem vobis in Deum. Ego Dominus.* Beneficiũ tantum, quod ego vobis contuli, liberãdo vos à seruitute, & veram vobis mei religionem, & cognitionem exhibendo; hanc animi gratitudinem exigit, vt meis præceptis pareatis. Docemur 1. *g* Esse benefactoribus grati animi officia exhibenda. 2. *h* Debitas esse Deo gratiarum actiones pro beneficijs ab ipso susceptis. 3. *i* Ingratitudinis actum esse, mala pro bonis retribuere, *Ne polluatis nomen meum, qui sanctifico vos*, &c. 4. *k* Deum Israelitarum esse verum Deum, *Ego Dominus*, Iehouah, summum ens.

g p. 2084. h p. 2083. i p. 2090. k p. 4, 6.

Interpretatio mystica.

PRimo huius capitis cæremoniali præcepto prohibentur vesci ex oblatis immundi. Sacrificia veteris legis, teste Paulo Hebr. 9. vmbra fuerunt sacrificij futuri, nempe oblationis corporis, & sanguinis Christi. * *a* Ergo præcepti de non accedendo cum immunditia ad esum veterum oblatorum, significabat mystícè præceptum de non accedendo ad sacram Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis. 3

a p. 774.

* Leprosus, peccatoris hominis, & ab aliorum commercio separandi symbolum est, Isa. 53. 4. ex Ruperto 8. in Ioan. Tales sunt publici peccatores, qui ab esu Eucharistiæ arcendi, donec corrigantur. Lepra, morbus in cute, publicũ peccatum significat. Qui seminis fluxũ patitur est incontinens, & luxuriæ deditus. * Qui immundus est ex solo tactu immundorum, significat eum peccatorem, qui non operatur ex malo habitu, & consuetudine; sed tamen labitur in mortale. * *b* Is non debet ad sacram mensam accedere *c* vsque ad vesperum, id est, nisi pœnituerit, *d* & se lauerit aqua, id est, gratia Sacramẽti Confessionis. 4 5 6

b p. 775. c p. 781. d p. 779.

* Alienigenæ, id est, Infideles non vescuntur pane eucharistico; etiam si sint inquilini, id est, in terris Fidelium habitent; etiam si mercenarij, id est Fidelibus seruientes. * Emptus à Sacerdote, est qui per Baptismum à seruitute diaboli liberatur. Vernaculus, est Dei seruus, qui in domo Sacerdotis, id est, in Catholica Ecclesia, natus per Baptismum, Sacramentis alitur, & verbo Dei. 10 11

* Filia Sacerdotis alteri nupta, est anima renata per Baptismum, quæ diabolo desponsatur per peccatum, præsertim infidelitatis. * Quæ si vidua euaserit, & repu- 12 13

Digitized by Google

repudiata, id est, si ad Deum conuersa diabolum reliquerit; & orbata fuerit filijs, id est, à malis operibus cessauerit; licebit ei cibo eucharistico vesci.

21 * Altero huius capitis cæremoniali præcepto conditiones præscribuntur oblationum offerendarum. Veteres autem oblationes sacrificium iustitiæ significabant, vt supra dictum est. Eo sacrificio nostram voluntatem, & nos ipsos offerimus Deo. Fit autem hoc sacrificium bonorum operum exercitio. e Placet Deo maximè masculus, id est, actus virtutis heroicę. f Non placet opus cum macula, id est, cũ aliqua peccati labe. 22 * Quod peccatum significet cęcitas, & aliæ maculæ, quæ hic numerantur, intelligi potest ex ijs, quę in præcedente capite in sensu mystico dicta sunt.

23 * *Bouem, & ouem aure, & cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solui non potest.* g Aliqua opera voluntaria sunt, h aliqua necessariò faciẽda, quia promissio intercessit facta Deo. Auris, obedientiæ symbolum est, Psal. 17. 45. & 39. 7. Cauda, perseuerantiæ, Greg. 1. Mor. 40. Opera voluntaria offerre Deo possumus vt lubet, modò peccati macula non admisceatur. At opera ex voto non licet offerre i sine aure obedientiæ, id est, secundum eum modum, secundum quem offerre præcipimur: k nec sine cauda perseuerantiæ; quia perseuerandum nobis est in reddendis votis vsque ad finem.

24 * *Omne animal, quod vel contritis, &c.* Testiculi sunt vasa seminis; semen est instrumentum generationis. Proles autem spiritualis est tum gratia, tũ bona opera. Habetur gratia per verbum Dei, & per Sacramenta: fons bonorum operum fides. Ergo hoc cæremoniale præceptum duo significat. Primum, l eos, qui defectu spiritualium testiculorum, nempe doctrinæ, & bonæ vitę; nõ reperiuntur apti ad gignendos filios Deo. i. non sunt idonei ad prędicandum verbum Dei, & ad Sacramenta ministrãda; non esse ad Ecclesię ministeria Deo offerendos. Secundum, m eos, qui carent Fide Christiana, & gratia non esse idoneos ad bona opera facienda, æternæ vitæ meritoria, & Deo placentia.

25 * *De manu alienigenæ nõ offeretis panes Deo*, &c. e Alienigenæ sunt omnes Infideles, præsertim Hæretici, Greg. 16. Mor. 21. Indicatur 1. p Opera Infidelium non placere Deo. 2. q Non placere Deo cœnam Hæreticorum, neque doctrinam. Panis, prędicationis symbolum est, Amos 8. 11. 3. r Non esse cum Hæreticis, & alijs Infidelibus communicandum, præsertim in diuinis.

27 * *Bos, ouis, & capra cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.* Bos, ouis, & capra, munda animalia generantur, cũ Fideles Baptismi Sacramentum accipiunt. Mater Fidelium Ecclesia est. Vbera Ecclesię Sacramentum corporis, & sanguinis Christi: quo alimur, & perficimur, & vitæ æternæ pignus accipimus. s Septem diebus, huius vitę tẽpus significatur: quo tempore Fideles Sacramento eucharistico perficiũtur, vt hostiæ reddantur perfectæ pro sacrificio laudis æternæ, quod octauo die Deo offertur in cælo. Octauus dies vitam æternam significat, c. 1948.

28 * *Siue bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cũ fœtibus suis.* Mater, Synagoge symbolũ est respectu Christi, & Ecclesiæ; quia ex Iudæorum genere fuit Christus, & Apostoli, qui Ecclesiam fundauerunt, Cant. 3. 4, 11. & 8. 1, 2, 5. Isa. 50. 1. Mater Synagoga in lege veteri immolabatur Deo, quatenus Deo accepta erant eius sacrificia, & cæremoniæ, & opera in fide Christi venturi facta, & vt vmbrę futurorum. Filij Synagogę in lege noua immolãtur Deo, quatenus Christus cruento, & incruẽto sacrificio Deo offertur, & Apostoli, ac reliqui Fideles placent operibus suis Deo propter gratiam, quam à Christo accipiunt. t Non licet eodem die matrem, & filios immolare: quia tempore gratiæ non licet vti operibus cæremonialibus legis veteris, Christi figuratiuis.

29 * *Si immolaueritis hostiam*, &c. u Vota statim soluẽda. Vid. supra in sẽsu litterali.

e p. 292.
f p. 1152. 1298.
g p. 1968.
h p. 1969.
i p. 1978.
k p. 1979.
l p. 650. 701, 702. Glossa.
m p. 1336. 1342.
o Vide Patres in Syl. Alleg. verb. Alienigena.
p p. 1336. 1342.
q p. 1425.
r p. 913. 1422.
s p. 768. 771.
t p. 864. 865.
u p. 1979.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Agitur de solennitatibus, quæ toto anno erant à populo Israelitico celebrãda. 1. De obseruatione septimi diei in quaque hebdomada. v. 3. 2. De Paschate septem diebus celebrãdo. à v. 5. et de primitiis messis secũdo die offerendis. à v. 10. 3. De solẽnitate Pentecostes. à v. 15. 4. De solennitatibus tubarum, et expiationis, et tabernaculorũ mense septimo celebrandis. à v. 24.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabis sanctas. 3 Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. omne opus non facietis in eo. sabbatum Domini est in cunctis habitationibus vestris. 4 Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare

Digitized by Google

brare debetis temporibus ſuis. 5 Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt: 6 & quintadecima die menſis huius, ſolẽnitas azimorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis. 7 dies primus erit vobis celeberrimus, ſanctuſque: omne opus ſeruile non facietis in eo: 8 ſed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus: dies autem ſeptimus erit celebrior & ſanctior: nullumq; ſeruile opus facietis in eo. 9 Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 10 Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Cùm ingreſſi fueritis terrã, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetẽ, feretis manipulos ſpicarũ, primitias meſſis veſtræ, ad ſacerdotem: 11 qui eleuabit faſciculũ coram Domino, vt acceptabile ſit pro vobis, altero die Sabbati, & ſanctificabit illum. 12 Atque in eodem die, quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum Domini. 13 Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ cõſperſæ oleo in incenſum Domini, odoreq; ſuauiſſimũ: liba quoque vini, quarta pars hin. 14 Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex ſegete, vſque ad diẽ qua offeretis ex ea Deo veſtro. Præceptum eſt ſempiternum in generationibus, cunctiſq; habitaculis veſtris. 15 Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, 16 vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt, quinquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificium nouum Domino, 17 ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. 18 Offeretiſq; cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis, in odorem ſuauiſsimum Domino. 19 Facietis & hircum pro peccato, duoſq; agnos anniculos hoſtias pacificorum. 20 Cumq; eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in vſum eius. 21 Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſsimum: omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris. 22 Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non ſecabitis eam vſque ad ſolum: nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego ſum Dominus Deus veſter. 23 Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 24 Loquere filijs Iſrael: Menſe ſeptimo, prima die menſis, erit vobis ſabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur Sanctum: 25 omne opus ſeruile non facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino. 26 Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 27 Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus: affligetiſq; animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. 28 Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. 29 Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: 30 & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo. 31 Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus veſtris. 32 ſabbatũ requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono menſis: A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. 33 Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 34 Loquere filijs Iſrael: A quintodecimo die menſis huius ſeptimi erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino. 35 Dies primus vocabitur celeberrimus atque ſanctiſsimus: omne opus ſeruile non facietis in eo. 36 Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino. dies quoque octauus erit celeberrimus atque ſanctiſsimus, & offeretis holocauſtum Domino: eſt enim cœtus atque collectæ: omne opus ſeruile nõ facietis in eo. 37 Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque sãctiſsimas, offeretiſq; in eis oblationes Domino, holocauſta & libamenta iuxta ritum vniuſcuiuſque diei: 38 exceptis ſabbatis Domini, doniſq; veſtris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ ſpõte tribuetis Domino. 39 A quintodecimo ergo die menſis ſeptimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus. die primo & die octauo erit ſabbatum, id eſt, requies. 40 Sumetiſq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo veſtro: 41 cele-

Digitized by Google

brabitisque solemnitatem eius septem diebus per annum. legitimũ sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, 42 & habitabitis in ymbraculis septem diebus. Omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis: 43 vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cùm educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester. 44 Locutusque est Moyses super solemnitatibus Domini ad filios Israel.

Interpretatio litteralis.

2 *Loquere filiis Israel, & dices ad eos.* a Promulgatio est necessaria, vt lex obligandi virtutem habeat. Is enim modus est enũciandi subditis voluntatẽ superioris obligatoriam. a p.1068.

3 * *Hæ sunt feriæ Domini*, &c. b Præceptum est morale, Habere aliquod tempus 4 deputatum ad vacandum diuinis. b p.2000.

5 * *Mense primo quartadecima die mensis*, &c. c Quæ ad explicationem, & theologiam huius præcepti spectant, dicta sunt in Exod. 12. c Vid. Propositiones hx.12.

10 * *Feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ*, &c. Messis prima intelligitur ex frugibus, quę tempestiuè maturescunt. non licebat ex eis comedere, nisi prius hæc oblatio fieret. Erat ex spicis virentibus. d Oblatio voluntaria, alia ab oblatione primitiarum, quæ debebat fieri necessariò ad sustẽtationem Sacerdotum. Abulensis. d p.1968, 1973.

11 * *Altero die sabbati.* Secunda die azymorum. Omnes dies azymorum sabbata dicebantur, c.2185.

14 1. * *Præceptum est sempiternum.* e Cæremoniale. Æternum, in Scripturis dici solet, quod diu duraturum est, etiam si aliquando finem sit habiturum, c.1138. e p.1124.

22 * *Pauperibus, & peregrinis dimittetis eas.* f Misericordiæ actus, esurientes pascere. f p.1608.

29 * *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis.* g Virtutis actus est ieiunium ad satisfaciendũ pro peccatis. *Peribit*, h Pœnã mortis cõminatur. *Mystice.* i Pœnitentia est agenda, vt peccatorum remissio recipiatur. g p.2287. h p.1293. i p.781.

30 * *Quæ operis quippiam fecerit*, &c. k Præcipitur sanctificatio diei festi, l & 31 imponitur pœna. k p.2000. l p.1293.

32 * *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.* Hunc morem seruat Ecclesia in officijs diuinis. m Ex hoc Dei præcepto intelligimus rationabilem esse Horarum canonicarũ institutionem. m p.1936.

35 * *Vocabitur celeberrimus.* Erit celeberrimus. *Vocari*, sæpe pro *Esse*, accipitur, c.2779.

36 * *Septem diebus offeretis holocaustă Domino*, &c. vsque ad v.44. Octauo die congregabatur ad hanc solennitatem populus ex omnibus ciuitatibus: ideo subditur, *Est enim cœtus, atque collecta.* Chald. *Collecti enim eritis.* Afferebant ad hanc 40 solennitatem * *Fructus arboris pulcherrimæ.* LXX. *Fructum arboris pulchrum.* Pulcherrimũ quemque fructum. Chald. *Fructum arboris citrei.* Is fructus est pulcherrimus aspectu. *Ramos ligni densarum frondium.* Quiuscũque arboris, quod densas frondes habet. Chald. *Et myrtum.* Ex his ea theologia colligitur. 1. n Debere creaturas intellectuales cultum, & honorem exhibere Deo. 2. o Debitas esse Deo actiones gratiarum pro beneficijs ab ipso acceptis. Fiebat enim hæc solennitas tabernaculorum post collectos fructus, *Quando congregaueritis omnes fructus terræ*; & in memoriã beneficij, quod Deus aluerit, & protexerit populum Israeliticum in deserto in tabernaculis habitantẽ, n p.1915. o p.2083.

43 * *Vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim*, &c. 3. p Exteriores corporis actus cõuenienter in cultũ exhiberi Deo. Signis enim sensibilibus excitatur mens ad actus spirituales. *Sumetisque vobis fructus arboris pulcherrimæ*, &c. 4. q Congruè cultui publico tempus determinatũ. *A quintadecima die mensis septimi*, &c. 5. r Materialia, & sensibilia quædam conuenienter in cultum Deo dicari, *Habitabitis in tabernaculis.* 6. s Orationi, & cultui communi locum publicum congruum esse. *Omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis.* 7. t Esse Deo adorationis reuerentiã exhibendam, præsertim sacrificiũ. *Offeretis in eo oblationes Domino, holocausta*, &c. 8. u Licereijs etiam delectabilibus moderatè vti, quæ necessaria non sunt; si sint loco, tempori, nobis, & ijs, quibus conuiuimus, conuenientia. *Et lætabimini coram Domino Deo vestro.* p p.1918. q p.1936. r p.1919. s p.1947, 1961. t p.1957, 1962. u p.2266.

Interpretatio mystica.

QVoniam vmbra fuit lex futurorum, & quæcũque in ea scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: quid putamus septem solennitates significare, de quibus in hoc capite mentio fit? * 1. Sabbatum, in quo non licebat vllum opus seruile operari, videtur significare a tum liberationem ab vsuribus veteris legis in Euãgelio per Christum; tum a p.864. Glossa.

Digitized by Google

b p.781, 801. *b* veteris vitæ ceſſationem. Opera enim ſeruilia, peccatorum opera ſunt, quibus diabolo ſeruimus,& cõcupiſcentijs. Vide alia Exo.23.12. in myſtica interpretatione.

c p.592. * 2. Feſtiuitas Paſchæ, eſt *c* tum Chriſti

d p.762. reſurrectio, *d* tum Euchariſtię Sacramentum: quod tranſitum ſignificat Chriſti ex hoc mundo ad Patrem, & pignus eſt vitæ æternæ, per quod ex humanis miſerijs ad cæleſtem felicitatem tranſimus. Videnda quę myſticè diximus Exodi 12. * 3. Spicę, ſymbolum ſunt virtutum, ac bonorũ operum, quæ ad Euangelij, prædicationiſque ſementem conſequuntur, Matth.4.28. ex

e p.1343. Greg.22.Mor.14. *e* Bona opera Deo offerenda. Cum bonis operibus ad Euchariſtię

f p.762. Sacramentum accedendum. * *f* Duo decimæ ſimilæ ſunt humanitas, & diuinitas Chriſti. Liba vini, diuinus eius ſanguis.

g p.929. * *g* Non licet panem ex ſegete comedere vſque ad diem, qua ex ea offeremus Domino: quia non permittitur nobis in hac vita cæleſtis felicitatis pane frui, quæ eſt fructus bonorũ operum, vſque ad ingreſſum in cœlum, vbi perpetuũ laudis ſacrificium offeremus pro beneficio bonorum

h p.79,602 operum. * 4. Solennitas Penteçoſtes, *h* eſt aduentus Spiritus ſancti, non ſolum ſuper

i p.80. Apoſtolos, *i* ſed ſuper omnem Fidelem, cũ gratiam recipit. Offertur in ea ſacrificium nouum Domino, quia per gratiam noſter animus renouatur. * Panes primitiarum duo, ſunt intellectus, & volũtas. * *k* Septẽ agni, ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti.

k p.366.

l p.365. * *l* Vitulus, & arietes duo, Fides, Spes, Charitas, cum libamentis, id eſt, cæteris virtutibus, quæ cum gratia animæ infunduntur

m p.993, 2253. cum Spiritus ſanctus accipitur. *m* Immolantur hircus, & duo agni, quatenus per gratiam tres concupiſcentiæ frænantur:

n p.700. * 5. *n* Solennitas tubarum, eſt apoſtolica prędicatio. Tuba enim prędicationis vehementis ſymbolum eſt, Iſa.58.1. Oſ.8.1. Apoc.4.1. * 6. Solennitas expiationis, eſt

o p.573, 584. expiatio noſtra *o* facta per Chriſtum in

p p.749. Cruce, *p* & per Sacramenta, *q* & exercitium mortificationis. De quibus ſatis di-

q p.2272. ctum eſt ſupra cap.16. * 7. *r* Solennitas

r p.620. tabernaculorum, quæ ſeptem diebus celebrabatur, ſignificabat ſtatum Eccleſię militantis, ac peregrinantis. Tabernaculum enim Eccleſiæ ſymbolum eſt, Hebr.9.12. Tempus autem peregrinationis noſtrę ſeptem dierum circulo voluitur. *s* Septem

s p.748. etiam dies, ſeptiformem Sacramentorum gratiam ſignificant. Dies, gratiæ ſymbolũ

t p.739. eſt, Pſal.109.3.Cant.3.11.& 8.8. * *t* Sacrificia, quæ in ſolennitate tabernaculorum quotidie offerebantur; ſacrificium corporis, & ſanguinis Chriſti ſignificabat, quod quotidie Deo in Eccleſia immolatur.

u p.1046, 1600. * *u* Arborum fructus, & rami, quos Iſraelitę iubebantur ſumere; eſt imitatio Chriſti, & Sanctorum, quæ à Fidelibus huius vitæ tempore exercenda eſt in Eccleſia. Arbores enim, hominum ſymbola ſunt, Eccli.14.18. Ezech.31.3. Dan.4.7. Matt. 7.17. Quare fructus arboris pulcherrimę, sũt actiones Ieſu Chriſti, quas imitari debemus. *x* Spatulæ palmarum, paſſiones, ac

x p.2197. victoriæ Martyrum. *y* Rami ligni denſarum frondium, ſiue myrti, ſunt exemplar pœnitentium. Vis in myrto aſtrictoria, c.4825. opera pœnitentiæ ſignificat, quæ concupiſcentias frænant. *z* Myrtus, viri

Vid. Patres in Syl. All. v. Palma, litt.q.

y p.802, 808. iuſti ſymbolum eſt, propter pulchritudinem, & fragrantiam bonorum operum, Iſa.41.19. & 55.13. Zach.1.8. ex Ribera.

z p.644. *a* Salices, ſunt cælibum, ac virginum imitatio. Nam ſalicis folia contrita, & pota, intemperantiam libidinis coercent, atque in totum auferunt vſum, ſæpius ſumpta, c.4850. Salices iuxta riuos, quatenus abũdè germinant, ſunt proliſ felicis ſymbolũ, præſertim iuſtorum, ac in primis tot cælitum in Eccleſia, Iſa.44.4. * 8. *b* Dies

a p.2315.

b p.969. octauus celeberrimus, atque ſanctiſſimus, in quo holocauſta offerebantur, quod cætus eſſet, & collectæ: æternam cæli felicitatem ſignificabat, ad quam congregabitur omnis electorum cætus, ad ſempiternum laudis holocauſtum Deo offerendum. Dies enim octauus, alterius vitæ beatitudinem ſignificat, vt ſæpè dictum eſt.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Tria iubentur. 1. Præcepta cæremonialia de lucernis tabernaculi concinnandis, & de panibus propoſitionis. 2. Præcepta iudicialia de blaſphemia, homicidio, verberatione, ac ſimilibus facinoribus puniendis. 3. Præcipit Deus blaſphemum quendam lapidari.

1 LOCVTVS eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 2 Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum, ac lucidum, ad concinnãdas lucernas iugiter, 3 extra velum teſtimonij in tabernaculo fœderis. Ponetq; eas Aaron à veſpere vſque ad mane coram Domino, cultu erituq; perpetuo in generationibus veſtris. 4 Super candelabrum mundiſsimum ponentur ſemper in conſpectu Domini. 5 Accipies quoque ſimilam, & cõques

ex

ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: 6 quorũ senos altrinsecus super mensam purissimam corã Domino statues: 7 & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis Domini. 8 Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno: 9 eruntq; Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto: quia Sanctum sanctorum est de sacrificijs Domini iure perpetuo. 10 Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelita. 11 Cumq; blasphemasset nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater eius Salumith, filia Dabri de tribu Dan.) 12 Miseruntq; eũ in carcerem, donec nossent quid iuberet Dominus. 13 Qui locutus est ad Moysen, dicens: 14 Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. 15 Et ad filios Israel loqueris: Homo, qui maledixerit Deo tuo, portabit peccatũ suum: 16 & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. 17 Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. 18 Qui percusserit animal reddet vicariũ, id est, animam pro anima. 19 Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei: fracturam pro fractura, oculũ pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. 21 Qui percusserit iumentum, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur. 22 Æquum iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dominus Deus vester. 23 Locutusque est Moyses ad filios Israel: & eduxerunt eum, qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppressérunt. Feceruntque filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

Interpretatio litteralis.

a p.1970. P *Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum*, &c. *a* Sunt Sacerdotibus oblationes offerendæ, vt ad diuinum cultum expendant. 2

* *Ponetque eas Aaron à vespere vsque ad mane*, &c. *b* Præceptum cæremoniale, modum diuini cultus determinans: *c* ad maiorem eius reuerentiam. Ex quo intelligitur 1. *d* Oportere aliqua specialia obseruari in ijs, quæ pertinẽt ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducantur. 2. *e* Materialia, & sensibilia quædam, vt lumina, conuenienter in cultum Dei adhiberi. 3. *f* Congruos in Missa, & ante diuinissimam Eucharistiam luminum ritus esse. 3 4

b p.1124. c p.858. d p.844. 1918. e p.1919. f p.846.

g p. Vide eas dict. prop. * *Accipies quoque similam*, &c. *g* Theologia est eadem, quæ delucernis. 5

* *Vt sit panis in monimentum oblationis Domini.* Vt Deus recordetur oblationis vestræ, vt vos excitemini ad colendum oblatione Deum. *h* Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat in eius honorem. 7 8 9

h p.1970. 1973.

* *Iurgatus est in castris cum viro Israelita.* Verbum hebræum significat litigare, contendere, rixari. Fortasse contendebant de fixione castrorum. *i* Rixa, bellum quoddam est, quod inter priuatas personas agitur. 10

i p.1679.

* *Cumque blasphemasset nomen, & maledixisset ei.* Nomen, per excellẽtiam Deus intelligitur. Nomen enim essentiam significat, c.1926. Esse autem per excellentiam est Deus, qui est summum ens. Est quædam reticentia nominis diuini ob reuerentiam, c.8744. K Magnum peccatum blasphemia. diuinæ Maiestati derogat, quatenus per illã negatur aliquid de Deo, quod ei conuenit, vel affirmatur aliquid, quod ei nõ conuenit. *l* Maledictio illicita est, quatenus imperat, aut optat malum alterius, vt illi malum est. 11

k p.1028. l p.1903.

Adductus est ad Moysen. Est accusatus. *m* Tenetur quisque ad accusandum, si crimẽ in multitudinis corruptelam corporalem, vel spiritualem vergat, & sufficiens probatio possit adhiberi.

m p.1870. 1886.

12 * *Miseruntq; eum in carcerem.* *n* Licet habenti publicam auctoritatem, alium secundum ordinem iustitiæ incarcerare, aut in poenam, aut ad cautelam mali vitandi.

n p.1858.

Donec nossent quid iuberet Dominus. Docemur hoc exemplo 1. *o* Consilium ante omnem electionem esse adhibendum, 2. *p* Deliberationem debere non esse præcipitem, *q* sed maturam.

o p.1723. p p.1726. q p.1728.

14 * *Ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput eius.* *r* Non licet testibus veritatem celare, cum legitimè à superiore interrogantur.

r p.1882.

Lapi-

Digitized by Google

Lapidet eum populus vniuersus. Docemur 1. *s* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. 2. *s* Superioris esse, subditorum malefacta pœnis compensare. 3. *u* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, etiam quę vitam adhimunt. 4. *x* Pœnam à Iudice iniunctam, soluendam esse. 5. *y* Peccatorem occidere, peccatum non esse; si legitimè fiat ob bonum commune.

* *Homo, qui maledixerit Deo suo*, &c. 15
2. Præcepta iudicialia sunt, quæ sequūtur. 16
Habemus 1. *a* Theologiā de pœnis, quam in præcedenti textu attulimus. 2. Illicitam esse *b* maledictionē, *c* blasphemiam, *d* homicidium, * *e* percussionem, mutilationem. 3. *f* Ius delicto læsum, pœna compensandum. 4. *g* Ius alterius compensandum, iustumq; faciendum esse debiti solutione, *Reddet vcarium, Reddet aliud*. 17 18 19 20 21

* *Aequum iudicium sit inter vos, sive peregrinus, sive ciuis peccauerit.* *b* Accipere personam in iudicio, peccatum est. 22

Et eduxerūt eū, qui blasphemauerat, &c.
3 In omnibus diuinis præceptis parēdum.

Interpretatio mystica.

De Candelabro, & lucernis Tabernaculi.

Allegoria. Candelabrum, hominem iustum significat, & Doctorem Ecclesiæ, Zachar. 4. 2. Matth. 5. 15, 16. Summus autē Doctor, & summus iustus est Iesus Christus Ergo 1. *a* Candelabrum in Sāctuario est Iesus Christus in Ecclesia. 2. *b* Septem lucernæ in candelabro, sunt & septem spiritus, quibus fuit Iesus Christus repletus, Isa. 11. 2. Sapientia, intellectus, cōsilium, fortitudo, scientia, pietas, timor Dei: quibus suam Ecclesiam Christus illustrat. *c* Et septem Sacramenta, quæ lucem gratiæ producunt: quas lucernas Sacerdos concinnat, quia ministri Sacramentorum sunt Sacerdotes. *d* Et septem virtutes, Fides, spes, charitas, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, è quibus lumen prodit bonorum operum: quæ virtutes animo infunduntur cum gratia, quam Sacramēta producunt. *e* Et septem opera misericordiæ tum corporalia, tum spiritualia, in candelabro fundata meritorum Christi: quæ quasi lumina viam ostēdunt perueniendi ad præmium felicitatis æternæ: quas lucernas charitatis oleum nutrit; concinnat Sacerdos, id est, voluntas placendi Deo, & illum glorificandi. *f* Et multitudo iustorum, qui vitæ exemplo, in candelabro imitationis Christi fundato, Ecclesiam illuminant. *g* Et multitudo Doctorum Catholicorum, quorum doctrina in Christi doctrina fundatur: qui quasi lucernæ ardentes, populorum mentes sua prædicatione, & institutione illustrant. Nam lux, symbolum est gratiæ, & virtutum, & intelligentiæ, & rectæ operationis, & doctrinæ veræ. vt Scriptura sacra indicat in locis, quos citamus. In cc. 6525, 6526, 6527, 6531, 6534. *b* Sacerdos iustorum, & Doctorum lucernas concinnans, est Iesus Christus, quatenus suis auxilijs illos iuuat. 3. *i* Oleum purissimum est & Spiritus sanctus, Psal. 22. 5. & 44. 8. ex August. *k* & diuina bonitas, Cant. 1. 2. & charitas, Matth. 25. 3. *l* & Christus, Cant. 1. 2. 4. *m* Lucernæ iugiter ardebant à vespere vsque ad mane: quia in nocte huius vitæ, & in tenebris, id est, dum in obscuritate fidei ambulamus, indigemus lumine bonorū operum, & exemplo iustorum, & prædicatione Doctorum, & diuinis illustrationibus.

De duodecim panibus.

5 *a* *Allegoria.* Panis, diuini verbi symbolum est, Amos 8. 11. Ergo 1. *b* Duæ decimæ similæ, ex quibus singuli panes constabant, sunt duo testamenta, vetus, & nouum, ex quorum doctrina constat Dei verbum, quod in Catholica Ecclesia proponitur. Decimæ sunt, quia in vtroque testamento continētur decem præcepta charitatis. 2. *c* Duodecim panes, sunt duodecim Apostoli, & eorum successores, qui diuinum verbum prædicant, ac proponunt. 3. *d* Mensa purissima, est Ecclesia Catholica; quæ in proponendo Dei verbo, non potest errare. 4. *e* Panes omnes bini proponuntur, vt significetur mira concordia tum inter veteris, & noui testamenti Scriptores, tum inter Doctores Catholicos, qui in quoque Ecclesiæ sæculo docuerunt. ob id binos Christus ad prædicandū discipulos misit. Vel *f* Panes bini proponūtur, vt significetur per doctrinam Catholicā duplicem charitatis actū prædicari, nempe dilectionis Dei, & proximi ab vno charitatis fonte promanantē; quia diligere docemur proximos propter Deū. 5. *g* Thus lucidissimum super panes; est fructus, quē doctrina catholica perpetuò parit pietatis, ac sanctimoniæ. Nam thus, symbolū est religionis, ac pietatis, Isa. 43. 23, & 66. 3. Ierem. 6. 20. & 17. 26. & Hominis iusti, Eccli. 50. 8, 9. 6. *h* Panes per singula sabbata mutabantur, vt significaretur Ecclesię Doctores non esse semper eosdem, sed singulos post labores huius vitæ, quæ circulo septem dierum voluitur, ad æternam vitam transferri, vt prædicationis sanctæ præmium recipiant; & alios in eorum locum succedere, etiam ipsos præmium prædicationis suscepturos.

a *Ex Beda apud Gloss.* *b* p. 1370. *c* p. 634, 637. *d* p. 629, 1369, 1373. *e* p. 1380, 1388. *f* p. 1498, 1522. *g* p. 1398, 1399, 1400. *h* p. 953.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Quinque præcepta traduntur. 1. De non colendis agris anno septimo. 2. De restituendis possessionibus anno quinquagesimo Iubilæi. 3. De venditione agrorum, ac domorum. 4. De non exigendis vsuris. 5. De venditione, ac redemptione personarum.

LOcutusque est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: 2 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizes sabbatum Domino. 3 Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesq; fructus eius: 4 septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis Domini: agrum nō seres, & vineam nō putabis. 5 Quæ sponte gignet humus, non metes: & vuas primitiarum tuarū non colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis terræ est: 6 sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinantur apud te: 7 iumentis tuis & pecoribus, omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum. 8 Numerabis quoque tibi septē hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciūt annos quadraginta nouem: 9 & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra vestra. 10 Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam: 11 quia iubileus est & quinquagesimus annus. Non seretis, neque metetis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, 12 ob sanctificationem iubilei, sed statim oblata comedetis. 13 Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas. 14 Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo, 15 & iuxta supputationem frugum vendet tibi. 16 Quanto plures anni remanserint post iubileum, tanto crescet & pretium: & quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit. tempus enim frugum vendet tibi. 17 Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. 18 Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absque vllo pauore, 19 & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. 20 Quòd si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque collegerimus fruges nostras? 21 Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum: 22 seretisq; anno octauo, & comedetis veteres fruges vsque ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis vetera. 23 Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. 24 vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis cōditione vendetur. 25 Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat. 26 sin autem non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendum potuerit inuenire: 27 computabuntur fructus ex eo tempore quo vēdidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicq; recipiet possessionem suam. 28 quòd si non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vsque ad annum iubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum. 29 Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. 30 si nō redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in iubileo. 31 Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. si ante redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum. 32 Ædes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi: 33 si redemptæ nō fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus

nibus

Digitized by Google

nibus sunt inter filios Israel. 34 Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est. 35 Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, 36 ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. Time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. 37 Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiã non exiges. 38 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt darem vobis terram Chanaan, & essem vester Deus. 39 Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, 40 sed quasi mercenarius & colonus erit: vsque ad annum iubileum operabitur apud te, 41 & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum. 42 mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Ægypti. non veneant conditione seruorum: 43 ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum. 44 Seruus & ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt. 45 Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos: 46 & hereditario iure trãsmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum. fratres autẽ vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. 47 Si inualuerit apud vos manus aduenæ, atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: 48 post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, 49 & patruus, & patruelis, & cõsanguineus, & affinis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, 50 supputatis dumtaxat annis à tempore venditionis suæ vsque ad annum iubileum: & pecunia, qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarij supputata. 51 Si plures fuerint anni qui remanent vsque ad iubileum, secundum hos reddet & pretium. 52 si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum, 53 quibus ante seruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conspectu tuo. 54 Quòd si per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis suis. 55 Mei enim sunt serui, filij Israel, quos eduxi de terra Ægypti.

Interpretatio litteralis.

a *Vide Ex.* 23.10.
p.23,1608.
b p.1123.
c p.1973.
d p.39. 1915.
e p.1973.
g p.39. 1915.
h p.1126.
i p.1787.
k p.1818.
l p.1906.
m p.1908.
n p.38.
o p.2066.
p p.1122.
q p.1295.
r p.1307.

Ex annis seres agrum tuum. a De hoc præcepto dictũ est Exo.23.10. 3
* *Requietionis Domini.* Deo dicatę. 4
b Præceptum hoc est morale, ad diuinum cultum spectans: genus hoc oblationis præcipitur. c Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat in eius honorem. 5 6 7
* *Propitiationis tempore.* Decima die mensis septimi erat solennitas expiationis, vt habetur c.23. v.27. 8 9
* *Sanctificabis annũ quinquagesimum.* Deo dicabis. quia in Dei honorem fiebat remissio. Incidebat, vt aliqui putãt, annus quinquagesimus in annum septimum. 10
d Deus colendus. e Est aliquid in eius honorem offerendum. *Vocabis remissionem.* Erit remissio; vocare, pro facere. *Iubilæus.* Ita dictus à buccina arietina, qua clangebant. Nam Aries 52. *Iobel*, appellatur ab Hebræis. 11
* *Ob sanctificationem iubilæi.* Hebr, Sanctus erit vobis. Deo dicatus, g ad Dei cultum destinatus. 12
Sed statim oblata comedetis. Hebr. Ex agro comedetis prouentus eius. quæ sponte ager tulerit, sine vestra opera, & industria. 13
* *Quando vendes quippiam,* &c. h Præceptum iudiciale. Per iudicialia præcepta determinabantur, Israelitis iustitiæ inter eos obseruandæ. i Agitur de contractu venditionis. *Ne contristes fratrem tuum,* k Iniustum faciendo. *Iuxta numerum annorum iubilæi,* &c. l Rem vendere plus quàm valeat, illicitum. 14 15 16
* *Nolite affligere contribules vestros.* Chald. Non decipiet vir proximũ suum. m Fraus in venditione, peccatum est contra iustitiam. 17
Sed timeat vnusquisque Deum suum. n Est Deus timendus.
* *Facite præcepta mea,* &c. o Tenetur homo in omnibus diuinis præceptis obedire. 18 19
Vt habitare possitis in terra absque vllo pauore. p Congruum fuit in lege veteri tẽporalia præmia proponere. Vt per temporalia, quæ erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum. Intelligimus ex hoc loco, q Opera bona suum valorem, ac meriti rationem habere. r & Posse bona temporalia sub meritum cadere: quatenus vtilia sint ad opera virtutum, quibus perducimur ad vitam æternam.

Digitized by Google

* *Dabo benedictionem meã vobis anno* 20
s p.45. *sexto*, &c. Habes 1. Deum *s* liberalem 21
t p.53. esse, *t* benignum, *u* beneficum. 2. *x* Esse 22
u p.54. in Deo prouidentiam. 3. *y* Peculiarem Dei
x p.23. erga pios prouidentiam esse.
y p.380. * *Terra quoque non venderetur in perpe-* 23
z p.1787. *tuum*. *z* Est contractus emptionis, & ven- 24
ditionis. 25
a p.22. *Quia mea est*. *a* Deus omniũ Dominus. 26
1782. * *Quod reliquum est, reddet emptori.* 27
b p.1906. *b* Rem vendere plus quàm valeat, aut
1907. emere minus quàm valeat, illicitum.
c p.1913. * *Ne accipias vsuras ab eo*, &c. *c* Pro 35
mutuo vsuram accipere licitum non est. 36
Vsura est, cum quis pro re, quam alteri 37
mutuò tradidit, non solum ab eo rem
ipsam, sed aliquod etiam pretium accipit.
* *Ego Dominus Deus vester*, &c. Affer- 38
tur ratio cur Deo Israelitæ obedire debe-
d p.22. rent. *d* Tum quia est Deus omnium Do-
1782. minus, & peculiariter Deus, ac Dominus
Israelitarum, quatenus vt talis ab eis cognoscebatur per ipsius Dei peculiarem reuelationem. *e* Tum quia peculiaria in e p.54.
Israelitas beneficia contulerat. *f* Sunt be- f p.2084.
nefactoribus grati animi officia exhibẽda.
39 * *Si paupertate compulsus vendiderit*
40 *se tibi frater tuus*, &c. Intelligimus ex
41 hoc contextu 1. *g* Esse ius diuinum, *Mei* g p.1782.
42 *enim serui sunt*. 2. *h* Non esse iniustum h p.1817,
43 faciendum, *Non opprimes seruitute fa-* 1818.
46 *mulorum*. 3. *i* Per peccatum, diuinum ius i p.1816.
55 lædi, *Ne affligas eum per potentiam, sed*
metuito Deum tuum. 4. *k* Deum timen- k p.38.
dum esse, *Metuito Deum tuum*.
51 * *Si plures fuerint anni, qui remanent*
vsque ad iubilæum, secundum hos reddet
& pretium, &c. *l* Ius alterius compensan- l p.1800.
dum, iustumque faciendum est debiti so-
lutione.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Tria in hoc capite continentur. 1. Prohibetur idololatria, & cultus diuinus præcipitur. 2. A v.3. Obseruantibus diuina præcepta humana felicitas, & bonorum temporalium copia promittitur. 3. A v.14. vsque ad finem capitis Contra inobedientes, egestatis, captiuitatis, pauoris, & aliarum calamitatum temporalium consequutura pœna prædicitur.

1 EGo Dominus Deus vester: 2 Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eũ. ego enim sum Dominus Deus vester. 2 Custodite sabbata mea, & pauete ad Sanctuarium meum. ego Dominus. 3 Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, 4 & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. 5 Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. 6 Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. 7 Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. 8 persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in cõspectu vestro. 9 Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. 10 Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superueniẽtibus proijcietis. 11 Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos anima mea. 12 Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosq; eritis populus meus. 13 Ego Dominus Deus vester: qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. 14 Quòd si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, 15 si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt non faciatis ea quæ à me constituta sunt, & ad irritũ perducatis pactum meum: 16 ego quoque hæc faciam vobis: Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. 17 Ponam faciẽ meam contra vos & corruetis coram hostibus vestris, & subijciemini his qui oderunt vos. fugietis, nemine persequente. 18 Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, 19 & conteram superbiam duritiæ vestræ. Daboq; vobis cælum desuper sicut ferrum, & terram æneam.

Digitized by Google

æneam. 20 Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. 21 Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras in septuplum propter peccata vestra: 22 immittamque in vos bestias agri, quæ consumãt vos, & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigãt, desertæq; fiant viæ vestræ. 23 Quòd si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi: 24 ego quoque cõtra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra. 25 inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei. Cumque confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium, 26 postquam cõfregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis, & non saturabimini. 27 Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me: 28 & ego incedam aduersus vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, 29 ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum: 30 destruam excelsa vestra, & simulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea, 31 in tantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam Sanctuaria vestra, nec recipiam vltrà odorem suauissimum. 32 Dispersamque terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cùm habitatores illius fuerint. 33 Vos autẽ dispergam in Gentes, & euaginabo post vos gladiũ, eritq; terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ. 34 Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ: quando fueritis 35 in terra hostili, sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eo quòd non requieuerit in sabbatis vestris quando habitabatis in ea. 36 Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent, nullo persequente, 37 & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrum inimicis audebit resistere. 38 peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet. 39 Quòd & si de ijs aliqui remãserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorũ & sua affligentur: 40 donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. 41 Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis. 42 Et recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero: 43 quæ cùm relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eo quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. 44 Et tamen etiam cùm essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neque sic despexi vt cõsumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis: Ego enim sum Dominus Deus eorum, 45 & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti in conspectu Gentium, vt essem Deus eorum. ego Dominus. Hæc sunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter se & filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

Interpretatio litteralis.

Titulus. Hebr. נתנו *Mattetsebah.* Statua. ita vertit chald. *Insignem lapidem*, Aspectabilem; nempe ob ornamenta, ob cęsaturam. ab hebræo נשׁע *Shachah*, aspicere. 1 *Ego sum Dominus Deus vester.* *e* Prohibet idololatriam. *d* Docet, vnum esse Deum. *e p. 7. 1. d p. 6.*

* *Custodite sabbata mea, & pauete ad Sanctuarium meum. Ego Dominus.* Cum ego sim verus, ac summus Deus; mihi cultum exhibete. præcipit autem cultum externum. Habes *f.e* Deum verum, vnum esse, *Ego Dominus.* *2. f* Deum colendum esse, *Custodite*, &c. *3. g* Exteriores corporis actus conuenienter in cultum exhiberi Deo, *Custodite sabbata.* *4. h* Præceptum esse morale, habere aliquod tempus determinatum ad vacandum diuinis, *Custodite sabbata.* *5. i* Materialia, & sensibilia quædam, vt Templa, conuenienter in cultum dicari Deo, *Pauete ad Sanctuarium meum.* *6. k* Decere sacra signa venerari; *Pauete ad Sanctuarium meum.* 2 *e p. 6.* *f p. 375.* *g p. 1918.* *h p. 2000.* *i p. 1929.* *k p. 841.*

Digitized by Google

Timere, pauere, pro venerari, c.2763.

* *Si in præceptis meis ambulaueritis*, &c. 3

j p.2066. Docemur 1. *l* Dei præceptis parendū esse.
m p.1295. 2. *m* Opera bona suum valorem, & meriti rationem habere, *Si feceritis ea dabo vobis pluuias*, &c. 3. *n* Posse bona temporalia sub meritum cadere. Hic promittuntur in præmium bona temporalia. 4. *o* Interdum bonos in hac vita prospere agere in præmiū bonæ actionis, *Si feceritis*, &c.
n p.1307.
o p.944.
p p.928. 5. *p* Contingere beatitudinem aliquam in hac vita. *Dabo vobis*, &c. 6. *q* Licere bonis huius mundi vti ad finem honestum:
q p.2156, 2216. *Dabo vobis*, &c. 7. *r* Licitum esse licita promittere. exemplo Dei; *Dabo nobis*, &c.
r p.2124. 8. *s* Congruum fuisse veteri legi temporalia præmia proponere, vt per temporalia, quæ erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum.
s p.1122.

* *Terra gignet germen suum.* *t* Suum vnaquæque res creata operationem habet. Gignere, est operari. 4
t p.308.

* *Dabo pacem in finibus vestris.* *u* Magnum bonum est pax. Hæc Israelitis promittitur. 6
u p.1602.

* *Persequemini inimicos vestros*, &c. 7

Promittitur fortitudo in bello. *x* Præclara fortitudo est, quæ mortis pericula non refugit propter bonum commune: vt contingit in iusto bello. 8
x p.2188.

* *Respiciam vos*, &c. Respicere, est beneficijs afficere, c.2721, 8503. & Cognoscere, c.8505. Intelligimus 1. *y* Deum cognoscere omnia. 2. *z* Esse in Deo prouidentiam. 3. *a* Esse in Deo peculiarem prouidentiam erga pios. 4. *b* Iustos à Deo protegi. vt etiam supra, *Auferam malas bestias*, &c. 9
y p.16.
z p.23.
a p.380.
b p.899.

Crescere faciam: multiplicabimini. *c* Est ex hominibus hominum generatio.
c p.320.

Firmabo pactum meum vobiscum. *d* Est amor Dei erga homines, *e* & amicitia cum illis.
d p.1492.
e p.1491.

* *Ponam tabernaculum meum in medio vestri*, &c. Tabernaculum Dei, in quo Deus colebatur. Promittit se exhibiturū Israelitis veram religionem. *Ambulabo inter vos.* Gressus, symbolum sunt actionum, c.5308. Dicitur Deus ambulare cū aliquo, quatenus ei præbet auxilia. Promittit Deus Israelitis suæ amicitiæ effectus. *f* Amicitiæ effectus, est amico conuiuere: *g* amico benefacere. Hæc Deus promittit. 11 12
f p.1592.
g p.1594.

* *Ego Dominus Deus vester, qui* &c. 13

Ostendit se verū Deum ex operibus summæ potentiæ, qualia fuerunt miracula in educendis Israelitis ex Ægypto patrata. Indicat ipsum esse colendum, qui est potentissimus, à quo tot beneficia receperūt.
h p.6.
i p.14.
k p.54.
l p.37.
h Deus vnus, *i* Deus potens, *k* Deus beneficus, *l* Deus colendus indicatur.

m p.1293. * *Quod si non audieritis me*, &c. *m* Contemptum à male agendo, pœnarum comminatione deterrere. Hoc agit Deus vsque ad finem capitis. 14

16 * *Visitabo vos*, &c. Visitare, est interdū affligere, & pœnas quasi iudicem ab aliquo exigere, c.2777. Docemur 1. *n* Superioris esse, subditorum malefacta pœnis compensare. ex Dei exemplum. 2. *o* Etiam multitudinem esse puniendam, cum contingit ipsam multitudinem peccare, *Visitabo vos.* 3. *p* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse. 4. *q* Deum vindicem esse, ac vltorem male agentium.
n p.2099.
o p.2101.
p p.2104.
q p.25.

17 * *Ponam faciem meam contra vos.* *r* Diuinæ iræ symbolum facies.
r p.25.

18 * *Si autem nec sic obedieritis mihi*, &c.

19 *conteram superbiam duritiæ vestræ.* *s* Actus est superbiæ, contemptus legum, ac præceptorum.
s p.2382.

25 * *Inducam super vos gladium*, &c.

26 Comminatur bellum, pestem, famem. *t* Docemur consequi ad peccatum pœnas, quas Deus infligit. *Baculum panis.* Metaphora. Chald. *Sustentationem cibi. Vt decem mulieres in vno clibano coquant panes & reddant eos ad pondus.* Tanta erit penuria farinæ, vt vnus clibanus sufficiat pro decem familijs; & panis è clibano extractus, reddendus sit suis dominis ad pondus. Paucitas panum hoc loquendi modo significatur: nam cum est panum copia, non redditur ad pondus; sed numerato.
t p.1279.

28 * *Septem plagis.* Numerus finitus pro indeterminato. innumerabilibus plagis c.8444.

34 * *Tunc placebunt terræ sabbata sua*, &c. Prosopopœia, c.8755. Sensus tribuitur rei inanimæ.

36 * *Dabo pauorem in cordibus eorum*, &c. *u* Timor, est passio, quâ horret appetitus periculum imminens mali.
u p.238.

39 * *Tabescent in iniquitatibus suis.* *x* Tristitiæ actus describitur: quo appetitus cū quadam perturbatione, & inquietudine, execratur malum iam præsens; siue secundum rem sit presens, siue secundū apprehensionem. Effectus peccati tristitia, *Tabescent in iniquitatibus suis.*
x p.216.

Propter peccata patrum suorum affligentur. *y* Contingit interdum vnum pro peccato alterius puniri, quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis communitatis.
y p.1290.

40 * *Donec confiteantur iniquitates suas*, &c.

41 Ex ijs, quæ sequuntur vsque ad finem capitis, intelligimus 1. *z* Esse remissionem peccatorum, *Et recordabor fœderis mei pristini.* 2. *a* Pœnitentiam agendam esse, vt peccatorum remissio recipiatur, *Donec confiteantur peccata sua*, &c. *Donec erubescat incircumcisa mens eorum.* 3. *b* Veram pœnitentiam, confessionem ipsam pec-
z p.2099.
a p.781.
b p.803.

peccatorum includere, cum oportuerit; excusationes excludere, *Donec confiteantur iniquitates suas.* 4. *c* Posse vnum pro altero satisfacere, *Confiteantur iniquitates suas, et maiorum suorum.* * 5. *d* Dispo- 43
c p.819. d p.1927. suisse Deū multa non nisi petentibus elargiri, *Tunc orabunt pro iniquitatibus suis.* *Et recordabor*, &c. 6. *e* Deum exorabilem
e p.55. f p.56. esse, *f* ac misericordem. *Tunc orabunt, & recordabor.* 7. *g* Dei cum hominibus amici-
g p.1491. tiam esse, * *Et recordabor fœderis mei,* 42
h p.2124. i p.2125. *quod pepigi cum Iacob*, &c. & *h* Licitum esse, licitè promittere. & *i* standum esse promissis. * *Recordabor fœderis mei pri-* 45
k p.2126. *stini.* 9. *k* Infidelem non esse, qui non implet quod promisit; si conditiones personarum, ac negotiorum sunt mutatæ. * *Et tamen cũ essent in terra hostili, non* 44 *penitus abieci eos.* Et supra v. 15, & 16. *Quod si non audieritis me*, &c. *visitabo vos velociter in egestate*, &c.

* *Hæc sunt iudicia*, &c. Auctor legis 45 veteris Deus, *Quæ dedit Dominus.* Legis veteris minister Moyses; *Per manum Moysi.* Manus, ministerij symbolum est, c. 6589.

Interpretatio mystica.

QVoniam Paulus Tabernaculum Ecclesiam interpretatur, & docet, vmbram fuisse legem veterem futurorum, & omnia propter nostram institutionem scripta fuisse: aperit nobis ipse adytum ad huius capitis interpretationem mysticam tum allegoricam, tum tropologicam.

Allegoria.

NOn facietis vobis idolum, &c. Idola 1
a Vid. Eph. 5. 5. & Patres in Syl. Alleg. v. Idolum. sunt errores, & hæreses, *a* vt est cõmunis Patrum sententia. Terra; Ecclesiæ militantis symbolum est, can. 7623.
b p.1425. *b* Prohibentur falsa dogmata, & hæreses. quæ vt idola veritatem non habent, sed hominum figmenta sunt.

* *Custodite sabbata mea, & pauore ad* 2
c p.774. 851, 1342. *Sanctuarium meum*, &c. *c* Vera religio, & doctrina Catholica, & Sacramenta, & eucharistica sacrificium, & Ecclesiæ ritus amplectenda, & venerãda sunt. Hæc sunt vera sabbata, quatenus conscientiæ quie-
d p.629. tem, pacemq; gignunt in animis. *d* Hæc Sanctuarium, quatenus per hæc morum sanctitas habetur, & gratia.

* *Dabo vobis pluuias*, &c. Pluuia, diuina bona significat in Ecclesiam effusa, præ- 4
sertim doctrinam salutarem, Deut. 32. 2. Psal. 67. 10. & 71. 6. Eccl. 36. 26. Germen, spirituale generationem signat, Isa. 4. 2. & 14. 22. & 27. 6. & 45. 8. Ierem. 23. 5. Arbores, Fideles, c. 1582. Horum fructus bona opera, Cant. 4. 13. ex Greg. *e* Hæc omnia e p.1398. bona gignit legis Euangelicæ obseruantia.

5 * *Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem.* Messis, exuberantis boni symbolum est, Prouerb. 6. 11. Isa. 9. 3. & 17. 11. & 27. 11. Significat etiam magnum fructum, qui ad Euangelij prædicationem est consecutus, Isa. 9. 3. & 18. 5. Matt. 9. 37. Vindemia, lætitiæ symbolum est, & boni, fructusq; qui cõsequitur ad laborẽ, & opus, Eccli. 33. 17. Est & symbolum eucharistici sacrificij, & Sacramenti, Isa. 25. 6. Describitur fructus, qui existit cum pura Catholica Fides cõseruatur. *f* Existit magna Infidelium con- f p.1393, uersio, & concursus ad sacra Ecclesiæ horrea: quod symbolo messis significatur. 1396.
g Existit eucharistici Sacramẽti frequen- g p.772. tia: quam vindemia significat. *h* Existit h p.700. frequens diuini verbi prædicatio, & populorum institutio, per semẽtem significata. vt nullum sit otium euangelicis operarijs, in baptizando, in Sacramentis ministrandis, in prædicando occupatis.

Et comedetis panem vestrum in saturitate. Panis, est eucharisticũ Sacramentum. Ierem. 11. 19. Io. 6. 32. 1. Corinth. 10. 16. & 11. 26. *i* Is panis in saturitate comedi- i p.767. tus, cum dignè percipitur, ac proinde consolatio spiritualis consequitur

Absque pauore habitabitis in terra vestra. *k* Terra nostra est Ecclesia tum mili- k Glossa. tans, tum triumphans. *l* Is fructus, ex di- l p.769. gna Eucharistiæ sumptione existit: vt simus in hac vita sine pauore, qui ad peccatum mortale consequitur. Præbet enim Eucharistia vires, vt nunquam ad peccatum mortale labamur, si diuinum cibum dignè frequentemus. *m* Et quia Eucharistia est pignus vitæ æternæ, in qua nullus est pauor: Eucharistię digna sumptio effi- m p.768. cit, vt in cælo sine pauore habitemus.

6 Idem sequẽtibus verbis explicatur: * *Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit, qui exterreat.* *n* Is, cui nulla est n p.921, peccati mortalis conscientia, in quo pax est 1601, 1643. mentis cum Deo, & sensus cum ratione, magna cum animi tranquillitate in diuinorum contemplationem incumbit. Somnus, contemplationis symbolum est, Cant. 2. 7.

Auferam malas bestias & gladius non transibit terminos vestros. Bestiæ, Diaboli, ac hostium Ecclesiæ symbolũ sunt, Apoc. 11. 7. Gladius, cædem significat. x. 6. 21. *o* Promittitur pijs Catholicis diuina pro- o p.899, tectio contra Diabolum, & Tyrannos, & 902. Hæreticos; vt eos nullæ tentationes separare à diuina gratia valeant.

7 * *Persequemini inimicos vestros, &* 8 *corruent coram vobis.* *p* Promittitur vi- p p.907, ctoria in tentationibus, & in disputationi- 908, 909, bus contra persecutores Ecclesiæ.

* Cre-

* *Crescere faciam: multiplicabimini.* 9 *& firmabo pactum meum vobiscum.*

q *p.*1393, 1396. q Multiplicatio Ecclesiæ prædicitur, quæ longè lateq; propagata est. r Prædicitur & eius firmitas. vt prędixit Christus: Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.

r *p.*1350, 1394.

* *Comedetis vetustissima veterum, &* 10 *vetera nouis superuenientibus proiicietis.*

s *p.*864, 865. s Cibus, est verbum Dei: quod Scripturis continetur tum veteribus, tũ nouis. Lege noua superueniente, vetera proiecta sunt, quatenus cæremoniæ legales, quæ vmbræ erant futurorum, cessauerunt.

* *Ponam tabernaculum meum in me-* 11 *dio vestri,* &c. t Promittitur Dei specia- 12 lis præsentia in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

t *p.*764.

* *Qui eduxi vos de terra Aegyptio-* 13 *rum,* &c. u Mentio fit præstantissimi beneficij nostræ redemptionis, qua liberati sumus è seruitute diaboli, ac peccati.

u *p.*583, 584, 585, 586.

* *Quod si non audieritis me,* &c. Figu- 14 ræ sunt calamitates visibiles, quæ vsque ad finem capitis numerantur; malorum spiritualium, quę contingere solent ijs populis, qui Fidem Christianam deserunt.

* Egestas, & fames, est calamitas spiritua- 16 lis, qua iusto Dei iudicio populus caret verbo Dei, & prædicatoribus euãgelicis, Amos 8. 11.

x *p.*1276. * 2. x Hostes nostri sunt 17 mundus, caro, diabolus. ijs subijcitur, qui ab ijs vincitur, prauis suggestionibus consentiendo. 3. y Fugit nemine persequente, qui per se, ac propria malitia à bono

y *p.*892. auertitur, nullo tentante. * 4. z Cælum 19

z *p.*381. sicut ferrum, est mens arida, sine aqua gratiæ diuinarum illustrationum. Terra ænea, est animus sine humore deuotionis, Hebr. 6. 7. Iac. 5. 7. Est & cælum symbolum Dei, Isa. 14. 13. Luc. 15. 18. Ioan. 3. 27. Terra, est B. Virgo, Psal. 66. 7. & 84. 13. Cælum sicut ferrum, est Deus, quatenus negat auxilia: Terra ænea, est Mater Dei, quatenus negat preces ad Filium.

20 * 5. a Consumitur incassum labor, & ter- a *p.*799. ra non germinat: quatenus existenti in peccato mortali non prosunt opera ad vi-

22 tam æternam. * 6. b Bestiæ agri, sunt dæ- b *p.*883, mones, & doctores praui: qui corrupta 885. doctrina deprauant tum pastores desides,

25 ac indoctos, tum eorum omes. * 7. c Gla- c *p.*886. dius vltor, sunt bella: quæ opprimere solent fidei desertores. qualis pœna contigit Græcis ob schisma. 8. d Pestilentia in me-

d *p.*887. dio Fidelium, est hæresis. qualis in Septentrione nunc cernitur in pœnam aliorum

28 peccatorum. * 9. e Septem plagæ, sunt e *p.*1336. septem genera vitiorũ. qui fidem deserũt, in omnia peccatorum genera corruunt.

29 10. * f Comedũt carnes filiorum suorum, f *p.*1683. qui discipulos suos, quos viuificare Deo debent verbo vitę, occidunt praua doctrina; comedunt, sibi eos similes reddendo. Facile est cætera sensu allegorico interpretari.

Tropologia.

1 1. g IDola, sunt tres concupiscẽtiæ car- g *p.*200, nis, honoris, bonorum temporalium, Ephes. 5. 5. * 2. h Dei sabbatum, est h *p.*1221. cessatio à malis operibus. 3. i Dei San- i *p.*363, 3 ctuarium, est mens iusti. * 4. k Pluuię, sunt 644. diuina auxilia, quæ dãtur iustis: l germen, k *p.*380. opera bona: arbores, animi potentiæ: po- l *p.*1035, ma, potentiarum actus. 1036.

Cætera eandem ferè interpretationem recipiunt, quam pro sensu allegorico attulimus.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Agitur de Deo oblatis per votum, & per consecrationem. 1. Decernitur pretium, quo votum potest redimi factum de persona humana, pro sexus, & ætatis, & paupertatis ratione. 2. Av. 9. Statuitur votum de animali, si mundũ sit, non posse redimi; posse, si sit immundum. 3. Av. 14. Agitur de voto, & voti redemptione tum domus, tum agri. 4. Av. 26. Declaratur primogenita non posse sub votum cadere, quia Dei sunt. 5. Av. 28. Decernitur, vtnam quod Domino consecratur, non posse redimi. 6. Av. 32. Statuitur, decimas terræ posse redimi, decimas bouis, ouis, capræ, non posse.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium. 3 Si fuerit masculus à vigesimo anno vsque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram Sanctuarij: 4 si mulier, triginta. 5 A quinto autem anno vsque ad vigesimum, masculus dabit viginti siclos, femina decem. 6 Ab vno mense vsque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli: pro femina tres. 7 Sexagenarius & vltra masculus dabit quindecim

siclos:

Digitized by Google

ſiclos: femina decem. 8 Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit. 9 Animal autem, quod immolari poteſt Domino, ſi quis vouerit, ſanctum erit, 10 & mutari non poterit, id eſt, nec melius malo, nec peius bono. quòd ſi mutauerit: & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatũ eſt, conſecratum erit Domino. 11 Animal immundum, quod immolari Domino non poteſt, ſi quis vouerit, adducetur ante ſacerdotem. 12 qui iudicãs vtrum bonum an malum ſit, ſtatuet pretium. 13 quòd ſi dare voluerit is qui offert, addet ſupra æſtimationem quintam partem. 14 Homo ſi vouerit domum ſuam, & ſanctificauerit Domino, conſiderabit eam ſacerdos vtrum bona an mala ſit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur: 15 ſin autem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſupra, & habebit domum. 16 Quòd ſi agrũ poſſeſſionis ſuæ vouerit, & conſecrauerit Domino: iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. ſi triginta modijs hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti. 17 Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. 18 ſin autem poſt aliquantum temporis: ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui ſunt, numerum, vſque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. 19 Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ, & poſsidebit eum. 20 Sin autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat redimere non poterit: 21 quia cùm iubilei venerit dies, ſanctificatus erit Domino, & poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotũ. 22 Si ager emptus eſt, & non de poſſeſsione maiorũ ſanctificatus fuerit Domino, 23 ſupputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad iubileum, pretium: & dabit ille qui vouerat eum, Domino. 24 in iubileo autem reuertetur ad priorem dominum, qui vendiderat eum, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ. 25 Omnis æſtimatio ſiclo Sanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. 26 Primogenita, quæ ad Dominum pertinent, nemo ſanctificare poterit & vouere: ſiue bos, ſiue ouis fuerit, Domini ſunt. 27 Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit, iuxta æſtimationem tuam, & addet quintam partem pretij. ſi redimere noluerit, vendetur alteri quantocumque à te fuerit æſtimatum. 28 Omne quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum ſanctorum erit Domino. 29 Et omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, nõ redimetur, ſed morte morietur. 30 Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. 31 Si quis autem voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partem earum. 32 Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. 33 Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. ſi quis mutauerit: & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & non redimetur. 34 Hæc ſunt præcepta, quæ mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai.

Interpretatio litteralis.

a p. 1128. HOmo, *qui votum fecerit*, &c. 2 *a* Quæ in hoc capite cõtinentur, præcepta iudicialia ſunt pertinentia ad Leuitas, & cæteros Iſraelitas ad inuicem ratione votorum, & oblationum, quo ad emptionem, venditionem, redemptionem. *Animam ſuam.* Se ipſum. Anima, pro toto homine, c. 1163. *Sub æſtimatione dabit pretium.* Debet ſe redimere, & dare pro ſe pretiũ. quia non poteſt interfici, & Deo immolari.

3 * *Ad menſuram Sanctuarii.* Quæ fuerit hæc menſura, declaratur infra: Siclus viginti obolos habet, v. 25. Sicli menſura communis fortaſſe maior, vel minor erat.

4 * *Si mulier, triginta.* Pretium redemptionis variatur pro valore perſonæ. Valor autem ſumitur ex corporis viribus. Maiores vires ſunt in viro, quàm in fœmina. Potuiſſet enim Deus eos, qui ſe Deo vouiſſent, exhibere in ſeruitium Leuitis.

9 * *Animal, quod immolari poteſt Domino, ſi quis vouerit, ſanctum erit.* Habebitur

bitur vt quid iam Deo consecratum, ac dicatum. Non licebat autem talia redimere, ne profanarentur.

* *Quod si dare voluerit is, qui offert,* 13 *addet supra æstimationem quintam partem.* Is qui vouerat immundum, debebat pro eo soluere pretium. Quod si nollet soluere pretium, sed animal immundum dare, debebat præter animal, quintam pretij partem dare. Cur hoc? Fortasse vt cum animali immundo, aliquid mundum offerretur Deo, nempe pretium. Vel potius, Propter Sacerdotis incõmodum, vt compensaretur. Commodius enim erat Sacerdoti habere pretium, quam animal immundum: quo non poterat vti neque ad sacrificium, neque ad esum.

* *Dabit quintam partem æstimationis* 15 *supra, & habebis domum.* Additur quinta pars pretij, ne facile is, qui domum Deo per votum tradiderat, rursum eã sibi redimendo vsurparet: & ad compensandum Sacerdotis commodum, si domum haberet ad habitandum, vel ad locandum.

* *Omne quod Domino consecratur,* &c. 28 Plus est consecratio, quàm votum. Quod enim Deo per votũ promittitur, nondum est consecratum, donec in Dei cultum separetur. Quidquid autem in Dei cultum separabatur, non licebat in alium vsum, quam in Dei cultum vsurpare.

* *Omnis consecratio, quæ offertur ab* 29 *homine, non redimetur, sed morte morietur.* Potest hoc in loco mors duobus modis accipi, vel pro morte propriè dicta, nempe naturali: vel pro morte abstrahente à morte naturali, & ciuili. Si primo modo mors sumatur, *Omnis consecratio*, non est vniuersaliter accipienda, sed cum restrictione, nempe pro omni re consecrata, quæ potest Deo immolari; qualia erant animalia munda, c. 762. Si secundo modo mors accipiatur, vniuersaliter quidquid Deo consecrabatur, erat occidendum, siue morte naturali, vt fiebat in animalibus mundis, & in hominibus, quos in pœnam Deus sibi consecrabat, vt factum fuit de ciuibus Hierico; vt etiam fiebat in ijs, quę cremabantur, vt spicis: siue morte ciuili, vt nõ possent in vsum profanum conuerti, & nõ in Dei cultum dicatum; vt etiam nunc homines Deo dicati per vota religionis, dicuntur mundo mortui.

Confirmari possunt ex huius capitis littera ea dogmata, 1. *a* Licitum esse votum, & religionis actum. Approbat enim vota in hoc capite Deus, *Homo quis votum fecerit*, &c. 2. *b* Esse Deo reddenda, quæ voueris, *Dabit pretium*, &c. 3. *c* Esse contractum emptionis, *Dabit pretium*, &c. v. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 14, 15, 16, 19, 27, 31. 4. *d* Commutationem rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter vitæ necessitatem licitam esse. Probant eadem loca. 5. *e* Ius alterius compensandum, iustumq; faciendum esse, debiti solutione, *Addet supra æstimationem quintam partem*, v. 13, 15, 19, 27. 6. *f* Peccatum esse sacrilegium, quo violatur res sacra per irreuerentiam, *Omne, quod Domino consecratur*, &c. v. 28, 29. 7. *g* Iudiciale Dei præceptum fuisse in veteri lege, Esse decimam prouentuum partem Leuitis dandam, *Omnes decima terræ*, &c. v. 30, 31, 32, 33. 8. *h* Legis veteris auctorem fuisse Deum, *i* ministrum Moysen, *Hæc sunt præcepta, quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel.*

a p. 1977.
b p. 1979.
c p. 1787.
d p. 1910.
e p. 1800.
f p. 2034.
g p. 1976.
h p. 1117.
i p. 1119.

LAVS DEO.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARII DOGMATICI,

Siue

THEOLOGICÆ INTERPRETATIONIS IN PENTATEVCHVM,

LIBER QVARTVS.

In Numeros.

Numeri, liber hic inscribitur: quia numeros continet, id est, enumerationem multitudinis tum Israelitarum, tum Principum in quaque tribu, tum Ministrorum in tribu Leui, tum donorum à Principibus oblatorum, tum mansionum in deserto, tum eorum, quæ in singulis mansionibus contigerunt. Ea enumeratio huius libri materia est, & præclara historia mysteriis plena, & præcepta cæremonialia non pauca.

CAPVT PRIMVM.

SVMMA.

Recensetur ex tribubus Israëliticis, exceptâ tribu Leui, sexcentaria millia virorum quingenti quinquaginta, aptorum ad bella procedere, à vigesimo anno & supra. Tribus Leuitica non numeratur, sed Tabernaculi ministerio addicitur.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens: 2 Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum, quidquid sexus est masculini 3 à vigesimo anno & supra, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas tu & Aaron. 4 Erūtque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis, 5 quorum ista sunt nomina: De Ruben, Elisur filius Sedeur. 6 de Simeon, Salamiel filius Surisaddai. 7 de Iuda, Nahasson filius Aminadab. 8 de Issachar Nathanael filius Suar. 9 de Zabulon, Eliab filius Helon. 10 Filiorum autem Ioseph, de Ephraim, Elisama filius Ammiud: de Manasse, Gamaliel filius Phadassur. 11 De Beniamin, Abidan filius Gedeonis. 12 de Dan, Ahiezer filius Ammisaddai. 13 de Aser, Phegiel filius Ochran. 14 de Gad, Eliasaph filius Duel. 15 de Nephthali. Ahira filius Enan. 16 Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel: 17 quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine: 18 & congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina singulorum à vigesimo anno & supra, 19 sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai. 20 De Ruben primogenito

Digitized by Google

Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno & supra, procedentium ad bellum, 21 quadraginta sex millia quingenti. 22 De filijs Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno & supra, procedentium ad bellum, 23 quinquaginta nouem millia trecenti. 24 De filijs Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui ad bella procederent, 25 quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta. 26 De filijs Iuda per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 27 recensiti sunt septuaginta quattuor millia sexcenti. 28 De filijs Issachar per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui ad bella procederent, 29 recensiti sunt quinquaginta quattuor millia quadringenti. 30 De filijs Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 31 quinquaginta septem millia quadringenti. 32 De filijs Ioseph, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 33 quadraginta millia quingenti. 34 Porrò filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 35 triginta duo millia ducenti. 36 De filijs Beniamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 37 triginta quinque millia quadringenti. 38 De filijs Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 39 sexaginta duo millia septingenti. 40 De filijs Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 41 quadraginta millia & mille quingenti. 42 De filijs Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 43 quinquaginta tria millia quadringenti. 44 Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron, & duodecim principes Israel, singulos per domos cognationum suarum. 45 Fueruntq; omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas à vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere, 46 sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta. 47 Leuitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. 48 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 49 Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filijs Israel: 50 sed constitue eos super tabernaculum testimonij & cuncta vasa eius, & quidquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. 51 Cum proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cùm castrametandum, erigent. quisquis externorum accesserit, occidetur. 52 Metabuntur autem castra filij Israel vnusquisque per turmas & cuneos atque exercitum suum. 53 Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. 54 Fecerunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moysi.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio literalis.

1 *LOcutus est Dominus ad Moysen*, &c. Per Angelum, vt Paulus innuit. Habes 1. *a* Solere Angelorum ad homines locutionem esse. 2. *b* Ministros esse Dei cœlestes spiritus in hominũ salute procuranda. 3. *c* Homines ab Angelis illuminari. 4. *d* Angelos ad homines mitti. 5. *e* Legis veteris auctorem fuisse Deum, *Locutus est Dominus*. 6. *f* Legem veterem datam fuisse per Angelos ministros Dei. 7. Legis veteris ministrũ Moysen fuisse. *Ad Moysen* 8. *g* Prophetiam esse à Deo, *Locutus est Dominus*. 9. *h* Propheticas reuelationes sæpè fieri mediantibus Angelis. Per Angelum Deus Moysi loquebatur.

2 * *Tollite summam vniuersæ congregationis*, &c. † Vt maior in vobis populi notitia sit, quæ superioribus ad gubernandũ necessaria. Vt pro bellica expeditione, quæ posset contingere, sciatis numerum ad bellum aptorũ. Vt ratione huius enumerationis, soluatur à quoque pretium dimidij sicli pro Tabernaculi ministerio, ac eius ministris. vt Ex. 30. 12. Ex his illud dogma confirmatur *i* Deberé superiores vigiles esse. & illud, *k* Necessariam esse in prudentia politica prouidentiam.

4 * *Eruntq; vobiscum Principes tribuum, ac domorum in cognationibus suis.* *l* Necessarium est in multitudine Superiores, ac Rectores esse. *m* Superiores adhibere ad numerandam multitudinem, quibus maximè multitudinis notitia est, actus est prouidentiæ.

18 * *Quos tulerunt Moyses, & Aaron*, &c.

19 *sicut præceperat Dominus Moysi.* *n* Omnibus Dei præceptis parendum.

49 * *Tribum Leui noli numerare*, &c. *sed*

50 *constitue eos super tabernaculum*, &c. *o* Sunt in Ecclesia, qui vitam actiuã exercẽt actionibus exterioribus occupati, *Qui poterant ad bella procedere*, &c. à v. 20. ad 24. *p* Sunt & minores sacrorũ ministri.

51 * *Quisquis externorum accesserit, occidetur.* *q* Debetur sacris ea veneratio, vt à sacris hominibus attingantur. *r* Pœnam mortis comminatur, vt à tactu sacrorum profanos arceat.

53 * *Per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio*, &c. *s* Adhibet cautionem, ne quid detrimenti ceteri Israelitæ patiantur ex Tabernaculi tactu.

54 * *Fecerunt ergo filii Israel*, &c. *t* Obedientia.

Interpretatio mystica.

NVllum dubium, quin quæ in hoc, & sequentibus Numerorum capitibus narrantur, figurà sint nostri. Has historias recensens Paulus 1. Cor. 10. Hæc, inquit, in figura facta sunt nostri. Ergo enumerationem populi, & Leuiticam tribuum in Tabernaculi ministerium assumptam interpretemur cum Patribus vt nostri temporis figuram.

1 Exodi 14. Maris rubri transitum interpretati sumus cũm Paulo Baptismum: qui nos veros Israelitas facit, Ecclesiæ populum. Ergo

2 * 2 Enumeratio masculorum ad bella procedentium, duo significat, & Sacramẽto Chrismatis confirmatos; & electos, ac iustos. *a* Nam vt hæc masculorum enumeratio facta est in deserto post transitum Maris rubri: ita Confirmationis Sacramentum datur post Baptismũ. Tribuit autem Confirmatio gratiam viro adulto respondentem. Vt enim homo cum adoleuit, viribus pollet quas nõ habebat cum erat puer, efficitq; operationes præstantiores: ita per Sacramentum Confirmationis recipitur gratia, quæ exigit à Deo auxilia ad robur in fide, & ad opera forti viro cõgruentia pro gloria Dei. *b* Est etiam ea masculorũ enumeratio figura Iustorum, ac à Deo electorum. Homines enim Fideles, virilibus, præstantibusque virtutibus ornatos, Isaias c. 66. 7. masculos appellat, vt est Patrum sententia apud Castrum. *c* Habet Ecclesia sua bella. Habet & milites suos, hominẽs iustos; *d* quos Deus suis auxilijs potentes facit vt possint ad bella procedere, id est, resistere hostibus Christi.

3 * 3 Moyses, & Aaron, & Principes tribuum; à quibus fit masculorum enumeratio, sũt Christus, & Ecclesiæ Sacerdotes. *e* In Christo fit iustorum electio. *f* Per Christum, *g* & per suos Ministros verbo Dei, & Sacramentis fit iustorum sanctificatio. Moyses, Christi figura fuit, 1. Cor. 10. 2. Hebr. 3. Aaron, Christi figura fuit, Hebr. 5. 4, 5. & 10. 1. Principes tribuum figura fuerunt Apostolorum, ac Sacerdotum, Psal. 67. 28.

50 * 4 *h* Leuitarum tribus ecclesiasticam Hierarchiam figurabat, multitudinẽ Deo sacram ministrorum Christi, Malach. 3. 3. 1. Tabernaculum testimonij est corpus Christi *i* tum reale in Eucharistia, & tum mysticũ Ecclesia, Hebr. 8. 2. & c. 9. 2. Vasa sunt *l* tum sacræ Scripturæ, quæ continent diuinam doctrinam, Act. 9. 15. tum *m* Sacramenta, quæ sunt gratiæ instrumenta, Zachar. 4. 2. Matth. 13. 14. Act. 10. 11. 3. *n* Veteres cæremoniæ ecclesiasticorum rituum figura fuerunt. 4. Leuitæ Tabernaculum portent, & eius vtensilia, *o* quatenus

a p.1011. b p.1013. c p.341. d p.344. e p.1117. f p.1118. g p.684. h p.685. † def.4826. i p.2079. k p.1759. l p.2073. m p.1759. n p.2066. o p.641. p p.649. q p.851. r p.1293. s p.1761. t p.2066. a p.761. b p.644. c p.882. 1.Cor.10. 11. Patres. d p.380, 899,902. e p.574. f p.573, 576,577. g p.646. Glossa. h p.645, i p.762. k p.620. l p.1356. m p.749. n p.844. o p.646.

Digitized by Google

tenus Sacerdotes ministri sunt corporis Christi, & Sactamentorum; p & quatenus curam habent animarum; & q quatenus prædicant verbum Dei. * 5. r Leuitæ per 13 Tabernaculi gyrum tentoria figunt: quatenus ministri Christi in sacra ministeria tantum incumbunt, à curis temporalium liberi. 6. s Excubantes in custodijs tabernaculi, sunt & Episcopi, & Ecclesiæ Doctores: qui vigilant ne quis errore Catholicam doctrinam, aut Sacramenta profanet; ne quod vitium Fidelium multitudinem inficiat.

p p. 636, 645.
q p. 700.
r p. 2080. 2174.
s p. 2079.

5. Tropologicam Principum, & nominum eorũ interpretationem omittimus, ne minus certa consectemur. Legi potest apud Glossam.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMA.

Describitur dispositio castrorum Israeliticorum circa Tabernaculum; & ordo, quo Israelitæ in deserto erant castrametandum, & proficiscendum. Ad orientem Iudas cum Issachar, & Zabulon. Ad meridianã plagam Ruben cum Simeon, & Gad. Ad occidentem Ephraim, & cum eo Manasse, & Beniamin. Ad aquilonem Dan, & juxta eum Aser, & Nephthali. Leuitæ circa Tabernaculum: leuabant illud, erigebant, ac deponebant.

OCtuusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 2 Singuli per turmas, signa atque vexilla, & domos cognationum suarum castrametabũtur filij Israel, per gyrum tabernaculi fœderis. 3 Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritq; princeps filiorum eius Nahasson filius Aminadab. 4 & omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuaginta quattuor millia sexcenti. 5 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar. 6 & omnis numerus pugnatorum eius, quinquaginta quatuor millia quadringenti. 7 In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon. 8 Omnis de stirpe eius exercitus pugnatorum quinquaginta septem millia quadringenti. 9 Vniuersi qui in castris Iudæ enumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur. 10 In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur: 11 & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti. 12 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorũ princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. 13 & cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt; quinquaginta nouem millia trecenti. 14 In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. 15 & cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta. 16 Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco proficiscentur. 17 Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum & turmas eorum, quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. 18 Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud. 19 cũctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. 20 Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. 21 cunctusque exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti. 22 In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis. 23 & cunctus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti. 24 Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertij proficiscentur. 25 Ad Aquilonis partem castrametati sunt filij Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. 26 cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingẽti 27 Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. 28 cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti. 29 De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. 30 cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquaginta tria millia quadringenti.

Digitized by Google

dringenti. 31 Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur. 32 Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum, & turmas diuisi exercitus, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta. 33 Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Moysi. 34 Fecerunt q; filii Israel iuxta omnia quæ mandauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

Interpretatio litteralis.

Singuli per turmas, signa, atque vexilla, &c. Nihil in huius capitis littera videtur esse, quod interpretatione indigeat. Aperta sũ omnia. a Docemur in toto contextu prouidentiã, & ordinem adhibendum esse in regenda multitudine tum laica, tum sacra, & religiosa. Nam pro bono regimine Israelitarum, *b* tribuitur cuique turmæ suus princeps, suus in castrametando, & progrediendo locus. Pro regimine religioso ad Dei cultum pertinente decernũtur tribui Leuiticæ Tabernaculi ministeria. Ea præterea docemur 1. *c* Deberi Ecclesiæ à Principibus ecclesiasticis curam, vt in diuino cultu exhibendo sit decor; vt indicant ea verba: * *Quomodo erigetur* (Tabernaculũ) 17 *ista & deponetur.* 2. *d* In eam curam Principi incumbendum esse, vt sint ministri, qui ipsum in regimine iuuare & sciant, & possint, * *Princeps filiorum eius Nahasson*, &c. * *In tribu Zabulon princeps* 7 *fuit*, &c. 3. *e* Esse debere in Ecclesia Episcopos, qui Christianam multitudinem regant. Nam super populum Israeliticum Principes constituuntur. 4. *f* Esse debere in Ecclesia minores sacrorum ministros, * *Leuabitur tabernaculum testimonii per* 17 *officia Leuitarum.* 5. *g* In omnibus diuinis præceptis esse parendum, * *Fecerunt sicut* 33 *præceperat Dominus.* 34

a p.1759.
b p.2073.
c def.4789.
d def.4793.
e p.645, 647.
f p.649.
g p.2066.

Interpretatio mystica.

Allegoria.

VEtus Tabernaculum, Ecclesiam figurauit, teste Paulo Hebr. 8. & 9. Ergo 1. *a* Turmæ quatuor Israelitarum ad Orientem, Meridiem, Occidentem, Aquilonem, circa Tabernaculum, multitudinem populorum figurarunt ad Christianam fidem ex omni gente congregatorum; & Ecclesiam, quatenus Catholica est, nempe omne genus hominum ad fidem recipiens, Matth. 8. 11. Luc. 13. 29. 2. Quoniam Principes, Apostolorum simbolum sunt, vt supra dictum est: *b* Principes in singulis turmis constituti, figurarũt veram Ecclesiam esse Apostolicam: & *c* esse à Christo Ecclesiæ tributos Apostolos, & Pastores, siue Episcopos. 3. *d* Turmæ ceterorum Israelitarũ circa Tabernaculum, præter Leuitas; significarunt ad Ecclesiæ membra non solum ecclesiasticos, sed etiam laicos attinere; *e* & esse in Ecclesia officiorum, & statuum distinctionem, vt secularium, monachorum, clericorum. 4. *f* Officia Leuitarum, figurarunt minores sacrorum ministros, quos habet Ecclesia. 5. *g* Pulchritudo, quæ ex castrorum ordine existebat, Ecclesiæ pulchritudinem significabat ex diuersitate membrorum consurgentem.

a p.630, 1397.
b p.631.
c p.634, 636.
d p.632.
e p.639.
f p.649.
g p.633.

Tropologia.

TAbernaculum, in quo habitat Deus per gratiam, est Homo iustus, vt indicat Paulus 1. Cor. 6. 19. 2. Corinth. 5. 4. & 6. 16. Ergo 1. *a* Leuitæ circa Tabernaculum, qui custodes illius sunt, tres virtutes theologales significant, Fidẽ, Spem, Charitatem. quæ iusti mentem tuentur: quæque per actus suos immediatè circa Deum versantur: quos actus Leuitarum officia figurabant, quatenus immediatè circa vasa Tabernaculi versabantur. 2. *b* Quatuor Israelitarum turmæ, sunt quatuor genera virtutum moralium. In his principes sunt quatuor virtutes cardinales, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia. 3. *c* Masculi ad bella procedentes, sunt virtutes morales, bellum contra vitia gerentes. 4. *d* Ordo turmarum Israeliticarũ, significabat ordinem, & connexionem, quam habent virtutes morales inter se. 5. *e* Quod Iudas esset primus in proficiscendo, significabat Prudentiam: quæ agendorum ratio, & regula est.

Aliam tropologiam vide in Glossa.

a p.282, 365, 905, 906.
b p.275, 365.
c p.255, 909.
d p.272, 283.
e p.1709.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

SVMMA.

1. Traduntur Leuita Sacerdotibus in ministros; & assumuntur à Deo in suos pro primogenitis aliarum tribuum. 2. A v. 15. Tribus Leuitarum familiis tres Principes decernuntur; & vnicuique familiæ locus, in quo excubare debebat ad custodiam Tabernaculi; & munia, quod circa Tabernaculi vasa, & supellectilem exercere debebat. Moysi & Aaron cum filiis suis orientalis Tabernaculi plaga decernitur. 3. A v. 40. Numerantur primogeniti filiorum Israel viginti duo millia ducenti septuaginta tres: Tollunturq; à Deo Leuitæ masculi viginti duo millia iam numerati, pro primogenitis filiorum Israel; & pro ducentis septuaginta tribus Israelitarum primogenitis, qui excedebant numerum Leuitarum, soluuntur Leuitis quinque sicli per singula capita, nempe mille trecenti sexaginta quinque sicli.

1 HÆ sunt generationes Aaron & Moysi, in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. 2 Et hæc nomina filiorum Aaron: primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. 3 Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. 4 Mortui sunt enim Nadab & Abiu, cùm offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functiq; sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. 5 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicēs: 6 Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrēt ei, & excubent, 7 & obseruēt quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, 8 & custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. 9 Dabisq; dono Leuitas 10 Aaron & filijs eius, quibus traditi sunt à filijs Israel. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. 11 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 12 Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito, qui aperit vuluā in filijs Israel, erūtq; Leuitæ mei. 13 Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti: sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt: ego Dominus. 14 Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: 15 Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & supra. 16 Numerauit Moyses, vt præceperat Dominus, 17 & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. 18 Filij Gerson: Lebni & Semei. 19 Filij Caath: Amram & Iesaar, Hebron & Oziel. 20 Filij Merari: Moholi & Musi. 20 De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: 22 quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & supra, septem millia quingenti. 23 Hi post tabernaculum metabuntur ad Occidentem, 24 sub principe Eliasaph filio Lael. 25 Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, 26 ipsum tabernaculum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentoriū quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius. 27 Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua: 28 omnes generis masculini ab vno mense & supra, octo millia sexcenti habebunt excubias Sanctuarij, 29 & castrametabuntur ad meridianam plagam. 30 Princepsq; eorū erit Elisaphan filius Oziel: 31 & custodient arcam, mensamque & candelabrum, altaria & vasa Sanctuarij, in quibus ministratur, & velum, cunctamque huiusce modi supellectilem. 32 Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ Sanctuarij. 33 At verò de Merari erūt populi Moholitæ & Musitæ recēsiti per nomina sua: 34 omnes generis masculini ab vno mense & supra, sex millia ducenti. 35 Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga septentrionali castrametabuntur. 36 Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac bases earum, & omnia quæ ad cultū huiusce modi per-

Digitized by Google

pertinent. 37 columnæque atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. 38 Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est, ad Orientalem plagam, Moyses & Aaron cum filijs suis habentes custodiam Sanctuarij in medio filiorum Israel. quisquis alienus accesserit, morietur. 39 Omnes Leuitæ, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & supra, fuerunt viginti duo millia. 40 Et ait Dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filijs Israel ab vno mense & supra, & habebis summam eorum. 41 Tollesq; Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. 42 Recensuit Moyses, sicut præceperat Dominus, primogenitos filiorum Israel. 43 & fuerunt masculi per nomina sua, à mense vno & supra viginti duo millia ducenti septuaginta tres. 44 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 45 Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, eruntque Leuitæ mei. ego sum Dominus. 46 In pretio autem ducentorum septuaginta trium, qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, 47 accipies quinque siclos per singula capita ad mensurã Sanctuarij. Siclus habet viginti obolos. 48 Dabisq; pecuniam Aaron & filijs eius, pretium eorũ qui supra sunt. 49 Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerant à Leuitis 50 pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexagintaquinque siclorum iuxta pondus Sanctuarij, 51 & dedit eam Aaron & filijs eius iuxta verbum, quod præceperat sibi Dominus.

Interpretatio literalis.

HAE *sunt generationes Aaron.* 1 *a* Est hominum ex hominibus generatio.

* *Applica tribum Leui, & fac stare,* &c. Docemur 6 *b* Prouidentiam in regenda multitudine. *c* Ministris in regimine vtendum. 3. *d* Esse debere in Ecclesia minores sacrorum ministros.

Et excubent. *e* Adhibenda in regimine vigilantia.

* *Et obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii.* 7 Hebr. Et custodiant custodiam eius, & custodiam omnis congregationis coñ Tabernaculo testimonij. Augustinus putat significari, Debere Leuitas obseruare vigilias pro custodia Tabernaculi nõ minus, quàm ceteri Israelitæ obseruabant vigilias pro custodia castrorum. Ita vulgata vigilias cultum appellat. Quoniam autem nouit *Mishmereth,* quod vulgata *Cultum* vertit, non solum custodiam, sed etiam obseruationẽ significat: potest esse alius sensus, Debere Leuitas obseruare cultum, siue obseruationem, id est, cæremonias multitudinis circa Tabernaculũ; vt multitudinem instruant quomodo colere cæremonijs debeant Tabernaculum, & arceãt à Tabernaculo cũ arcendi sunt. Atque ita innuitur, *f* Debere superiores non solum vigilare, sed subditos etiam instruere.

* *Aaron, & filios eius constituens super* 10 *cultum Sacerdotii.* *g* Debent in ecclesiastica Hierarchia esse Sacerdotes sacrificij ministri.

Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. Externum intelligit quemcunque qui non sit ex familia Aaronis. *h* Ad solos Sacerdotes pertinet sacrificare. quos voluit Deus esse ex filijs Aaron. *i* Indicat, peccatum esse sacrilegium, cui mortis pœnam comminatur. *k* Ea comminatione deterret à sacrilegio.

12 * *Eruntque Leuitæ mei.* Meo cultui dicati. *l* Congruè sunt in Ecclesia plures status, Sæcularium, Monachorum, Clericorum.

16 * *Numeranit Moyses vt præceperat Dominus.* *m* Obedientiæ obiectum, superioris præceptum est, *Vt præceperat.* *n* Deo autem in omnibus parendum.

38 * *Quisquis alienus accesserit, morietur.* *o* vt supra v. 10. *p* Debetur quibusdam sacris ea reuerentia, vt non ab omnibus tangantur.

41 * *Tollesque Leuitas mihi pro omni pri-* 45 *mogenito filiorum Israel,* &c. Omnes primogeniti peculiari ratione debebãtur Deo ob illud beneficium, quod eos non interfecerat, sed seruauerat, cum omnia primogenita Ægyptiorũ interfecit: exigit Deus quod sibi debebatur, & ex omni populo Israelitico pro eorũ primogenitis sibi assumit vnam tribum Leuiticam. *q* Ius alterius compensandum, iustumque faciendum, est debiti solutione.

46 * *In pretio ducentorũ septuaginta trium,*

qui

Digitized by Google

qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel. Supra n. 39. 48 ponitur numerus masculorũ Leuitarum viginti duo millia: si supputetur numerus è singulis familijs collectus, tota summa est viginti duo millia trecenti. Cur in summam omittuntur trecenti? Quia illi erant primogeniti, qui Deo debebantur à tribu Leuitica vt primogeniti; ac proinde non poterant pro aliarum tribuum primogenitis commutari. Lyran. Proinde iubet Deus pro primogenitis Israelitarum ducentis septuaginta tribus, qui excedebant numerũ Leuitarum viginti duorum millium, solui pro singulis capitibus quinque siclos: *r* vt fus diuinum compensetur.

r p. 800. * *Dedit Aaron, iuxta verbum,* &c. 51

s p. 2062, 2866. *s* Vt supra v. 16.

Interpretatio mystica.

Allegoria.

MAlachias de legis Euangelicæ tempore loquens, ac de Christo Domino, ait: *Purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerẽtes sacrificia in iustitia,* &c.

a p. 649. Gloss. *a* Ergo multitudo Leuitica ecclesiasticæ Hierarchiæ, atque Clericorum figura fuit: proinde ordo Leuitarum, & officia, hierarchicum ordinem, & Clericorum officia significant, quæ sunt in Ecclesia.

b p. 469. c def. 4569. * 1 *b* Moyses, est Christus, Ecclesiæ 38 caput, 1. Cor. 10. 2. Hebr. 3. *c* Aaron, ipsum Christum, proinde Christi in terris Vicarium figurauit, qui est loco Christi: quem ipse Christus visibile in Ecclesia caput posuit, vt ipse Moyses Aaronem Pontificem consecrauit, Hebr. 5. 1, 4, 5. & c. 10. 1.

d p. 646. * 2 *d* Aaronis filij habentes custodiam 10 Sanctuarij, & super cultum Sacerdotij constituti; figura sunt primi ordinis, qui est in Hierarchia ecclesiastica, nempe Sacerdotum. quorum munus est Sacrificare, ac Sacramenta ministrare.

e p. 645. * 3 *e* Tribus Leui, quatenus applicatur à Moyse, & fit stare in cõspectu Aaron Sacerdotis vt ministrent ei: significat iurisdictionem summam in Ecclesiam, ac præcipuè in ecclesiasticam Hierarchiam, à Christo traditam suo in terris Vicario; & iurisdictionem inferiorũ Sacerdotum Christi Vicario subordinatam.

f p. 649. def. 4571, 4581. * 4 *f* Leuitæ, quatenus Aaronis filijs 10 dono dantur; Minores sacrorum ministros significant. Omnis enim ordo, minor ordine Sacerdotali, habet in ecclesiastica Hierarchia respectum ad sacrificium, & Sacerdotium.

g def. 4579. h Pontificale in ordin. Diaconorũ. 5 *g* Leuitæ, qui Arcam portabant; Diaconos figurabant: qui Sacerdotibus cooperantur, *h* quatenus ministrant ad altare, baptizant, & prædicant: Qui alia vasa portabant, Subdiaconos significabant, & Acolytos. *k* Quatenus excubabant, & vasa Tabernaculi custodiebant; figura erant nostrorum Ostiariorum.

i def. 4580, 4582. k def. 4585

Tropologia.

TAbernaculum, vt in tropologia præcedentis capitis dictum est, est homo iustus. Ergo * 1. *a* Leuitæ, qui circa Tabernaculum excubant, sunt virtutes morales, quæ gratiam in iusto custodiunt.

a p. 262, 283. Gloss.

38 2. * *b* Moyses, Aaron, & filij eius, qui ad orientalem plagam castrametantur; sunt Habitus intellectuales, præsertim prudentia. Ab his habitibus, quasi ab oriente actus intellectuales oriuntur, è quibus cæteræ hominis potentiæ lumen recipiunt ad rectam actionem. 3. *c* Quatenus Leuitæ imperio Sacerdotum subduntur; significatur imperium, quod ratio, & prudentia supra animi potentias exercent, & super actiones morales, eas dirigentes.

b p. 265, 266, 267, 269.

c p. 1709, 1715.

27 * 4. *d* Chaathitarum multitudo ad meridianam plagam castrametantium, virtutes significant morales ad iustitiam pertinentes. Actus autem iustitiæ, cùm sint ad alterum, quasi in luce meridionali versantur, quatenus earum splendor magis elucet, magisque fit alijs hominibus manifestus. * 5. *e* Princeps Principum Leuitarum Eleazar super excubitores custodiæ Sanctuarij; virtus est Religionis, quæ est pars iustitiæ. Versatur autem Religio circa cultum Dei. * 6. *f* Gersonitarum multitudo ad Occidentem, sunt virtutes, & actus ad Fortitudinem spectantes, eiq; affines: vt Patientia, Constantia, Perseuerantia, Longanimitas, Securitas, Fiducia, Magnanimitas. Præcipuus autem fortitudinis actus, Martyrium. Quatenus autem Fortitudo animum firmat contra mortis pericula, ne declinet à ratione, quasi excubias agit ad custodiam Tabernaculi contra Occidentem. Occidens enim miseriæ, 33 ac mortis symbolum est. * 7. *g* Meraritarum turba excubias agens ad Aquilonem, significat virtutes ad Temperãtiam spectantes. Præcipuum autem Temperantiæ munus est, Frænare concupiscentiam, & delectationes tactus, ne diuertant animum à ratione. Aquilo, frigus inducit, & symbolum est diaboli, ac peccati, quod extinguit calorem charitatis, Isa. 14. 13. Ierem. 1. 14. Merari, Amaritudo interpretatur. Ergo Meraritæ contra Aquilonem custodientes Tabernaculum, sunt actus Temperantiæ mortificationum frigore, & æternæ damnationis timore concupiscentijs obsistẽtes, ne quid detrimenti patiatur iustus à peccato.

e p. 1916.

f p. 2281.

g p. 2257, 2286, 2312.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

SVMMA.

Decernuntur officia, quæ circa Tabernaculum præstanda à Leuitis erant, quando castra mouebantur. 1. A v. 1. ad 21. Demandatur Caathitis cura, ortandi Arcam, mensam cum panibus propositionis, candelabrum cum suis vasis, & altare cum suis item vasis; postquam hæc omnia ab Aaron, & filiis suis ita fuerint inuoluta, vt nec videri à Caathitis, nec tangi possint. 2. A v. 22. Gersonitis committitur officium gestandi tectum, cortinas, velum introitus Tabernaculi, & atrii, & alia ad altare spectantia. 3. A v. 29. Meraritis imponitur onus portandi tabulas, vectes, columnas, bases tabernaculi & atrii. 4. A v. 33. Recensetur numerus Leuitarum pro vasis Tabernaculi portandis à trigesimo anno usque ad quinquagesimum, octo millium, quingentorum octoginta.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicēs: 2 Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas, 3 à trigesimo anno & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrēt in tabernaculo fœderis. 4 Hic est cultus filiorum Caath: Tabernaculum fœderis, & Sanctum sanctorum 5 ingredientur Aaron & filij eius, quādo mouenda sunt castra, & deponent velum quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij, 6 & operient rursum velamine ianthinarū pellium, extendentq; desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. 7 Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos & crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt: 8 extendentque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento ianthinarum pellium, & inducent vectes. 9 Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctorijs & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt: 10 & super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, & inducent vectes. 11 Nec non & altare aureū inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentū ianthinarum pellium, inducentq; vectes. 12 Omnia vasa, quibus ministratur in Sanctuario, inuolucnt hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes. 13 Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, 14 ponentq; cum eo omnia vasa, quibus in ministerio eius vtuntur, id est, ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium, & inducent vectes. 15 Cumque inuoluerint Aaron & filij eius Sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent involuta: & non tangent vasa Sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: 16 super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium, quod semper offertur, & oleum vnctionis, & quidquid ad cultū tabernaculi pertinet, omniumq; vasorum, quæ in Sanctuario sunt. 17 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: 18 Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: 19 sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabūt, ipsiq; disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. 20 Alij nulla curiositate videant, quæ sunt in Sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur. 21 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 22 Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas, 23 à triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. 24 Hoc est officium familiæ Gersonitarum, 25 vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen ianthinum tentoriumque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, 26 cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare per-

Digitized by Google

tinent, funiculos, & vasa ministerij, 27 iubente Aaron & filijs eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant oneri mancipari. 28 Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis, eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 29 Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis, 30 à triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officiũ ministerij sui & cultum fœderis testimonij. 31 Hæc sunt onera eorum: Portabunt tabulas tabernaculi & vectes, eius, columnas ac bases earum, 32 columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicq; portabunt. 33 Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 34 Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, 35 à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis: 36 & inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta. 37 Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi. 38 Numerati sunt & filij Gerson per cognationes & domos patrum suorum, 39 à triginta annis & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis: 40 & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta. 41 Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini. 42 Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum, 43 à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: 44 & inuenti sunt tria millia ducenti. 45 hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moysi. 46 Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos recenseri fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israel, per cognationes & domos patrum suorum, 47 à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, 48 fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. 49 Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

Interpretatio litteralis.

A *Trigesimo anno et supra*, &c. 3 *stent, & ministrent in tabernaculo fœderis.* Infra c. 8. 24. de ijsdẽ Leuitis dicitur: A viginti quinque annis, & supra, ingredientur vt ministrẽt in Tabernaculo fœderis. Videtur trigesimus annus deputari pro initio onerum portandorum: requirunt enim onera in portante robur, & vires, quales nõ sunt ante illum annum, nec post quinquagesimum. Vigesimus autem quintus annus videtur deputatus fuisse pro initio aliorum ministeriorũ exhibendorum, & vt probarentur, & instruerẽtur. Lyran.

* *Inuoluent eo arcam testimonii*, &c. 5 *& inducent vectes.* Exod. 25. 15. de vectibus dicitur: Semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis: cur nunc dicitur: Inducent vectes? An cum arca deferenda erat, vt posset tota tegi, ne videri posset, extrahebantur vectes, & statim inducebantur? An, ne tunc quidem vectes de lignis setim aurati extrahebantur, sed ipsi quoque cum Arca tegebãtur: & adhibebatur aliud instrumentum ad Arcam deferendam, cum circulis alijs, in quos vectes alij inducebantur? 6

Habet hoc caput eadem ferè dogmata, quę caput secundum, & tertium. 1. *a* Prouidentiam, & ordinem adhibendũ esse in regẽda multitudine, *Tolle summam*, &c. v. 2. *Hic est cultus filiorum Caath*, &c. v. 4. *Hoc est officiũ familiæ Gersonitarum*, &c. v. 24. *Hæc sunt onera eorum*, &c. v. 31. a p. 1758.

2. *b* Necessarium esse, Superiores, ac Rectores esse. *Super quos erit Eleazar*, &c. v. 16. *Eruntq; sub manu Ithamar*, v. 28, 33. b p. 2073. et d. 4793.

3. *c* Congruè in Eccleſia super ministros inferiores, Episcopos esse. Id probant eadẽ loca. 4. *d* Esse debere in Eccleſia minores sacrorum ministros, *Tolle summam filiorum Caath*, &c. vsque ad finem capitis. c p. 645, 647.

5. *e* Decere sacra signa venerari. Tegebãtur vasa sacra ad venerationem. *Inuoluent velo Arcam testimonii*, &c. à v. 5. *Non tangent uasa Sanctuarii, ne moriantur*, v. 15, 19, 20. d p. 649.

6. *f* Debere Superiores vigiles esse, *Locutus est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens: Nolite perdere populum Caath*, &c. v. 17, 18, 19. e p. 851.

7. *g* Congruũ à ma- f p. 2079.

g p. 1293.

Digitized by Google

à male agendo, pœnarum comminatione deterrere, *Non tangent vasa Sanctuarii,*
h p. 2034. *ne moriantur*, v. 15, 19, 20. 8. *h* Peccatum esse sacrilegium, quo violatur res sacra per irreuerentiam. Nam mortis pœna imponitur, *Non tangent, ne moriantur,*
i p. 646, ibid. 9. *i* Sacerdotes sacrificij ministros
745. esse. *Ad Eleazaris Sacerdotis curam per-*
k p. 645. *tinet sacrificium*, v. 16. 10. K Congruum in ecclesiastica Hierarchia ordinem esse: vt sub vno Principe Romano Pontifice, diuersi diuersam habeant prælationis potestatẽ super diuersos. *Aaron, & filii eius*
intrabunt, ipsiq; disponent opera singulo-
l p. 1761. *rum*, &c. *l.* 11. Necessariam esse Prudentiæ cautionem, *Hoc facite eis, vt viuant,*
m p. 2078. *& non moriantur*, v. 19. 12. *m* Debere Superiores suos subditos instruere, præsertim ministros operum. *Ipsi disponant*
opera singulorum, & diuident quid porta-
n p. 2403. *re quis debeat*, v. 19. 13. *n* Plura, vel altiora scire velle, quàm conueniat, illicitum esse. & *o* Diligentiam esse adhibendam in oculorum sensu custodiendo.
o p. 2414. *Alii nulla curiositate videant*, &c. v. 20.
p p. 645, 14. *p* Esse potestatem in Ecclesia, & iurisdictionem in ministros illius. *Super quos*
647, 866. *erit Eleazar filius Aaron sacerdotis*, &c. v. 16. *Ipsi disponent opera singulorum*, &c. v. 19. *Eruntque sub manu Ithamar Sacer-*
q p. 866. *dotis filii Aaron*, v. 33. 15. *q* Manuti, Iurisdictionis ecclesiasticæ symbolum esse, can. 6588, 6590, 6592. *Eruntque sub*
r p. 684. *manu Ithamar*, &c. v. 33. 16. *r* Prophetiam esse à Deo, *Iuxta sermonem Do-*
s p. 2066. *mini*, v. 37. 17. *s* Diuinis præceptis parendum, *Hos numerauit Moyses, & Aaron iuxta sermonem Domini*, v. 37. 49.
t p. 2062. 18. *t* Obedientiæ obiectum esse Superioris præceptum. *Recensuit eos, sicut præ-*
u p. 1117. *ceperat ei Dominus*, v. 49. 19. *u* Legis ve-
x p. 1119. teris auctorem fuisse Deum, *x* Ministrum Moysen, *Hos numerauit iuxta sermonem*
Domini per manum Moysi, v. 37.

Interpretatio mystica.

a p. 645, 866. 1 *a* MVltitudo Leuitica, ecclesiasti-
b p. 647. cam Hierarchiam figurat, vt in præcedente capite dictum est: *b* proinde Eleazar supra Caathitas, & Ithamar supra Meraritas, figura sunt Episcoporum
c p. 649. supra inferiores ministros. *c* Caathitæ, qui Arcam deferunt, & mensam, significant Diaconos, quorum est officium ministrandi corpus Christi. Filij Aaron, legis nouæ Sacerdotes; reliqui Leuitæ inferiores, minoresque ministros signant.

5 * 2 *d* Motus castrorum, Ecclesiæ mi- d p. 620.
litantis, ac peregrinantis figura est. Nam peregrinatio, vitæ præsentis est symbolum, donec veniamus in cælum, Gen. 47. 9. Psal. 118. 54. 2. Cor. 5. 6. 1. Pet. 2. 11.

3 Quatenus Sacerdotes veteris legis Arcam velo Sanctuarij, mensam, candelabrum, & alia vasa alijs velis inuoluunt, ne videri possint: *e* Sacerdotes nouæ legis e p. 646,
figurant, qui Sacramentum corporis, & 745.
sanguinis Christi conficientes, diuinas illas substantias sacris speciebus velant: & cum sacrificium, & alia Sacramenta ministrant, ritibus externis, quibus in sacris ministerijs vtuntur, præstantissima mysteria, & gratiam ipsam quasi velo cooperiunt: *f* idemque efficiunt cum verbum f p. 700.
diuinũ prædicant; Scripturis sacris vtuntur, & verbis humanis, signisque sensibilibus; quibus spiritualia, & ineffabilia, quasi inuoluunt, & tegunt. Per Arcam, mensam, candelabrum, Eucharistiam, verbum Dei, Sacramenta significari dictum est in Exodo. Itaque omnia vasorum velamina figuræ sunt *g* specierum sacra- g p. 762.
mentalium, *h* sacrorum rituum, *i* & fidei. h p. 844,

6 * 4 K Vectes, quos Sacerdotes induce- 845, 846,
bant, vt deferri possent vasa Tabernaculi; 847.
videntur figura fuisse documentorum, ac i p. 1365,
instructionum circa actiones ad Christia- 1366.
nam religionem spectantes, & ad sacra k p. 725.
susciptenda, ac peragenda. Nam motus, operationis symbolum est, Sap. 7. 22, 24. Ergo vectes pro transferendis sacris vasis, sunt directiones sacrarum actionum.

20 * 5 *l* Quatenus Israelitæ nulla curio- l p. 1319,
sitate videbant, quæ erant in Sanctuario 1376.
priusquam inuoluerẽtur; figurabant quid agendum sit cuique Fidelium circa fidei mysteria. Non est eorum intelligentia curiosius inquirenda, quasi rationibus nitantur humanis: sed posito semper ante nostrum intellectum velamine, ideſt, doctrina fidei, quæ quasi velamen se habet respectu diuinorum mysteriorum, quatenus est obscura; eorum maior cognitio semper procuranda, & tractanda.

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.

SVMMA.

1. Iubet Deus Remoueri è castris immundos siue lepra, siue fluxu seminis, siue tactu mortuorum. 2. A v.6. Præcipit Restitui quod iniustè retinetur; & primitias Sacerdotibus reddi. 3. A v.12. Instituit ritus ad dignoscendum an mulier commiserit adulterium.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo: 3 tam masculum quàm feminam eijcite de castris, ne contaminent ea cùm habitauerim vobiscum. 4 Feceruntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi. 5 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 6 Loquere ad filios Israel: Vir, siue mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, 7 confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamq; partem desuper, ei in quem peccauerint. 8 Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. 9 Omnes quoque primitiæ, quas offerũt filij Israel, ad sacerdotem pertinent: 10 & quidquid in Sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. 11 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 12 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens 13 dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro: 14 si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, 15 adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. 16 Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino. 17 assumetq; aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. 18 Cumq; steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificiũ recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit. 19 adiurabitq; eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. 20 Sin autẽ declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro: 21 his maledictionibus subiacebis. Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo: putrescere faciat femur tuum, & tumes vterus tuus diffrumpatur. 22 ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen. 23 Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, 24 & dabit ei bibere. Quas cùm exhauserit, 25 tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetq; illud super altare: ita dumtaxat vt priùs 26 pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare: & sic potum det mulieri aquas amarissimas. 27 Quas cùm biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. 28 Quòd si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. 29 Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, 30 marituſque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt: 31 maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.858, 1124. *Præcipe filiis Israel*, &c. *a* Lex cæremonialis ad maiorem reuerentiam diuini cultus. *Vt eiiciant è castris*, &c. Tria erant castra, Tabernaculum cum atrio; tabernacula Leuitarum, tabernacula reliquorum. E castris erant leprosi eijciendi, ne alios inficerent, non solũ ne castra contaminarent. Etiam tabernacula reliquorum, nõ solum Leuitarum, sacra erant ob veram religionem, & cultum diuinum: ideo reuerentia digna. b p.851. *b* Decet sacra signa venerari.

c p.2066. * *Fecerunt ita filii Israel.* *c* Obedientiæ exemplum exhibuerunt. *Sicut locutus erat Dominus Moysi.* d p.1117. *d* Auctor legis veteris Deus, e p.1118. *e* minister Moyses.

Vir, siue mulier, &c. Videtur esse sermo de peccato furti, nam subditur, *Reddent ipsum caput*, &c. 6

Per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint. Hebr. Præuaricando præuaricatus fuerit cõtra Dominum, & deliquerit anima ipsa.

f p.1199. Indicatur 1. *f* Esse peccatum, id est, actum humanũ, malum, non conformem rationi,

g p.1264. 2. *g* Iniuriam inferri Deo, lædiq; ius diuinum per peccatum.

h p.803. * *Confitebuntur peccatum suum.* *h* Vera pœnitentia confessionem ipsam peccatorum includit, cum oportuerit; excusationes excludit. 7

Reddent ipsum caput. Hebr. Redire faciet, siue Reducet delictum suum (vel restitutionem suam) ad summam suam.

i p.1800. *i* Ius alterius compensandum, instumque faciendum, est debiti solutione.

Quintamque partem desuper. Additur

k p.1799. quinta insuper pars in pœnam. *k* Ius delicto læsum, pœna compensandũ. Exo. 22. iubentur restitui pro vno quinque, quatuor, duplum: cur nunc quinta tantum pars iubetur addi? An ibi agitur de delicto manifesto, & de pœna per Iudicis sententiam: hunc autem de occulto; & per ipsius rei secretam confessionem aperto? Augustinus.

* *Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino & erit Sacerdotis.* Restitutio omnino facienda. si neque dominus rei sublatæ supersit, neque eius hæres: restituenda Deo est, qui est summus omnium Dominus; & transibit in vsum Sacerdotis. 8

Excepto ariete, qui offertur pro expiatione. Ad satisfaciendum Deo pro eius

l p.776. iure læso. Indicatur 1. *l* Esse remissionem

m p.809. peccatorum. 2. *m* Posse hominem per diuinam gratiam Deo satisfacere secundum æqualitatem proportionis, licet non secundum æqualitatem quantitatis.

n p.1970. * *Omnes quoque primitiæ*, &c. *n* Sunt 9

10 Sacerdotibus oblationes offerendæ: vt vel in suũ vsum insumant; vel in Dei cultum, vel in pauperum sustentationem.

12 * *Vir, cuius uxor exorbuerit*, &c. Ex hoc textu vsque ad finem capitis ea dogmata habentur. 1. *o* Consequi pœnas ad peccatum; quas Deus infligit. *Inflato uentre, computrescet femur*, v. 27. o p.1279.

2. *p* Infligi pœnas, vt ceteri à peccando deterreantur, *Eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo*, v. 27. p p.1285.

3. *q* Licitum esse iniurias vlcisci, ad remouendum nocumenta, *Maritus absque culpa erit, & ipsa recipiet iniquitatem suam*, v. 31. q p.2095.

4. *r* Superioris esse, subditorum malefacta pœnis compensare. *Adducet eam ad sacerdotem*, &c. v. 15. r p.2099.

5. *s* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, *Inflato uentre, computrescet femur*, v. 27. s p.2104.

6. *t* Licere signis sacris vti ad eos effectus, ad quos ab Ecclesia sunt instituta, & consecrata. *Adducet eam ad sacerdotem, & offert oblationem*, &c. v. 15. & seqq. t p.2024.

7. *u* Licitum esse, experimentum petere diuinæ potentiæ, cum iusta necessitas, seu pia vtilitas subest, & adsunt alia, quæ ad hoc concurrere debent, *Si spiritus zelotypiæ concitauerit uirum*, &c. à v. 14. u p.2027.

8. *x* Tristitiæ actum formari, cum quadam perturbatione, & inquietudine execramur malum iam præsens; siue secundum rem sit præsens, siue secundum apprehensionem, *Si spiritus zelotypiæ concitauerit uirum.* Zelotypia, est ægritudo animi ex eo proueniens, quod quis timeat ne adsit alteri, quod cũ nemine velit esse commune. Hic actus etiam tristitiam includit, si adsit suspicio mali præsentis. x p.216.

9. *y* Prudentiæ actum esse, Inquisitionem mediorum, operi agendo, finique congruentium, *Est oblatio inuestigans adulterium*, v. 15. y p.1718.

10. *z* Aliorum facta prospicere, ac inquirere licitum; vt officio debitè satisfacias, aut vt proximi vtilitati consulas secundum regulam charitatis. Deus præscribit modum inuestigandi adulterium, à v. 12. z p.2416.

11. *a* Licitum esse subditos adiurare, necessitatem eis imponendo, *Adiurabitque eam.* Adiurare, est se, vel alios ordinare ad aliquid agendum: vt, Precor, vel Iubeo per Deum, vt hoc agas. a p.1992.

12. *b* Maledictionem licitam esse: si quis imperet, aut optet malum alterius sub ratione boni, vt sub ratione iusti, aut vtilis. *Si declinasti à uiro tuo, atque polluta es*, &c. à v. 19. b p.1904.

13. *c* Adulterium esse peccatum, *Si declinasti à uiro tuo*, &c. *his maledictionibus subiacebis*, &c. c p.2336.

15 * *Non fundet super eam oleum, nec imponet thus.* Oleum est symbolum misericordiæ,

cordię, thus orationis ad placandũ Deum. Cum sacrificium zelotypiæ sit ad vltionem adulterij, non ad propitiationem; congruè in eo nec oleum, nec thus adhibetur.

17 * *Assumetque aquam sanctam.* Aquam fortasse ex labro æneo: quæ sancta, quia erat in loco sancto, nempe in Tabernaculo, & pro diuino cultu.

18 * *Tenebit aquas amarissimas.* Amarissimæ dicuntur à verbis amaris maledictionis, & ab amaro effectu.

Interpretatio mystica.

2 *Eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo.* Israelitę, Fidelium figura fuerunt, Rom. 9. 5, 6, 7. Galat. 6. 16. Ergo
a p. 620. *a* Israelitarum castra figura fuerunt militantis Ecclesiæ. Ecclesia autem est corpus capitis Christi, vnionem habens cum Christo per fidem, & per gratiam. Eiici ergo extra castra, est desinere habere vnionem cum Christo siue ratione infidelitatis, siue ratione peccati mortalis, quod priuat gratia. Infidelium autem genera præcipua tria, Gentiles, Hæretici, Iudæi.
b p. 1428. *b* Gentiles, quateuus peccatis, & omnibus vitijs pleni, videntur à leprosis figurari. Leprosus enim peccatoris hominis, & ab aliorum commercio separandi symbolum
c p. 1425, 1430. est, Isa. 53. 4. *c* Seminiflui, Hæreticos, & Iudæos figurant. Semen enim est verbum Dei. Vtrique autem & Hæretici, & Iudęi, Scripturas sacras, in quibus est verbum Dei, & recipiunt, & prædicant. sed seminiflui sunt; quia semen verbi, propter errores, quos miscent, inutiliter spargunt, & non gignunt per illud filios Deo. Omnes hi eijciendi extra castra.
d p. 1422, 1431. *d* Quia non est cum Infidelibus communicandum, cum fidei periculum subest. Quoniam autem mors symbolum est peccati, Ioan. 5. 24. & 6. 50. mortuus, peccatoris symbolum est. Ergo pollnitur ex tactu mortui, qui
e p. 1266. peccando, impiorum scelus imitatur. *e* Is quoque extra castra eijcitur, quatenus per
f p. 913. peccatum à Christo separatur. *f* Extra castra eijciendus: quia ab eius familiaritate, & conuictu, quatenus ad periculum, & consortium peccandi, fugiendus.

7 8 * *Confitebuntur peccatum suum & reddent ipsum caput, quintamq; partem desuper, excepto ariete, qui offertur pro expiatione.* Videtur hac cœremonia sacrum ritum Sacramenti Confessionis figurari.
g p. 803, 805. *g* Est in Sacramento Pœnitentiæ confessio peccatorũ, *Confitebuntur peccatum suum.*
h p. 582, 584. *h* Est satisfactio ad æqualitatem pro Dei offensa, quatenus ad compensandum ius diuinum læsum, offertur infinitus valor sanguinis Christi, pretium pro mũdi peccatis à Christo solutum. *Reddent ipsum caput.*
i p. 789. *i* Est satisfactio pro pœna temporali, quæ solet remanere, remissa pœna æterna per Sacramentum. *Quintam partem desuper reddent.*
k p. 776, 778. *k* Est remissio culpæ, & iustificatio, *l* quam Christus sua passione nobis commeruit. *Excepto ariete, qui offertur pro expiatione.*
l p. 573, 577.

Sacrificium, rituque zelotypiæ, figura fuisse videtur Sacramenti eucharistici:
m p. 762. 1. *m* Sacrificium farinæ, sacrificium eucharisticum significauit. nam, teste Paulo, omne vetus sacrificium, nostrum sacrificium figurauit. 2. *n* Adulterium, quo vxor
n p. 1264, 1266. à fide in matrimonio præstita, fornicando recedit; symbolum est recessus à charitate, qua Christo vnimur, qui sponsus est Ecclesiæ, Ierem. 13. 27. Is. 57. 3. Ezec. 23. 43.
o p. 774. 3. *o* Sacrificium super manus adulteræ, est Eucharistia in indignè sumente. 4. Sacrificium sine oleo, & sine thure; est corpus Christi, nõ profuturum indignè sumenti.
5. Aqua amarissima, quam potat adultera, est Sacramentum corporis, & sanguinis Christi: quod indignus manducat, & bibit
p p. 2034. in iudicium. 6. *p* Inflatio ventris, & femoris putrefactio, est peccatum sacrilegij, quod committit, qui Eucharistiam sumit
q p. 767. indignè. 7. *q* Mulier innoxia post aquæ amarissimæ pottum, & faciens liberos: est homo iustus, qui cum timore, & tremore, & cum pia dominicæ passionis consideratione Sacramenti suscipit corporis Christi, quod ei ad bonorum operum prolem maximè prodest.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM.

SVMMA.

Nazaræorum ritus describuntur. 1. Abstinendum erat Nazaræis à vino, & quibusdam aliis. 2. Conseruanda casaries. 3. Cauendum à præsentia & à funere mortuorum. 4. Si pollui super mortuum contigisset, radendum caput; & sacrificium pro purgatione offerendum. 5. Expleto voto consecrationis, radenda casaries, & comburenda, & sacrificia offerenda. In fine capitis præscribitur modus benedicendi populo.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, siue mulier, cùm fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare: 3 à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quidquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes siccasque non comedent 4 cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur: quidquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non comedent. 5 Omni tempore separationis suæ nouacula non transibit per caput eius, vsque ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis eius. 6 Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, 7 nec super patris quidem & matris & fratris sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est. 8 Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. 9 Sin autē mortuus fuerit subitò quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet illicò in eadem die purgationis suæ, & rursum septima. 10 In octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij. 11 faciet q; sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo: sanctificabitque caput eius in die illo: 12 & consecrabit Domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius. 13 Ista est lex consecrationis. Cum dies, quos ex voto decreuerat, cōplebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, 14 & offeret oblationē eius Domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum, hostiam pacificam, 15 canistrum quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento vncta oleo, ac libamina singulorum: 16 quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustum. 17 Arietem verò immolabit hostiam pacificam Domino, offerens simul canistrū azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. 18 Tunc radetur nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletq; capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. 19 Et armum coctum arietis, tortamq; absque fermento vnam de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet in manus nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius. 20 Susceptaque rursum ab eo, eleuabit in conspectu Domini: & sanctificata sacerdotis erunt, sicut pectusculum, quod separari iussum est, & femur. post hæc potest bibere nazaræus vinum. 21 Ista est lex nazaræi, cùm vouerit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius. iuxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. 22 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 23 Loquere Aaron & filijs eius: Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: 24 Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. 25 Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. 26 Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. 27 Inuocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

VIr, siue mulier, cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare. 2
a p.858, 1124. a Est lex cæremonialis ad maiorem reuerentiam diuini cultus. Ex primis verbis colligitur 1. b Licitum esse votum, & religionis actum. 2. c Licere se votis diuino seruitio mancipare.
b p.1977. c p.655.
* A vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebunt, &c. Habes 1. d Tentationum occasiones vitandas esse. 2. e Potum inebriare valentem, esse sobrietate moderandum. 3. f Virtutis actum esse abstinentiam, & ieiunium. 4. g Conuenientissima esse ieiunia, quæ præcipiuntur ab Ecclesia. 3 4
d p.914. e p.2306. f p.2286, 2287. g p.2292.
Ab vua passa, vsque ad acinum non comedent. Hebr. LXX. & Chald. A granulis vsque ad corticem non comedent. Nihil omnino comedent ex vua.
* Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, &c. Indicatur h reuerentia, quæ debetur rebus sacris; i & cauendum à sacrilegio. 6
h p.851. i p.2034.
* Nec super patris quidem, &c. k Indicatur Dei dilectio, super omnia est amandus Deus, plus quàm parentes. 7
k p.1538.
* Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. Mundus erit, c.2212. l Ergo Dei ministri, qui Domino sunt separati, id est, dicati, debent semper esse sancti. 8
l p.650.
* Polluetur caput consecrationis eius. m Innuitur sacrilegium. Sacrilegij symbolum pollutio. 9
m p. 2034.
* In octauo die offeret duos turtures, &c. 10
offeret oblationē eius Domino, &c. n Aliquæ oblationes sunt necessariò offerendæ. vt hæ ob præceptum Dei. 14
n p.1968.
* Et deprecabitur pro eo. Ex his verbis habetur 1. o Esse Deo cultum exhibendū oratione. 2. p Disposuisse Deum multa non nisi petentibus elargiri. 3. q Cōgruum esse pro nostris necessitatibus ad intercedendum Deo Sanctos aduocare. 4. r Non solum pro nobis, sed pro ceteris etiā orandum esse. 11
o p.1926. p p.1927. q p. 1928. r p.1932.
* Et sanctificata Sacerdotis erunt. s Sūt Sacerdotibus oblationes offerendę: vt vel in suum vsum insumant, vel ad diuinum cultum, vel ad pauperum sustentationem expendant. 20
s p.1970.
Post hac potest bibere Nazaræus vinum. Intelligitur 1. t Vsum vini moderatum licitum esse. 2. u Licere ijs etiam delectabilibus moderatè vti, quæ necessaria non sunt: si sint loco, tempori, nobis, & ijs, quibus conuiuimus, conuenientia.
t p.2307. u p.2264.
* Exceptis his, quæ inuenerit manus eius. x Aliquę oblationes sunt voluntarię; vt hic innuitur. 21
x p.1968.
* Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, &c. Ex his habetur 1. y Actū virtutis esse, alijs benedicere, id est, verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari, Benedicetis. 2. z Esse Deum benignum, id est, sponte ad benefaciēdum paratum, Benedicetis, Ego benedicam eis. 3. a Esse in Deo beneficentiam, Ostendat Dominus faciem suam tibi. Facies, symbolum fauoris, amicitię, ac beneuolentię, c.1588, 5985. 4. b Esse Deum misericordem, Misereatur tui. 5. c Pacem esse, quatenus aliorum voluntas cum alterius voluntate concordat, Det tibi pacem. 6. d Pacem esse in aliquo, quatenus nihil ei accidat eius voluntati contrarium; nullaque est in eius animi perturbatio, Det tibi pacem. 22 23 24 25 26 27
y p.1952. z p.55. a p.54. b p.56. c p.1601. d p.921.
Inuocabuntque nomen meum super filios Israel. Potest accipi nomen, pro essentia, c.1926, & sensus est: Inuocabunt me. Potest sumi & pro Potentia, can.1929. e Deus omnipotens.
e p.14.

Interpretatio mystica.

Allegoria.

De Christo.

NAzaræum esse Iesum Christum testatur S. Matthæus c.2. *Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: quoniam Nazaræus vocabitur*, id est, erit. Hieronymus in Matthæum Nazaræum sanctum interpretatur. Omnes autem Prophetæ testantur Iesum esse sanctum. Sanctum autem in Scripturis sanctis dici solet quod Deo consecratum, quod diuino cultui dicatum est, c.2211. Nihil autem magis Deo consecratū, quàm Iesus Christus: cuius humanitas Deo consecrata est oleo diuinæ Personæ per vnionem hypostaticam. Nihil magis diuino cultui dicatum. a Quoniā Iesus Christus ingrediens mundum dicit: Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me: vt faciam Deus voluntatem tuam. b Ergo verus Nazaræus est Iesus Christus.
a Psal. 39. 7. Hebr. 10. 5.
b p.429.
* 1 Vinum, humanorum bonorum, ac delectationum symbolum est, Cant. 1. 1, 4. Ephes. 5. 18. Apoc. 17. 2. c Ergo Nazaræus abstinens à vino, est Iesus Christus: qui nunquam sibi placuit, qui pauper non habens vbi reclinaret caput, qui vir dolorum, qui opprobrium plebis. 3
c p.518, 531, 532, 545, 559.

2 Ca-

Digitized by Google

2 Capilli, symbolum sunt cogitationũ, & intelligentiæ: quæ quasi capilli mentem
d *Dan.7.9.* ornant. *d* Vidit Daniel in Deo capillos quasi lanam mũdam; nempe Dei mentem actu purissimo intelligentię ornatam, omnem omnino cognitionem habentem.
e *Cant.5. 11.* *e* In Canticis autem comæ sponsi nigræ dicuntur quasi coruus: quia in Christo dum in hac vita mortali degeret, fuerunt semper cogitationes tristissimę de nostris peccatis, de sua passione. Ergo * 1. *f* Nazaræus capillos nunquam deponens, est Iesus
f *p.425.* Christus, quatenus verus Deus semper in actu purissimo intelligentiæ infinitæ.
g *p.543.* * 2. *g* Nazaræus ex ingressu ad mortuum pollutus; est Iesus Christus in mundum ad peccatores veniens, & formam peccatoris accipiens. * 3. Nazaræus *h* caput
h *p.566, 568.* radens, *i* & sacrificia offerens vt purgetur; est Iesus Christus, qui semetipsum
i *p.479.* exinaniuit, & diuinitatis Maiestatem in humanitate opprobrijs, & morti subiecit, seque in sacrificium obtulit *k* pro expiatione peccatorum, & vt mundaret corpus Ecclesiæ mysticũ, cuius est ipse caput.
k *p.584.*
l *p.479.* * 4. *l* Nazaræus in fine consecrationis sacrificia offerens; est Iesus Christus, quatenus in Cruce obtulit se Patri pro se, ac pro nobis in reuerentiam, & gratiarum
m *p.589, 592.* actionem. * 5. *m* Nazaræus capillos radens, & igne altaris consumens: est Iesus Christus, quatenus per mortem Crucis meruit sibi suam resurrectionem, & lætitiam illam, qua ex eius mente omnis tristitia sublata.

3. Quoniam vinum, diuinarũm etiam consolationum symbolum est, Cant. 5. 1.
n *p.603, 605.* ex Greg. Zach. 10. 7. *n* Nazaræus bibens post depositam cæsariem vinum; est Iesus Christus, deposita mortalitate, gaudijs resurrectionis fruens.

Tropologia.

De Iusto.

VT verus Nazaræus fuit Dominus Iesus: quia Deo cõsecratus, vt paullo
a *p.644.* ante dictum est. *a* Ita verus Nazaræus homo iustus dicendus est, quatenus eius anima Deo consecratur per gratiam, & voluntas diuino seruitio mancipatur per charitatem. Quos præscijt, inquit Paulus Rom. 8. hos & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui. Nazaræum esse hominem iustum docet Greg. 32. Mor. 23. de iustis interpretans illud Threnorũ 4. 7. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.
b *p.406.* * 1 *b* Nazaræus se Deo consecrans voto; est homo adultus, qui iustificatur, & à Deo gratiã recipit, voluntariè se ad illam præparando.

3 * 2 Nazaræus abstinens à vino, & ab omni eo, quod inebriare potest; *c* est Iustus
c *p.2257.* concupiscentias, & delectationes frænans; & ab illis abstinens, *d* vt contemplationi
d *p.2270.* vacet, *e* vt animæ sanitati consulat, *f* vt
e *p.2271.* satisfaciat pro peccatis, *g* vt Christum
f *p.2272.* imitetur.
g *p.2773.*

3 *h* Nazaræus, quatenus abstinet ab
h *p.914.* omni eo, quod ab vua exprimitur; figura est hominis iusti, qui cauet ab omni occasione peccandi.

5 * 4 *i* Quod omni tempore separationis nouacula non transibat per caput Nazaræi; significabat eum, qui se velit in Dei
i *p.676.* gratia conseruare, suumque animum ab affectu temporalium separatum, debere nunquam caput radere, id est, meditationem diuinorum nunquam deferre; sed semper cum cęsarie piarum cogitationum esse. Nam ex diuinorum contemplatione diminutio amoris erga sensibilia contingit. amor autem erga sensibilia peccatum solet trahere post se, quatenus ab amore diuino diuertit.

6 * 5 *k* Præceptum, quod Nazaræo da-
k *p.913.* 7 tur, ne super mortuum ingrediatur; figurat malorum hominum, qui Deo mortui sunt per peccatum, familiaritatem, & cõuictum, quantum ad periculum, & consortium peccandi, esse homini, qui se iustum velit seruare, fugiendum.

9 * 6 *l* Caput Nazaræi ex mortui præ-
l *p.1266.* sentia, siue contactu pollutum; significat Iustum, qui in peccatum mortale labitur, statim gratiam amittere.

7 *m* Radere caput pollutum, ad pur-
m *p.412, 781, 788.* gationem illius, est conteri, & pœnitẽtiam agere ad remissionem peccati.

10 * 8 Dies prima, septima, & octaua; in
11 quibus, fit Nazaræi purgatio; sunt tres
12 actus pœnitentis; contritio, confessio, & satisfactio. Dies appellantur, quia ad illos remissio peccatorũ, & gratia consequitur. Dies autẽ gratiæ symbolũ est; Psal. 109. 3. Cant. 2. 11. & 8. 8. *n* Prima dies purgatio-
n *p.412, 781.* nis est Contritio: quia Iustificatio principium habet à pœnitentia. *o* Confessio dies
o *p.803, 805.* septima nominatur: quia in vno è septem Sacramentis fit, ad remissionem peccatorum. *p* Satisfactio dies octaua appellatur,
p *p.802.* quatenus magna ex parte satisfactio ad Sacramentum Pœnitentiæ consequi solet, solnendo pœnitẽtias à Confessario iniunctas. Ad septimum autem diem octauus consequitur.

9 *q* Duo turtures, vel duo pulli colum-
q *p.410, 573, 584.* barum, & agnus, qui ad purgationẽ offertur; sunt corpus, & sanguis Iesu Christi, ipse Christus; in cuius sacrificio nostra iustificatio fundatur. Corpus, & sanguis Christi turtures dicuntur propter tristitiã passionis; pulli columbarũ, quia sunt substantiæ purissimæ; Agnus, Christus appel-

Digitized by Google

latur propter mansuetudinem, & innocentiam.

p.778. 10 r Deprecatio Sacerdotis pro purgatione Nazaræi; est Confessarij in Sacramento Pœnitentiæ absolutio in remissionem peccatorum.

* 11 Ritus, qui cum complerentur dies 13 consecrationis fiebant; videntur significare ea, quæ à Iesu Christo pro iusti glorificatione sunt instituta. s Oblationes illæ *s p.762, 768.* variæ, indicant Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, quod pignus est vitæ æternæ; & in viaticum traditur ex hac vita migrãtibus. *t p.978.* t Quod radebat Nazaræus cæsariem, & igne altaris comburebat; significabat ingressum in vitam æternam, in qua non erit amplius neque luctus, neque dolor. Nam dum sumus in hac vita, cæsariem habemus in mente anxiarum cogitationum, pœnitentes semper de peccatis, semper æternam miseriam timentes. Absumitur autem ea cæsaries igne æterni amoris, qui ad Dei visionem consequitur.

20 * 12 u Quod post cæsariem consecra- *u p.974.* tionis depositam, potest bibere Nazaræus vinum; indicat delectationes æternas, & gaudia, quibus in cælo beati perfruuntur. Nam vinum, lætitiæ symbolũ est, Os. 2. 12. & diuinarum consolationum, vt supra in allegoria vidimus.

CAPVT SEPTIMVM.

SVMMA.

Narrantur oblationes à Principibus tribuum factæ, cum Moyses compleuit Tabernaculum & erexit, & vnxit altare. Sex plaustra tecta, cum duodecim bobus, in ministerium Tabernaculi: Acetabula argentea duodecim, phialæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, boues in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni duodecim, hirci duodecim. In hostias pacificorum boues viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta.

1 FActum est autẽ in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud: vnxitq; & sanctificauit cũ omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius. 2 Obtulerunt principes Israel & capita familiarum, qui erãt per singulas tribus, præfectique eorum qui numerati fuerant, 3 munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi. 4 Dixit autem Dominus ad Moysen: 5 Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi, & trades ea Leuitis, iuxta ordinem ministerij sui. 6 Itaque cùm suscepisset Moyses plaustra & boues, tradidit eos Leuitis. 7 Duo plaustra & quattuor boues dedit filijs Gerson, iuxta id quod habebant necessarium. 8 quattuor alia plaustra & octo boues dedit filijs Merari, secundum officia & cultũ suum, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 9 filijs autem Caath non dedit plaustra & boues: quia in Sanctuario seruiunt, & onera proprijs portant humeris. 10 Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum est oblationem suã ante altare: 11 Dixitq; Dominus ad Moysen: Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris. 12 Primo die obtulit oblationem suã Nahasson filius Aminadab de tribu Iuda: 13 fueruntque in ea, acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus Sanctuarij, vtrumque plenum similia conspersa oleo in sacrificium: 14 mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso: 15 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 16 hircumq; pro peccato: 17 & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Nahasson filij Aminadab. 18 Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Issachar, 19 acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, iuxta pondus Sanctuarij, vtrumque plenum similia conspersa oleo in sacrificium: 20 mortariolum aureum habens decem siclos, plenum incenso: 21 bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocaustum: 22 hircumq; pro peccato: & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. 24 Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab

filius

Digitized by Google

filius Helon, 25 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrũque plenum ſimila cõſperſa oleo in ſacrificium: 26 mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 27 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 28 hircumq; pro peccato: 29 & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Eliab filij Helon. 30 Die quarto princeps filiorum Ruben, Eliſur filius Sedeur, 31 obtulit acetabulum argenteum appendens centũ triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrũque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 32 mortariolum aureum appẽdens decem ſiclos, plenum incenſo: 33 bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocauſtum: 34 hircumq; pro peccato: 35 & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. 36 Die quinto princeps filiorũ Simeon, Salamiel filius Suriſaddai, 37 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 38 mortariolum aureum appẽdens decem ſiclos, plenum incenſo: 39 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 40 hircumq; pro peccato: 41 & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filij Suriſaddai. 42 Die ſexto princeps filiorũ Gad, Eliaſaph filius Duel, 43 obtulit acetabulum argenteum appẽdens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenũ ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 44 mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 45 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 46 hircumq; pro peccato: 47 & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliaſaph filij Duel. 48 Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim, Eliſama filius Ammiud, 49 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argẽteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 50 mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 51 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 52 hircumque pro peccato: 53 & in hoſtias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud. 54 Die octauo princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur, 55 obtulit acetabulum argenteum appẽdens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 56 mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 57 bouem de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocauſtum: 58 hircumq; pro peccato: 59 & in hoſtias pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. 60 Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeonis, 61 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenũ ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 62 & mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 63 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 64 hircumq; pro peccato: 65 & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. 66 Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Ammiſaddai, 67 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrũque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 68 mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 69 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 70 hircumque pro peccato: 71 & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahiezer filij Ammiſaddai,

Digitized by Google

72 Die vndecimo princeps filiorum Aſer, Phegiel filius Ochran, 73 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: 74 mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 75 bouem de armẽto, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 76 hircumque pro peccato: 77 & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. 78 Die duodecimo princeps filiorum Nephthali, Ahira filius Enan, 79 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium: 80 mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: 81 bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: 82 hircumq; pro peccato: 83 & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. 84 Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt à principibus Iſrael, in die qua conſecratum eſt: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim: 85 ita vt centum triginta ſiclos argenti haberet vnum acetabulum, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id eſt, in commune vaſorum omnium ex argento ſicli duo millia quadringenti, pondere Sanctuarij. 86 mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia pondere Sanctuarij: id eſt, ſimul auri ſicli centum viginti: 87 boues de armento in holocauſtũ duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum: hirci duodecim pro peccato. 88 In hoſtias pacificorum, boues viginti quattuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc oblata ſunt in dedicatione altaris, quando vnctum eſt. 89 Cumq; ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei.

Interpretatio litteralis.

IN die, qua compleuit, &c. Sumi ſolet in Scripturis ſanctis Dies, pro tempore, c. 1496. Prima quidem die menſis primi, vt habetur Exo. 40. erexit Moyſes Tabernaculum, & vnxit altare. ſed multis deinceps diebus factæ ſunt oblationes ad perficiendum altaris dedicationem. Prius autem factæ ſunt hæ oblationes, quam numeraretur populus: cuius numeratio cœpit die prima menſis ſecundi, anni ſecundi egreſſionis ab Ægypto, vt habetur Num. 1.

* *Obtulerunt principes Israel munera coram Domino*, *a* Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus ſibi datis à Deo aliquid exhibeat in eius honorem. *b* Sunt autem aliquæ oblationes ſpontaneæ: vt hę fuerunt, vt indicant verba illa, * *Suscipe eos ex eis ut seruiant in ministerio*, &c. *c* Offeruntur autem oblationes Sacerdotibus, vt in diuinum cultum eas impendant, *Vt seruiant in ministerio tabernaculi, & tradas eas Leuitis.*

* *Itaque cum suscepisset Moyses plaustra*, &c. *d* Exequitur Dei mandatum.

* *Duo plaustra, & quatuor boues dedit filiis Gerson*, &c. *e* Elucet Moyſis prouidentia.

* *Dixitque Dominus ad Moysen: Singuli duces per singulos dies offerant munera*, &c. *f* Aliquæ oblationes ſunt neceſſario offerendæ, vt hæ, ex Dei præcepto.

Primo die obtulit oblationem, &c. *g* Executio diuini præcepti.

* *Vt consuleret oraculum.* *h* Conſilium ante omnem electionem adhibendum.

Audiebat vocem loquentis ad se, Angeli, qui erat loco Dei. *i* Solent homines ab Angelis illuminari. *k* Solet Angelorum ad homines locutio eſſe.

Interpretatio myſtica.

PRincipes, plauſtra, quæ offerunt, & boues duodecim; figura videtur fuiſſe duodecim Apoſtolorum, & Sacerdotũ apoſtolicorum. Hi Principes ſunt: tum quia Duces ſunt, & doctores Fidelium: tum quatenus in reale Chriſti corpus poteſtatem habent: tum quatenus eorum mens cupiditatibus dominatur. Hi Chriſti, & Eccleſiæ obſequio quaſi plauſtra ſeſe exhibent: quia in hac ad cælum peregrinatione ipſi Tabernaculi vaſa, id eſt, Eccleſiæ populum Chriſto ſacrum ſuo regimine, ſuoque labore portant. Ipſi ſunt plau-

Digitized by Google

plaustra: quæ Christi corpus, & sanguinem deferunt consecrando, & ministrando: quę verbum Dei deferunt, prædicãdo.

b *Isa.11.7.* Hi sese quasi boues offerunt: *b* tum quatenus paucis contenti sunt, & paupertate gaudent; vt boues palea, cibo simplici delectantur: tum quatenus euangelici operarij sunt in agro Ecclesiæ. *c* Operarij autem euangelici symbolum bos.

c *Exech. 1. 10.* 1. *Cor.9.9.* 1. *Tim.5. 18.*

12 * 2 *d* Acetabulum, & phiala ex argento, plena simila conspersa oleo in sacrificium; sunt in Sacerdotibus duę animi præcipuæ potentiæ, Intellectus, & Voluntas.

d *p.139, 141.*

e Quæ sunt ex argento, quatenus in ijs sanctitas est, & iustitia, siue virtus, & fides diuina. Argentum enim horum symbolum est, Prouerb.10.2. & 16.16. Sap.7.9. Eccli.6.15.& 30.15. Vasa sunt eæ potentiæ, quatenus suos in se actus intelligentiæ, atque amoris recipiunt. Plenæ sunt simila oleo consperſa in sacrificium, *f* quatenus intelligentia, *g* & amor, quibus plenæ sunt, feruntur in Deum, illum contemplantes, illum quærentes; & in proximos feruntur, in eorum salute procuranda occupati. Versari enim semper hi actus in Sacerdotum mentibus debent. Oleum, symbolum est tum diuinæ bonitatis, Psal. 44.8. Cant.1.2. tum charitatis, & misericordiæ, Psal.140.5. Matt.25.3. Porrò intelligentiæ, amorisque diuini actus, sunt sacrificiũ Deo maximè gratum, Psal.4.6. & 45.14.23. & 106.11.

e *p.2262, 293,294, 1316,1496.*

f *p.1317, 1318.*

g *p.1520, 1521,1522.*

13 * 3 Aurum, charitatis, gratiæq; diuinę symbolum est, Prou.14. 10. Apoc.3. 18. & 21.18. Incensum, orationem ad Deum piè fusam significat, Psal.140.2. Apoc.8.3.

h *p.1496.* *h* Ergo mortariolum ex decem siclis auri plenum incenso; est Cor Sacerdotis diuino amore ardens, quatenus ex eo orationum odor, pro populi salute fusarũ, ascendit ad Deum. *i* Tenentur autem Sacerdotes orare pro populo. Decem autem sicli aurei, decem Dei præcepta indicant; in quorum obseruatione dilectio Dei, & proximi posita est.

i *p.646, 1926.*

14 * 4 *k* Bos, aries, & agnus, qui in holocaustum offeruntur, figura videntur esse laboris, regiminis, vitæ innocentis, quę insignes esse debent in Episcopis, & in animarum curam habentibus. Quæ in holocaustum Deo offeruntur, quatenus per ea sola Dei gloria quæritur, nullum temporale bonum spectatur. Bos, operarium, ac proinde laborem significat, vt supra dictum est; Aries principem, ac proinde regimen, Dan.8.20. Agnus, innocentiam, vt dictum est supra.

k *p.646, 647.*

15 * 5 *l* Hircus, pro doctore sumitur, qui fœtidis moribus est, Zach.10. 3. Is hircum pro peccato offert Deo, qui culpas, quas præsertim in animarum regimine, & in sacris ministerijs committit; delere quotidie studet fletibus, & pœnitentia; veniam à Deo precando.

l *p.781.*

16 * 6 *m* Boues duo, sunt duæ potentiæ sensitiuæ, Imaginatio, & affectus. *n* Arietes quinque, sunt quinque sensus externi. qui Arietes dicuntur, quatenus Principi pro regimine deseruiunt: dicuntur Hirci, quatenus animales sunt, & turpitudinem habentes ob contrarietatem ad rectam rationem, cui sæpissimè resistunt: Agni nominantur, quatenus virtuti modestiæ cooperantur. & interni, & externi sensus potentiæ Deo in sacrificium offeruntur, cum eorum actus in eius seruitium diriguntur. *o* In sactificio autem pacificorum pars oblationis in vsum offerentis cedebat, ea enim offerens vescebatur. Indicabat is ritus, licere Principi ecclesiastico, & operario euangelico, immò necessarium esse, non solum pro diuinis ministerijs, sed pro vitæ quoque conseruatione, quæ item ad Dei seruitium ordinatur; internorum, externorumque sensuum actibus vti.

17 m *p.142, 143.* n *p.172, 173,174, 175,176.* o *p.2262, 2264,2268*

7 *p* Hæ oblationes significant perfectos debere esse Episcopos, & sacrorum, verbique ministros, & omni virtute ornatos.

p *p.648, 650,701.*

8 Quoniam autem officium Sacerdotum est, non solum verbum Dei, & Sacramenta ministrare, sed etiam sacrificium corporis, & sanguinis Christi offerre: *q* vt hoc officium significetur, iubentur Principes & in holocaustum, & pro peccato, & pacificorum hostias offerre. *r* Offertur enim Missæ sacrificium & in gratiarum actionem, & in peccatorum remissionem, & pro felicitate nostrorum animorum, & corporum. *s* Ergo duo boues, sunt duæ in Christo naturæ. *t* Arietes quinque, sunt quinque in Christo vulnera, quatenus summi Principis vulnera sunt, per arietem significati. Quinque hirci, eadem vulnera sunt, quatenus pro nostris peccatis susceptа. Quinque agni, eadem vulnera, quatenus illis sine vlla sua culpa Iesus Christus est vulneratus.

q *p.646, 745.* r *p.747.* s *p.429, 743.* t *p.593.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT OCTAVVM.

SVMMA.

Agitur in hoc capite de ratione locandi candelabrum in Tabernaculo, & de ratione consecrandi Leuitas in Tabernaculi ministeria.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere Aaron, & dices ad eum: Cùm posueris septem lucernas, candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe vt lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis, contra eam partem, quam candelabrum respicit, lucere debebunt. 3 Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, vt præceperat Dominus Moysi. 4 Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes, quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur: iuxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum. 5 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 6 Tolle Leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos 7 iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cumq; lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, 8 tollent bouem de armentis, & libamentum eius similam oleo conspersam: bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato: 9 & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel. 10 Cumq; Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filij Israel manus suas super eos. 11 & offeret Aaron Leuitas, munus in conspectu Domini à filijs Israel, vt seruiant in ministerio eius. 12 Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini, vt deprecceris pro eis. 13 Statuesq; Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos Domino, 14 ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei. 15 & postea ingredientur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi. Sicq; purificabis & consecrabis eos in oblationem Domini: quoniam dono donati sunt mihi à filijs Israel. 16 Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos. 17 Mea sunt enim omnia primogenita filiorũ Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificaui eos mihi: 18 & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorũ Israel: 19 tradidiq; eos dono Aaron & filijs eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad Sanctuarium. 20 Feceruntque Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis quæ præceperat Dominus Moysi: 21 purificatique sunt, & lauerunt vestimenta sua. Eleuauitque eos Aaron in conspectu Domini, & orauit pro eis, 22 vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filijs eius. Sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factum est. 23 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 24 Hæc est lex Leuitarum, A viginti quinque annis & supra, ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis. 25 Cumq; quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt: 26 eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata, opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Leuitis in custodijs suis.

Interpretatio litteralis.

CVm posueris septẽ lucernas, &c. 2 *a* Est præceptum cæremoniale, ad diuini cultus modum pertinens. *b* Oportet quædam specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducautur. *c* Præcepit ea Deus in lege veteri. *d* Congruè autem materialia, & sensibilia quædam, vt in hoc loco candelabrum cum lucernis, in cultum Dei dicantur: quia sensibilibus signis excitatur animus noster. De Candela-

a *p.*1124. b *p.*844. c *p.*858. d *p.*1919.

Digitized by Google

delabro dictum est in Exod. cap. 25.

e p.2066. * *Feciqué Aaron*, &c. *e* Obedientia. 3

f p.2062. *f* Præceptum autem superioris obedientiæ obiectum est, *Vt præceperat Dominus Moysi.*

* *Purificabis eos iuxta hunc ritum*, &c. 7

g p.1124. *g* Præceptum item cæremoniale, ad maiorem diuini cultus reuerentiam. Ex quo

h p.844. docemur 1. *h* Debere specialia quædam obseruari in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent. 2. *i* Congruè Ecclesiam in ordinis

i p.847. susceptione suos ritus adhibere.

* *Ponêt filii Israel manus suas super eos.* 10 Impositio manus multa significat in Scripturis sanctis, præcipuè tria. 1. Benedictionem, inuocationem, applicationem diuinæ virtutis, Genes. 48. 14. Luc. 4. 40. 2. Virtutem diuinam sanctificantem, & consecrantem, Act. 8. 17. 1. Timoth. 5. 22. 3. Transfusionem potestatis in alterum, Deut. 34. 9. Fortasse omnia hæc tria manus impositio significat in hoc loco. de vltima significatione nullũ dubium; nam subditur: *Offerent Aaron Leuitas, munus in conspectu Domini à filiis Israel, vt seruiant ei.* Populus Israel se spoliat possessione Leuitarum, & iure ciuili, siue communitatis; & illud trãsfert in Deum: vt diuino tantum cultui Leuitę seruiant.

* *Leuitæ quoque ponent manus suas*, &c. 12 Vt Leuitæ à toto populo, ita boues à Leuitis offerebantur Deo. K Vtraque oblatio necessaria mandato ex Dei præcepto.

k p.1969.

l p.1926. *Vt deprecetur pro eis.* Indicatur 1. *l* Esse Deo cultum exhibendum oratione.

m p.1927. 2. *m* Multa Deum, non nisi petentibus, elargiri. 3. *n* Congruum esse pro nostris

n p.1928. necessitatibus Sanctos ad interpellandum

o p.1932. Deo aduocare. 4. *o* Non solum pro nobis, sed pro ceteris etiam orandum esse.

p p.650. * *Sic quæ purificabis eos.* *p* Sacrorum ministri debent sancti esse. 15

* *Pro primogenitis accepi eos*, &c. Ha- 16

q p.1800. bes 1. *q* Ius alterius compensandum, in- 17 stumque faciendum esse debiti solutione. 18

r p.1811. 2. *r* Inter Deum, & homines intercedere 19 iustitiam.

Vt seruiant mihi pro filiis Israel in tabernaculo fœderis. *s* Est Deus colendus,

s p.37. ac venerandus. Quia summum ens, principium omnium, Dominus omnium.

t p.1915. *t* Proinde creaturæ intellectuales debent

u p.649. ei cultum exhibere. *u* Congruum pro ceteræ multitudine certos diuini cultus ministros esse.

x *Vide sup.* *Et orent pro eis, x* vt supra v. 12.

v.12. litt. l. * *Fecerunt; Moyses*, &c. *y* Obedien- 20

m. n. o. tia, vt supra v. 3.

y *Vide sup.* * *Edenauit eos Aaron in conspectu Do-* 21

v.3. litt. e, f. *mini.* Obtulit, præsentarit Domino. 22

z *Vide sup.* *Et orauit pro eis, z* vt supra v. 12.

v.12. litt. l, m, n. o. *Vt purificati ingrederentur ad officia sua.* Indicatur *a* sacrorum ministros esse

a p.650. sanctos debere; & *b* Res Deo dicatas ve- b p.851.

nerationi dignas esse.

24 * *Hæc est lex Leuitarum*, &c. *c* Vide c *Vide sup.*

25 sup. cap. 3. v. 6. *c.3.v.6.litt.*

26 * *Opera ipsa non faciant.* Opera Sa- *b,c,d.*

cerdotum propria, vt sacrificare. *d* Sacri- d p.646,

ficij ministri Sacerdotes. 745.

Sic dispones Leuitis in custodiis suis. Vox hebræa significat etiam obseruãtias.

e In veteri lege variæ obseruantiæ cæ- e p.858,

remoniales fuerunt, ad maiorem reueren- 1124.

tiam diuini cultus.

Interpretatio mystica.

Allegoria.

De septem lucernis.

2 1 DIctum est Exo. 25. Tabernaculum,

3 figuram fuisse Ecclesiæ; item

4 *a* Mensam, panum propositionis, quate- a p.620.

nus in Ecclesia est Sacramẽtum corporis, & sanguinis Christi, & verbum Dei, quorum symbolum est Panis. Dictum etiam ibidem candelabrum Christum figurasse, & septem lucernas *b* eum Iustos, quorum b p.634.

exemplo Ecclesia illuminatur, Matt. 5. 16. Ioan. 5. 37. Philipp. 2. 15. *c* tum Doctores, c p.637.

qui doctrina perspiciendam populis veritatem proponunt, Matth. 4. 16. & 5. 16. Io. 5. 35. *d* tum septem Sacramenta, à quibus in nos lux gratię deriuatur, Psal. 36. 6. d p.748, 749.

Sap. 5. 6. *e* tum septem dona Spiritus sancti, à quibus lucem accipit nostra intelligentia, & noster affectus. *f* Candelabrum e p.366.

autem aureum, quod septem lucernas sustentat; est Iesus Christus. Nam in Iesu f p.483.

Christi doctrina, *g* & in eius meritis, & in g p.573,

eius gratia fundatur & Iustorum iustitia, 575, 576,

& Doctorum prædicatio, & Sacramento- 577.

rum effectus, & omne donum Spiritus sancti. Aurum autem & constantiæ symbolum est, Iob 23. 10. Prou. 17. 3. Eccli. 50. 10. & Sapientiæ, Prou. 20. 15. Cant. 5. 11. & charitatis, gratiæq; diuinæ, Psal. 44. 10. Apoc. 3. 18. & 21. 18. *h* Contra Christum h p.486.

autem, & eius doctrinam cõstantissimam prænalere nulla perfectitio vnquã potuit. *i* In ipso æterna Sapientia corporaliter i p.429.

inhabitat. *k* Ipse fons omnis bonitatis, & k p.492.

amoris diuini. *l* Ipse auctor gratiæ. l p.489.

2 Boreas, siue Aquilo, Diaboli symbolum est, Cant. 4. 16. ex Greg. Isa. 14. 13. Ierem. 1. 14. Auster, diuinæ misericordiæ symbolum est, bonorum abundãtiam largientis, Psal. 125. 4. *m* Ergo quod candelabrum in australi parte erigitur, & lucer- m p.446,

næ contra Boream respiciunt, illud figurare videtur: Missum esse à Patre Iesum 447.

Christum, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos: Per Iesum Christum esse omnem misericordiam, quam Deus exer-

cet

cet erga homines: Ipsum positum à Deo esse contra Boream peccati, mortis, & damnationis æternæ: Hæc ipsum agere in Ecclesia per exempla iustorum, per doctrinam Doctorum, per suam gratiam, per Sacramenta; quorum figura sunt candelabri lucernæ septem.

Allegoria.

De Leuitarum consecratione.

1 LEuitas allegoricè Minores Ecclesiæ ministros figurasse supra dictū est. Dicendum ergo Ritus in consecratione Leuitarum figuram esse Rituum Ecclesiæ in ordinatione minorum Ministrorum.

a p. 650. 2 *a* Aquæ asperſio, & purgatio; significat gratiam, & sanctitatem, cum qua debent Clerici accedere ad ordines suscipiendos. Nam aqua, quatenus corporum sordes abluit, symbolum est remissionis peccatorum, & gratiæ tollentis peccata, Eph. 5. 26.

b p. 847. 3 *b* Quod Leuitæ consecrandi radebāt omnes pilos carnis suę; significabatur omnium curarum temporalium depositio, quam debent facere Clerici, qui initiātur. Hoc etiam nunc significatur capillorum tonsura, vt indicant verba illa, quæ à Clericis recitantur, dum ab Episcopo tondentur, *Dominus pars hereditatis meæ*, &c.

4 Populus Israeliticus quatenus manus imponebat super Leuitas; significabat electionem, ac oblationem ordinādorum, quam facit Ecclesia, cum Clericos proponit Episcopo vt ordinentur.

5 Boues, & similæ libamentum, quæ à Leuitis per Summum Sacerdotem Deo offerebantur; figurabant sacrificium, & Sacramētum corporis, & sanguinis Christi: quibus sacrorum Ministrorum ordinatio in Ecclesia perficitur.

Tropologia.

De vero Leuita Dei cultore.

1 NVllum dubium à Leuitis veros Dei cultores figuratos fuisse. 18

a p. 349. *a* Vt enim Leuitæ à Deo in suum obsequium assumpti sūt: ita vt quis verus Dei cultor sit per obedientiam diuinæ legis in hac vita, & per æternum seruitium laudis in cælo; pendet ab electione, prædestinationeque diuina. Gregorius 1. Reg. l. 3. c. 7. & 5. Mor. 23. Leuitas interpretatur eos, qui in diuinum obsequium assumuntur. & Leuitæ nomen Copulatum sonat, id est, Deo per obedientiam, & voluntatis conformationem coniunctum.

b p. 412, 781. 2 *b* Aqua lustrationis Leuitę aspergun- 7
tur, vt mundentur: quatenus veri Dei cultores pœnitentię lacrymis, & *c* Baptismi, *d* Confessionisque Sacramento sordes animi lauant: vt mundi ad Dei seruitium accedant. Aqua significari gratiam, & remissionem peccatorum in præcedenti allegoria dictum est.

c p. 737. d p. 778.

3 *e* Leuitæ pilos omnes radebant carnis suæ. Oportet, *f* inquit Gregorius, Leuitas omnes pilos carnis radere: quia is, qui in obsequijs diuinis assumitur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere; ne illicitas cogitationes mens proferat, & pulchram animę speciem quasi pilis fructificantibus deformem reddat. Sed quantalibet quempiā virtus sanctæ conuersationis euexerit, adhuc tamen ei de vetustate vitę nascitur quod toleretur. Vnde & ipsi Leuitarum pili radi præcepti sunt, non euelli. Rasis enim pilis in carne radices remanent, & crescunt vt iterum radantur: quia magno quidem studio superfluæ cogitationes amputandę sunt; sed tamen amputari funditus nequaquam possunt. Semper enim caro superflua generat, quæ semper spiritus ferro solicitudinis recidat. Hactenus Gregorius. *g* Posset etiam dici, quod pili carnis radi præcipitur, non euelli: quia non omnino tollendæ sunt cogitationes, quæ ad carnem spectant. nam de corporis sanitate conseruanda cura moderata est habenda: ne deficientibus viribus Dei seruitium detrimentum patiatur.

e p. 2257. f Gregorius 5. Mor. 23. g p. 2268, 2288.

4 Lauabant Leuitæ non solum corpus, sed etiam vestimenta: quia non solum animus à peccatorū maculis, sed animi quoque potentię à vitiorum sordibus purgandę sunt. Vestimenti rationem habent Habitus in animo. Vestimenta quoque sunt opera, Cant. 4. 11. *h* Est in omnium actionum purgationem diligenti examine vero Dei cultori incumbendum: ne quid turpe in actionibus sit, quod Dei oculis displiceat.

h p. 804, 808.

8 * 5 Offerebant Leuitæ boues duos, & libamentum similam oleo conspersam. Bos, quatenus palea, cibo simplici vescitur, symbolum est paupertatis: quatenus semper subiugo est, obedientiā significat. Simila oleo conspersa, figura est corporis Christi, vnionem hypostaticam habentis cum Persona Verbi, vt supra dictum est. *i* Ergo verus Dei cultor duos boues offert Deo, quatenus in se. & immoderatam bonorum temporalium cupiditatem per spiritus paupertatem, & irrationales propriæ voluntatis actus per obedientiam mortificat. K Offert & similam oleo conspersam, quatenus duplex hoc iustitiæ sacrificium cum sacrificio, ac Sacramento sociat corporis Iesu Christi: per quod præseruatio à peccatis habetur, & robur contra impetum cupiditatis.

i p. 655, 658. k p. 764, 765.

*6 Quod

Digitized by Google

* 6 Quod Leuitæ super boues manus
l p. 1039. imponunt; indicatur *l* & ratio voluntariæ
m p. 1043. oblationis, qua se iustus offert Deo; *m* & diligentia, quam debet adhibere in opere sacrificij iustitiæ, de quo paullo ante dictum est. Nam manus, symbolum est tum disponentis, Ios. 14. 21. 2. Reg. 14. 19. tum operantis, Psal. 7. 4. & 23. 4.

* 7 *n* Quod Leuitis coram Domino 10
n p. 1035. cõstitutis, ponebant filij Israel manus suas super eos, indicat peculiarẽ protectionem, quam de veris Dei cultoribus habẽt sancti cum Christo regnantes. Nam Israelita idem est, quod videns Deum. Vident autem Deum in cælo sancti facie ad faciem. & Manus, protegentis symbolum est, Psal. 30. 6, 16. & 36. 24.

CAPVT NONVM.

SVMMA.

Tria narrantur. 1. Præceptum, & celebratio Phase quartadecima die mensis primi. 2. Quid præceperit Deus agendum ab iis, qui eo tempore essent immundi, aut in itinere: quid agendum ab aduenis. 3. Signum, quod dabat Deus Israelitis ad proficiscendum per desertum, aut ad manendum.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secũdo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo, dicens: 2 Faciant filij Israel Phase in tempore suo, 3 quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. 4 Præcepitque Moyses filijs Israel vt facerent Phase. 5 Qui fecerunt tempore suo: quartadecima die mensis ad vesperam, in monte Sinai. iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filij Israel. 6 Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aaron, 7 dixerunt eis: Immundi sumus super anima hominis. quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel? 8 Quibus respondit Moyses: State, vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis. 9 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 10 Loquere filijs Israel: Homo qui fuerit immũdus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino 11 in mẽse secundo, quartadecima die mensis ad vesperam: cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud. 12 non relinquent ex eo quippiam vsque mane, & os eius non confringent, omnem ritũ Phase obseruabunt. 13 Si quis autem & mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit. 14 Peregrinus quoque & aduena si fuerint apud vos, facient Phase Domino iuxta ceremonias & iustificationes eius. Præceptũ idem erit apud vos tam aduenæ quàm indigenæ. 15 Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autẽ super tentorium erat quasi species ignis vsque mane. 16 sic fiebat iugiter: per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. 17 Cumq; ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israel: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. 18 Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodẽ loco: 19 & si euenisset vt multo tempore maneret super illud, erant filij Israel in excubijs Domini, & non proficiscebantur. 20 quotdiebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebãt tentoria, & ad imperium illius deponebant. 21 Si fuisset nubes à vespere vsque mane, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur; &, si post diem & noctem recessisset, dissipabant tentoria. 22 Si verò biduo aut vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non proficiscebantur; statim autem vt recessisset, mouebant castra. 23 Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: eruntque in excubijs Domini iuxta imperium eius per manum Moysi.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.1124. b p.1117. c p.1118. d p.37, 1915. e p.1918. f p.844. g p.858. h p.840.

Faciant filii Israel Phase in tempore suo, &c. *a* Præceptum est cæremoniale veteris legis. *b* Cuius auctor Deus, *c* Promulgator Moyses. Quod ad Dei cultum spectabat: *d* qui colendus à creaturis intellectualibus, *e* signis etiam sensibilibus. *f* Congruum autem specialia quædam obseruari in Dei cultu, vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducantur: *g* vt in lege veteri obseruabantur in celebratione Phase. *h* Quod erat sacramentum, quo profitebantur Israelitæ se ad illum populum pertinere, quem Deus sibi assumpserat ab Ægypto. vt Exod. 12. & 13. visum est.

i p.2066. k p.2062.

* *Præceptique Moyses filiis Israel*, &c. *i* Dei præceptis parendum. *k* Obiectum obedientiæ, superioris præceptum est. Iuxta omnia, quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filij Israel.

* *Super anima hominis.* Hebr. *Nephesh*, etiam cadauer, non solum animam significat, vt hic. Pagninus.

l p.851.

Qui non poterant facere Phase, &c. *l* Debetur sacrificio magna reuerentia. Ideo prohibebatur offerre illud immundi.

m p.2154.

* *Quare fraudamur*, &c. *m* Iusta querimonia. Nam sepelire mortuos, opus pietatis est.

n p.1723. o p.1729.

* *State, vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis.* Ex hoc Moysis facto intelligimus duo. 1. *n* Consilium ante omnem electionem adhibendum. 2. *o* Tempestiuè ad consultandum accedendum.

p p.2083. q p.2086.

* *Si quis autem & mundus est, & in itinere*, &c. Indicat nobis hoc præceptum 1. *p* Debitas esse Deo gratiarum actiones pro beneficijs ab ipso receptis. & *q* Peccatum ingratitudinis esse. Nam præceptum celebrandi Phase erat in memoriam celebrandam beneficij, libertatis à seruitute ægyptiaca. Ei, qui hanc memoriam non celebraret, mortis pœnam comminatur.

r p.1293.

2. *r* Congruum esse à male agendo pœnarum comminatione deterrere. *Exterminabitur anima illa.* 3. *s* Congruè ab Ecclesia, diem festum Paschatis celebrari in memoriam libertatis, quam fecit nobis Christus sua passione, & resurrectione, à seruitute peccati, & à pœna mortis. Maius enim est hoc beneficium, quàm illud Israelitis collatum. 4. *t* Congruum esse Ecclesiæ præceptum de Eucharistiæ Sacramento in Pascha te percipiendo.

s p.2000.

t p.773.

* *Peregrinus quoque & aduena, si fuerint apud vos, facient Phase Domino.* Hebr. Peregrinabitur apud vos peregrinus, & faciet Phase. De Gentilibus sermo est, qui religionem Israelitarum amplectebantur. Proinde Israelitarum ritus seruare debebant.

* *Ad imperium Domini proficisce-*
bantur, &c. *u* In omnibus Dei præceptis parendum. *x* Peculiaris Dei erga Israelitas prouidentia describitur.

u p.2066. x p.898, 899.

Iuxta imperium Domini per manum Moysi. *y* Debetur suis superioribus à subditis obedientia. Nam superiores loco Dei sunt.

y p.2061.

Interpretatio mystica.

Faciant filii Israel Phase in tempore suo, quartadecima die mensis huius, &c. Pascha Israelitarum, vt in Ex. 12. dictum est, figura fuit nostri Paschatis, in quo immolatus est Christus. Vmbra fuit Israelitarum Pascha; nostrum autem Res ipsa. Ne autem Ecclesia videatur adhuc vmbras sequi, & Pascha Israelitarum celebrare, Pascha suum celebrat non decimaquinta die mensis primi, quæ est dies decimaquinta primæ lunæ, imminens post æquinoctium vernum, quod incidit die vigesima prima mensis Martij; sed celebrat prima die Dominica post decimam quintam diem primæ lunæ, seu mensis. Nam die dominico Dominus surrexit à mortuis, & transitum ad immortalem vitam fecit; vt nos quoque cum nostro capite ad eandem immortalitatem transiremus. Ergo Pascha Israelitarum multa figurauit. 1. *a* Quatenus in eo agnus immolabatur, figurauit Christi passionem, & mortem. 2. *b* Quatenus agnus comedebatur, figurauit Sacramentum Eucharistiæ, pignus nostræ resurrectionis. 3. Quatenus memoria fiebat transitus è seruitute ægyptiaca, figurauit *c* & nostram redemptionem, *d* & Christi, *e* nostramque cum Christo resurrectionem. * 4. Quatenus non faciens Phase exterminabatur, figurauit præceptum Christi, & Ecclesiæ de Eucharistiæ Sacramento percipiendo. Nisi manducaueritis, inquit Christus, carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 5. *f* Quatenus immundi Phase celebrare prohibebantur; significabatur Non esse cum peccato mortali, & sine debita dispositione ad Eucharistiæ Sacramentum accedendum.

a p.568. b p.762, 767, 768, 771. c p.600. d p.592, 593, 601. e p.599, 961, 998. f p.774, 775.

* *Cum azymis, & lactucis agrestibus comedent illud*, &c. Phase ritus interpretati mystice sumus in Exodi cap. 12.

* *Per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis.* Mysticam nubes, & ignis interpretationem tradidimus

mus in fine Exodi cap. 40.

* *Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum.* Ingressus, symbolum est Actionum, Exod. 33. 16. Genes. 5. 24. & 17. 1. Quies, symbolum est felicitatis, Isa. 38. 11. Potissima autem felicitas in Dei contemplatione posita est, per quam summum bonum possidetur, nempe Deus. Sensus mysticus est: g Veros Israelitas debere tum actiuam vitam, tum contemplatiuam, secundum Dei voluntatem exequi, atque ita vt illi in actione, & in contemplatione placeant. 18 g p. 1065, 1572.

CAPVT DECIMVM.

SVMMA.

Narrantur quatuor. 1. Præceptum, & vsus tubarum argentearum ad conuocandos Principes, & populum; ad castra mouenda; ad bellum, ad festos dies agendos. 2. Ordo quo proficiscebatur multitudo filiorum Israel per desertum; & Mansio in solitudine Pharan. 3. Sermo Moysis suadentis Hobab Madianitam ne desereret filios Israel. 4. Oratio Moysis cum Arca eleuaretur, & cum deponeretur.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. 3 Cumq; increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. 4 Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. 5 Si autē prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. 6 In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem: & iuxta hunc modum reliqui facient, vlulantibus tubis in profectionem. 7 Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulabunt. 8 Filij autem Aaron sacerdotes clangent tubis: eritq; hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. 9 Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos, clāgetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. 10 Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. ego Dominus Deus vester. 11 Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis: 12 profectiq; sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. 13 Moueruntq; castra primi iuxta imperium Domini in manu Moysi. 14 Filij Iuda per turmas suas: quorum princeps erat Nahasson filius Aminadab. 15 In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar. 16 In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon. 17 Depositumque est tabernaculum, quod portātes egressi sunt filij Gerson & Merari. 18 Profectiq; sunt & filij Ruben per turmas & ordinem suum: quorum princeps erat Helisur filius Sedeur. 19 In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. 20 Porrò in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel. 21 Profectique sunt & Caathitæ portantes Sanctuarium. Tandiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. 22 Mouerunt castra & filij Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. 23 In tribu autem filiorū Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadasur. 24 & in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. 25 Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorū exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. 26 In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran. 27 Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. 28 Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. 29 Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato suo: Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli. 30 Cui ille respondit: Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum.

Digitized by Google

31 Et ille: Noli, inquit, nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. 32 Cumq; nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi. 33 Profecti sunt ergo de Monte Domini viam trium dierum, arcaq; fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens castrorum locum. 34 Nubes quoque Domini super eos erat per diem cùm incederent. 35 Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge, Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. 36 Cùm autem deponeretur, aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.

Interpretatio litteralis.

a p.1759. b def.4111.

2 *Ac tibi duas tubas argenteas*, &c. *a* Prouidentia ad monẽdum multitudinem. *b* Signis executionis memoria excitanda.

5 **Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit.* Hebr. Clangetis vociferatione. Hæc duo verba multis explicat vulgata, quia vn *Reahhh*, à quo תרועה *Teruhhhah*, Vociferatio, significat Confringere. Sonus tubæ non erat breuis, & vnus, sed longior, & intercisus.

9 **Erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro.* Recordari Deum, est idem quod Cognoscere, & beneficium conferre. c.2702. 7242. Indicant hæc verba esse in

e p.16. f p.23. g p.56. h p.54. i p.55.

Deo *e* intelligentiam, *f* & prouidentiam, *g* & misericordiam, *h* & beneficentiam; *i* & Deum exorabilem esse: Sonitus enim tubæ erat diuinæ opis inuocatio. Horum symbolum est Recordatio.

10 **Caneris tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri.* Duplex potest esse horum verborum sensus. Alter vt supra, significans deseruire tubarum sonitum ad exorandum Deum, vt placatus per sacrificia, beneficia conferat. Alter, Innuens tubarum sonitu excitare sibi debere Israelitas memoriam beneficiorum à Deo collatorum, ad agendum illi gratias per sacrificia. Secundum priorem sensum

k Vide sup. lit. e, f, g, h, i.

habes diuina attributa, quæ paullo ante numerata sunt v.9. Secundum posteriorẽ habes 1. Congruum esse, signis memoriam

l p.2083. m p.858.

actionum excitare. 2. *l* Debitas esse Deo pro beneficijs gratiarum actiones. 3. *m* In veteri lege varias obseruantias cæremoniales fuisse, ad maiorem reuerentiam diuini cultus. 4. *n* Exteriores corporis actus,

n p.1918. o p.1919.

vt est tubis clangere, conuenienter in cultum exhiberi Deo. 5. *o* Materialia, & sensibilia quædam, vt tubas, conuenienter

p p.1124.

in cultum dicari Deo. 6. *p* Hunc ritum clangendi tubis in sacrificijs cæremonialem legem esse.

13 **Mouerunt castra primi iuxta impetum Domini in manu Moysi.* Habes

q p.2066. r p.2062.

1. *q* Obedientiam Israelitarum erga diuinum præceptum. 2. *r* Obiectum virtutis obedientiæ esse præceptum superioris.

3. *s* Legis veteris auctorem fuisse Deum

s p.1117.

t ministrum Moysen. 4. *u* Manum, ministerij symbolum esse, c.6589.

t p.1119. u p.166.

21 **Profecti sunt & Caathita portantes Sanctuarium.* Ferebatur Sanctuarium medium inter turmas Israeliticas ad maiorem & reuerentiam, & custodiam.

29 **Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato suo.* Textus est clarus in vulgata, Hobab esse filium Raguel soceri Moysis; non ipsum Raguel, vt aliqui putauerunt. Nã vox חתן *Hhothen*, pro affine sumitur, vt indicat vulgata, nõ pro socero tantum.

Veni nobiscum, vt benefaciamus tibi. Officium pietatis erga cognatum, *x* & significatio beneuolentiæ erga amicum.

y p.2045. z p.1569.

Dominus bona promisit Israeli. Indicatur his verbis 1. *a* Esse in Deo beneficentiam. 2. *b* Peculiarem Dei erga pios prouidentiam esse. 3. *c* Licitum esse, licita promittere.

a p.54. b p.380. c p.2124.

31 **Noli nos relinquere*, &c. *d* Actus prouidentiæ. *Eris ductor noster.* Ductor itineris erat Deus, cur Moyses eligit Hobab in ductorem? Videntur hæc dicta à Moyse antequam reuelaret ei Deus, ad Dei nutum, & præcedente columna nubis, iter à monte Sinai ad terram Chanaan per desertum faciendum. Vel, Columna nubis solum viam ostendebat, & quando proficiscẽdum, quando manendum indicabat: sed Hobab deseruiebat ad loca commoda pro castris locandis ostendendum.

d p.1759.

32 **Quidquid optimum fuerit*, &c. *dabimus tibi.* *e* Licitum licita promittere. *f* Et sunt benefactoribus grati animi officia exhibenda, *g* & in amicos ostendenda beneuolentia, *h* & beneficentia exercenda.

e p.2124. f p.2084. g p.1569. h p.1605.

Quas nobis traditurus est Dominus. Indicatur Dei *i* beneficentia, *k* & prouidentia, *l* & ius summum in omnia.

i p.54. k p.23.

33 **Arca fœderis Domini præcedebat eos.* l p.22.

34 Supra v.21. ponuntur Caathitæ portantes Sanctuarium in medio turmarum: nunc dicitur Arca præcedere, videtur dicendũ, solum Arca præcessisse turmas; cetera, quæ ad Sanctuarium spectabant, vt altare aureum, mensam, candelabrum, & alia vasa Sanctuarij, gestata fuisse in medio turmarum.

Pro-

Digitized by Google

m p.380. *Prouidens castrorum locum.* *m* Significatur peculiaris Dei prouidentia erga Israelitas.

** Surge, Domine, & dissipentur inimici* 35
u p.1926. *mei*, &c. Significant hæc 1. *n* Esse Deo 36
o p.1924. cultum exhibendum oratione. 2. *o* Maledictionem licitam esse, si quis imperet, aut optet malum alterius sub ratione boni.

Interpretatio mystica.

De prædicatione verbi Dei.

TVba, Prædicationis symbolum est, Isa.58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et Os.8. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini: pro eo quod trãsgressi sunt fœdus meum.

a Vide Patres in Syl. Alleg. v. Iuba. *a* Et communis Patrum sententia est, Tubam, prædicationem significare. Cum ergo quæ in his libris scribuntur, figura sint futurorum, vt Paulus docet: profecto quæ in hoc capite de tubarum vsu præcipiuntur, præcepta sunt mystica ad sacram prædicationem pertinentia.

b p.700. * 1 *b* Debent esse in Ecclesia prædica- 1
tio verbi Dei, & prædicationis sacræ mi- 2
nistri, *Fac tibi duas tubas argenteas!*

2 Verbi Dei prædicationem, & prædicationis ministros, ita volente Patre, instituit Christus; cuius figura fuit Moyses, cũ Apostolos, ac discipulos misit in mundum vniuersum ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Fac tibi duas*
c p.735. *tubas*, &c. *c* Prædicat quisque iuridicè, qui legitimè ad prædicandum vocatus, ac mittitur.

d p.634, 636, 646. 3 *d* Ordinarij prædicationis ministri sunt Episcopi, ac Sacerdotes. Nam Christus Apostolos ad prædicandum misit, quibus successere Episcopi; & discipulos, quibus minores Sacerdotes successere. *Filii Aaron Sacerdotes clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.*

c p.701. 4 Verbi ministri *e* sancti esse debent, ac virtutibus ornati, vt eorum exemplo
f p.702. confirmetur quod docent. *f* Debent & doctrina esse præditi, vt erudire alios possint; *g* & prudentia, vt prædicatio sit con-
g p.703. grua; *Fac tibi tubas argenteas*, Argentum, sanctitatis, ac iustitiæ symbolum est, Eccli.30.15. & virtutis, ac perfectionis, Prou.10.20. & sapientiæ, ac prudentiæ, Prou.16.16. Sap.7.9.

h p.1317. 5 *h* Prædicationis sacræ materia debet esse verbum Dei. Nam prædicationis sacræ finis est salus animarum. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Fides autem ex auditu, Auditus autem per verbum Christi; *Fac tubas argenteas.* Argentum, symbolum est verbi Dei, Psal.11.7.

6 Ipsum verbum Dei, siue prædicationis materia duplex; *i* Scripturæ sacræ, *k* & i p.1356.
apostolica Traditio, *l* Testamẽtũ vetus, k p.1353.
ac nouum; *m* præcepta charitatis erga l p.1140.
Deum, & erga proximos; *n* Credenda, & m p.1521,
agenda; doctrina de Ecclesia militante, ac 1522.
triumphante, *Fac tibi duas tubas.* n p.714.

7. *o* In prædicatione verbi Dei rationes, o p.724,
& argumenta sunt afferenda ad persua- 725, 726,
dendum, ac probandum, *Fac tubas ductiles.* 1379.
Quasi malleorum ictus sunt rationes, quibus doctrina probatur, & captui facilis redditur.

8 Prædicatio eò efficacior, quò prædicatores magis exerciti *p* tum actione vir- p p.734.
tutum, *q* tum tentationibus, *r* tum studio, q p.895,
s tum prædicatione; *Fac tubas ductiles.* 1394.
Quasi malleorum ictus est exercitium Isid.
virtutis, tentationis, studij, prædicationis. r p.705.

3 * 9 *t* Efficacitatem semper habuit ver- s p.706.
bum Dei ad congregandas gentes in vni- t p.1393,
tatem fidei, & Ecclesiæ. Id illis verbis in- 1396.
dicatur: *Cum increpueris tubis, congregabunt ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis.*

4 * 10 *u* Efficacitatem semper habuit u p.1397.
verbum Dei ad trahẽdos ad Catholicam fidem viros sapientia, ingenio, generis nobilitate Principes. *Si semel clanxeris, venient ad te principes.*

5 * 11 *x* Valet verbi Dei prædicatio ad x p.725,
6 instruendum, & ad mouendum: vt sciat 726, 1398.
populus fidelis, velitque iter ad cælum aggredi per opera bona, *Si clangor increpuerit, mouebunt castra*, &c.

7 * 7 *y* Verbum sactum auditoribus qui- y p.720.
buscunque communicandum; *z* & secun- z p.723.
dum eorum captum. *a* & sine admixtione a p.731.
inutilium. Id significant mysticè ea verba: *Quando congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulandum.*

9 * 8 *b* Ad Ecclesiæ hostes debellandos b p.907,
efficacitas verbi Dei maxima semper fuit. 1394.
Si exieritis ad bellum de terra vestra contrà hostes, qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum.

10 * 9 *c* Pro præparatione ad Missæ sa- c p.775.
crificium, & ad Eucharistiæ Sacramentum maximè valet verbum Dei. Quare adhibenda lectio libri spiritualis, vel exhortatio ante quam celebrentur ea mysteria, ad fidem, spem, charitatem, contritionem excitandam. *Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas; canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis.*

De

De diuinis auxiliis.

NVbes, diuinæ præsentiæ symbolum est, Exod.13.21. & 16.10. & 19.9. Num.11.25.Matt.24.30. & Diuinæ protectionis, Psal.108.39.Isa.4.5.& Diuinæ misericordiæ, Eccli.35.26. Isa.18.4. Congruè autem Nubes, diuinam præsentiam significat: quoniam quatenus opacitatem habet, indicat, Deum propter infinitam suam intelligibilitatem esse nobis inuisibilem,& beatis ipsis,qui eum vident facie ad faciem,incomprehensibilem. 2. Ignis, quatenus lucet,intelligentiæ symbolū est, Apoc.1.14.& 2.18. Ignis,quatenus ardet, amorē, charitatemq; significat, Psal.118. 140. Prouerb.30.5. Cant.8.6. Hebr.12.7. 3.Dies, prosperitatis,& lætitię symbolum est, Psal.36.18. Isa.4.6. & Illustrationis, sideiq; diuinę,Rom.13.12. 1.Thess.5.5,8. & Gratiæ, Psal.109.3. Cant.3.11. & 8.8. & Actionum rectarum, vitæq; perfectæ, Prou.4.18. 4. Nox, afflictionē significat, Psal.16.3.& 118.55. Os.4.5. & vitam temporalem, & hoc sæculum, Cant.3.1. & 5.2. ex Greg. & Statum peccati, Rom. 13.12. 1.Thessal.5.5. 5. Incessus, ac motus, symbolum sunt actionum, Gen.5.24. & 17.1.Ex.33.16.Leuit.26.12.Luc.13.33. 6. Quies, Pacis symbolum est, Ios.22.4. 2.Paral.32.22. & Felicitatis, ac sanctitatis, Isa.38.11. & Cessationis à perturbationibus animi,Isa.2.22.& 13.11. Ex hac mystica verborum significatione sequens sensus elicitur.

a p.380, 399, 902. 1 *a* Quod se semper præsentem Deus Israeliticis castris exhibebat per colūnam nubis, & ignis; figurabatur 1. Amor, & protectio, ac peculiaris Dei prouidentia erga suam Ecclesiam, & homines pios.

b p.399. 2.*b* Diuina gratia,quatenus omnibus præstò est.

2 Quod Deus per columnam nubis apparebat,significabat 1.*c* Ad vera supernaturalia cognoscenda, diuinā illustrationem requiri. 2.*d* Non posse hominem se ipsum,neque Deum inuocando, ad gratiā prępparare,absque exteriori auxilio gratię. 3.*e* Esse à Deo illustrationes, & affectus ad donum intellectus, sapientiæ, scientiæ, consilij,pietatis,fortitudinis,timoris,spectantes. 4.*f* Permitti tentationes à Deo. Nox tentationes; Ignis, Deum significat. 5.*g* Tribulationes iustorum,Deo acceptabiles esse. vt Ignis Israelitarum castris, sic Deus præsens tribulatis iustis. 6.*h* Dei contra tentationes auxilium poscendum esse. 7.*i* Ad vires tentationum infringendas maximè valere spem in Deum.

c p.370. d p.376. e p.386, 387,388, 390,391, 392,393. f p.900. g p.901. h p.903. i p.906.

3 Quod nubes Domini super Israelitas erat per diem; indicabat 1. K Hominē in gratia constitutū,non posse per seipsum operari bonum, & peccatum vitare, sine gratiæ auxilio: esse autem illud auxilium in omni iusto. 2.*l* Hominem in gratia constitutum, diuino auxilio ad perseuerandum indigere. 3.*m* Solum Deum esse auctorem gratiæ.

k p.378. l p.379. m p.382.

34 * 4 Quod ad Nubis motum mouebātur castra, eaq; iter præeundo mōstrabat; figurabatur 1.*n* Hominem per sua naturalia,sine diuino auxilio peruenire ad ęternam beatitudinem non posse. 2.*o* Hominem ad bonum supernaturale operādum, indigere diuino gratiæ auxilio. 3.*p* Non posse hominem in statu naturæ corruptæ implere præcepta legis sine gratia Dei. 4.*q* Non posse hominem opera vitæ æternæ meritoria operari sine gratia. 5.*r* Esse à Deo vocationem ad perfectionem, *s* & ad præclara in Ecclesia munera exercēda. *Ad imperium Domini proficiscebamur,* cap.9.v.18. 6.*t* Hominem in gratia constitutum, diuino gratiæ auxilio ad perseuerandum indigere.

n p.369. o p.371. p p.374. q p.375. r p.395. s p.396. t p.379.

CAPVT VNDECIMVM.

SVMMA.

1. Narratur murmur populi, ignis in pœnam, cessatio ignis ad preces Moysis, petitio carnium. 2. Av.11.Conqueritur Moyses cum Domino de intolerando regiminis onere,& quod populus carnes ab ipso postulauerit. 3. Av.16. Iubet Deus eligi septuaginta è senibus Israel, ad portandum cum Moyse regiminis onus; & expectare populum die sequenti tantam carnium copiam,vt sufficere possit in tribum integri mensis. 4. Av.24. Eliguntur,& congregantur ad Tabernaculum septuaginta è senibus Israel,& tribuitur illis de spiritu Moysis,atque prophetant. 5. Av.31. Narratur donum copiarum coturnicum per ventum adductarum; & diuina vltio in eos,qui spreto Man, carnes concupierant.

1 IN terea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audisset Dominus,iratus est. Et accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorū partem. 2 Cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. 3 Vocauitque nomen loci illius, Incensio: eo quod incensus fuisset

Digitized by Google

fuisset contra eos ignis Domini. 4 Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens & flens, iunctis sibi pariter filijs Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? 5 Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mente nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, & cepe, & allia. 6 Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. 7 Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris bdellij. 8 Circuibat populus, & colligens illud, frangebat mola, aut terebatin mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. 9 Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man. 10 Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorij sui: iratusque est furor Domini valde: sed & Moysi intoleranda res visa est. 11 & ait ad Dominum: Cur afflixisti seruum tuum? quare non inueni gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eã, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum? 12 Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent contra me, dicentes: Da nobis carnes vt comedamus. 14 Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. 15 Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniã gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. 16 Et dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quòd seniores populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, 17 vt descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustentent tecũ onus populi, & non tu solus grauaris. 18 Populo quoque dices: Sanctificamini: cras comederis carnes. ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: 19 non vno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem, 20 sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eo quòd repulseritis Dominum, qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto? 21 Et ait Moyses: Sexcenta millia peditum huius populi sunt: & tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro? 22 Numquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? 23 Cui respondit Dominus: Numquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis verum meus sermo opere compleatur. 24 Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. 25 Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis Spiritus, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. 26 Remanserãt autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit Spiritus. nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. 27 Cumq; prophetarent in castris, cucurrit puer, & nunciauit Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. 28 Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. 29 At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum? 30 Reuersusque est Moyses, & maiores natu Israel in castra. 31 Ventus autem egrediens à Domino, arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere quãtum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantq; in aere duobus cubitis altitudine super terram. 32 Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum, qui parum, decem coros: & siccauerunt eas per gyrum castrorum. 33 Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. 34 Vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat. Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

ORtum est murmur populi, quasi 1
dolentium pro labore contra Dominum. Hebr. Et fuit populus sicut dolentes, malum, vel malè in auribus Domini. LXX. clarius: Et erat populus murmurans, κακὰ ἐναντίον κυρίου, mala coram Domino, vel molestias contra Dominum. clarissimè nostra vulgata. Dolentes pro labore, indignè ferunt laborem, & conqueri solent, ac murmurare contra eum, qui laboris est causa. Non probare id, quod Deus facit, & obloqui, magna est contra Dei jus supremum in omnia, & contra Dei voluntatem irreuerentia. *a* Hoc Israelitarum peccatum ad Detractionem, ac susurrationem spectare videtur. a p. 1898, 1901.

Quod cum audisset Dominus, iratus est. Ira, imperfectionem importat, quatenus tristitiâ supponit. Quare dicitur de Deo non propriè, sed metaphoricè. Irasci ergo Deum, est, nolle peccatum, ac velle illud vlcisci. *b* Est Deus vindex, ac vltor male agentium. b p. 25.

Et accensus in eos ignis Domini, &c. Innuitur 1. *c* Consequi pœnas ad peccatū, quas Deus infligit. 2. *f* Ius delicto læsum, pœna compensari. 3. *g* Licitum esse iniurias vlcisci ad remouendum nocumēta. 4. *h* Superioris esse, subditorū malefacta pœnis compensare. 5. *i* Etiam multitudinem esse puniendam, cum contingit ipsam multitudinem peccare. c p. 1279. f p. 1799. g p. 2095. h p. 2099. i p. 2101.

Deuorauit extremam castrorum partem. Fortasse ibi erat promiscuum vulgus Ægyptiorum proselytorum, à quo cœpesat murmuratio. Id innuitur v. 4.

Cumque clamasset populus ad Moysen, &c. *k* Congruum pro nostris necessitatibus Sanctos ad intercedendum Deo aduocare. 2 k p. 1928.

Orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. Docemur 1. *l* Deum exorabilem esse. 2. *m* Esse Deo cultum exhibendum oratione. 3. *n* Non solum pro nobis, sed pro cęteris etiam orandum esse. l p. 55. m p. 1926. n p. 1932.

* *Vocauitque nomen loci illius Incensio*, &c. *o* Vsus est in Scripturis sanctis nomina imponendi & personis, & rebus: tum ad hominum societatem conseruandam, tum ad rerum cognitionem tradendum. 3 o p. 2153.

* *Vulgus promiscuum, quod ascenderat cum eis.* Multi ex Ægyptijs secuti sunt Israelitas, ad eorum religionē trāseuntes. 4

Flagrauit desiderio, sedens, & flens. *p* Concupiscentiæ, ac desiderij actus formatur, cum affectus cupiditate fertur in bona sensibilia, quæ nondum habentur. Sedere, ac flere, symbola sunt Tristitiæ. p p. 200, 892.

q Nam tristitię effectus est Fletus. Sedere, est ab opere cessare. *r* Tristitia autem impedire solet operationē. *s* Tristitiæ actus formatur, cùm appetitus cum quadam perturbatione, & inquietudine execratur malum iam præsens. q p. 231. r p. 229. s p. 216.

* *Recordamur piscium*, &c. *t* Tristitiæ causa est tum bonum amissum, tum malum coniunctum. 5 6 t p. 224.

Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. *u* Ingratitudinis actus est, vituperare beneficium. u p. 2091.

* *Coloris bdellii.* Bdellius, lapillus tenuis, albi coloris, c. 4899. Vel potius, lacryma arboris saracenicæ, aromaticæ, translucida, c. 4769. 7

* *Saporis quasi panis oleati.* Is sapor erat insuauis. Erat autem insuauis improbis: nam pijs quemcunque suauem saporem exhibebat, quem ipsi cuperent, Sap. 16. 20. 8

* *Iratus est furor Domini valdè*, Ob tantæ ingratitudinis scelus. *x* Ira, symbolum voluntatis diuinæ ad vindictam inclinantis. *y* Ira, est appetitus reddendi, seu inferendi malum ei, qui malum infert. *z* Concitatur autem ex existimatione iniuriæ illatæ, quæ sub ratione contemptus apprehenditur. Contempserant Israelitæ diuinum beneficium Man: ideo iratus est Deus: iratus & Moyses, vt indicant ea verba, *Sed & Moysi intoleranda res visa est*; *a* Indicant hæc Gulam peccatum esse. 10 x p. 25. y p. 250. z p. 251. a p. 2293.

* *Ait ad Dominum: Cur afflixisti seruum tuum*, &c. Licet Moyses iratus fuerit in populum: quia tamen erat mitissimus, non est putandum iratè cum Deo loqui, sed potius pio artificio vti ad placandum Deum, & ad inducendum ad exhibendas carnes, quas populus petebat. *b* Conqueritur amicè, ac modestè de onere tanti regiminis, & suam impotentiam Deo proponit. Humiles querimoniæ non sunt illicitæ. Nititur autem inducere Dominum ad misericordiam erga se, quem sciebat diligi à Deo: vt sui causa deinde populi misereatur. *c* Misericordia excitatur propositione malorum, quæ sunt in nobis. 11 b p. 2154. c p. 1604.

* *Congrega mihi*, &c. Indicant hęc verba *d* diuinam prouidentiam, & *e* misericordiam, præsertim erga pios. 16 17 d p. 23, 380. e p. 55, 56.

* *Populo quoque dices*, &c. Videtur hoc in loco *Sanctificari*, idem esse, quod *Se præparare*, can. 2729. *Eo quod repuleritis Dominum*, Vt ostendat Deus hac prouidentia, quàm malè feceritis murmurando contra ipsum, & floccipendendo eius potentiam, & prouidentiam, & voluntatem. Ex his habemus 1. *f* Deum esse exorabilē. 18 19 20 f p. 55.

Statim

Digitized by Google

g p.2124. Statim exaudit: *Cras comedetis.* 2. *g* Licitum esse, licita promittere. Promittit
h p.16. Deus carnes. 3. *h* Deum omnia cognoscere, *Ego audiui vos dicere.*

* *Ait Moyses: Sexcenta millia peditum hujus populus sunt*, &c. Non dubitat Moyses de Dei potentia: sed inquirit modum, quo Deus tantæ multitudini de carnibus esset prouisurus, Augustinus.
i p.2415. *i* Aliorum facta prospicere, ac inquirere licitum, vt ædificeris.

* *Numquid manus Domini inualida est?* Innuit K Deum omnia posse. Potentiæ symbolum Manus, c.6590.
k p.14.

Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. l Standum promissis.
l p.2125.

* *Auferens de spiritu, qui erat in Moyse.* Non ita accepit, vt spiritus in Moyse minueretur. Aug. Sed hoc modo loquendi significatur similitudo spiritus, qui cõmunicatus est senibus, tam spiritui Moysis similis, vt videretur esse ex Moyse acceptus. Aduertendum autem aliud fuisse munus horum seniorum à munere tribunorum, & centurionum, & quinquagenariorum, & decanorum; quos Moyses iam præfecerat populo ex consilio Iethro cognati sui, Ex.18. Hi enim fuerunt electi ad iudicandum populum. At septuaginta senes videntur fuisse constituti ad regendum populum tum in temporalibus prouidendo necessaria; tum in spiritualibus instruendo in moribus, & Dei legem explicando, & ad obseruantiam hortando, & vrgẽdo. quare eis videntur à Deo communicatæ gratiæ, quas gratis datas appellamus: quas Deus communicauerat Moysi, & nunc Deus communicat quibus vult, ad vtilitatem Ecclesiæ. Innuuntur ergo hoc in loco *m* gratiæ gratis datæ, *n* præsertim prophetiæ donum. S. Thom. 1.2. q.111. *o* Innuitur necessarium esse Superiores, ac Rectores esse: & *p* Debere Superiores præditos esse prudentia.
m p.414. n p.420, 638, 634. o p.2073. p p.2075.

* *Domine mi Moyses, prohibe eos.* Videtur esse actus inuidiæ, sed non est. Inuidia, propter inordinatũ propriæ gloriæ, & excellentiæ appetitum, de bono proximi dolet. quod est peccatum charitati contrarium. At non est contrarium charitati, dolere de bono proximi; quatenus ex eo vel sibi, vel alijs bonis nocumẽtum timetur. *q* Is videtur fuisse actus Iosuæ.
q p.1661.

Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, &c. Charitatis actus est, *r* Diuinæ gloriæ desiderium; & *s* Gaudium, quo quis de proximi bonis gaudet propter Deum.
r p.1575. s p.1581. t p.1724.

Hos actus facit Moyses: *t* & docet à Consilio, quod cum recta ratione conformitatum non habet, esse cauendum.

* *Ventus egrediens à Domino*, &c. *u* Miraculum, *x* ad suæ potentiæ probationem factum à Deo.
u p.310. x p.696.

* *Surgens ergo populus*, &c. *y* Prouidentiæ actus, *Congregauit*, &c. *z* Cautionis, ne carnes corrumperentur, *Siccarunt eas per gyrum castrorum.*
y p.1759. z p.1761.

Decem coros. Corus, mensura decem batorum, medimnorum atticorum decem, c.2849.

* *Percussit eum* (populum) *plaga magna nimis.* *a* Vide sup. v.1.
a *Vide sup. v.1. lit. e, f, g, h, i.*

* *Vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ*, &c. *b* Vide supra v.3.
b p.2153.

Interpretatio mystica.

HAnc historiam figuram fuisse nostri testatur Paulus 1.Cor.10.6. Hæc, inquit, in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscẽtes malorum, sicut & illi concupierunt. & v.10. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerũt.

1 Desertum, est mundus, & hoc sæculum. Terra Chanaan, ad quam peregrinamur, est cælum. Israelitæ, populus Fidelis. Moyses Israelitarũ ductor, est Iesus Christus. Innuit hæc Paulus Hebr. 3. & 4.

1 * 2 *a* Labor itineris, sunt molestiæ, & tentationes in actione virtutum. Labor enim molestiæ symbolum est, Psal.72.16. Isa.1.14. Ierem.6.11. Malach.2.17.
a p.888, 892.

3 *b* Murmur contra Dominum, significauit voluntatem humanam non esse bonam, quæ cum voluntate diuina non concordat.
b p.1164.

4 *c* Ira Domini, significauit Iniuriam inferri Deo, lædiq; ius diuinum per peccatum.
c p.1264.

5 Castra Israelitarum, est Ecclesia, multitudoq; Fidelium, Cat.6.3. ex Greg. *d* Extrema pars castrorũ, sunt iniusti, qui sunt in Ecclesia, quos Christus appellat Minimos in regno cælorum. *e* Ignis deuorans, est ignis æternus.
d p.643. e p.954, 1019.

4 5 * 6 *f* Desiderium carnium, piscium, & cæterorum, quæ hic numerantur; figurauit tres concupiscentias Fidelium erga bona temporalia, quæ auertunt mentem à Deo, & à bonis æternis. *g* Porri, cepe, & allia, quatenus olera vilia sunt, & mali saporis; indicant bonorum temporalium, & carnalium delectationum vilitatem, ac turpitudinem; & molestias tũ corporis, tum animi, quas suis amatoribus inferunt, Greg. 2. Mor. 16.
f p.661, 892. g p.201, 211, 929, 950, 1489.

6 * 7 *h* Contemptus, & nausea Manna cibi suauissimi, & perfectissimi; significat acediam, quæ de bono spirituali, & diuino tristatur; & fastidium meditationis, colloquiorum spiritualium, Sacramentiq;
h p.1656, 1657.

Digitized by Google

poris, & sanguinis Christi. Man, figura fuit Christi in Eucharistiæ Sacramento, & deliciarum spiritualium, quas secũ affert, Io.6.31,49,59. Apoc.2.17.

i p.775. * 8 *i* Quod faciebat populus, vt colligeret manna, frangeret, coqueret; significabat præparationem, quæ debet fieri ante sumptionem Eucharistiæ. Fide præparandus est animus, meditatione, contritione, charitate. 8

k p.928, 945. * 9 *k* Quod Deus Israelitis carnes concessit, quas cupiebant: figura fuit prosperitatis temporalis; quam sæpè Deus concedit impijs, siue ad damnationem, siue ad correctionem. Coturnices Deus dedit; vt significaret proprietates bonorũ temporalium. Nam quatenus coturnix est corpore grandior, quam suis pennis deferri possit; vociferansque ob eam rem volat; laborat enim quasi oppressa onere: indicat impedimentum, quod menti afferunt bona temporalia, ne feratur in Deum. Quatenus ingluuies, & libido coturnicis maxima est: indicatur cupiditas, & concupiscentia, quam bona temporalia, cum habentur, inflammant. 31

33 * 10 Quod adhuc esca erat in ore Israelitarum; & percussi sunt plaga magna nimis: figurauit *l* Amitti per peccatum mortale vitam gratiæ. &, *m* Ex amore rerũ temporalium peccata procedere. & *n* Cupiditatem diuitiarum esse radicem peccatorum. &, *o* Peccatum æternæ pœnæ reatum inducere. l p.1266. m p.1240. n p.1241. o p.1282.

11 *p* Septuaginta senum electio, quę fit à Moyse; figura est Septuaginta duorum discipulorum, quibus in Ecclesia simplices Sacerdotes successerunt. Spiritus prophetiæ; officium est prædicandi verbum Dei. Vt autem illi senes Moysi; ita nostri Sacerdotes cooperantur Christo in auxilio animarum. p p.646, 700.

CAPVT DVODECIMVM.

SVMMA.

Narratur 1. Aaronis, & Mariæ murmur contra Moysen. 2. Dei defensio pro Moyse, & obiurgatio contra Aaronem, & Mariam. 3. Lepra Mariæ in pœnam murmurationis; & oratio Moysis pro eius sanitate. 4. Mariæ separatio, & ad castra reuocatio.

1 LOcutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Æthiopissam, 2 & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quod cùm audisset Dominus, (3 Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra) 4 statim locutus est ad eum, & ad Aaron & Mariam: Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cumque fuissent egressi, 5 descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cùm issent, 6 dixit ad eos: Audite sermones meos: Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. 7 At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: 8 ore enim ad os loquor ei: & palàm, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? 9 Iratusque contra eos, abijt: 10 nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cùmque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, 11 ait ad Moysen: Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum: quod stultè commisimus, 12 ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris suæ. ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. 13 Clamauitq; Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam. 14 Cui respondit Dominus: Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. 15 Excluſa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

LOcuta est *Maria, & Aaron* 1
cõtra *Moysen propter uxorem* 2
eius Aethiopissã. LXX. *Propter uxorem Aethiopissam, quam acceperat.* Chald. *Propter uxorem pulchram, quam acceperat: quoniam uxorem pulchram, quam accepit, repulit.* Innuit versio Chaldaica, vt Lyranus putat, occasionem murmurandi eam fuisse: Quod Moyses, quia ferè semper cũ Deo loquebatur, vt mundus ad Deum accederet, neve immunditiam per accessum ad vxorem contraheret, separauerat se ab vxore quoad torum, cum vxoris consensu, licet illa pulchritudine præstans esset. Hanc tantam Moysis continentiam, & sanctitatem, siue inuidẽtes, siue in malam partem accipientes, & hypocrisim reputantes, Aaron & Maria detraxerunt Moysi, dicentes; sibi quoque Deum esse locutum, nec tamen ob id ab accessu ad coniuges abstinere, nec à coniugibus separari. Vt suum factum tuerentur, Moysis factum improbabant. *Aethiopissam*, Madianitidem filiam Iethro, nomine Sephoram. Æthiopes, Ismaelitæ, Arabes, Madianitæ sæpè confunduntur, & pro eadem gente accipiuntur, Gen. 37. 25, 26. August. qq. in Num. lib. 4. q. 20. Alij apud Lorin. Act. 7. 9, 29. vid. c. 1140, 1788. Peccatum Aaronis, & Mariæ fuit *a* tum detractio, Moysis famam minuens, quatenus excellẽtiorem Moysis familiaritatem cum Deo simplici ipsorum cum Deo locutioni comparárũt; *b* tum superbia, maiora sibi tribuentes, se Moysi comparando; *c* tum inuidia, dolentes de Moysis sanctitate, eamque tamquam sibi noxiam reputantes; *d* tum iactantia, proferendo de se, quod in damnum gloriæ Moysis cedebat.

a p. 1898.
b p. 2383, 2386.
c p. 1660.
d p. 2135.

* *Quod cum audisset Dominus*, &c. Ex 3
hoc Dei facto colligimus 1. *e* Habere 4
f Deum cognitionem omnium. 2. *f* Esse in
g Deo prouidentiam. 3. *g* Peculiarem Dei
erga pios prouidentiam esse. 4. *h* Debere superiores vigiles esse. exemplo Dei.
5. *i* Esse Deum iudicem omniũ. 6. *k* Deum
vindicem esse, ac vltorem male agẽtium.
7. *l* Superioris esse, subditorum malefacta
pœnis compensare. 8. *m* Correctione fraterna proximos iuuandos esse. 9. *n* Correctionem fraternam, quæ fit per delinquẽtis punitionem, ad solos superiores pertinere. 10. *o* Celeritatem adhibendam esse in exequendis ijs, quæ sunt à ratione rectè cõsultata, ac definita. *Statim locutus est ad eum*, &c. 11. *p* Pro culpæ quãtitate, pœnas licitas esse, *Ecce Maria apparuit leprosa.* 12. *q* Colligũtur alia, quæ c. 11. v. 1. in illa verba, *Et accensus est ira Domini*

e p. 16.
f p. 23.
g p. 380, 899.
h p. 2079.
i p. 24.
k p. 25.
l p. 2099.
m p. 1629, 1630.
n p. 2103.
o p. 1732.
p p. 2104.
q *Vide sup.* c. 11. v. 1. *litt. c, f, g, b.*

Erat Moyses vir mitissimus, &c. Scriptor suæ laudis est ipse Moyses. *r* Bonum suum cognoscere, & approbare nõ est peccatum: *s* immo virtus, si fiat ob honorem Dei. Habemus in Moyse exemplum *t* patientiæ, *u* & mãsuetudinis, quatenus æquo animo tolerat fratris, ac sororis iniuriam.

r p. 2232.
s p. 2232.
t p. 2243.
u p. 2346.

Egredimini vos tantum tres, &c. *vocans Aaron, & Mariam.* *x* Docemur, secretam delinquẽtis admonitionem, publicam delinquentis denunciationem præcedere debere. 2. *y* Solere Angelorum ad homines locutionem esse. Nam hoc in loco loquebatur Angelus loco Dei.

x p. 1637.
y p. 1011.

6 * *Si quis fuerit inter vos propheta Domini*, &c. *z* In reuelatione prophetica contingunt aliquando similitudines sensibiles externe. qualia sunt verba, quæ auribus audiuntur. *In visione apparebo ei.* Solent in Scripturis sacris visionis nomine appellari verba Dei, Isa. 1. & 2. Zach. 1. 13. Ezech. 1. *a* In visione prophetica, quæ per formas fit imaginarias, solet aliquando abstractio à sensibus contingere per somnium, *Vel per somnium loquar ad illum.*

z p. 689.
a p. 694.

7 * *In omni domo mea fidelissimus est.* Domum suam Deus vocat Israelitarum multitudinem, quia per verã religionem in ijs Deus quasi in propria domo erat. Domus Dei dicitur in Scripturis sacris Ecclesia, c. 1525. & Synagoga, can. 1526. Accipitur sæpè Domus pro integra gente, c. 1527. *Fidelissimus*, Hebr. נאמן *Naamàn*, Firmus stabilis, fidelis, verax, perseuerãs, c. 3115. Significat, vel solum Moysem inter Israelitas eo tempore iustum fuisse; vel potius ipsum præstantissimum in obseruandis diuinis præceptis. *b* Habes, esse iustos homines in Ecclesia.

b p. 644.

8 * *Ore ad os loquor ei: & palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt.* LXX. Os ad os loquor ei, in specie & non per ænigmata: & gloriam Domini videt. Solebat se Angelus, qui loco Dei loquebatur, prębere se videndum Moysi secundum illam speciem pulcherrimam corporis assumpti, de qua diximus in Exodo, quæ Verbum incarnandum præfigurabat. *d* Solent Angeli visibili specie apparere, & assumere corpora.

d p. 346.

Quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi? *e* Correctio, *f* & querimonia.

e p. 1629.

9 * *Iratusque contra eos, abiit*, &c. *g* Vide supra c. 11. v. 10.

f p. 2154.
g *Sup.* c. 11. v. 10. *lit. x, y, z.*

10 * *Nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum.* Nubes, diuinæ protectionis symbolum, diuinæq; præsentiæ. *h* Nubis recessus, subtractionem diuinorũ auxiliorum significat; quam patiuntur qui sunt in statu peccati mortalis.

h p. 377.

Digitized by Google

Ecce Maria apparuit candens lepra
i *ſup. c.12. v.1. lit. b, c, f, g, b.* *quaſi nix.* *i* Conſequitur pœna ad peccatum. Vide ſup. c.12. v.1.

11 * *Obsecro, domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod ſtultè commiſimus.*
k *p.1288. 1797.* K Ceſsãte actu peccati, remanet debitum, ſiue reatus pœnæ. Petit Aaron à Moyſe remiſſionem huius debiti; à quo tãquam
l *p.803.* à graui onere horret. *l* Confitetur peccatum, vt indicet pœnitentiam, ſine qua non eſt peccati remiſſio.

12 m *p.1604.* * *Ne fiat hæc quaſi mortua*, &c. *m* Nititur excitare Moyſis animum ad miſericordiam. Excitatur miſericordia propoſitione malorum, quæ ſunt in proximo. Cum autem eadẽ vtriuſque fuerit culpa, cur non etiã Aaroni eſt lepræ pœna illata? An quia prima in murmurando contra Moyſen fuit Maria? An quia in Maria maior malitia fuit? An, ne Aaron, qui Sacerdos erat, deeſſet ſuo officio iuuandi populum tum ſacrificijs, tum legis interpretatione? Ceſſandum illi erat cum populi damno ab eo officio, ſi in leprã incidiſſet.

13 * *Clamauitque Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam.* Indicat
n *p.1926.* Moyſis oratio 1. *n* Deo cultum eſſe exhi-
o *p.1928.* bendum oratione. 2. *o* Congruum eſſe pro noſtris neceſſitatibus Sanctos ad in-
p *p.1932.* tercedendum Deo aduocare. 3. *p* Non ſolum pro nobis, ſed pro ceteris etiã orandum eſſe, etiam iniuſtis, etiam inimicis.
q *p.1603, 1615.* 4. *q* Fuiſſe in Moyſe actum charitatis Miſericordiam, quatenus volũtatem habuit ſubueniendi ſororis miſeriæ, & pro ea
r *p.1605, 1606.* orauit. 5. *r* Fuiſſe in Moyſe actum benignitatis, & benificentiæ: quatenus oratione conatus eſt ſorori bonum pro malo
s *p.1532.* reddere. 6. *s* Fuiſſe in Moyſe charitatem, quæ etiam ad inimicos ſe extendit, quatenus parata eſt inimico benefacere, ſi occurrat neceſſitas.
t *p.1620.* u *p.1619.* *t* Quæ moleſtias aliorum æquo animo perfert. *u* Quæ remittit offenſam.

14 * *Separetur septem diebus*, &c. Indicat,
15 x *p.1799.* *x* Ius delicto læſum, eſſe pœna cõpenſandum.

Interpretatio myſtica.

CErtum eſt, Moyſen figuram fuiſſe Chriſti Domini, 1. Cor. 10. 2. Hebr. 3. & Aaronem, primum vnctum in Sacerdotem in veteri lege, ipſum veteris legis Sacerdotium figuraſſe, Hebr. 7. 11. Hieronymus, Beda, Ambroſius, Auguſtinus in Sylua Alleg. v. Aaron. Proinde Maria ſoror Moyſis, & Aaron, gentem, populumque Iſraeliticum figurauit. Fuit enim Ieſus ex ſtirpe Abraham ſecundum carnẽ. His poſitis, certiſſima eſt huius capitis Allegoria, quam indicat Gloſſa.

1 * *Locuta eſt Maria; & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Aethiopissã.* Madianitæ, qui & Æthiopes, quatenus Hebræis maximè nocuerunt, conatique ſunt eos auertere à terra promiſſionis, figura ſunt Hominum impiorũ, præſertim eorum, qui veram Religionem ſunt perſecuti, Iſa. 9. 4. Abac. 3. 9. Ergo *a* indignatio Mariæ, & Aaronis contra Moyſen propter vxorem eius Æthiopiſſam; figura fuit perſecutionis, & odij, quo Principes Sacerdotum, & Synagoga, ſiue populus Iudæorũ ſemper ſunt Chriſtum proſecuti, & corpus eius Eccleſiam. Paſſus eſt autem Ieſus propter vxorem Æthiopiſſam, id eſt, propter Gentilitatem, & peccatores; vt eis ſua paſſione remiſſionem mereretur peccati, & gratiam; vt ſponſam ſibi efficeret, non habentem rugam, neque maculam. a *p.549, 550, 551, 564, 884.*

2 * *Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus?* *b* Figurarunt his verbis Maria, & Aaron Iudæorum pertinaciam nolentium Chriſtum recipere, licet veritatis ſigna haberent euidentiſſima: perſiſteutes in ſuis vmbris, & figuris, quæ ſunt in ſacris Scripturis, quas locutus eſt Dominus, ſed earum intelligentiam non aſſequentes. b *p.1430.*

7 * *Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est.* *c* Significant hæc verba ſecundum myſticum ſenſum, innocentiam ſummam Ieſu Chriſti: qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. c *p.494.*

8 * *Ore ad os loquor ei: & palam, & non per ænigmata, et figuras Dominum videt.* Duplex innuitur ratio allegorica ad probandum ſummam eſſe doctrinæ Chriſti veritatem. *d* Altera, quod Chriſtus eam docuerit, cuius anima ab inſtanti conceptionis viſione fruitur Dei ſicuti eſt. *e* Altera, quod euangelica doctrina, non vmbrarum velo, ſed reuelata facie proponit nobis diuina myſteria contemplanda, & vt ſunt, vtque contigerunt. d *p.483, 491.* e *p.859, 860, 1125.*

9 * *Iratus contra eos abiit: nubes quoque*
10 *recessit, quæ erat super tabernaculum.* *f* Ira, & receſſus Dei figurauit, Iudæos, ac eorum Synagogam deſertam, ac reprobatam eſſe. *g* Receſſus nubis à Tabernaculo, figurauit, Cæremonias veteris legis, quæ Chriſti figuræ quędam erãt, duraſſe vſque ad aduentum Chriſti; eiuſque paſſione, quæ opera Iudæorum contigit, conſummata ceſſaſſe. f *p.1431.* g *p.864.*

Ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix. Lepra, ſymbolum eſt peccati, Iſa. 53. 4. *h* Figuratum eſt, Iudæos adhuc legalibus inſiſtentes, peccare. Nam poſt Euangelij promulgationem licitè legalia ſeruari non poſſunt. Falſitatem enim habent in ſuo ritu, proteſtationes exhibendo ſeſe Chriſti venturi poſt aduentum Chriſti. Non licet poſt receſſum nubis veteri Tabernaculo inhærere. h *p.865.*

* *Cla-*

Digitized by Google

i p. 482, 908.

* *Clamauit Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam.* c Clamor Moysis figurauit orationē Christi, quam in Cruce fecit ad Patrem pro suis persecutoribus. Qui exauditus est pro sui reuerentia. Et quotquot ex Iudæis conuertuntur ad Christum, per orationem, & passionem Christi conuertuntur.

* *Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur.* Septem dies, tempus huius sęculi significat, vt aliàs dictum est; Castra, Ecclesiam. Separantur Iudæi ab Ecclesia septem diebus, quatenus in sua perfidia vsque ad finem mundi sunt perseueraturi. In fine autem mundi reuocabuntur, quatenus suam cæcitatem tandem agnoscent, & Christum iam venisse confitebuntur. k Habes, Recipiendos esse in Ecclesia Infideles ad fidem reuertentes. & l Licere Ecclesiæ pœnas infligere ijs, qui fide susceptā, ab ea recesserunt.

k p. 1436.

l p. 1437.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SVMMA.

1. Mittuntur duodecim exploratores, singuli de singulis tribubus ad considerandum terram Chanaan. 2. Circumeunt exploratores terram; & de fructibus afferunt palmitem cum vua, malogranata & ficus. 3. Reuersi exploratores, laudant fertilitatem terræ, ostensis fructibus: sed deterrent Israelitas ab ingressu, incolarum fortitudine proposita: facit tamen animum Caleb, & hortatur ad ingrediendum.

1 PRofectusque est populus de Haseroth, fixis tentorijs in deserto Pharan. 2 Ibiq; locutus est Dominus ad Moysen, dicēs: 3 Mitte viros, qui considerent Terram Chanaan, quam daturus sum filijs Israel, singulos de singulis tribubus, ex principibus. 4 Fecit Moyses quod Dominus imperauerat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina. 5 De tribu Ruben, Sammua filium Zechur. 6 De tribu Simeon, Saphat filium Huri. 7 De tribu Iuda, Caleb filium Iephone. 8 De tribu Issachar, Igal filium Ioseph. 9 De tribu Ephraim, Osee filium Nun. 10 De tribu Benjamin, Phalti filium Raphu. 11 De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi. 12 De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. 13 De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. 14 De tribu Aser, Sthur filium Michael. 15 De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi. 16 De tribu Gad, Guel filium Machi. 17 Hæc sunt nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam Terram: vocauitque Osee filium Nun, Iosue. 18 misit ergo eos Moyses ad considerandam Terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. Cumque veneritis ad montes, 19 considerate Terram, qualis sit: & populum qui habitator est eius, vtrū fortis sit an infirmus: si pauci numero an plures: 20 ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ an absque muris: 21 humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci possūt. 22 Cumque ascendissent, explorauerunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. 23 Ascenderuntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai filij Enac: nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est. 24 Pergentesq; vsque ad Torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in veste duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt: 25 qui appellatus est Neheleschol, id est, Torrens botri, eo quòd botrum portassent inde filij Israel. 26 Reuersique exploratores Terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, 27 venerunt ad Moysen & Aaron & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutiq; eis & omni multitudini ostenderunt fructus Terræ: 28 & narrauerunt, dicentes: Venimus in Terram, ad quam misisti nos, quæ re uera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: 29 sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpē Enac vidimus ibi. 30 Amalec habitat in meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus verò moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. 31 Inter hæc Caleb compescens

Digitized by Google

scens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, & possideamus Terram, quoniam poterimus obtinere eam. 32 Alij verò, qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. 33 Detraxeruntque Terræ, quam inspexerant, apud filios Israel, dicentes: Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos: populus, quem aspeximus, proceræ staturæ est. 34 ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere gigantco: quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

Interpretatio litteralis.

FIxis tentoriis *in deserto* Pharan. 1 Desertum Pharan latè patebat, vt colligitur ex hac historia. Nã cap. 10. 12. dicitur, *Profecti*q; *sunt de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine* Pharan. nunc dicitur, *Fixis tentoriis in deserto* Pharan; cum profecti essent ex Haseroth, ergo Haseroth locus erat medius inter principium, & extremum deserti Pharan, siue in ipso deserto Pharan, siue ad eius latus.

* *Mitte viros, qui cõsiderent terrã*, &c. 3
† p.1715. † Actus imperij. Per hanc historiam docemur 1. *a* Admirabilem esse in diuina
a p.305. prouidentia cum efficacitate suauitatem coniunctam. Poterat Deus, vt cæperat, ducere populum in terram Chanaan sine exploratorum opera. Vult etiam homines
b p.1713, suæ prouidentiæ cooperari. 2. *b* Adhibendam esse in operibus, vt rectè fiant, prouidentiam, & circumspectionem. Nam
1722, 1759, 1760. eligenda sunt mediâ fini congruentia. Nam poterant Israelitæ eligere commodam viam ad ingressum in terram Chanaan, non consideratis per exploratores locis, & locorum circumstantijs.

* *Fecit Moyses quod Dominus imperauerat.* 4
c p.2066. *c* Proponitur exemplum obedientiæ.
d p.2062. *d* & indicatur obedientiæ obiectum esse superioris præceptum.

* *Ascendite per meridianã plagam*, &c. 18
† p. 1715. † Actus imperij. Innuitur 1. *e* Debere su- 19
e p.2078. periores subditos instruere. 2. *f* Inquisi- 20
f p.1713. tionem esse faciendam mediorum, operi 21
g p.1722. agendo, finique congruentium. 3. *g* Pro recta operis agendi ratione statuenda
h p.1723. considerandas esse circũstantias. 4. *h* Consilium ante omnem electionẽ adhibendũ.
i p.1775. 5. *i* Necessarium esse prudentiæ intellectum, rectumque sensum singularium.
k p.1759. 6. *k* Necessariam esse prudentiæ prouidẽtiam: quæ est ordinatio rectorum mediorum ad finem. 7. *l* Necessariam esse pru-
l p.1760. dentiæ circumspectionem, seu considerationem circumstantiarum accuratam: vt debitam habeant media conuenientiam ad finem.
m p.2181. *Confortamini.* Innuitur, *m* In arduis operibus firmandum esse animum contra
n p.2182. acerba; & *n* Difficultatibus resistendum;
o p.2183. & *o* Timorem esse frænandũ, qui retrahit à boni operis prosecutione; &, *p* Audaciam excitandam esse, quæ impellit animum ad prosequendum.
p p.2184.

22 * *Cumque ascendissent, explorauerunt*
23 *terram*, &c. Actus *q* Obedientiæ, & *r* Di- q p.2066.
24 ligentiæ, & *s* Inquisitionis, & *t* Consi- r p.1732.
derationis, & *u* Prouidentiæ. s p.1713.
t p.1722.
u p.1759.

Filii Enac, Enachim, gigantes staturâ, & specie cæteris mortalibus dispares, inter Philistæos nati, & olim incolę ciuitatis Hebron, c. 1546.

Nã Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti fabricata est: Tanis, LXX *Taan*, Chald. Tanes quę & Taphnis, & hebr: *Tsohhhan*. Ægypti vrbs celebris, ac vetustissima septem annis post Hebron fuit condita à septemdecim Titanibus filijs Noe, post diluuium genitis. à qua ostium Nili Tanicum, siue Taniticum nominatum. Metropolis quondam Ægypti, & regia Pharaonis tempore Mosis, ac Ieremiæ. Indicat in Hebron ciuitate inuentos fuisse gigantes eiusdem generis cum ijs, qui fuerant in Tani Ægypti vrbe.

25 * *Qui appellatus est Nehelescol*, &c.
y Vsus est nomina imponendi, ad rerum y p.2153.
cognitionem tradendam.

28 * *Quæ reuera fluit lacte, & melle*, &c.
z Excitant terræ desiderium propositione z p.200.
bonorum sensibilium. *a* Delectationes au- a p.1461.
tem rationi congruentes licet consectari.

29 * *Sed cultores fortissimos habet.* &c.
30 Excitant *b* desperationem de possidenda b p.237.
terra, proposita difficultate; & *c* Time- c p.238,
rem, periculo proposito. *d* Nituntur inge- 1471.
rere æstimationem defectus virtutis ad d p.246.
repellendum malum.

31 * *Inter hæc Caleb compescens murmur*
populi, &c. *Ascendamus*, &c. Excitat
Caleb Israelitas *e* ad audaciam, *f* & spem, e p.247.
propositione facultatis ad obtinendum. 1481.
Eademque arte *g* timorem frænat, *h* ac f p.234,
desperationem. 235.
g p.1472.
32 * *Nequaquam ad hunc populum vale-* h p.1482.
33 *mus ascendere*, &c. *i* Excitatur despera- i *Vid. supra*
34 tio, & timor, vt supra dictum est. *litt. b, c, d.*

Detraxerunt terræ. k Salubritati terræ k p.1898.
detrahunt, enunciantes falsum, quod occideret incolas.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio mystica.

MYsticum huius, & sequentis capitis sensū indicat S. Paulus 1. Cor. 10. 10. Neque, inquit, murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierūt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram. & Hebr. 3. & 4. monet nos cauere ab incredulitate: ne illud ipsum nobis cōtingat, quod Israelitis accidit; vt non intremus in cælum, sicut Israelitæ increduli non intrarunt in terram promissionis.

Allegoria.

a *p.* 620, 969. *Ioel* 3. 20. *Psal* 75. 2.

1. *a* TErra promissionis ex Paulo, est Cælū, & Ecclesia. Religio Christiana, & regnum cæleste sæpissimè à Deo promittitur in Scripturis sāctis. * 2. *b* Doctrinæ, ac mysteriorum, quæ ad Ecclesiam pertinent, & ad felicitatem æternam Exploratores sūt Prædicatores, ac Doctores. *c* Qui ad explorandum fidei mysteria vocati à Christo sunt, & in Ecclesia positi, vt ea enuncient, ac proponant Fidelibus vt ea se habent, & secundum veritatem à Deo reuelatam. * 3. *d* Exploratores falsa renunciantes, & à fide sacrorum mysteriorum retrahentes; sunt Doctores Hæretici, qui terram fluentem lacte, & melle prædicant, quatenus esse cælestem felicitatem, & diuinam in Ecclesia gratiam affirmant: sed ab æternæ felicitatis acquisitione tetrahunt, quatenus à prosecutione mediorum, quæ necessaria sunt ad salutem, reuocant. vt faciunt qui dicunt, bona opera non esse necessaria ad salutem, satis esse fidem: qui confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta negant: qui Catholica mysteria, quasi monstra suis discipulis proponunt. Detrahunt salubritati terræ, quatenus salutem animæ non esse in Ecclesia Catholica, aut non esse in ea sola, docent. * 4. *e* Caleb, & Iosue Prædicatores Catholicos figurant; qui propositione veræ doctrinæ, ac verorum ad felicitatem æternam mediorum, nituntur amorem æternorum, & spem christianā in auditorum animis excitare. 5. *f* Israelitæ increduli figurant eos, qui à fide Catholica recedunt.

3 4 28 29 32 33 34 31

e *p.* 714.

f *p.* 1426.

Tropologia.

a *p.* 652, 655, 671. *Lyranus in Gen.* 12. *Phil. de Mig. Abr. Ambr.* 2. *de Abr.* 7.

1. *a* TErra fluens lacte, & melle, est Perfectio christiana, ac vita contemplatiua, & cœnobitica in obseruationem euangelicorum cōsiliorum incumbens. Nam lac, symbolum est simplicitatis, & innocentiæ, Isa. 28. 9. & abundantis boni, Ierem. 11. 5. Ioel 3. 18. Mel, symbolum est sensus spiritualis in bonis operibus, Cant. 5. 1. & Spiritus sancti, & legis diuinæ, Eccli. 24. 27. In ijs autem, qui contemplationi dediti sunt, & in sanctis cœnobitis maximè viget vitæ innocentia, & spiritus Dei, & diuinæ legis obseruantia, & intelligentia, sensusque diuinorum.

b *p.* 1713, 1722, 1723.

2. *b* Exploratores missi ad explorandum terram promissionis, sunt omnia media, quibus venire solet homo in cognitionem perfectionis, & difficultatis, & suauitatis, quæ sunt in vita contemplatiua, & obseruantia euangelicorum consiliorum. Qualis est *c* meditatio, lectio, colloquia cum alijs, sensuum experiētia. Nam ante omne opus Inquisitio præcedere debet, ac matura deliberatio. 3. Malogranata, ficus, vua, sunt bona contemplationis, ac vitæ cœnobiticæ: quæ nobis proponunt meditatio, lectio, colloquia piorum hominum. *d* Malogranatum, symbolum est charitatis, ac vnionis fraternæ, quæ in cœnobijs sacris vigere solet, Cant. 4. 3. & 6. 6. & 7. 8. *e* Ficus bonæ, piorum hominum symbolum sunt, Ierem. 24. 1, 5, 8. Cant. 2. 13. Vua, symbolum est operum bonorum, quibus contemplatio, vitaque cœnobitica parens est, Isa. 5. 2. Matt. 7. 16. *f* Botrus cum palmite, qui in vecte à duobus viris portatur, est Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, cuius frequens est vsus contemplatiuis, & cœnobitis, Cant. 1. 14. Duo viri, sunt duo testamenta, vetus, & nouum: quæ testimonium exhibent huic Sacramento. *g* Palmes, est homo iustus, Ioan. 15. 2, 4, 5, 6. quia hoc Sacramentum per vnionem gratiæ solis iustis vnitur.

c *Gregorius Nyssen. de vita Mosi. Richard. de S. Vict. de extr. mal.* 30. 31.

d *p.* 1601.

e *p.* 644.

f *p.* 762.

g *p.* 774.

4. *b* Exploratores ab ingressu terræ promissæ retrahentes, sunt sensus, mundus, diabolus: qui propositis vitæ spiritualis grauissimis difficultatibus, auertere nituntur animum ab amore vitæ contemplatiuæ, ac cœnobiticæ. 5. *i* Monstra, & gigantes, quæ ad terrendum Israelitas proponuntur, sunt difficultates consiliorum euangelicorum, quæ vt insuperabiles æstimantur; & timor ne virium corporis, & ipsius vitę iactura fiat. 6. *k* Exploratores ingressum suadentes, & spem facientes, sunt cogitationes, & affectus, quos Spiritus sanctus suggerere solet ad diuinam spem, & ad fortitudinis virtutem spectantes.

h *p.* 887, 888, 892.

i *p.* 2199.

k *p.* 392, 906, 2182, 2183, 2184.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SVMMA.

1. Israelitæ murmurant, desperant, rebellant. 2. A v. 5. Moyses, Aaron, Iosue, Caleb nituntur compescere perturbatos, & ad spem terræ promissionis inducere. 3. Volentibus Israelitis illos occidere, apparet cum maiestate Dominus, & populo exterminium minatur. 4. A v. 13. Nititur Moyses inducere Deum ad misericordiam, & ad ignoscendum. 5. A v 20. Remittit exterminii pœnam Deus: sed negat rebellibus terræ promissæ ingressum: statuit omnes in solitudine mori: eorum filios post quadraginta annos terram intraturos. 6. A v 40. Israelitæ contra Dei præceptum, & Moysis voluntatem, aggrediuntur ingressum, ascendentes in montem: & ab Amalecitis, & Chananæis læduntur, ac fugantur.

1 IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, 2 & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicētes: 3 Vtinam mortui essemus in Ægypto: & in hac vasta solitudine vtinam pereamus, & nō inducat nos Dominus in Terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nonne melius est reuerti in Ægyptum? 4 Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. 5 Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel, 6 At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant Terram, sciderunt vestimenta sua, 7 & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra, quam circuiuimus, valdè bona est. 8 si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. 9 Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populū Terræ huius, quia sicut panem ita eos possumus deuorare. recessit ab eis omne præsidium: Dominus nobiscū est, nolite metuere. 10 Cumq; clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectū fœderis cunctis filijs Israel. 11 Et dixit Dominus ad Moysen: Vsquequò detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? 12 Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quàm hæc est. 13 Et ait Moyses ad Dominum: Vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxisti populum istum, 14 & habitatores Terræ huius, qui audierunt quòd tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedat eos per diem, & in columna ignis per noctem: 15 quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem, & dicant: 16 Non poterat introducere populum in Terram, pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. 17 Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens: 18 Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumque innoxium derelinquēs, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. 19 Dimitte, obsecro, peccatum populi huius secundùm magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto vsque ad locum istum. 20 Dixitq; Dominus: Dimisi iuxta verbum tuum. 21 Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. 22 Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, 23 non videbunt Terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. 24 Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc, quam circuiuit: & semen eius possidebit eam. 25 Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris rubri. 26 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 27 Vsquequò multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audiui. 28 Dic ergo eis: Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. 29 In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis

contra

Digitized by Google

contra me, 30 non intrabitis Terram, super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun. 31 Paruulos autem vestros, de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam: vt videant Terram, quæ vobis displicuit. 32 Vestra cadauera iacebunt in solitudine. 33 Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, 34 iuxta numerum quadraginta dierũ, quibus considerastis Terram: annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam: 35 quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ cõsurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet, & morietur. 36 Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad cõtemplandam Terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala, 37 mortui sunt atque percussi in conspectu Domini. 38 Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone vixerunt ex omnibus, qui perrexerant ad considerandam Terram. 39 Locutusq; est Moysen vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. 40 Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. 41 Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. 43 Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. 44 At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris. 45 Descenditque Amalecites & Chananæus, qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque Horma.

Interpretatio litteralis.

VOciferans omnis turba fleuit 1
a p.250. b p.231. nocte illa. *a* Clamor, iræ effectus; *b* Fletus, tristitiæ.
* *Murmurati sunt contra* 2
c p.2154. d p.1898. *Moysen, & Aaron.* *c* Querimonia iniusta, *d* ac detractio. quasi suæ calamitatis causa fuerint Moyses, & Aaron. Arguunt tacitè illos imprudentiæ, ac temeritatis: atque ita illorum bonæ existimationi detrahunt.
* *Vtinã mortui essemus in Aegypto*, &c. 3
e p.1904. *e* Optant sibi mortem naturalem sub ratione minoris mali, quàm si ab hostibus occiderentur, & captiuæ vxores, ac filii ducerentur.
Non inducat nos Dominus, &c. *Nonne*
f p.2072. *melius est reuerti in Aegyptum?* *f* Actus inobedientiæ, contemptus diuini præcepti.
* *Constituamus nobis ducem, & reuer-* 4
g p.1682. h p.1762. i p.1726. 1774. k p.4765. l p.1766. *tamur in Aegyptum.* *g* Actus seditionis, *h* imprudentiæ, *i* præcipitis deliberationis, *k* inconsiderationis, *l* inconstantiæ.
* *Ceciderunt proni in terram.* *m* Cor- 5
m p.229. n p.1932. o p.1918. p p.216. ruerunt ob tristitiam; *n* Vel ad deprecandum Deum, timentes populo malũ à Deo. *o* Exteriores corporis actus conuenienter in cultum exhibentur Deo.
* *Sciderunt vestimenta sua.* *p* Tristitiæ 6
symbolum, c.7816.
* *Ad omnem multitudinem filiorum* 7
q p.184. *Israel locuti sunt*, &c. 1. *q* Propositis bo- 8
9 nis terræ, amorem excitant erga illam, *Terra valde bona est, lacte, & melle manans.* 2. *r* Correctionem fraternam exhi- r p.1629.
bent; conãturq; remouere à populo inobedientiæ, ac seditionis peccatum, *Nolite rebelles esse contra Dominum.* 3. *s* Timorem conantur remouere propositione facultatis, & auxiliorum ad pericula vitanda, *Neque timeatis populum*, &c. s p.1472.
10 * *Cumque clamaret multitudo & lapi-* t p.250, 2350.
dibus eos vellet opprimere. *t* Actus iræ inordinatus, & *u* odij iniusti. u p.199, 1650, 1844.
Apparuit gloria Domini, &c. *x* Dei x p.23, 380, 899.
prouidentia, & protectio ergo iustos.
11 * *Et dixit Dominus ad Moysen*, &c. y p.2154.
Habetur in Dei verbis 1. *y* Iusta querimonia, *Vsquequo*, &c. 2. *z* Detractionis pec- z p.1898.
catũ, quo peccauit populus contra Deum, *Detrahet mihi populus iste.* 3. *a* Peccatum a p.1415.
infidelitatis, *Quousque non credent mihi.* 4. *b* Signum veritatis esse miracula, *Non* b p.1383.
credent mihi in signis, quæ feci coram eis. 5. *c* Solere Deum miracula operari, *Quæ* c p.310.
feci. 6. *d* Ad veræ fidei confirmationem d p.696.
miracula fieri, *Non credent mihi in signis.* 7. *e* Deum vindicem esse, atque vltorem e p.25.
male agentium. 8. *f* Consequi pœnas ad f p.1279.
12 peccata, quas Deus infligit, * *Feriam eos*
13 *pestilentia, atque consumam.* 9. *g* Pecu- g p.380.
14 liarem Dei erga pios prouidentiã esse, *Te*
15 *faciã principem super gentem magnam.*

Digitized by Google

h p.2367. 10. *h* Modum esse compescēdi prudenter 16 in alijs motum irę. Proponit Deo Moyses 17 detrimentum secuturum diuinæ gloriæ, si Israelitas occidat, *Non poterat introducere populum*, &c.

Magnificetur fortitudo Domini. Magnificari, in Deo, cui nullum esse potest perfectionis augmentum, est Magnam apparere. Fortitudo, pro patientia, & constantia sumitur. Est Deus *i* patiens, &

i p.49. k p.50. K longanimis.

* *Sicut iurasti, dicens: Dominus patiens*, &c. Exodi 34.6. Deus de se prædicauit, quę hoc in loco dicuntur, & affirmauit se introducturum in terrā Chanaan Israelitas. eam promissionē memorat Moyses. 18

l p.2124. m p.2125. n p.1982. o p.1987. p p.49. q p.56. r p.404. s p.382. t p.789. Habes 1. *l* Licitum esse, licita promittere. 2. *m* Standum esse promissis. 3. *n* Licitum esse iuramentum. 4. *o* Debitum esse iuramenta seruandi, per quæ licitum aliquid promissum est. 5. *p* Deum patientem esse. *Dominus patiens*. 6. *q* Deum misericordem esse, *Multæ misericordiæ, auferens iniquitatem, & scelera*. 7. *r* Remissionem peccatorum à Deo fieri. 8. *s* Deum esse auctorem gratiæ. 9. *t* Remissa culpa, adhuc solere remanere reatum pœnæ temporalis. Hunc sensum habere possunt ea verba, *Nullum innoxium derelinquens*, etiam si peccatum remiseris, adhuc remanet iustus cum reatu pœnæ. 10. *u* Iustos adhuc peccare posse, *Nullum innoxium relinquens*. Quantumuis remittas peccatum, remanet iustus peccabilis. Vide Ex. 34.7.

u p.378, 379. *Qui visitas peccata patrum in filios*, &c. x p.1290. *x* Explicauimus hanc sentētiam Ex. 34.7.

* *Dimitte, obsecro, peccatum populi* 19 *huius*, &c. Ex his intelligimus 1. *y* Esse remissionem peccatorum. 2. *z* Non solum pro nobis, sed pro alijs etiam orandū esse, & iustis, & iniustis. 3. *a* Deum misericordem esse, *Secundum magnitudinem misericordiæ tuæ*. 4. *b* Congruum orationi rationem impetrandi associare, Dei bonitatem, *Secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti*, &c. 5. *c* Congruum orationi actiones gratiarum associare. quia de acceptis beneficijs gratias agentes, meremur accipere potiora, *Sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto usque ad locum istum*.

y p.776. z p.1932. a p.56. b p.1949. c p.1950.

* *Dixitq; Dominus: Dimisi iuxta ver-* 20 *bum tuum*. Indicant hęc verba & *d* Deum exorabilem esse; & *e* Esse remissionem peccatorum.

d p.55. e p.776.

* *Viuo ego*. Est formula diuini iuramēti. 21 Sicut ego sum, sic erit quod promisi, nempe Introductio Israelitarum in terram Chanaan. Habes 1. *f* Deum vitam esse, id est, Actum purum, seu infinitum intelligentiæ. 2. *g* Licitum esse iuramentum; & alia, quæ supra dicta sunt v. 18.

f p.5. g *Vide sup.* v.18. *litt. l, m, n, o.*

Et implebitur gloria Domini vniuersa terra. LXX. Et implebit gloria Domini vniuersam terram. Omnis terra cognoscet Dei potentiam, quæ mira operabitur ad introducendum populum Israeliticum in terram Chanaan. Gloria Dei, est clara Dei cognitio cum laude, & manifestatio diuinæ virtutis, ac bonitatis, can. 1672, 1676.

h Digna est diuina potentia, & bonitas, quæ ab omnibus cognoscatur. *i* Omnia opera ad extra ad sui notitiam communicandam producit Deus.

h p.39. i p.91.

22 * *Attamen omnes homines, qui viderunt maiestatem meam*. Hebr. & LXX. Gloriam meam. Gloria, interdum maiestatem significat, c.1674. Maiestatem, & gloriam intelligit speciem illam visibilem Nubis, ignis, fulgurum, tonitruorum in monte Sina; quæ præsentem Deum indicabat, & symbolū erat diuinæ Maiestatis.

k Summa autem est Maiestas in Deo. k p.36.

Et signa, quæ feci in Aegypto, & in solitudine. *l* Sæpè Deus miracula operatur, & aliqua facit præter ordinem, quem indidit rebus. l p.310.

Tentauerunt mē iam per decem vices. Tentare Deum, est, verbis, vel factis, expresse, vel tacitè, seu interpretatiuè, vellę de aliqua Dei perfectione, vt de diuina potentia, experimentum sumere. Vtroque modo Israelitę tentauerunt Deum verbis, & factis, expresse, ac tacitè. 1. Antè egressum ex Ægypto, Ex. 5. 2. In egressu, Ex. 5. 3. In deserto Sur ad aquas Marath, Ex. 5. 4. In murmure pro defectu carnium, Num. 10. 5. Plus colligendo de manna, Ex. 16. 6. In Raphidim pro defectu aquę, Ex. 17. 7. In conflatione vituli, Exodi 32. 8. In impatientia laboris, Num. 11. 9. In concupiscentia saporis, contemnēdo Man, Num. 11. 10. In desperatione, hoc in loco.

m Illicitum autem est, & irreuerentia, siue expresse, siue interpretatiuè, dicto, vel facto vllo tentare Deum. m p. 2025.

Nec obedierunt voci meæ. *n* Inobedientiæ peccatum est, cum superioris præceptum contemnitur. n p.2072.

23 * *Non videbunt terram*, &c. Imponitur pœna tentationis peccato, inobedientiæ, detractionis. *o* Doctrinam theologicam explicauimus supra cap. 11. v. 1. o *Vide sup.* c. 11. v. 1. litt. e s f, g h, i.

Detraxit mihi. Hebr. נאץ *Naats*, significat Spernere, contemnere, reprobare. Detrahitur autem diuinę gloriæ, cum Dei præceptum, ac voluntas contemnitur. *q* Detractione alterius fama læditur. q p.1894.

24 * *Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu*, &c. Spiritus, pro sensu interno, & voluntate sumi solet, c.2302, 2304. Obedientiæ præmium promittitur. Habes 1. *r* Obedientiæ præmia præclara esse. r p.2065. 2. *s* Opera bona, meriti rationem habere. s p.1295. 3. *t* Posse bona temporalia sub meriti ra- t p.1307.

tionem

Digitized by Google

u p.54. tionem cadere. 4. *u* Esse in Deo beneficentiam. 5. *x* Deum esse iustum, quatenus improbis pœnas, præmia iustis largitur.

x p.44.

* *Quoniam Amalecites & Chananæus* 25
habitant in vallibus. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris rubri. Videtur is sensus esse: Ecce prope sunt inimici vestri, quos ego nolo nunc subigere, vt ingredi possitis terram promissam. Ne pereatis, ac interficiamini;

y p.1759. reuertimini in desertum. *y* Prouidentia,
z p.1761. & *z* Cautio. *a* Licet timēdo fugere, quod
a p.2200. est secundum rectam rationem fugiendū.
b p.2202. *b* Illicitum impauidum esse, cum secundum rectam rationem timendum est.

* *Vsquequò multitudo hæc pessima*, &c. 27
c p.2154. Habetur in his verbis 1. *c* Iusta Dei querimonia de Israelitarum improbitate. 2. *d* Esse viros iniustos in Ecclesia. 3. *f* Esse
d p.643. peccatum detractionis, *Murmurat contra me.* 4. *g* Esse querimonias iniustas.
f p.1898.
g p.2154.

h *Vide sup.* * *Viuo ego*, &c. *h* vt sup. v. 21. & cap. 11. 28
v.18. & 21. v. 1. 29
litt. h, m, n, o. et c. 11. v. 1. * *Paruulos autem uestros introducã*, &c. 30
lit. c, f, g, b, i. *i* Dei beneficentia his verbis ostenditur. 31
i p.54. * *Filii uestri erunt vagi in deserto*, &c. 33
k p.1290. *k* Contingit interdum vnum pro peccato alterius puniri. quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis pars est communitatis.

l p.1264. * *Fornicationem uestram. l* Symbolum peccati fornicatio. Quia vt per fornicationem femina adhæret viro non suo: ita per peccatum anima adhæret amore bonis creatis relicto Creatore: cui magnam infert iniuriam, quatenus ipse super omnia diligendus est.

* *Et scietis vltionem meam. m* Vltor 34
m p.25. est Deus male agentium. 35

Quoniam sicut locutus sum, ita faciam, &c. *n* Est Deus verax.
n p.47.

* *Igitur omnes viri*, &c. *mortui sunt*, 36
o *Vide sup.* c. 11. v. 1. *atque percussi in conspectu Domini. o* vt 37
lit. c, f, g, b, i. supra cap. 11. v. 1.

Luxit populus nimis. p Tristitiæ symbolum fletus.
p p.231.

* *Parati sumus ascendere in locum, de* 40
quo Dominus locutus est. quia peccauimus.
q p.784. *q* Actus pœnitentiæ ex timore seruili mortis à Deo decretæ. & *r* Temeritas, quate-
r p.1763. nus non curant regulam dirigentem diuinæ voluntatis. & *s* Actus audaciæ illicitæ.
s p.247, 2204.

* *Cur transgredimini verbum Domini*, 41
t p.1629. *quod uobis non cedet in prosperum? t* Cor-
u p.1293. rectio fraterna. & *u* Pœnæ comminatio.

x p.2202. * *Nolite ascendere*, &c. *x* Illicitum 42
impauidum esse, cum secundum rectam 43
y p.2204. rationem timendum est. *y* Illicitum temerè audere aliquid, & aggredi, quando non debes.

z p.1433, 1765. * *At illi contenebrati, ascenderũt ver-* 44
a p.1763. *ticem montis. z* Actus inconsiderationis,
b p.1764. & *a* temeritatis, & *b* præcipitationis, &
c audaciæ illicitæ, & *d* inobedientiæ. c p.247, 2202, 2204

45 * *Descenditque Amalecites*, &c. *e* Vl- d p.2072.
ciscitur Deus inobedientiam per Amale- e p.1279.
citas, & Chananæos.

Interpretatio mystica.

PErgimus historiam de Israelitarum incredulitate, ac de diuina vltione secundum eum sensum mysticum interpretari, secundum quem Paulus interpretatur 1. Cor. 10. & Hebr. 3. & 4. vt in superiore capite dictum est in principio mysticæ interpretationis.

1 * 1 Israelitæ desperantes ingressum in
2 terram promissionis, & contra Dominum murmurantes, sunt 1. *a* Hæretici, qui negant immortalitatem animarum, ac proinde vitam beatam in cælo. 2. Hæretici, qui respuunt opera bona, quæ necessaria sunt ad ingressum in æternam felicitatem. 3. *b* Qui se cōsequi æternam salutem posse desperant. 4. *c* Iudæi, qui nolunt fidem Christianam recipere, & ingredi Christi Ecclesiam. 5. *d* Apostatæ à fide.
a p.1425. b p.1477. c p.1430. d p.1426.

4 * 2 Constituunt sibi Ducem, respuentes Moysem à Deo Principem populi constitutum 1. *e* Schismatici, qui nolunt agnoscere Romanū Pontificem visibile caput Ecclesiæ, à Christo constitutum. 2. *f* Apostatæ a fide, qui Christum negant, cuius figura fuit Moyses. 3. *g* Qui diabolo seruiunt, & concupiscentiæ. Hi reuertuntur in Ægyptum, id est, in seruitutem peccati, à qua eos Christus liberauerat; & incunt cum Ecclesiæ persecutoribus societatem. Ægyptus, statum peccati significat, & persecutores Ecclesiæ, c. 7984.
e p.1425. f p.1426. g p.1276.

6 * 3 *h* Iosue filius Nun, & Caleb, sunt h p.714.
Prædicatores Catholici, vt supra dictum est in allegoria capitis 13.

22 * 4 *i* Israelitæ quatenus tentauerunt i p.1264.
Deum decem vicibus; figura sunt impiorum, qui peccāt contra decē Dei præcepta.

23 * *k* Nullus ex his in æternam felicitatem k p.939, 954, 980,
ingredietur. 1037.

24 * 5 *l* Duo Caleb, & Iosue, qui terram l p.1431.
promissionis sunt ingressi, paucitatem si- *Glossa.*
gnificant Iudæorum, qui fidem Christi amplexi, salutem æternam consequuntur. Innumerabilis autē multitudo, quæ perijt in deserto, figura est Synagogæ à Deo reprobatæ, ac desertæ. Significatur & illud, quod multi sunt vocati, pauci verò electi.

25 * 6 Amalecites, & Chananæus habitantes in vallibus, & iter ad terram promissionis impedientes; *m* significant difficilem esse, maximèq; arduam æternæ felicitatis acquisitionem. *n* Sunt quoque figura Diaboli, carnis, & mundi: per quæ impedimenta salutis contingere solent.
m p.952. n p.884, 885, 886, 888, 892. o p.1429.

31 * 7 *o* Paruuli Israelitarum, quibus in- *Orig. apud*
gressus decernitur in terram promissam; *Gloss.*

Digitized by Google

sunt Apostoli Synagogæ filij, & Gentiles, quos Apostoli Christo per gratiam genuerunt, Gentilium vocatio figuratur.

p p.1483, 1484. * 8 p Israelitæ audentes contra Dei præceptum ingredi terram promissam; figura sunt Hæreticorum, qui putant viribus naturalibus consequi se salutem posse absque diuinæ gratiæ auxilio. Præsumptio est, confidere ad bona supernaturalia per vires, & media naturalia posse pertingere. Præsumptio est de diuinis auxilijs confidere, quæ Deus dare non decreuit.

* 9 Quod Moyses, iam Deo nolente auxilium præstare, dehortatur Israelitis ascensum in terram promissam; significatum est 1. q Hominem per sua naturalia beatitudinem æternam consequi nō posse.

q p.369. r p.371. 2. r Hominem ad bonum supernaturale operandū, indigere diuino gratiæ auxilio.

s p.372. 3. s Hominem ad totum bonum sibi connaturale operādum, indigere diuino gratiæ auxilio.

t p.374. 4. t Non posse hominem in statu naturæ corruptæ implere præcepta legis sine gratia Dei. 5. u Non posse hominem mereri vitā æternam sine gratia Dei.

u p.376.

44 * 10 Quod Israelitę cōtenebrati ascenderunt in verticem montis; x figuratum est, Solere Deum quædam gratiæ auxilia subtrahere ab ijs, in quibus obstaculum inuenit. y Figurata ea cæcitas mentis, quæ est priuatio luminis supernaturalis; infelicitatis effectus, ac pœna. Et z ea cæcitas, quę est inconsideratio voluntaria; quatenus homo sponte se auertit à consideratione alicuius intelligibilis, per quod alia intelliguntur.

x p.381. y p.1432. z p.1433.

45 * 11 Quod ab Amalecitis, & Chananęis Israelitę percussi sunt, ac fugati; figuratum est 1. a Hominem non existentem in gratia, non posse diutius sine nouo peccato manere. 2. b Contingere interdum vt vnum peccatum, sit alterius peccati pœna; quatenus Deus in pœnā subtrahit à peccante efficax auxilium gratię diuinę.

a p.377. b p.1281.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SVMMA.

1. Præcipitur ritus offerendi sacrificia cum simila, oleo, & vino. 2. A v.17. Præcipiuntur primitiæ ex area, & ex pulmentis, siue massa. 3. A v.22. Pro peccato per ignorantiam commisso decernitur sacrificium; pro peccato per contemptum patrato, mors. 4. A v.32. Quidam qui Sabbatum violauerat, iubetur lapidari. 5. Iubentur fimbriæ cum vittis hyacinthinis in memoriam diuinorum præceptorum.

1 LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis Terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis, 3 & feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam, vota soluentes, vel sponte offerentes munera, aut in sollemnitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus: 4 offeret quicumque immolauerit victimam, sacrificium similæ, decimam partem ephi, conspersæ oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin: 5 & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimam. Per annos singulos 6 & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin: 7 & vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino. 8 Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, vt impleas votum vel pacificas victimas, 9 dabis per singulos boues similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin: 10 & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino. 11 Sic facies 12 per singulos boues & arietes & agnos & hœdos. 13 Tam indigenæ quā peregrini 14 eodem ritu offerent sacrificia. 15 Vnum præceptū erit atque iudicium tam vobis quàm aduenis terræ. 16 Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 17 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: 18 Cùm veneritis in terrā, quam dabo vobis, 19 & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino 20 de cibis vestris. Sicut de areis primitias separatis, 21 ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino. 22 Quòd si per ignorantiam præterieritis quidquam horum, quæ locutus est Dominus ad Moysen, 23 & mādauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà, 24 oblitaque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocaustum in odorem suauissimum Domino, & sacrificium

Digitized by Google

erificium eius ac liba, vt ceremoniæ postulant, hircumq; pro peccato: 25 & rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccauerunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se & pro peccato atque errore suo: 26 & dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinãtur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiã. 27 Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo: 28 & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. 29 Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium, qui peccauerint ignorantes. 30 Anima verò, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille siue peregrinus, (quoniam aduersus Dominum rebellis fuit) peribit de populo suo: 31 verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. 32 Factum est autem, cùm essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati, 33 obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. 34 Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent. 35 Dixitq; Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. 36 Cumq; eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus. 37 Dixit quoque Dominus ad Moysen: 38 Loquere filijs Israel, & dices ad eos vt faciãt sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: 39 quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, 40 sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo. 41 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem Deus vester.

Interpretatio litteralis.

Cvm feceritis oblationem Domino in holocaustum, &c. a Theologia huius loci est eadem cum theologia cap. 9. v. 2. *Vota soluentes, uel spon e offerentes munera.* b Aliquæ oblationes, quæ in cultum Dei offeruntur, necessariæ sunt: c aliquæ voluntariæ. Habes d vota licita esse, e & reddenda esse quæ voueris.

**Offeret quicunque immolauerit victimam*, &c. Ex textu hebræo, & græco, & eorũ interpretatione colligitur, pro victima singulorum agnorum fuisse simul in sacrificium offerendam decimam similæ, quartam olei, & quartam vini: in singulos arietes duas decimas similæ, tertiam olei, tertiam vini: pro singulis bobus tres decimas similæ, olei dimidium mensuræ hin, tantumdem vini. Ex hoc ritu docemur 1. e Congruum esse, adorationem etiam externam Deo exhibere. 2. f Congruum esse, adorationi externæ determinatos ritus adhibere. 3. g Inter externas adorationes summam esse sacrificium vni Deo offerendum.

**Separabitis primitias Domino*, &c. Cibus, & pulmentum. Hebraice *Hhbarish*, significat pastam, massam. i Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat in eius honorem. k Fuit autem in lege veteri iure diuino determinatum de primitijs offerendis Deo.

**Quod si per ignorantiam præterierit is*, &c. Traditur ritus expiandi peccatum per ignorantiam commissum. Docemur 1. l Peccatum esse. 2. m Peccati causam esse voluntatem, quatenus sine adhibitione regulæ, nempe legis diuinę, peratur. *Præterieritis quidquam horum, quæ locutus est Dominus.* 3. n Non omnem ignorantiam excusare à peccato, *Si per ignorantiam præterieritis*, &c. *Culpa est omnis populi per ignorantiam. Qui peccauerint ignorantes.* 4. o Aliqua peccata esse venialia, *Dimittetur eis, quoniam non sponte peccauerunt.* 5. p Esse peccatum omissionis, cum non exercetur opus, quod exerceri potest, & debet, *Obliteque fuerit facere multitudo.* 6. q Sacrificio placari Deũ, *Offeret vitulum de armento*, &c. 7. r Sacros in Missa, & ipsi sacrificio congruentes esse, *Offeret holocaustum, & sacrificium eius, ac liba, vt ceremoniæ postulant.* 8. s Esse Deo cultum exhibendũ oratione. &, t Dispositisse Deum multa non nisi potentibus elargiri. &, u Non solum pro nobis, sed pro alijs etiam orandum esse, *Et rogabit Sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel.* 9. x Esse remissionem peccatorum. &, y Deum exorabilem, *Et dimittetur eis. Dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel*, &c. *Dimittetur illi.*

**Anima verò, quæ per superbiam aliquid commiserit*, &c. Docemur 1. z Aliqua peccata esse mortalia. quia asserunt

ab

a *Vide sup. c. 9. v. 2. lit. a, b, c, d, e, f, g.*
b *p. 1969.*
c *p. 1968.*
d *p. 1977.*
e *p. 1979.*
e *p. 1960.*
f *p. 1961.*
g *p. 1962.*
i *p. 1973.*
k *p. 1974.*
l *p. 1193.*
m *p. 1226.*
n *p. 1251.*
o *p. 1206.*
p *p. 1191.*
q *p. 747.*
r *p. 846.*
s *p. 1926.*
t *p. 1917.*
u *p. 1932.*
x *p. 776.*
y *p. 1*
z *p. 1198.*

ab vltimo fine, nempe Deo, cui per charitatem vnimur, *Aduersus Deum rebellis fuit.* 2. *a* Per peccata mortalia diuinum ius lædi, quatenus cõtra aliquod Dei præceptũ sunt, *Præceptum illius fecit irritum.* 3. *b* Actum esse superbiæ, contemptum legum, ac præceptorum, *Anima quæ per superbiam aliquid commiserit,* &c. *verbum Domini contempsit,* &c. 4. *c* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Delebitur, & portabit iniquitatem suam.* 5. *d* Ius delicto læsum pœna compensari, *Portabit iniquitatem suam.*

a p.1199, 1264. b p.2382. c p.1276, 1279. d p.1799.

* *Factum est autem, cum essent filii* 32
Israel, &c. Ex his colligitur ea doctrina. 1. *e* Correctionem fraternam exhibendam esse. 2. *f* Non esse semper de necessitate præcepti, vt secreta admonitio publicam delinquentis denunciationem præcedat. vt accidit cum peccatum est publicum, aut vergit in nocumentum proximorum. 3. *g* Teneri quemque ad accusandum: si crimen in multitudinis corruptelam vergat, & sufficiens probatio possit adhiberi. 4. *h* Correctionem fraternam, quæ fit per delinquentis punitionem, ad solos superiores pertinere. 5. *i* Superioris esse subditorum malefacta pœnis compensare.

e p.1629. f p.1636. g p.1870. h p.2103. i p.2099.

* *Cum inuenissent hominem colligentem* 33
ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moysi, et Aaron, et uniuersæ multitudini.

* 6. *k* Licere habenti publicam auctori- 34
tatem alium incarcerare secundum ordinem iustitiæ, aut in pœnam, aut in cautelam mali vitandi, *Recluserunt eum in carcerem.* 7. *l* Deliberationem debere non esse præcipitem, *Recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eum facere deberent.* 8. *m* Necessariam esse prudentiæ cautionem contra ea, quæ obstare bonis consilijs possunt, *Recluserunt eum in carcerem,* ne fugeret ante quam de eo deliberarent. 9. *n* Ius delicto læsum pœna compensandum. &, *o* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus decernit.

k p.1858. l p.1726. m p.1761. n p.1799. o p.1279.

* *Morte* 35
moriatur homo iste; &c. 10. *p* In lege ve- 36
teri præcepta iudicialia esse, per quę Israelitico populo determinabantur iustitię inter homines obseruandæ, *Obruerunt lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat Dominus.*

p p.1126.

* *Vt faciant sibi fimbrias per angulos* 38
palliorum, &c. Fimbriæ dictæ vestium 39
ora, incisuras quasdam habentia ad serræ 40
modum; extrema etiam quædam fila non texta, ab ora pallij pendentia, can. 1623. Ex hoc fimbriarum præcepto habemus 1. *q* Incumbendum esse in bonorum operum actionem. Non est enim impossibilis, *Memores præceptorum Domini faciant ea,* &c. 2. *r* Esse iustos homines in Ecclesia, *Sintque sancti Deo suo.* 3. *s* Ad prudentiam, siue ad rectè agẽdum, præteritorum memoriam requiri. *Recordentur omnium mandatorum Domini.* 4. *t* Necessariam esse ad rectè agendum prouidentiam, *Faciant sibi fimbrias,* &c. 5. *u* Necessariam esse ad rectè agendum cautionem, *Faciant fimbrias,* &c. *nec sequãtur cogitationes suas.* 6. *x* Esse rationis rectæ regulam in vsu potentiarum adhibendam. *Nec sequuntur cogitationes suas,* &c. *memores præceptorum Domini, faciãt ea.* 7. *y* Concupiscentias, & delectationes esse frænãdas, quæ auertunt animum à regula rationis, *Nec sequantur cogitationes,* &c. 8. *z* Esse peccati mortalis symbolum fornicationem. quatenus mortale auertit ab vltimo fine, nempe Deo, cui per charitatem vnimur, *Per res varias fornicantes.*

q p.1043. r p.644. s p.3754. t p.1759. u p.1761. x p.1733. y p.2257. z p.1198,

41 * *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi*
vos de terra Aegypti, vt essem Deus vester. Ego sum *Iehouah,* summum ens, summus Dominus: qui maximo vos beneficio affeci, vt educerem de Ægypto ad me colendum, qui sum verus Deus. Indicat 1. *a* Ipsum esse verum Deum. 2. *b* Esse ipsum solum colendum vt Deum. 3. *c* Esse in Deo beneficentiam.

a p.4, 6. b p.37. c p.54.

Interpretatio mystica.

Allegoria.

S. Paulus ad Hebræos cap. 9. & 10. indicat, omnia sacrificia veteris legis vnicum Iesu Christi sacrificium figurasse. Nulli ergo dubium esse debet, quin quę in principio huius capitis dicuntur de ritu offerendi sacrificia cum simila conspersa oleo, & cum vino, & incenso; interpretanda mysticè sint de sacrificio & cruento, & eucharistico Iesu Christi.

3 * 1 *a* Est Iesus Christus agnus ob inno- a p.494.
centiam. Agnus, Christi symbolum est, Isa. 16. 1. & 53. 7. Io. 1. 29, 36. 1. Pet. 1. 19. & Hominis innocẽtis, Isa. 11. 6. Ierem. 11. 19. Luc. 10 an. 3. Io. 21. 16. *b* Est Iesus Christus aries, tum quatenus pro nostris peccatis occisus est, tum quatenus summus Princeps est. Nam arietes ad victimam, symbolum sunt populorum diuina vltione cædendorum, Isa. 34. 6. Ierem. 51. 40. Sunt etiam symbolum Principum, ac magnatorum, Thren. 1. 6. Dan. 8. 10. Est Iesus Christus bos, *c* tum quatenus pauperem vitam duxit, *d* tum quatenus iugum obedientię tulit vsque ad mortẽ Crucis, *e* tum quatenus in excolendo agro suæ Ecclesiæ maximis laboribus perfunctus est. Bos enim symbolum est hominis iusti paupertate gaudentis, Isa. 11. 7. & euangelici operarij, Ezech. 1. 10. & 1. Corinth. 9. 9. & 1. Tim. 5. 18.

b p.475, 476. c p.518. d p.565. e p.523. f p.762, 764. 766.

2 *f* Sacrificium similæ oleo conspersæ, quod

quod cũ vino offerebatur; est sacrificium corporis, & sanguinis Christi Personæ Verbi vnitorum: quod offertur sub speciebus panis, & vini. Nam panis, corporis Christi symbolũ est, Ierem. 11. 19. Io. 6. 32. Vinum, sanguinis Christi symbolum, Sap. 9. 2. Oleum, Verbi diuini symbolum, Psal. 44. 8. Cant. 1. 2.

g p. 767. 3 *g* Incensum, quod cum sacrificio offerebatur in odorem suauissimum; est vita gratiæ, seu effectus bonorum operum, qui ex Eucharistiæ sumptione procedunt. Odor, symbolum est actionum Deo placentium, 2. Cor. 2. 14, 15. Ephes. 5. 2.

Tropologia.

QVoniam externum sacrificium symbolum est interni sacrificij, quo se Deo nostra voluntas offert, & alia secum, Psal. 4. 6. & 45. 14, 23. & 50. 19, 21. *a* Ideo de spirituali iustorum sacrificio mysticè intelligenda sunt, quæ in hoc capite dicuntur.

a p. 1963.

b p. 644. * 1 *b* Homo iustus, agnus est ob innocentiam; aries ob gratiam, qua Filius Dei est, & hæres cæli; bos ob spiritus paupertatem. Id Scripturæ indicant, quas citauimus in Allegoria. 3

c p. 406, 408, 409, 410, 411, 412. 2 *c* Simila; oleum, vinum, incensum; figuræ sunt eorum actuum, quibus disponitur homo ad iustitiam; quæ spirituale sacrificium est. Nam ad iustificationem enim, & ad gratiam diuinam recipiendam necessaria ex diuino decreto est in adultis voluntaria præparatio ex parte ipsorum. Disponũt autem ad iustificationem actus fidei, spei, charitatis, contritionis.

d p. 2257. 3 *d* Simila, oleum, vinum, figuræ sunt trium virtutum moralium, Iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ. quibus tres concupiscentiæ frænãtur, & quasi in sacrificium Deo offeruntur. Incensum autem symbolum est Prudentiæ, cuius quasi odore virtutes morales suauissimæ redduntur.

e p. 654, 655. 4 *e* Agnus, figura est incipientium, aries proficientium, bos perfectorum. Horum sacrificium sunt bona opera. Maior mensura, est maius meritum. perfectiora enim solẽt esse bona opera proficientium, quàm incipientium; & perfectiora opera perfectorum, quàm proficientium.

f *Ex Hiero. August. Rabano apud Gloss.* 5 *f* Aries Rectorem significat, bos prædicatorem, agnus quemlibet Fidelem. Horum sacrificium, id est, opus cuique proprium cum simila, oleo, & vino est offerendum.

g p. 647, 648. *g* Nam Rector debet gubernationis opus exequi cum simila humilitatis, cum oleo charitatis, cũ vino sapientiæ. Simila, quatenus attrita, & subacta humilitatis symbolum est; oleum, charitatis, ac misericordiæ, Psal. 140. 5. Matth. 25. 3. Vinum, sacræ doctrinæ, Prouerb. 9. 2, 5. Cant. 8. 2. ex Gregorio. *b* Item Prædicator prædicationis ministerium exequi debet cum simila sanctitatis, & boni exempli, cum oleo charitatis, cum vino prudentiæ, ac doctrinæ. Item ministrandi verbi modus debet esse *i* simila christianæ simplicitatis associatus, *k* oleo spiritus, vino suauis efficacitatis. *l* Item in cuiuslibet Fidelis opere debet esse simila puræ intentionis, *m* oleum misericordiæ, *n* vinum discretionis.

h p. 701, 702, 703. i p. 728. k p. 730. l p. 1721. m p. 1603. n p. 1709.

18 * 6 Primitię offerebantur ad agnoscendum Deum auctorem omnium bonorum. Panis, diuini verbi symbolũ est, Amos 8. 1. Area, symbolum est Ecclesiæ, Matt. 3. 12. Luc. 3. 17. *o* Offeruntur Deo primitiæ panis ex area, quatenus verbi minister fructum, quem in Ecclesia ex prædicatione colligit, Deo vt auctori tribuit. Offeruntur Deo primitię panis ex massa, quatenus doctrinæ, quam eruditè scribit, auctorem Deum facit.

o *Ex Rabano apud Gl.* p. 40.

22 * 7 *p* Peccatum per ignorantiam figurat omne peccatum. Nam omnis peccans est ignorans, quatenus ideo peccat, quia non considerat. Est autem ignorantia peccatum, cum vitari potest, ac debet.

p p. 1251.

24 * 2. *q* Vitulus de armẽto est Iesus Christus, quatenus ex Adæ stirpe carnem sumpsit. 3. *r* Oblatio hirci pro peccato, Christi passionem figurabat; per quam liberati sumus à peccatis. 4. Oratio, qua Sacerdos sacrificium sociabat, figura fuit *s* tum orationis, quam pro remissione nostrorũ peccatorum Christus in Cruce fudit ad Patrem: à quo exauditus est pro sui reuerentia; *t* tum sacrificij eucharistici, cum Ecclesiæ precibus coniuncti, quod offert Sacerdos in Missa, quæ legatio quædam est ad Deum pro remissione peccatorum.

q p. 433, 530. r p. 584. s p. 508, 746. t p. 747.

38 * 8 Quod iubebantur Israelitæ facere sibi fimbrias per quatuor angulos palliorum, & ponere in eis vittas hyacinthinas; figurata videtur fuisse gratia, & auxilia diuina, quæ necessaria sunt ad custodiam mandatorum Domini. *u* Nam non potest homo in statu naturæ corruptæ implere præcepta legis sine gratia Dei. Ergo 1. *x* Pallium est habitus gratiæ. Palliũ enim, quatenus corpus tegit, symbolum est eius, quod animum ornat, vt est gratia diuina, Cant. 5. 7. ex Greg. Quatenus tuetur corpus à frigore, diuinæ protectionis est symbolum, quæ tuetur à peccato, Prou. 25. 20. 2. *y* Fimbriæ cum victis hyacinthinis, sunt virtutes tum morales, tum theologales, quæ simul cum gratia infundũtur. Fimbrię in quatuor angulis pallij sunt Religio, quę inclinat ad debitum cultum Deo reddendum; Iustitia, ad rectè se habendum cum proximis; Fortitudo ad frenandum timorem, ne ratione illius declinet animus à regula rationis; Temperantia,

u p. 374. x p. 363. y p. 365.

ad

ad frenandum cupiditates, ne ab illis trahatur animus ad aliquid, quod sit contra legem Dei. Fimbriæ, virtutum symbolum sunt, Psal. 44. 14. ex Patribus in Sylu. alleg. v. Fimbria. Vittæ hyacinthinæ, ac coloris cœlestis, virtutes theologales significant. Nam vt vittæ ligant, ita virtutes theologales fides, spes, charitas vniunt animum cum Deo: vt vittæ in fimbrijs ponebantur ad ornatum; ita virtutibus theologalibus virtutes morales perficiuntur.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Rebellio, & rebellionis pœna narratur. 1. Core, Dathan, Abiron, Hon, & alii ducenti quinquaginta proceres rebellant à Moyse, & Aaron. 2. A v. 4. Increpat Moyses Core, & multitudinem cum eo congregatam: arcessit ad se Dathan, & Abiron: negant illi se venturos: se à Moyse deceptos conqueruntur: profitetur se Moyses innocentem. 3. A v. 16. Congregantur iubente Moyse Core, & ducenti quinquaginta cum suis thuribulis: iubet Deus separari ceteram multitudinem à tabernaculis Core, Dathan, & Abiron: hos aperta terra deuorat viuos cum tabernaculis suis: interficit ignis centum quinquaginta viros, qui incensum offerebant. 4. A v. 37. Tollit Eleazar, iubente Deo, thuribula ænea mortuorum, & producit in laminas, & affigit altari: vt quisque moneretur ne alienigena accedat ad offerendum incensum. 5. A v. 41. Murmurat sequenti die multitudo contra Moysen, & Aaron: punitur incendio: quod Aaronis precibus, ac thymiamate extinguitur.

1 Ece autem Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan, atque Abiron filij Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filijs Ruben, 2 surrexerunt contra Moysen, alijq; filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilij per nomina vocabantur. 3 Cumq; stetissent aduersus Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur eleuamini super populum Domini? 4 Quod cùm audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: 5 locutusq; ad Core & ad omnem multitudinem: Manè, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei. 6 Hoc igitur facite: Tollat vnusquisque thuribula sua, tu Core, & omne concilium tuum: 7 & hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcumque elegerit, ipse erit sanctus: multum erigimini filij Leui. 8 Dixitq; rursum ad Core: Audite filij Leui: 9 Num parum vobis est, quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vendicetis, 11 & omnis globus tuus stet contra Dominum? quid est enim Aaron vt murmuretis contra eum? Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: Non venimus. 13 numquid parum est tibi quòd eduxisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? 14 Reuera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum: an & oculos nostros vis eruere? non venimus. 15 Iratusq; Moyses valde, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd ne asellũ quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. 16 Dixitq; ad Core: Tu & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. 17 Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum. 18 Quod cùm fecissent, stantibus Moyse & Aaron, 19 & coacernassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. 20 Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron, ait: 21 Separamini de medio congregationis huius, vt eos repentè disperdam. 22 Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? 23 Et ait Dominus ad Moysen:

Digitized by Google

Moyſen: 24 Præcipe vniuerſo populo vt ſeparetur à tabernaculis Core, & Dathan & Abiron. 25 Surrexitq; Moyſes, & abijt ad Dathan & Abiron: & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael, 26 dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorum. 27 Cumq; receſſiſſent à tentorijs eorũ per circuitum, Dathan & Abiron egreſſi ſtabant in introitu papilionum ſuorum, cum vxoribus & liberis, omnique frequẽtia. 28 Et ait Moyſes: In hoc ſcietis, quòd Dominus miſerit me vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: 29 Si conſuetã hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & ceteri viſitari ſolent, non miſit me Dominus: 30 ſin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, deſcenderintque viuentes in infernum, ſcietis quòd blaſphemauerint Dominum. 31 Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum: 32 & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum. 33 deſcenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. 34 At verò omnis Iſrael, qui ſtabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat. 35 Sed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum. 36 Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 37 Præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem huc illucq; diſpergat: quoniam ſanctificata ſunt 38 in mortibus peccatorum: producatq; ea in laminas, & affigat altari, eo quòd oblatum ſit in eis incenſum Domino, & ſanctificata ſint, vt cernant ea pro ſigno & monimento filij Iſrael. 39 Tulit ergo Eleazar ſacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas, affigens altari: 40 vt haberent poſtea filij Iſrael, quibus commoneretur, ne quis accedat alienigena, & qui non eſt de ſemine Aaron, ad offerendum incenſum Domino, ne patiatur ſicut paſſus eſt Core, & omnis congregatio eius, loquente Domino ad Moyſen. 41 Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſrael ſequenti die contra Moyſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populũ Domini. 42 Cumq; oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, 43 Moyſes & Aaron fugerũt ad tabernaculũ fœderis. Quod, poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. 44 Dixitque Dominus ad Moyſen: 45 Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumq; iacerent in terra, 46 dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & hauſto ignẽ de altari, mitte incenſum deſuper, pergens citò ad populum vt roges pro eis: iam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. 47 Quod cùm feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama: 48 & ſtans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. 49 Fuerunt autem qui percuſſi ſunt, quattuordecim millia hominum & ſeptingenti, abſque his qui perierant in ſeditione Core. 50 Reuerſuſque eſt Aaron ad Moyſen ad oſtium tabernaculi fœderis poſtquam quieuit interitus.

Interpretatio litteralis.

Surrexerunt contra Moysen, &c. 2 *a* Hiſtoria ſeditionis narratur. Eſt autem ſeditio, in politica communitate contradictio vnius partis contra aliam partem, vel contra communitatis caput. Eſt peccatum charitati, ac paci contrarium. Eſt enim contra commune bonum multitudinis.

a p. 1682.

* *Cur eleuamini ſuper populũ Domini?* 3 *b* Contumelia, & *c* iniuſta querimonia. Contumelia eſt, cum honor alicui tollitur coram ipſo met, manifeſtando aliquem defectum culpæ. Accuſat Core Moyſen ambitionis.

b p. 1894. c p. 2154.

4 5 * *Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem.* Elucet in hoc actu Moyſis *d* humilitas, & *e* manſuetudo. Humilitatis actus eſt, frænare animum, ne immoderatè tendat ad excelſa; & deijcere ſe ad ima ſecundum rectam rationem. Id agit Moyſes cadens pronus in faciem, indicat ſe non appetere dignitatem, ea ſe indignum; dignitatem nolle, ſi nolit Deus. Manſuetudo iram frenat. Frænauit Moyſes audita contumelia, cadens pronus in terram. *f* & ſimul irã compeſcere niſus eſt in Core, dum auertere ab eo nititur indignationem iniurię contra multitudinem.

d p. 2369, 2370. e p. 2346. f p. 252.

Digitized by Google

Sanctos applicabit sibi: & quos elegerit appropinquabunt ei. Sanctum, solet dici, quod diuino cultui dicatum est, can.2211.

g p.396, 735. Docemur 1. *g* Esse à Deo vocationem ad præclara in Ecclesia munera exercenda.

h p.296. 2. *h* Omnia à diuina voluntate pendere.

i p.1723. * *Hoc igitur facite*, &c. Actus *i* consilij, 6

k p.1759. ac *k* prouidentiæ. Consilium ante omnem electionem adhibendum. Congruentia ad finem media ordinanda. Medium autem Moysi visum est optimum, paratis thuribulis expectare à Deo Sacerdotum

l p.2027. electionem. *l* Licitum est, experimentum petere diuinæ voluntatis, cum iusta necessitas vrget.

* *Multum erigimini filii Leui*, &c. 7

m p.1629. *m* Correctionis fraternæ actus, quo Moyses remouere nititur à seditiosis peccatū. 8 9

Arguit illos superbiæ, & ambitionis. 10

n p.2381. 1. *n* Superbia, est inordinatus appetitus 11 propriæ excellentiæ, *Multum erigimini.*

o p.2388. 2. *o* Superbiæ actus, est dignitates appetere, & alia ad propriam excellentiam pertinentia tāquam sibi congruentia, *Vt vobis sacerdotium vindicetis.* 3. *p* Superbiæ

p p.2389. actus est, recusare se superioribus subijcere, *Quid est Aaron, vt murmuretis contra eum.* 4. *q* Ambitionis actus est, honorem sibi cupere, non referendo ad Deum,

q p.2223. *Vt vobis sacerdotium vindicetis*, &c. *contra Dominum.* 5. *r* Arguuntur seditiosi illi

r p.1898. detractionis, *Vt murmuretis contra eum.* 9

s p.1682. 6. *s* Arguuntur seditionis in Dei iniuriam, *Et omnis globus tuus stet contra Dominū.*

t p.2086. 7. *t* Arguuntur ingratitudinis in Deum, *Idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos, filios Leui*, &c.

* *Misit Moyses vt vocaret Dathan,* 12

u p.1759. *& Abiron. u* Actus prouidentiæ: vt adhi- 13 beretur seditioni remedium. 14

Qui responderunt: Non venimus, &c.

x p.2072. Multa peccant, 1. *x* Inobedientia, con-

y p.2154. temnentes parere, *Non venimus.* 2. *y* Iniusta querimonia, *Nunquid parum est tibi,*

z p.1898. *quod eduxisti*, &c. 3. *z* Detractione, accusantes Moysen homicidij, & ambitionis, *Vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri?* 4. *a* Vana malitiæ in

a p.1823. viro sancto suspicione, *An & oculos nostros vis eruere?*

b p.250. * *Iratus Moyses valde. b* Ira iusta in 15

c p.251. viro mitissimo. *c* quæ concitata est ex existimatione iniuriæ illatæ Moysi, per contemptum eius præcepti.

d p.1904. *Ne respicias sacrificia eorum. d* Actus maledictionis. Licita autem est maledictio, si quis imperet, aut optet malum alterius sub ratione boni, aut sub ratione iusti, aut vtilis.

e p.16. *Tu scis. e* Deus omnia cognoscit.

Quod ne asellū quidē unquā acceperim

f p.2076. *ab eis, nec afflixerim quempiā eorū. f* Iusti esse superiores debent, & amantes iustitiæ.

16 * *Tu, & omnis congregatio tua state*

17 *seorsum*, &c. *g* Actus prouidentiæ. g p.1759.

19 * *Separamini de medio congregationis*

21 *huius, vt eos repente disperdam.* Innuuntur duo, 1. *h* Peculiaris Dei prouidentia h p.380.

erga pios. 2. *i* Congruum esse à male agendo pœnarum comminatione deterrere. i p.1293.

22 * *Qui ceciderunt proni in faciem*, &c.

K Actus misericordiæ, pro alijs oratæ, k p.1615.

Docemur 1. *l* Non solum pro nobis, sed l p.1932.

pro alijs etiam orandū & iustis, & iniustis, & amicis, & inimicis. 2. *m* Humilitatem m p.1943.

in petente requiri, vt suum oratio sortiatur effectum; *Ceciderunt proni in faciem.*

3. *n* Exteriores corporis actus conuenienter n p.1918.

in cultum exhibeti Deo. 4. *o* Deum omnia 1960.

posse, *Fortissime.* 5. *p* Deum esse Dominū o p.14.

omnium, *Deus spirituum vniuersæ carnis.* p p.22.

6. *q* Non esse pœnas, nisi pro culpa infligendas, *Num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet?* q p.2105.

24 * *Præcipe vniuerso populo*, &c. Indica-

25 tur 1. *r* Prouidentia, & *s* Cautio: ne vni- r p.1759.

26 uersus populus percat. 2. *t* Malorum hominum consortiu esse fugiendum. 3. *u* Esse s p.1761.

in Ecclesia potestatem excommunicandi, t p.913.

Recedite à tabernaculis hominum impiorum. 4. *x* Licere timendo fugere id, quod u p.870, 871.

est secundum rectam rationē fugiendum. x p.2208.

Ne inuoluamini in peccatis eorum. Peccata possunt hoc in loco sumi & propriè, & metonymicè pro pœna peccati, can.2005. 8687. Cauete, inquit, ne consortiatis peccato eorum; & ne in eandem cum ipsis pœnam incurratis.

28 * *In hoc scietis, quod Dominus miserit*

29 *me*, &c. Docemur 1. *y* Licitu m esse, expe- y p. 2027.

30 rimentum petere diuinæ potentiæ, cum iusta necessitas vrget. 2. *z* Ad veræ fidei z p.696, 697.

confirmationem, & ad piorum sanctitatem indicandam miracula fieri.

31 * *Disrupta est terra sub pedibus eorū*, &c.

32 *a* Miraculum, in pœnam rebellium. a p.310.

33 Quod docet 1. *b* Consequi pœnā ad pec- b p. 1279.

catum. 2. *c* Deum esse vindicem, ac vltorem male agentium. 3. *d* Etiam multitu- c p.25. d p.2101.

dinem esse puniendam, cum contingit ipsam multitudinem peccare. 4. *e* Pro culpę e p.2104.

quantitate pœnas licitas esse.

Descenderunt viui in infernum. שאול *Sheol*, sepulchrum. Videtur hoc in loco Infernus, pro sepulchro accipi. Viues enim ait, descendisse in infernum, vt significet quod supra Moyses dixerat, eos non consueta morte perituros. Non dubium autem quin eorum animæ in infernum descenderint, in locum damnatorum.

34 * *Fugit ad clamorem pereuntium. g* Fu- g p.2208.

ga rationabilis: *h* qua ab interitu cauent. h p.1761.

35 * *Sed & ignis egressus à Domino*, &c.

A Domino, à loco Sanctuarij, vel auctore i *Vide sup.*

Domino. *i* Pœna, vt supra v.31,32,33. *v.31. litt.a*

37 * *Præcipe Eleazaro filio Aaron*, &c. *b,c,d,e.*

Sancti-

Digitized by Google

Sanctificare, hoc in loco idem est, quod consecrare, ad Dei cultum, & sacrum ministerium assumere. Rebellium thuribula duplici ratione erant sanctificata, ac Deo dicata; tum quia ipsi rebelles ea pro Dei cultu assumpserant; tum quia ipse Deus ad suæ iustitiæ cultum acceperat, quatenus ad suæ iustitiæ cultum morti tradidit eos, qui thuribula tenebant, & ipsa thuribula ad memoriam suæ iustitiæ seruari voluit. Iubetur ignis dispergi, An quia alienus, non acceptus ex altari? An quia per rebellium peccatū prophanatus?

k p.851. Doctrina ea est 1. k Deberi rebus sacris reuerentiam. Vt non nisi à sacris tangantur, *Præcipe Eleazaro filio Aaron*, &c. vt in locis sacris conseruentur, *Affigat altari*. l p.1754. 2. l Valere præteritorum memoriam ad rectè agendum, *Vt haberent posteà filii Israel, quibus commonerentur*, &c. m p.1285. 3. m Infligi pœnas, vt ceteri à peccando deterreantur, *Ne quis accedat alienigena*, &c. *ne patiatur sicut passus est Core*. 4. n Peccatum esse sacrilegij sese in sacra ministeria ingerere non sacros. 5. o Sacrificij ministros esse solos Sacerdotes ritè ordinatos, *Ne quis accedat alienigena*, &c.

n p.2034. o p.646, 745.

* *Murmurauit autem omnis multitudo*, &c. Habes 1. p Peccatum detractionis, q & iniustæ querimoniæ, *Vos interfecistis populum Domini*. 2. r Peccatum seditionis, * *Cumque oriretur seditio*. 3. s Moysen, & Aaronem rationabiliter timuisse, & fuga vitæ consuluisse, *Fugerunt ad tabernaculum fœderis*. 4. t Peculiarem Dei erga iustos prouidentiam esse, *Operuit nubes, & apparuit gloria Domini*. 5. Eximiam Moysis u mansuetudinem, x & misericordiam, * *Cumque iacerēt in terra dixit Moyses ad Aaron*: *Tolle thuribulum*, &c. 6. y Non solum pro nobis, sed pro alijs etiam inimicis, orandum esse, *Vt roges pro eis*. 7. z Pœnam culpæ à Deo tributam, *Iam egressa est ira à Domino, & plaga desauit*. vt supra v. 31. 8. a Esse Deum exorabilem, & b Dispositisse multa non nisi petentibus elargiri, *Pro populo deprecatus est, & plaga cessauit*.

p p.1898. q p.2154. r p.1682. s p.2200. t p.380, 899. u p.1346. x p.1603, 1615. y p.1932. z p.25, 1279, 2101, 2104. a p.55. b p.1927.

Interpretatio mystica.

SEnsum huius capitis mysticum indicat Paulus 1. Cor. 10. 10. *Neque murmurauerit is, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram*. Indicat Iudas in sua Epistola: *Subintroierunt*, inquit, *quidam homines impii*, &c. *Dominum Iesum Christum negantes*. & subdit, *Væ illis, quia in contradictione Core perierunt*. explicant Origenes, Augustinus, Gregorius, Isidorus apud Glossam.

1 * 1 Core, Dathan, Abiron, Proceres Synagogæ sunt 1. a Hæresiarchæ, qui contra Moysen, & Aaron, id est, contra Christum, & eius Vicarium Summum Pontificem eriguntur: qui Romanæ Sedis iurisdictionem negant à Christo institutam. a p.885, 1425.

2. b Ambitiosi, quos Deus non vocat ad alios regendos, sed honoris, & commodorum temporalium cupiditas. b p.2222, 2223, 2225 2388.

13 * 2 Dathan, & Abiron, quatenus nolunt Moysis præcepto parere, c Schismaticos figurant, d & omnes, qui suorum superiorum præceptis repugnant. c p.1671. d p.2072.

15 * 3 Quod Moyses orat Dominum ne respiciat sacrificia rebellium, illud significatum est: Opera infidelium, & impiorum non esse Deo grata, nec æternæ vitæ meritoria. e Non potest homo implere præcepta sine gratia Dei; f nec vitam æternam mereri. g Nō potest in peccato mortali existens, & in Dei inimicitia, satisfacere. h Operum æternæ vitæ meritoriorum principium est diuina gratia. i quæ necessaria est ad vitam æternam promerendam. k Non potest homo extra charitatem aliquid mereri de condigno. e p.374. f p.375. g p.811. h p.1038. i p.1300. k p.1308.

26 * 4 l Quod Moyses iussit recedere populum à tabernaculis hominum impiorum; figuratum est id, quod facit Ecclesia contra hæreticos, & impios. excludere eos solet à consortio fidelium, & excommunicationis pœna punire. l p 870, 871.

32 * 5 m Terra impios absorbens, & ignis rebelles deuorans, ac seditiosos; figura est æternæ damnationis, & ignis, quo torquentur apud inferos quotquot ab Ecclesia recedunt, & viua eius membra esse desinunt per mortale peccatum. m p.954, 1019, 1024.

37 38 * 6 n Rebellium thuribula Deo dicata, figura sunt verbi Dei, nempe sacrarum Scripturarum, & Apostolicæ traditionis. Quæ sacra sunt: sed illis abutantur hæretici in ministerio prædicationis. Ponunt in illis ignem alienum, falsam intelligētiam, prauam intentionem. Thuribulum, sacri ministerij symbolum est, Apocal. 8. 3, 5. Ignis, quatenus lucet, intelligentiam significat, Apoc. 1. 14. & 2. 18. Quatenus ardet, charitatem signat, Hebr. 1. 7. & cupiditatem, Iob 31. 12. Prou. 6. 27. & iniquitatem, quæ maximè nocet, Iac. 3. 5, 6. n p.1367, 1370, 1371.

7 o Quod Deus iubet ab Eleazaro thuribula in laminas producta seruari, & affigi altari; ignem dissipari: illud significat; A Christi in terris Vicario (quem significat Eleazar, quatenus Aaronis successor fuit, qui Christum figurauit) esse iudicium de hæresibus faciendum. Quo iudicio doctrina vera à falsa discernitur, & semper pro Catholica in Ecclesiæ altari o p.1355.

Digitized by Google

habenda proponitur; ſed in laminas producta, id eſt, declarata, & ſecũdum aliam formam, quàm quæ ab Hæreticis proponitur. Ignis autem falſę intelligentię damnatur.

p p.446, 482, 565, 566. 8 p Aaron à Moyſe miſſus ad placandũ Deum, eſt Ieſus Chriſtus à Patre miſſus pro generis humani redẽptione, ac ſalute.

q Thuribulum, eſt Chriſti humanitas: quo inſtrumento vſus eſt Filius Dei ad ſatisfaciendum pro peccatis noſtris. r Incenſum, eſt Chriſti paſſio, s & oratio pro nobis oblata; t Ignis, charitas. u Viuentes, ac mortui, inter quos Aaron ſterit: ſunt electi, ac reprobi. Electos Chriſti paſſio, & oratio ab æterno interitu liberauit.

q p.432.
r p.584, 586, 587.
s p.508.
t p.492.
u p.350, 351, 352.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Confirmat Deus Sacerdotium Aaroni miraculo virgæ florentis, & fructum producentis: quam iubet in Tabernaculo seruari.

1 ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 2 Loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuſcuiuſque nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ. 3 nomen autem Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas ſeorſum familias continebit: 4 poneſque eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio, vbi loquar ad te, 5 quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Iſrael, quibus contra vos murmurant. 6 Locutuſque eſt Moyſes ad filios Iſrael: & dederunt ei omnes principes virgas per ſingulas tribus: fueruntq; virgæ duodecim abſque virga Aaron. 7 Quas cùm poſuiſſet Moyſes coram Domino i tabernaculo teſtimonij: 8 ſequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt. 9 Protulit ergo Moyſes omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael: videruntque & receperunt ſinguli virgas ſuas. 10 Dixitque Dominus ad Moyſen: Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum à me, ne moriantur. 11 Fecitque Moyſes ſicut præceperat Dominus. 12 Dixerunt autem filij Iſrael ad Moyſen: Ecce conſumpti ſumus, omnes periimus. 13 Quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur. num vſque ad internecionem cuncti delendi ſumus?

Interpretatio litteralis.

a p.23, 1759. *Accipe ab eis virgas ſingulas*, &c. 2 *a* Prouidentia: qua Deus querelis filiorum Iſrael finem imponit.

b p.410. c p.696. * *Sequenti die regreſſus, inuenit germinaſſe*, &c. 7 *b* Miraculum: *c* ad veritatem, 8 & fidem Sacerdotij Aaronitici cõfirmandam.

d p.23, 1759. e p.1761. * *Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii*, &c. 10 Actus *d* prudentiæ, 11 *e* & cautionis. Prouidet Deus, ne Iſraelitę conquerantur: cauet, ne moriantur.

f p.2066. g p.2062. *Fecit Moyses ſicut præceperat Dominus.* *f* Obedientia: *g* cuius obiectum, Dei præceptum.

h p.2200. * *Ecce conſumpti ſumus*, &c. *h* Actus 12 liciti timoris. Licet timendo fugere, quod 13 eſt ſecundum rectam rationem fugiẽdum. Conãtur excitare in Moyſis animo miſericordiam propoſitione ſuarũ miſeriarum.

Interpretatio myſtica.

Allegoria.

De Deipara.

INterpretationem allegoricã huius loci indicat Iſaias c.11. *Egredietur*, inquit, *virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini*, &c.

a p.462. 1 *a* Virga, eſt Deipara. vt virga Aaron non habens, nec trahens è terra ſuccum, germinauit: ita B. Virgo ſine ſemine Ieſum genuit. Germen ex plantis, ad humanam, & ſpiritualem generationẽ transfertur, Iſa.4.2. & 14.22. & 27.6. & 45.8. Ierem.23.5.

b p.457. 2 *b* Flos, eſt Ieſus Chriſtus. Ita habetur Iſa.11. & Cant.2. Flos, ſignificare ſolet

Bonum

Digitized by Google

Bonum perfectũ, Psal.71.16. & 91.13,14. Cant.2.13, 15. Isa.35.1. Christus autem est summa perfectio.

c p.429, 430. 3 c Amygdala, eumdem Iesum Christum figurat. Nam vt in amygdala tria sunt, Cortex exterior fragilis, & amarus; Cortex interior, durus; & Semen inclusum, generatiuum. Ita in Iesu Christo Virginis Filio tres fuerunt substantiæ. Vna visibilis, Caro: quæ fragilis, quatenus assumpta est mortalis; amara, ob acerbitatem passionis. Alia substantia carne tecta, & immortalis, nempe Anima. Tertia inuisibilis, & vim habens primi principij, portans omnia verbo virtutis suæ, Persona Verbi.

d p.459. 4 d Virga florens, & fructificans; dignitatem Matris Dei figurauit super omnes puras creaturas: quia Deum genuit, ac in vtero portauit, & peperit: ideo terrę, cæliq; Regina est Virgo Deipara. Virga regni symbolum est, Esther 4.11. Psal.2.9. & 44.7. & 109.2.

Allegoria.

De Regno Ecclesiæ.

QVia virga florens, & fructificans, Aaronitici Sacerdotij signum fuit; Sacerdotium autem vetus, Sacerdotium nouum à Christo institutum figurauit: dicendum, virgam florentem, & fructificantem, Ecclesiæ Sacerdotium, siue Regnum figurasse.

a p.866, 867, 868, 869, 870. 1 a Virga, est Ecclesiæ potestas ministrandi, ac interpretandi verbum Dei, conficiendi corpus Christi, aperiendi cælum per Sacramenta, condendi leges, excludendi, & admittendi ad consortium militantis Ecclesiæ. Virga, in Scripturis sanctis potentiæ, directionis, correptionis, prouidentiæ, regni symbolum est, c.7872, 7873, 7875, 7877.

b p.362, 1361. 2 b Quatenus virga germinauit sine radice, sine humore: figurauit, non ex viribus naturæ, sed per gratiam Dei esse fidem in Ecclesia, & alia bona supranaturalia.

c p.749. 3 c Virgæ germinatio figura fuit generationis filiorum Dei per gratiam Sacramentorum, d & productionis corporis realis Christi in Missæ sacrificio. d p.739, 747.

e p.859, 864. 4 Amygdalę sunt mysteria fidei. e Cortex exterior, qui facilè corrumpitur, sunt vmbræ, ac figuræ, quæ de fidei misterijs præcesserũt, & iam prętererunt. f Cortex durus, est doctrina euangelica, contra quam portę inferi nunquam pręualebunt. f p.1350. g Fructus latens, est gratia, & gloria, & alia spiritualia bona, quæ secum Christiana fides adducit. g p.1334, 1335.

Tropologia.

De Iusto.

a p.363, 996. 1 a QVatenus virga Sacerdotij symbolum est, & Regni, vt supra dictum est: Aaronis virga, Hominem iustum figurauit. Est enim homo iustus & Sacerdos, & Rex. Sacerdos, quatenus offert Deo sacrificium iustitiæ, ac bonorum operum. Rex, quatenus per gratiam est filius Dei, & hæres cæli, & suarum cupiditatum dominus.

b p.1036, 1038. 2 b Quoniam Germen, generationem spiritualem significat, vt in prima Allegoria dictum est: Aaroniticæ virgæ germen Bona opera figuratit, & actus filiorum Dei: quæ producuntur à iusto. Flores, significarunt actus virtutum moralium; quæ hominis iusti gratiam comitantur. Flores autem in amygdalas deformati, figurarunt perfectionem, quam actus virtutum moralium recipiunt ex actibus virtutum theologalium fidei, spei, charitatis; quorum obiectum est Deus. Cortex durus, fidei symbolum est: quæ immutabili fundamento nititur, diuinæ veritati. & ipsa spei fundamentum est. Spem autem cortex viridis significat, qui duro cortici adhæret, eique innititur. Fructus autem interior, est charitas: à qua omnium virtutum perfectio est. Fructus, est operum symbolum, Psal.1.3. Matt.3. 10. & 7.16. Colos.1.10.

CAPVT

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Triplex caput decimum octauum iudiciale præceptum continet. 1. A ministerio sacrificiorum, cui soli Sacerdotes addicti & à ministerio Tabernaculi, cui Leuitæ deputati; ceteri omnes arcentur. 2. A v. 8. Sacerdotibus omnes filiorum Israel primitiæ decernuntur, & omnis oblatio & sacrificium, & omnia primogenita. 3. A v. 21. Omnes decimæ filiis Leui decernuntur: omnis alia possessio Sacerdotibus, ac Leuitis prohibetur: iubenturque Leuitæ offerre Domino primitias decimarum.

1 DIxitque Dominus ad Aaron: Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. 2 sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptrum patris tui sume tecum, præsloque sint, & ministrent tibi: tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. 3 Excubabuntque Leuitæ ad præcepta tua & ad cuncta opera tabernaculi: ita dumtaxat, vt ad vasa Sanctuarij & ad altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. 4 sint autem tecum, & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus cæremonijs eius. Alienigena non miscebitur vobis. 5 Excubate in custodia Sanctuarij, & in ministerio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israel. 6 Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. 7 Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum: & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. si quis externus accesserit, occidetur. 8 Locutusq; est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiã primitiarũ mearum. Omnia quæ sanctificantur à filijs Israel, tradidi tibi & filijs tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. 9 Hæc ergo accipies de his, quæ sanctificantur & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificiũ, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. 10 In Sanctuario comedes illud: mares tantùm edent ex eo, quia consecratum est tibi. 11 Primitias autem, quas vouerint & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs tuis, ac filiabus tuis, iure perpetuo. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. 12 Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, & quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. 13 Vniuersa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportãtur, cedent in vsus tuos: qui mundus est in domo tua, vescetur eis. 14 Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit. 15 Quidquid primum erumpit è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dumtaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum est, redimi facias, 16 cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere Sanctuarij. 17 Siclus viginti obolos habet. 17 Primogenitum autem bouis & ouis & capræ nõ facies redimi, quia sanctificata sunt Domino; sanguinem tantùm eorum fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem Domino. 18 Carnes verò in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter, tua erunt. 19 Omnes primitias Sanctuarij, quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi, & filijs ac filiabus tuis, iure perpetuo. Pactum salis est sempiternũ coram Domino, tibi ac filijs tuis. 20 Dixitque Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hereditas tua in medio filiorum Israel. 21 Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionẽ, pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: 22 vt non accedant vltrà filii Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum, 23 solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, 24 decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria seperaui. 25 Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: 26 Præcipe Leuitis, atque denuncia: Cùm acceperitis à filiis

Israel

Digitized by Google

Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ, 27 vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tã de areis quàm de torcularibus: 28 ex vniuersis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron sacerdoti. 29 Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt. 30 Diceisque ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torcular dederitis primitias: 31 & comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quàm familiæ vestræ: quia pretium est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonii. 32 Et non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

Interpretatio litteralis.

TV, & filii tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarii, &c. Si quid, inquit, contra Sanctuarium peccatum fuerit siue à vobis, siue à ceteris: vos rei eritis eius peccati, vobis in culpam reputabitur, vos pœnam luetis. Peccatum, pro pœna irrogata peccato sumi solet, 2. Machab. 12. 46. 1. Pet. 2. 24. Quoniam autem Peccatum, pro sacrificio quoque sumitur, siue hostia pro peccato, 2. Corinth. 5. 21. † *August. in Num. lib. 4. q. 31.* Sensus etiam esse potest: † Ministerium sacrificiorum, quæ pro peccatis in Sãctuario offerũtur, ac proinde, per synecdochen, omnium sacrificiorum offerendorum munus ad Sacerdotes attinere. Docemur 1. [a] *p. 2079.* Debere superiores vigiles esse: ne culpæ [b] *p. 747.* subditorũ illis imputentur. 2. [b] Sacrificio [c] *p. 745.* placari Deum. 3. [c] Solos Sacerdotes sacrificij ministros esse. * *Tu, & filii tui portabitis iniquitatẽ Sanctuarii.* 4. [d] Esse [d] *p. 649.* minores sacrorum ministros, *Excubabunt* [e] *p. 851.* *Leuitæ ad præcepta tua*, &c. 5. [e] Deberi rebus sacris reuerentiam, vt non à quolibet tangantur, *Ad vasa Sanctuarii, & ad altare non accedant. Alienigena non miscebitur vobis.* 6. [f] Deberi suis superioribus à subditis officia seruitutis, & obedientiam, *Præsto sint, & ministrent tibi. Excubabunt Leuitæ ad præcepta tua.* [f] *p. 2057. 2061.* [g] *p. 2034.* 7. [g] Peccatum esse sacrilegium, quo violatur res sacra per irreuerentiam, *Ad vasa Sanctuarii, & ad altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Si quis externus accesserit, morietur.*

* *Ecce dedi tibi custodiam primitiarum*, &c. Custodiam primitiarum vocat, An quia licebat primitias conseruare ad longum tempus ad victum; cum tamen conseruare carnes sacrificiorum non liceret? Lyran. An quia ad Sacerdotem Summum pertinebat curare, vt obseruaretur à filijs Israel præceptum primitiarum? [h] *p. 1974.* [h] In veteri lege iure diuino determinatũ est de primitijs offerendis Deo, *Dedi tibi* [i] *p. 1973.* *custodiam primitiarum.* [i] Ad ius autem naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat in eius honorem. Ideo ait, *Primitiarum mearum*, mihi iure naturali debitarum.

* *Nec accipies de his, quæ sanctificantur, et oblata sunt Domino*, &c. Habemus 1. [k] Aliquas oblationes esse voluntarias; [k] *p. 1968, 1969.* aliquas ex voto, & necessarias, *Omnia, quæ sanctificantur à filiis Israel*, &c. *Primitias, quas vouerint, & obtulerint*, &c. *Omne quod ex voto reddiderint.* 2. [l] Votum esse licitum, & actum religionis, [l] *p. 1977.* *Omne quod ex voto reddiderint.* 3. [m] Esse [m] *p. 1975.* Dei ministris ad victum necessaria ministrãda, *Omnia, quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi, & filiis suis pro officio sacerdotali*, &c. 4. [n] Iudiciale Dei præceptum fuisse in veteri lege, esse decimam prouentuum partem Leuitis dandã, *Filiis Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis.* 5. [o] Deberi rebus [n] *p. 1976.* [o] *p. 851.* sacris reuerentiam, *In Sanctuario comedes illud*, &c. *Qui mundus est in domo tua vescetur eis.*

* *Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi, ac filiis tuis.* Pactum salis, idem est, quod pactum firmum, ac perpetuum: quia nunquam sacrificia offerebantur sine sale. [p] Indicat standum esse promissis. & [q] licitum esse, licita promittere. [p] *p. 2125.* [q] *p. 2124.*

* *In terra eorum nihil possidebitis*, &c. [r] Innuitur status paupertatis euangelicæ, qui Clericis maximè congruus, cultus diuini ministris. Ad quorum victum maximè spectant bona Ecclesiæ, & abdicatio curarum sæcularium, *Ego pars, & hæreditas tua*, &c. * *Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti.* [r] *p. 655.*

* *Cum acceperitis à filiis Israel decimas*, &c. Innuuntur tria. 1. [s] Esse Sacerdotibus oblationes offerendas, *Date Aaron Sacerdoti.* 2. [t] Debere hominem ex rebus sibi datis à Deo, exhibere aliquid in eius honorem, *Primitias earum offerte Domino.* 3. [u] Tributi debitum superioribus à suis subditis esse soluendum, *Date Aaron Sacerdoti.* [s] *p. 1970.* [t] *p. 1973.* [u] *p. 2060.*

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio myſtica.

De Sacerdotibus, ac Leuitis.

a p.646, 745. b p.649.

SVnt in eccleſiaſtica Hierarchia *a* Sacerdotes, quibus ex officio competit ſacrificium; *b* & miniſtri minores, quorum eſt Sacerdotibus miniſtrare. Horum ordinum figura ſunt, quæ in principio huius capitis, de Sacerdotum, & Leuitarum miniſterio præcipiuntur. 1

De myſtico ſacrificio, primitiis, decimis Deo offerendis.

a p.406, 408, 409, 410, 411, 412, 800. b p.700, 778, 866, 869.

1 SAcrificium externum interioris ſacrificij ſymbolum eſt: quo ſe Deo noſtra volũtas offert, & alia ſecũ, Pſal. 4. 6. & 47. 14, 23. & 50. 19, 21. *a* Ergo ſacrificium, de quo in hoc capite fit mentio, eſt oblatio voluntatis, & ſacrificium pro peccatis, eſt cordis contritio. *b* In hoc ſacrificium Deo oblatum ius, & poteſtas Sacerdotibus traditur: quatenus Sacerdotibus poteſtas eſt abſoluendi à peccatis, & inſtruendi populũ ad formandos actus fidei, ſpei, charitatis, contritionis, religionis, ac virtutum cæterarum. 9

c p.1721.

11 * 2 Quoniam cultus exterior, interioris cultus ſignum eſt, quo ſe homo mente ſubijcit Deo: *c* Primitiæ fructuum, & primogenita, quæ Deo offerebantur; figuræ fuerunt Amoris in Deum, & intentionis ſynceræ glorificandi Deum; qui primus actus debet eſſe mentis noſtræ in omnibus actionibus, & prima actio reſpectu cæterarum. *d* Sunt autem amor Dei, & ſyncera operum intentio dona Dei: quæ Deus tribuit iuſtis, qui myſtici Sacerdotes ſunt. Ideo ſubdit: *Primitias tibi dedi, & filiis tuis, qui mundus eſt, vescetur eis.*

d p.373.

e p.374.

21 * 3 *e* Decimæ Iſraelis, eſt bona voluntas Fidelium de diuinis præceptis in ſuis actionibus obſeruandis. A denario enim numero diuinorum præceptorum, obſeruationi eorum decimæ nomen congruit. Quoniam autem non poteſt homo diuina præcepta implere ſine gratia Dei; ideo filiis Leui, id eſt iuſtis, dicuntur decimæ dari.

CAPVT DECIMVM NONVM.

SVMMA.

Præscribitur ritus ad immunditiam legalem expiandam. 1. Comburenda erat à Sacerdote vacca rufa extra caſtra: & cineres in loco puro extra caſtra reponendi. 2. Immundus erat à mundo die tertio, & ſeptimo aſpergendus, immiſſis in vas cineribus vaccæ, & aquis viuis. 3. Lauare debebat veſtimenta, qui cineres tetigerat, aut immundum asperserat.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron, dicens: 2 Iſta eſt religio victimæ quam conſtituit Dominus. Præcipe filijs Iſrael, vt adducãt ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum: 3 tradetiſque eam Eleazaro ſacerdoti. qui eductam extra caſtra, immolabit in conſpectu omnium: 4 & tingens digitum in ſanguine eius, aſperget contra fores tabernaculi ſeptem vicibus, 5 comburetque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm ſanguine & fimo flammæ traditis. 6 Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum, coccumq; bis tinctum ſacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat. 7 Et tunc demum, lotis veſtibus & corpore ſuo, ingredietur in caſtra, commaculatuſque erit vſque ad veſperum. 8 Sed & ille qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua & corpus, & immundus erit vſque ad veſperum. 9 Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiã, & in aquã aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt. 10 Cumq; lauerit qui vaccæ portauerat cineres, veſtimenta ſua, immundus erit vſque ad veſperum. Habebunt hoc filii Iſrael, & aduenæ qui habitant inter eos, ſanctum iure perpetuo. 11 Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus: 12 aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. Si die tertio aſperſus non fuerit, ſeptimo non poterit emundari. 13 Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſus hac commiſtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Iſrael: quia aqua expiationis non eſt aſperſus, immũdus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eum. 14 Iſta eſt lex hominis qui moritur in tabernaculo: Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuerſa vaſa quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptem diebus. 15 Vas, quod non habuerit

operculum,

Digitized by Google

operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. 16 Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus. 17 Tollentq; de cineribus combustionis atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas. 18 in quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos: 19 atque hoc modo mũdus lustrabit immundum tertio & septimo die, expiatusq; die septimo, lauabit & se & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. 20 Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ: quia Sanctuarium Domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus. 21 erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vsque ad vesperum. 22 Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

Interpretatio litteralis.

Ista est religio victima. quam constituit Dominus. Innuunt hæc verba 1. *a* In lege veteri varias obseruantias fuisse ad maiorem reuerentiam diuini cultus. 2. *b* Habuisse cæremonias veteris legis virtutem ad tollendas immunditias, seu irregularitates ex statuto legis inductas. vt intelligitur ex sequentibus. 3. *c* Auctorem veteris legis Deum fuisse. 4. *d* In lege veteri præcepta cæremonialia esse. 2

a p.838. b p.861. c p.1127. d p.1125.

* *Lotis vestibus, & corpore suo, ingredietur in castra, commaculatusque erit vsque ad vesperum.* Quid sibi vult hoc præceptum? vnde contraxit immunditiã Sacerdos, qui vaccam rufam sacrificauit in expiationem immunditiarum? Indicatur vtique mysteriũ, vt docet Augustinus: de quo mysterio infra in interpretatione mystica. Indicatur humana infirmitas, & sanctitas sacrificij, & aliorum diuinorum. Non possunt à nobis diuina tractari cum tanta reuerentia, cum quãta exigunt tractari; & sæpissimè leuis aliqua culpa irreuerentiæ, saltem omissionis, intercedit. 7

e p.846. *e* Scilicet id significare videtur ille ritus Ecclesiæ: quod Sacerdos absoluta Missa lauat mãnus, cum tamen sancta tetigerit. Cuius ritus figura videtur fuisse quæ hoc in loco præcipitur vestium, & corporis lauatio post vaccæ sacrificium. An etiam indicatur quanta sit turpitudo peccati; vt etiam censere debeat se à peccato maculatum, qui cooperatus est ad peccati maculam abstergendam? vt scopæ, quæ sordes abstergunt, maculantur.

* *Ut sint multitudini filiorum Israel in 9*
custodiam, & in aquam aspersionis. Hebr. Vt sint in custodiam pro aqua aspersionis. Iubet custodiri cineres, ac seruari pro expiatione immunditiarum. 1

* *Si die tertia aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari.* *f* Indicat non licere in sacris alijs ritibus vti, quàm quos præscribit Deus, & Ecclesia. 12

f p.748, 845.

13 * *Polluet tabernaculum Domini, &* 20 *peribit ex Israel.* *g* Docemur Peccatum esse sacrilegium: quo violatur res sacra per irreuerentiam. g p.2034.

Interpretatio mystica.

HVius capitis allegoriam indicat Paulus Hebr. 13. 11. *Quorum*, inquit, *animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* Et clarius Hebr. 9. *Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo; emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti?* Vacca igitur, quatenus extra castra offertur, & crematur, Mortis Christi figura est: per quam sanctificati sumus. Hanc interpretationem persequitur Augustinus l. 4. in Num. q. 33. A quo nostram interpretationem accipimus.

2 * 1 Vacca rufa, est Caro Christi. *a* Sexus femineus est, inquit Augustinus, propter infirmitatem carnis. *b* Rufa est, propter ipsam cruentam passionem. Rubicundus color, fusi sanguinis symbolum est, Cant. 5. 10. Isa. 63. 2. ex Greg. in Cant. 5. a p.530. b p.543.

2 *c* Vacca sine macula, quæ nunquam iugum portauit; est Caro Christi sine peccato concepta, semper libera à seruitute peccati. *d* Non portauit Christus iugum, quatenus passus est, quia ipse voluit. c p.494. d p.563.

3 *13 *e* Sacerdos immolans vaccam, est ipse Christus. qui seipsum Patri obtulit, & passus est extra Hierusalem. e p.478, 479.

* 4 *f* Digito aspergit sanguinem septies f p.748.

Digitized by Google

contra fores tabernaculi: quatenus Christus diuina potestate septem Sacramenta instituit, in sua passione fundata, in sanctificationem Ecclesiæ. Digitus, virtutis operatiuæ, potentiæque symbolum est, Exod. 8.19. Psal. 8.4. Luc. 11.20. Portæ, Ecclesiæ symbolum sunt, per quam ingressus est in cœlũ, Psal. 86.6. & 117.19,29. Tabernaculum, cæli symbolum est, Hebr. 9.12.

g p.492. * 5 g Flamma, qua vacca comburitur cunctis videntibus; est charitas, qua totum seipsum Christus obtulit pro nobis in Cruce: in conspectu omnium. h Fimus, est ipsum Crucis opprobrium: quod etiam in nostrã salutem profuit, oblatum à Christo Patri. 5

i p.408, 410,411. * 6 i Lignum cedrinum, hyssopus, & coccus; sunt fides, spes, charitas ex parte iustificandi. Nam harum virtutum actus sunt necessaria dispositio ad iustificationem, & vt passio Christi sit ad nostram sanctificationem efficax per Sacramenta. 6

k p.575. K Hæc tria comburenda sunt igne, qui vaccam vorat: quatenus etiam dispositio ad iustificationem datur nobis ex meritis, & ex charitate Christi.

l p.1316, 1317,1342. l Lignum cedrinum, quatenus non putrescit, fidem significat Christianam: quæ non recipit putredinem falsitatis.

m p. 1438, n p.1491. m Hyssopus quatenus virens, spem indicat. n Coccus quatenus rubens, charitatem exprimit. Cedrus, diuinæ doctrinæ symbolum est, Cant. 1. 17. & 5.15. & 8.9. Eccli. 24.17. & 50.14. Viror, spei; rubor charitatis symbolum est, vt supra dictum est.

o p.592, 601. * 7 o Sacerdos, & qui vaccam combussit, est Christus Dominus. Qui vestes suas, & corpus lauit, & ingressus est in castra; quatenus carnem immortalem resurgendo reddidit, & gloria resurrectionis, opprobrium Crucis abstersit. Qui commaculatus fuit vsque ad vesperum; quatenus vsque ad mortem peccatoris formam portauit, & nostrarum macularum pœnam sustinuit. Nam macula, siue peccatum, dicitur ipsa pœna peccati. 7 8

p p.748. * 8 p Qui colligit cineres vaccæ, & effundit in loco mundo extra castra; & tradit custodiendos filijs Israel in aquam aspersionis; est ipse Christus, qui Sacramenta instituit, præsertim corporis, & sanguinis sui; q habentia virtutem sanctificandi per aquam gratiæ. r Quæ tradidit filijs Israel, id est, Fidelibus, custodienda in loco mundo, id est, s in Ecclesia, quæ est sancta; & est extra castra, nempe extra cælum peregrinatur in terra. t Cineres vaccæ, sunt ritus essentiales Sacramentorum, nempe materia, & forma; sunt in Eucharistia species panis, & vini: quę quatenus repræsentant passionem, & mortem Christi, cinerum rationem habent, qui repræsentant corruptionem eius materiæ, cuius sunt cineres. Atque vt cinis vile quid est, si cum re comparetur, cuius est cinis: ita vile quid sunt visibiles ritus Sacramentorum, si cum Sacramentorum mysterijs comparentur, quæ à ritibus significantur. Cinis, mortalitatis symbolum est, rei iam consumptæ, Genes. 18.27. Iob 13.12. ex Greg. Est & symbolum rei vilissimæ, Iob 30.19. 9

q p.749. r p.620. s p. 629. t p.762, 845, 846, 847.

13 * 9 u Qui tangit morticinum, peccator est: qui peccato mortali consensum præbet. x Hic immundus est septem diebus; quatenus de peccato etiam propitiato, non debet esse securus; sed toto vitæ tempore, quod septem diebus voluitur, debet agere pœnitentiam. u p.1198, 1266,1275. x p.804.

12 * 10 Dies tertius, & septimus, quibus aspersio fiebat ad expiationem; duo Sacramenta significant, Baptismi, & Pœnitentiæ, quæ instituta sunt ad remissionem peccatorum. Dies, gratiæ symbolum est, Psal. 109.3. Cant. 3.11. & 8.8. y Rectè per diem tertium expiationis, Baptismi Sacramentum significatur: nam in Baptismo gratia per inuocationem sanctæ Trinitatis datur. z Per diem septimum Pœnitentiæ Sacramentum figuratur: quia potest septies repeti, & septuagies septies, id est, semper; & est remedium omnium peccatorum, quæ septenario numero comprehenduntur. Solet in sanctis Scripturis finitus, ac determinatus numerus pro infinito, ac indeterminato poni, c. 543. y p.755, 757. z p.778, 780.

11 Qui die tertio aspersus non fuerat, septimo non poterat emundari. a Figurabatur, Sine Baptismo, saltem voluntate suscepto, non posse salutem esse. & Baptismum esse ianuam Sacramentorum: non esse Sacramenti Pœnitentiæ capacem, qui nondum Baptismum suscepit. a p.756.

13 * 12 b Quod pollutus non poterat ingredi Tabernaculum Domini; significabatur, existenti in mortali non esse aditum in æternam felicitatem. b p.980.

14 * 13 c Quod omnia vasa Tabernaculi polluebantur, vbi homo moriebatur; significabatur, omnia opera existentis in mortali, mortua esse, nec vitæ æternæ meritoria. c p.375, 1300.

15 * 14 d Quod vas apertum, non habens operculum, erat immundum; significabatur, hominem sine sensuum custodia, non refrænantem linguam suam, non effugere maculam multorũ peccatorum. Quæ exeunt ex corde, coinquinant hominem. d p.2414. 2422. Greg. apud Gloss. Iacob. 1. 26. & 3.6.

19 * 15 e Quod mundus lustrabat immundum; significabatur, mundum esse debere Sacerdotem, qui ministrat gratiam per Sacramenta. e p.650, 701.

16 f Quod qui aquas aspergebat lustra- f p. 980, 1200.

Digitized by Google

ſtrationis, immundus erat vſque ad veſperum, & lauare debebat veſtimenta ſua. Significabatur, hominem quantumuis iuſtum, & Sacerdotem quamuis ſanctum, & miniſtrum gratiæ, incidere ſæpè dum viuit in peccata venialia, etiam in miniſterio ſacrorum; atque adeò eſſe illi opus pœnitentia, & expiatione venialium, vt ſine vlla macula in cæleſte tabernaculum ingrediatur.

CAPVT VIGESIMVM.

SVMMA.

1. Moritur Maria in deserto Sin. 2. Queritur populus de aquæ defectu. 3. Petunt Moyses, & Aaron aquam à Domino. 4. Iubet Deus petram virga percuti & aquas promittit. 5. Dubitant Moyses, & Aaron de futuro effectu: percutit tamen Moyses virga bis petram: & aquæ fluunt: & arguuntur Moyses, & Aaron incredulitatis. 6. A v. 14. Missis Moyses è Cades nunciis ad Regem Edom petit ab eo transitum per terram eius: ille negat omnino. 7. A v. 22. Fit transitus è Cades ad montem Hor: vbi iubente Deo, Aaron moritur, tradita pontificali veste Eleazaro filio eius: & Aaroni parentatur ab Israelitis diebus triginta.

1 VEneruntque filij Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin, menſe primo: & manſit populus in Cades. Mortuaque eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco. 2 Cumque indigeret aqua populus, conuenerũt aduerſum Moyſen & Aaron: 3 & verſi in ſeditionem, dixerunt: Vtinam perijſſemus inter fratres noſtros coram Domino. 4 Cur eduxiſtis Eccleſiam Domini in ſolitudinem, vt & nos, & noſtra iumenta moriamur? 5 Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, inſuper & aquam non habet ad bibendum? 6 Ingreſſuſque Moyſes, & Aaron, dimiſſa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntq; ad Dominum, atque dixerũt: Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt ſatiati, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos. 7 Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 8 Tolle virgã, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cùmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. 9 Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei, 10 congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? 11 Cùmq; eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet & iumẽta. 12 Dixitq; Dominus ad Moyſen & Aaron: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in Terram, quam dabo eis. 13 Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eis. 14 Miſit interea nuncios Moyſes de Cades ad regem Edom, qui diceret: Hæc mandat frater tuus Iſrael: Noſti omnem laborem qui apprehendit nos, 15 quo modo deſcenderint patres noſtri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tempore, afflixerintq; nos Ægyptij, & patres noſtros: 16 & quo modo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miſeritq; angelum, qui eduxit nos de Ægypto. Ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti, 17 obſecramus vt nobis trãſire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, nõ bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad ſiniſtrã declinantes, donec tranſeamus terminos tuos. 18 Cui reſpondit Edom: Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi. 19 Dixeruntque filij Iſrael: per tritam gradiemur viam: & ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quod iuſtum eſt: nulla erit in pretio difficultas, tantùm velociter tranſeamus. 20 At ille reſpondit: Non tranſibis. Statimq; egreſſus eſt obuius, cũ infinita multitudine, & manu forti, 21 nec voluit acquieſcere deprecanti, vt concederet tranſitum per fines ſuos, quam ob rem diuertit ab eo Iſrael. 22 Cumq; caſtra mouiſſent de Cades, venerunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ Edom: 23 vbi locutus eſt Dominus

Digitized by Google

ad Moysen: 24 Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: nõ enim intrabit Terram, quã dedi filijs Israel, eo quòd incredulus fuerit ori meo, ad Aquas contradictionis. 25 Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. 26 Cumque nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius: Aaron colligetur, & morietur ibi. 27 Fecit Moyses vt præceperat Dominus: & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. 28 Cumq; Aaron spoliasset vestibuis suis, induit eis Eleazarum filium eius. 29 Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro. 30 Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

Interpretatio litteralis.

MAnsit populus in Cades. Vrbs in finibus Edom, vt dicitur infra v. 16. Differt à Cadesbarne, qui locus in deserto Pharan; vt supra Num. 13. 27. 1

Mortua est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. *a* Mors pœna primi peccati. Sepultura, *b* officium pietatis, *c* & charitatis.

a p. 1273, 1280. b p. 2045. c p. 1614.

* *Versi in seditionem.* Hebr. ריב *Rùb*, significat litigare, contendere, increpare, 3 4

e p. 1679. f p. 1682. g p. 2154. Actus *e* rixæ, *f* seditionis, *g* iniustæ querimoniæ. 5

Vtinam periissemus inter fratres nostros coram Domino. Coram Tabernaculo Domini, in seditione Core. *h* Actus maledictionis. Optant sibi malum mortis sub ratione boni, nempe minoris mali.

h p. 1904.

* *Ingressus Moyses, & Aaron, dimissa multitudine Tabernaculum fœderis*, &c. 6

Docemur 1. *i* Esse Deo cultum exhibendũ oratione, *Clamauerunt ad Dominum.* 2. *k* Humilitatem in petente requiri, vt suũ oratio sortiatur effectum, *Corruerunt proni in terram.* 3. *l* Desiderium pium in petente requiri, vt suum oratio sortiatur effectum, *Clamauerunt.* *m* Clamor vehementis desiderij symbolum est. 4. *n* Exteriores corporis actus conuenienter, in cultũ exhiberi Deo, *Corruerunt proni in terram.* 5. *o* Posse temporalia ad finẽ honestũ peti, *Aperi eis thesaurum tuum*, &c. 6. *p* Non solum pro nobis, sed pro alijs etiã orandum esse & iustis, & iniustis, *Audi clamorem huius populi.*

i p. 1926. k p. 1943. l p. 1941. m p. 200. n p. 1918, 1960. o p. 1931. p p. 1932.

* *Tolle virgam, et congrega populũ*, &c. 8

Ostendit se Deus hoc facto *q* exorabilem, *r* benignum, *s* beneficum, *t* misericordem, *u* potentem, *x* prouidum.

q p. 55. r p. 53. s p. 54. t p. 56. u p. 14. x p. 23.

* *Tulit virgã, sicut præceperat ei.* Innuitur Moysis *y* obedientia erga Deum; *z* & obedientiæ obiectum, superioris præceptum. 9

y p. 2066. z p. 2062.

* *Audite rebelles & increduli.* *a* Potest quis alteri, quem debet corrigere, verbum aliquod conuiciosum dicere causa disciplinæ. *b* Sunt, cum oportet, increpationes, à concionatoribus adhibendæ. Arguit Moyses populum *c* seditionis, *d* & inobedientiæ. Hebr. מרים *Morim*, significat rebelles, & inobedientes. LXX. ἄπιστοι, Increduli, diffidentes. *f* Arguit etiam desperationis. 10

a p. 2195. b p. 727. c p. 1682. d p. 2072. f p. 1477.

Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere? Non dubitant de diuina potentia, sed de futuro effectu. Verebantur ne non esset daturus Deus aquas populo rebelli, & indigno tanti beneficij. Sed tamen peccarunt *g* dubitãdo de effectu, cùm iam Deus absolutè aquas promiserit, *Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.* *h* Peccatum fuit infidelitatis, vt indicant verba sequentia, *Quia non credidistis mihi.* 11

g p. 159. h p. 1415.

* *Egressæ sunt aquæ largissimæ.* *i* Miraculum. *k* vt confirmarentur Israelitæ in fide diuinæ potentiæ, & misericordiæ, & prouidentiæ; vt indicant verba sequentia, *Vt sanctificaretis*, &c. 12

i p. 310. k p. 696.

* *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel.* Indicat Deus cur aquas dederit, nempe vt sanctus agnosceretur, patiẽs, misericors, benignus. *l* Digna est diuina bonitas, quæ ab omnibus cognoscatur. *m* Finis est operum diuinorũ gloria Dei: omnia operatur Deus ad sui notitiam communicandam.

l p. 39. m p. 91.

Non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Nõ intrabitis terram promissam. Docemur 1. *n* Ius delicto læsum, pœna compensari. 2. *o* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. 3. *p* Esse Deum vindicem, ac vltorem malè agentium. 4. *q* Superioris esse subditorũ malefacta pœnis compensare. 5. *r* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse.

n p. 1299. o p. 1279. p p. 25. q p. 2099. r p. 2104.

* *Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filii Israel.* *s* Vsus est nomina imponẽdi ad rerum cognitionem tradendam. 13

s p. 2153.

Et sanctificatus est in eis. *t* Glorificatus. *u* Ex eius operibus cognoscitur à nobis Deus, *x* præsertim ex miraculis.

t p. 91. u p. 29. x p. 696.

* *Hæc mandat frater tuus Israel*, &c. 14

Multa nos docet verbis suæ legationis 15 Moyses. 1. *y* Deberi consanguineis cultũ 16 suum, *Obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam*, Præstandum hoc 17 obse-

y p. 2045.

obſequium fratri tuo Iſrael. Edom, ſiue Idumæi ab Eſau, Iſraelitæ à Iacob progeniti. Eſau autem, & Iacob fratres fuerunt. 2. z Miſericordiam excitari conſideratione malorum, quæ ſunt in proximo, *Noſti omnem laborem qui apprehendit nos*, &c. 3. *a* Diſpe ſuiſſe Deum multa non niſi petentibus elargiri, *Quomodo clamauerimus ad Dominum, & exaudiuit nos*. 4. *b* Deſiderium pium in petente requiri, vt ſuum oratio ſortiatur effectum, *Clamauerimus, & exaudiuit*. *c* Clamor, vehementis deſiderij ſymbolū. 5. *d* Deum exorabilem eſſe, *Exaudiuit nos*. 6. Eſſe in Deo *e* prouidentiam, & *f* beneficentiā, *Miſit Angelū, qui eduxit nos de Aegypto*. 7. *g* Eſſe Angelos, & *h* Moueri de loco ad locum, & *i* Ad homines mitti, & *k* Ab Angelis homines cuſtodiri, *Miſit Angelum, qui eduxit nos*. 8. † Amicitiæ actum eſſe beneficētiam, *Obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam*, &c. 9. *l* Non eſſe res alienas ſurripiendas, *Non ibimus per agros*, &c.

* *Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi*. Præfefert *m* inhumanitatem, & *n* voluntatem iniuſti belli, contra charitatem, & *o* obdurationem contra miſericordiam.

* *Si biberimus aquas tuas, dabimus quod iuſtum eſt*, &c. Indicatur *p* contractus emptionis, & venditionis. & *q* ius alterius compenſandum, iuſtumq; faciendum eſſe debiti ſolutione. & *r* virtus iuſtitiæ, inclinans ad faciendum iuſtum.

* *Non tranſibis*. *s* Inhumanitas, & *t* pertinacia, & *u* obduratio contra miſericordiam.

Statimque egreſſus eſt obuius, &c. *x* Voluntas iniuſti belli.

Quamobrem diuertit ab eo Israel. *y* Cautio.

* *Pergat Aaron ad populos suos*, &c. Geneſ. 25. 8. dictum eſt hac phraſi ſignificari *z* immortalitatem animorum. Mors Aaron, *a* non ſolum in pœnam peccati originalis; *b* ſed etiam in pœnam incredulitatis, *Non enim intrabit terram, quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo ad Aquas contradictionis*. Vide ſupra v. 12.

Fecit Moyses vt præceperat Dominus. *p* Obedientia.

* *Fleuit super eo triginta diebus*. Actus *q* triſtitiæ, & *r* miſericordiæ, & *s* cultus debiti Summo Sacerdoti.

Interpretatio allegorica.

ALlegoriam in hoc capite haberi de Chriſti, & Eccleſiæ myſterijs indicat Paulus 1. Cor. 10. 6. *Omnes eundem potum spiritalem biberunt: (bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus)* &c. *Hæc autem omnia in figura contingebant illis*. Interpretandum ergo myſticè eſt totum caput de Chriſto, & Eccleſia.

* *Cum indigeret aqua populus*, &c. *a* Populus indigens aqua, eſt hominum generatio carens diuina gratia, quā in Adamo amiſit. *b* Populus rebellis, eſt Hominum genus, quotidie peccans, & à Deo recedēs. Aqua quatenus refrigerat, diuinæ gratiæ ſymbolum eſt, Iſa. 12. 3. Io. 4. 14. Dionyſ. cæl. Hier. c. 2. Recedere à Deo, ac rebellare, eſt in culpam incidere, Dei legem non obſeruare, Pſal. 43. 19. Sap. 3. 10.

* *Domine Deus, audi clamorem huius populi*, &c. *c* Moyſis, & Aaronis ad Deum preces pro aqua; figurarunt Iuſtorum, ac Prophetarum preces ante Chriſti aduentum, eius aduentum, & gratiam Euangelij poſtulantium. Fuit Chriſti aduentus à priſcis Patribus expectatus.

* *Cum eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ*, &c. *d* Moyſes, eſt Deus Pater; qui tradidit Filium in mortem. *e* Eſt ipſe Chriſtus, quatenus mortuus eſt, quia ipſe voluit. Virga, Dei volūtas, quatenus peccata vlciſcens, & quatenus potens. nam virga vltionis ſymbolum, Num. 24. 17. 2. Reg. 7. 14. Iob 21. 9. Prou. 13. 24. & 22. 8. & potētię, Ezech. 19. 12, 14. *f* Crucis quoque figura fuit virga percutiens petram: quia Crux mortem intulit Chriſto. Petra, Chriſti ſymbolum, 1. Cor. 10. 6. Cant. 2. 14. Bina percuſſio, eſt Chriſti mors bis voluta, nempe *g* & ab æterno decreta in redemptionem noſtrorū delictorum, *h* & in tempore ſtatuto à Chriſto Deo Patri oblata. *i* Vel Bina virgæ percuſſio, eſt geminum Crucis lignum, per quod Filius Dei mortuus eſt. K Aquæ autem largiſſimæ, ſunt Sacramenta gratiam producentia. quæ è Chriſti latere profluxerunt.

* *Misit interea nuncios Moyses de Cades ad Regem Edom*, &c. Idumæa figura fuit Gentilitatis, Pſal. 59. 11. ex Aug. Iſa. 11. 14. Nuncij, ſiue Angeli ſunt Sacerdotes, prædicatores, diuinæ legis interpretes, Malach. 2. 7. & 3. 1. Ergo 1. *l* Ea Moyſis miſſio, vocationis gentium figura fuit, & miſſionis à Chriſto in omnes gentes, vt prædicaretur à ſuis diſcipulis Euangelium omni creaturę. * 2. *m* Quod Iſraelitę aiūt, *Neo ad dexteram, neo ad sinistram declinabimus*, figurata eſt Chriſtianorum vita, & doctrina maximè rationi conſona. quod eſt maximum ſignum legem Chriſti eſſe a Deo. * 3. *n* Quod Rex Edom noluit Iſraelitis tranſitum concedere per terram ſuam, & obuiam proceſſit ad impediendum: figuratæ ſunt perſecutiones Principum Ethnicorum contra Euangelij prædi-

2 *p.* 1604. 2 *p.* 1927. *b p.* 1941. *c p.* 200. *d p.* 55. *e p.* 23. *f p.* 54. *g p.* 116. *h p.* 119. *i p.* 344. *k p.* 345. † *p.* 1594. *l p.* 1860. *m p.* 2434. *n p.* 1675. *o p.* 2166. *p p.* 1787. *q p.* 1800. *r p.* 1775. *s p.* 2434. *t p.* 2256. *u p.* 2166. *x p.* 1675. *y p.* 1761. *z p.* 131. *a p.* 1273. *b Vide sup.* v. 12. *litt. n, o, p, q, r.* *p p.* 2066, 2062. *q p.* 231. *r p.* 1614. *s p.* 2052.

2 *a p.* 1194, 1266. *b p.* 1264. *c p.* 450. *d p.* 565, 566. *e p.* 563. *f p.* 544. *g p.* 543. *h p.* 565, 566. *i Aug. l.* 4. *in Num.* q. 35. *k p.* 560, 577, 749. *c. In quodā, de celebrat. Miſſ.* *l p.* 1429. *m p.* 1379. *n p.* 886.

Digitized by Google

o p. 909, 2200. prædicatores. 4. o Quod diuertit Israel à Rege Edom; Catholicorum prædicatorum humilitatem, & patientiam significauit: & indicauit esse interdum licitum persecutores fugere.

* *Pergat Aaron ad populos suos*, &c. 24 Moyses legis veteris figura fuit, 2.Cor.3. 7,13,15. Aaron, primus vnctus in Sacerdotem in lege veteri, ipsum legis veteris Sacerdotiũ figurauit, Hebr.7.11.Hieron. Beda, Ambros. August. in Sylua Allegor.

p p. 452, 1430. *Ibid. apud Gloss.* Ergo 1. p quatenus Moyses, & Aaron increduli fuerunt ad aquas contradictionis, figurarunt Iudæos, qui noluerunt credere Crucifixo. 2. Mors Aaron Sacerdotis, cui negatur à Deo ingressus in terram promissam; q figurauit, Cæremonias veteris legis, quæ Christi quædam figuræ erant, durasse vsque ad aduentũ Christi, eiusque passione consummatas cessasse. &, r Post Euangelij promulgationem licitè legalia seruari non posse. &, s Christi aduentum Iudæis ob eorum malitiam, scandali, ac ruinæ occasionem fuisse. &, t Iudæos, ac eorum Synagogam à Deo desertam, ac reprobatam esse.

q p. 864.

r p. 865.

s p. 452.

t p. 1431.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

S V M M A.

1. Rex Arad prædam ex Israelitis victis reportat: qui rursus ab Israelitis voto facto debellatur. 2. Pertæsus itineris populus contra Deum murmurat: mordetur ab ignitis serpentibus: ænei serpentis aspectu sanantur. 3. A v. 10. Vagatur populus per solitudinem: miraculosi putei aquis reficitur. 4. Av. 21. Pugnat Israel contra Sehon regem Amorrhæorum: & victor possidet terram illius. 5. A v. 33. Pugnat & contra Og regem Basan, & victor possidet terram illius.

1 QVod cùm audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnauit contra illum, & victor existens, duxit ex eo prædam. 2 At Israel voto se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. 3 Exaudiuitque Dominus preces Israel, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subuersis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema. 4 Profecti sunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad Mare rubrum, vt circumirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris: 5 locutusque contra Deum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. 6 Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, 7 venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te: ora vt tollat à nobis serpentes. Orauitq; Moyses pro populo, 8 & locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eũ pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. 9 Fecit ergo Moyses SERPENTEM AENEVM, & posuit eum pro signo: quem cùm percussi aspicerent, sanabantur. 10 Profectique filij Israel castrametati sunt in Oboth. 11 Vnde egressi fixere tentoria in Ieabarim, in solitudine, quæ respicit Moab contra orientalem plagam. 12 Et inde mouentes, venerunt ad Torrentem Zared. 13 Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi: siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. 14 Vnde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in Mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. 15 Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum. 16 Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. 17 Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant: 18 Puteus, quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. De solitudine Matthana. 19 De Matthana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. 20 De Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertũ. 21 Misit autem Israel nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens: 22 Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos.

Digitized by Google

tuos. 23 Qui concedere noluit vt tranſiret Iſrael per fines ſuos: quin potiùs exercitu congregato, egreſſus eſt obuiam in deſertum, & venit in Iaſa, pugnauitque cõtra eum. 24 A quo percuſſus eſt in ore gladij, & poſſeſſa eſt terra eius ab Arnon vſque Ieboc, & filios Amnon: quia forti præſidio tenebantur termini Ammonitarum. 25 Tulit ergo Iſrael omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Heſebon ſcilicet, & viculis eius: 26 Vrbs Heſebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, vſque Arnon. 27 Idcirco dicitur in Prouerbio: Venite in Heſebon, ædificetur, & conſtruatur ciuitas Sehon: 28 Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon. 29 Væ tibi Moab, periſti populе Chamos. Dedit filios eius in fugã, & filias in captiuitatem, regi Amorrhæorum Sehon. 30 Iugum ipſorum diſperijt ab Heſebon vſque Dibon, lapſi peruenerunt in Nophe, & vſque Medaba. 31 Habitauit itaque Iſrael in Terra Amorrhæi. 32 Miſitque Moyſes qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & poſſederunt habitatores. 33 Verteruntque ſe, & aſcenderunt per viam Baſan, & occurrit eis Og rex Baſan cum omni populo ſuo, pugnaturus in Edrai. 34 Dixitque Dominus ad Moyſen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: facieſq; illi ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Heſebon. 35 Percuſſerunt igitur & hunc cum filijs ſuis, vniuerſumque populum eius vſque ad internecionem, & poſſederunt terram illius.

Interpretatio litteralis.

1 *Venisse Israel per exploratorum viam.* An ſermo eſt de via multis ante annis ab exploratoribus facta è Cadesbarne: cuius viæ memoria erat apud Iſraelitas? An de via à nouis exploratoribus facta, quos fortè præmiſerant Iſraelitæ, & Rex Arad deprehenderat?

a p.1675. *Pugnauit contra illum.* *a* Iniuſto bello.

2 * *Israel votò te Domino obligans, ait,* &c. *b* Iuſtum erat Iſraelitarum bellum, ac licitum: *c* proinde licitum votum fuit, & de meliori bono, quatenus prædam licitam Deo deuouerunt, priuantes ſe bonis debellatorum, & offerentes illa Deo.

b p.1676. c p.1977.

3 * *Exaudiuit Dominus preces Israel.* *d* Deus exorabilis.

d p.55. *Tradidit Chananæum.* Chananæi dicti ſeptem gentes, ad quas delendas introducti ſunt à Deo Iſraelitæ, & peculiariter vna gens ex illis ſeptem. Auguſt. in Ioſue l.6.q.15.

Quem ille interfecit, subuersis vrbibus eius, vt vouerat. *e* Sunt Deo reddenda, quæ voueris.

e p.1979. *Vocauitque nomen loci illius Horma, id est, anathema.* Vulgata addit *anathema*, ad explicandam vocem hebraicam. Anathema, idem eſt, quod execrandum, exciſione dignum, & ſeparatione, & Deo conſecratum. nam *Hharam*, hebræum, eſt excidere, occidere, corrumpere, perdere; eſt & deuouere, & conſecrare; quia plurima, quæ Deo offerebantur, occidebantur. *f* Impoſitum eſt nomen *Horma*, ei loco ad memoriam internecionis ex voto factæ.

f p.2153.

4 * *Vt circuirent terram Edom.* Ne occaſionem haberent bellandi contra fratres. *g* Tentationum occaſiones vitandæ.

g p.914. *Et tædere cœpit populum itineris, ac laboris.* Actus *h* triſtitiæ, *i* ac acediæ: quem cauſabat labor, *k* & dilatio in aſſequendo bono, quod expectabant, nempe terram promiſſam. *l* Illicita triſtitia, & acedia, quæ à bono opere retrahit.

h p.216. i p.220. k p.227. l p.1657.

5 * *Locutusq; cõtra Deum, et Moysen,* &c. *m* Origo eſt acedia plurimorum peccatorum. Multa enim mala fiunt vel triſtitia impellente, vel vt ipſa vitetur. Malum, quod fecerunt Iſraelitæ fuit, *n* Querimonia iniuſta, *o* & peccatum ingratitudinis, *p* & detractionis. *q* Ingratitudinis actus eſt, Beneficium quaſi maleficiũ reputare, *Cur eduxiſti nos,* &c. *r* &, Vituperare beneficium, *Nauseat anima nostra super cibo istu leuissimo.*

m p.1658. n p.2154. o p.2086. p p.1898. q p.2092. r p.2091.

6 * *Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos serpentes,* &c. Docemur 1. *s* Conſequi pœnam ad peccatum. 2. *t* Iuſto delicto læſum pœna cõpenſari. 3. *u* Deum eſſe vindicem, ac vltorem male agẽtium. 4. *x* Etiam multitudinem eſſe puniẽdam, cum contingit multitudinem peccare. 5. *y* Prõ culpę quãtitate pœnas licitas eſſe. *Ignitos serpentes.* Ardorem morſu inferentes quaſi ignis. Vel, Ignis ſcintillas emittentes.

s p.1279. t p.1729. u p.25. x p.2101. y p.2104.

7 * *Ad quorum plagas, & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen,* &c. *z* Congruum eſt pro noſtris neceſſitatibus Sanctos ad intercedendum Deo aduocare, *Ora, vt tollat à nobis serpentes.*

z p.1928. *Peccauimus; quia locuti sumus,* &c.

Doce-

Digitized by Google

a p. 781. Docemur 1. *a* Pœnitentiam agẽdam esse,
b p. 784. vt peccatorum remissio recipiatur. 2. *b* Solere timorem seruilem suppliciorum re-
c p. 803. trahere homines à peccatis. 3. *c* Veram pœnitentiam confessionem ipsam peccatorum includere, cum oportuerit, excusationes excludere.

Orauitq; Moyses pro populo. Indicatur
d p. 2346. 1. *d* Moysis mansuetudo, qui non irascitur
e p. 1532. in populum, sed orat pro illo. 2. *e* Charitatem ad inimicos se extendere. quatenus esse animo parati tenemur ad diligendos actu inimicos, & ad benefaciendum illis, si occurrat necessitas. 3. Amicitiæ actum
f p. 1569. esse *f* beneuolentiam, *g* & beneficentiam.
g p. 1594, 1605, 1606. 4. *h* Charitatis actum esse, misericordiam.
h p. 1603. 5. *i* Non solum pro nobis, sed pro alijs etiã
i p. 1932. orandum esse & iustis, & iniustis, & amicis, & inimicis nostris. 6. K Posse temporalia ad finem honestum peti. vt fuit sanitas à morsu serpentium.

* *Et locutus est Dominus ad eum*, &c. 8
l p. 55. Intelligimus ex his 1. Deum *l* exorabilem, 9
m p. 53. *m* & benignum, *n* & misericordem, *o* &
n p. 56. beneficum, *p* & prouidum esse. 2. *q* Dispo-
o p. 54. suisse Deum multa non nisi petentibus
p p. 23. elargiri.
q p. 1927. * *Vnde dicitur in libro bellorum Do-* 14
mini: Sicut fecit in Mari rubro, &c. Lo- 15
cus est valde obscurus: opus est cóiecturis. Nobis illa probatur. Peruenerant Israelitæ ad Amorrhæos: probabile est, hostes exisse obuiam, & persecutos fuisse Israelitas; hos autem non potuisse euadere propter scopulos, & torrentes Arnon, qui op-
r p. 310. posiți fugam impediebant; *r* proinde renouasse Deum miraculum maris rubri; torrentes, & scopulos suo recessu Israelitis viam præbuisse. Innuere hoc miraculum videtur Dauid illis verbis: Mõtes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouiũ. Ita Israelitę euadentes, requieuerũt, id est,
† *Vide c.* 4983. castrametati sunt in † Ar. Liber bellorum Domini non extat, sicut nec multi alij, qui in sacris Scripturis citantur. Materia eius libri videntur fuisse bella, quæ Deus pro Israelitis gessit conterendo eorum persecutores, vt contriuit in Mari rubro exer-
s p. 23, 380, 899. citum Pharaonis. *s* Innuitur peculiaris Dei prouidentia erga Israelitas, & diuina protectio.

* *Ex eo loco apparuit puteus, de quo lo-* 16
cutus est Dominus, &c. Sensus, quem pro- 17
babiliter conijcimus, ille est: Ex Ar per- 18
uenerunt Israelitæ in locum, vbi nõ erant aquæ. Iubet Deus congregari populum, & Moysen cum principibus populi suis virgis percutere terram. Effoditur miraculosè puteus, & aquam præbet. Quare cecinit præ lætitia populus: Ascendat puteus, &c.
t p. 310. Innuitur *t* miraculum, *u* & Dei prouiden-
u p. 23, 380. tia, *x* ac beneficentia.
x p. 54. * *Obsecro vt transire mihi liceat per* 22
terram tuam. *y* Innuit ad beneficentiam, y p. 1594.
amicitiæ effectum.

Non declinabimus in agros, & vi-
neas, &c. Docet, *z* Non esse aliena sui ripienda. z p. 1860.

23 * *Qui concedere noluit*, &c. *a* Inhuma- a p. 2434.
nitas, *b* & obduratio contra misericordiã. b p. 2166.

Quin potius exercitu congregato, &c.
c Iniustum bellum. c p. 1675.

24 * *A quo percussus est in ore gladii*, &c.
Docemur 1. *d* Esse posse iustum bellum. d p. 1676.
2. *e* Licere inuasorem interficere ad tuendam vitã: si inuasus in se defendendo æqui
e p. 1849. modi limites non excedat. 3. *f* Licitum
f p. 2095. esse iniurias vlcisci ad remouendum nocumenta. 4. † Esse ius gentium, *Possessa*
† p. 1784. *est terra illius.*

25 * *Habitauit in vrbibus Amorrhæi, in*
26 *Hesebon scilicet, et viculis eius.* Hesebon
27 fuit Moabitarum, deinde Amorrhæorũ,
28 postremo Israelitarum, à tribu Ruben,
29 Leuitis tradita, c. 5053. Hæc historia
30 traditur hoc in loco. *Dicitur in Prouer-*
31 *bio.* Vulgata cantilena, c. 2124. *Aedificetur, & construatur ciuitas Sehon*; &c. Possideat illam Sehon. Inde excurrens Sehon incendit Ar Moabitarum, & debellauit Moabitas, quorum Deus erat Chamos. *Iugum ipsorum disperiit*, &c. Perijt dominium Moabitarum. Iugi impositio symbolũ est præcipientis, ac mandantis, Act. 15. 10. *Lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba.* In has vrbes è fuga se receperunt.

32 * *Misit Moyses qui explorarent Iazer.* g Actus prouidẽtiæ, *h* & Cautionis. Iazer, g p. 1759.
vrbs Amorrhæorum, ad solis occasum h p. 1761.
trãs Iordanem, distans ab Hesebon quindecim millibus, Adrich. in Gad n. 24.

33 * *Basan*, Regio fœcundissima trans Iordanem, Adrich. in Manasse n. 23.

Pugnaturus in Edrai. *i* Iniusto bello. i p. 1675.

34 * *Ne timeas eum, quia in manu tua tra-*
didi illum, &c. Docemur 1. K Esse actum k p. 247.
audaciæ timori contrarium, cum malum terribile prosequimur ad bonum obtinendum, *Ne timeas eum.* 2. *l* Audaciæ causam esse spem, *Quia in manu tua tradidi* l p. 248.
illum. 3. *m* Licitum esse aggredi arduam m p. 2213.
ex fiducia, quia adsunt auxilia diuina ad exequendum, *In manu tua tradidi illum.*
4. *n* Esse timorem, quo horret animus pe- n p. 238.
riculũ imminens mali, *Ne timeas.* 5. *o* Illi- o p. 2199.
citum esse timorem, qui diuertit ab ijs, quæ ratio dictat esse prosequenda, *Ne timeas eum*, &c. 6. *p* Frænari timorem pro- p p. 1472.
positione facultatis, & auxiliorum ad pericula vitanda, *Quia in manu tua*, &c.
7. *q* Deum esse Dominum omnium, *Quia* q p. 22.
in manu tua tradidi illum, &c. 8. Esse
35 iustum bellum, * *Percusserunt hunc cum*
filiis suis, &c. 9. *r* Esse ius gentium, *Posse-* r p. 1784.
derunt terram illius.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio mystica.

1 *CHananæus Rex Arad pugnauit cõtra Israel, & victor exsistens, duxit ex eo prædam*, &c. Bella, quę in Scripturis sanctis narrantur ab Israelitis gesta contra Infideles, figuras fuisse bellorum spiritualium, quibus quotidie Christi Ecclesia certat cõtra hostes fidei, ac virtutis; innuit Paulus 1. Cor. 10. 11. & docent Origenes hom. 15. in Iosue, Greg. 23. q. 1. c. 1. & alij Patres in Sylua Alleg. v. Bellare. Ergo
1 *a* Chananæus Rex Arad, est Diabolus.
2 *b* Israel, sunt Fideles. 3. *c* Bellum, sunt tentationes & ipsius Diaboli, & concupiscentiarum nostrarum. 4. *d* Victoria Diaboli, est hominis consensus in peccatum. 5. *e* Præda, sunt effectus peccati, & reatus æternæ pœnæ. * 6. *f* Votum, quo se Israel Domino obligat; est Dolor de peccatis, & propositum satisfaciendi, ac vitandi occasiones peccandi. 7. Vrbium subuersio, *g* est vera Pœnitentia, *h* & sensuum mortificatio, & purgatio vitiorum.

* 2 *Et tædere cœpit populum itineris, ac laboris*, &c. Interpretationem mysticam huius loci ipse Christus nobis indicat Ioan. 3. 14. Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitã æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitã æternam. Ergo * 1. *i* Murmuratores contra Deum, quos tædere cœperat itineris, ac laboris; figuratunt omnes peccatores, quatenus auertuntur à via mãdatorum diuinorum.

* 2. K Serpentes igniti, qui in pœnam murmurationis immittuntur; sunt actus concupiscentiarum, qui à Diabolo excitantur in impijs, *l* permittente Deo in patratorũ scelerum pœnam. Igniti serpentes sunt tum quatenus ardorem excitant concupiscentiarum, tum quatenus, cum adest consensus volũtatis, reum hominem reddunt ignis æterni. 3. *m* Plagæ, *n* ac mortes Israelitarum: peccata sunt, *o* & æterna damnatio. * 4. Quatenus Israelitæ confessi sunt peccatum; *p* Pœnitentiã figurarunt, *q* & Sacramentũ Confessionis. 5. *r* Moysis oratio, significauit sacramentalem Sacerdotis absolutionem, ad quam peccatorũ remissio consequitur. * 6. *s* Serpens æneus, Iesu Christi figura fuit de Cruce pendentis. Serpens enim peccatoris symbolum est, Psal. 57. 5. & 139. 4. Eccli. 12. 13. Christus autem figuram quidem peccatoris assumpsit, quatenus carnẽ mortalem induit, & pœnas in se nostrorum scelerum suscepit. Verus autem serpens non fuit, quia nullum vnquam peccatum fecit.

3 *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eũ, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur.* His verbis multa dogmata mysticè confirmãtur. 1. *a* Iesum Christum esse verum hominem, verum corpus humanum sumpsisse ex stirpe Adæ peccatoris, *Fac serpentem.* 2. *b* Fuisse Christi primum aduẽtum priscis patribus promissum. Promittitur mysticè Moysi, *Fac serpentem æneum*, &c. 3. *c* Christum summa innocentia præditum, & impeccabilem fuisse. Serpens æneus non habet venenum, *Fac serpentem æneum.* 4. *d* Humanũ à Filio Dei corpus passibile assumptum fuisse, *Fac serpentem.* Serpens symbolum peccatoris, vt supra dictum est. Passibilitas pœna peccati. 5. *e* Exhibuisse se Christum verum hominem, verè passiones humanas sustinendo, *Serpentẽ æneum*, vt supra. 6. *f* Passiones humanas Christum non ex vllo peccati debito, sed ex propria voluntate suscepisse. & *g* Passum esse, quia ipse voluit, *Fac serpentem.* Moyses, Christi figura fuit, 1. Cor. 10. & Hebr. 3. Ipse serpentem fecit. 7. *h* Christum Dominum ex Patris obediẽtiã mortuum esse. & Traditum esse in mortem à Patre, *Locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem.* 8. *i* Congruũ fuisse Christum verum Deum in Cruce mori, *Pone eum pro signo.* Sicut Moyses eleuauit serpentẽ, sic exaltari oportet filium hominis, Io. 3. 9. K Infundi nobis gratiam iustificantem ex meritis Christi. &, *l* Christi passionem nostram redemptionem fuisse. &, *m* Liberatos nos esse per Christi passionem à peccato, *Quem cum percussi aspicerent, sanabantur.* 10. *n* Esse fidem necessariam ad salutem. Non sanabantur, nisi qui aspiciebant serpentem, id est, Non saluantur, nisi qui in Christum, & eius mortem credunt. Proinde 11. *o* Ad remissionẽ peccatorum recipiendam necessarium esse motũ fidei. &, *p* Fidei motum dispositionem esse ad pœnitentiam.

16 * 4 *Ex eo loco apparuit puteus*, &c.
17 Puteus, Scripturæ sacræ symbolum est,
18 Cant. 4. 15. ex Gregorio. Aqua, quatenus sitim sedat, sapientiæ, verique symbolum est, quod præcipuum hominis desiderium explet, quod est ad intelligendũ, Psal. 41. 3. Cant. 3. 12. Eccli. 15. 3. Dion. cæl. Hier. c. 2. Quatenus aqua profunditatem, & perspicuitatem habet in puteis, magnã sapientiam significat, Prou. 18. 4. & 20. 5. & 27. 19. Eccli. 24. 41. Isa. 11. 9. Ergo 1. *a* Puteus in deserto, est Scriptura sacra in hac peregrinatione. quæ diuinæ doctrinæ aquam nobis exhibet, necessariæ tum ad credẽdum, tũ ad agendum, vt salui simus. 2. Baculus, ministeriũ significat, Tob. 5. 23. Psal. 22. 4.

a p. 881. b p. 880. c p. 882, 888, 892, 1257. d p. 1266. e p. 1267, 1276. f p. 412, 781, 782, 800, 801, 802. g p. 781. h p. 2257. i p. 1198, 2199. k p. 888, 892. l p. 1281. m p. 1272. n p. 1266. o p. 1283. p p. 781. q p. 779. r p. 778. s p. 544. 1 p. 433, 434. 2 p. 449. b p. 494. c p. 530. d p. 531. e p. 534. f p. 563. g p. 565, 566. h p. 544. i p. 593. k p. 583. l p. 584. m p. 1342. n p. 408. o p. 783. p 1356, 1361.

Digitized by Google

Isa.36.6. Dator legis est Iesus Christus. Principes sunt Prophetæ, Apostoli, Doctores Ecclesiæ. Docemur mysticè Doctrinam fidei, & eius ad nos intelligentiam, Christi, Apostolorum, Doctorum opera deriuari. Confirmari mysticè possunt ea dogmata. 1.*b* Fidem esse donum Dei ex merito Christi. 2.*c* Fidem esse ab Ecclesia tanquam à proponente. 3.*d* Esse hominibus propositionem Ecclesiæ necessariam. 4.*e* Esse à Christo Ecclesiæ ad docendum tributos Apostolos, Doctores, Prophetas. 5.*f* Esse verbi ministros in Ecclesia. 6.*g* Esse doctrinam fidei Decreta sacrorum Conciliorum, & Summorum Pontificum, & communis Doctorum consensus de credendis. Hæc mysticè indicant ea verba: *Puteus, quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis & in baculis suis.*

b p.1351. c p.1353. d p.1354.

21 * 5 *Misit Israel nuncios ad Sehon re-*
22 *gem Amorrhæorum*, &c. *h* De interpre-
23 tatione mystica huius loci dictū est c.20. in allegoria à v.14.

h *Vide sup. c.20.à v.14. list.l.m.n.*

24 * 6 *A quo percussus est in ore gladii; & possessa est terra eius*, &c. Israel, Fidelium figura fuit, Rom.9.5,6,7. Gal.6.16. *i* Bellum gerit Israel contra Amorrhæos, quatenus fidem Christianam prædicando, Gentilium Idololatriam, & errores impugnat. Illas interficit, quatenus veterem vitam, & vitia in illis per fidem, ac Baptismum exterminat. Amorrhæorum terram possidet, quatenus Gentilium Philosophiam in Christianæ religionis vsum, ac seruitium conuertit.

i p.882.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

1. Balac rex Moabitarum missis nunciis cum senioribus Moabitarum & Madianitarum, arcessit Balaam ariolum ad maledicendum populo Dei. 2. Balaam, consulto Deo, respondet se à Deo prohibitum ne cum illis eat. 3. Mittit alios nuncios Balac: & rursum Balaam consulit Deum: permittit Deus ire, modò non aliud loquatur, quàm quod ipse Deus suggesserit. 4. Impedit Angelus iter, apparens primum asinæ, cui Balaam insidebat, deinde ipsi Balaam; cui rursum præcipit ne aliud loquatur, quàm ipse suggesserit. 5. Congreditur Balaam cum Balac: à quo muneribus excipitur, & ad maledicendum Israeli ducitur.

1 PRofectique castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trãs Iordanem Iericho sita est. 2 Videns autẽ Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, 3 & quòd pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre nõ possent, 4 dixit ad maiores natu Madian: Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quo modo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab. 5 Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorũ Ammon, vt vocarent eum, & dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me. 6 Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere & eijcere eum de terra mea. noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. 7 Perrexeruntque seniores Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretiũ in manibus. Cumq; venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac: ille respondit: Manete hic nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit Dominus. Manentibus illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum: 9 Quid sibi volũt homines isti apud te? 10 Respondit: Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, 11 dicens: Ecce populus qui egressus est de Ægypto, operuit superficiẽ terræ: veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum. 12 Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo: quia benedictus est. 13 Qui manè consurgens dixit ad principes: Ite in terrã vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum. 14 Reuersi principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiscũ. 15 Rursum ille multò plures & nobiliores quàm antè miserat, misit. 16 Qui cùm venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cunctẽris venire ad me: 17 paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi: veni, & maledic populo isti. 18 Respondit Balaam: Si dederit mihi Balac plenam domum suã argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar.

Digitized by Google

loquar. 19 Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus. 20 Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerunt homines isti, surge, & vade cum eis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero, facias. 21 Surrexit Balaam manè, & strata asina sua profectus est cum eis. 22 Et iratus est Deus. Stetitq; angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. 23 Cernens asina angelum stantem in via, euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, 24 stetit angelus in angustijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. 25 Quem videns asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: 26 & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiare, obuius stetit. 27 Cumq; vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis. qui iratus, vehementiùs cædebat fuste latera eius. 28 Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce iam tertiò? 29 Respondit Balaam: Quia commeruisti, & illusisti mihi: vtinam haberem gladium, vt te percuterem. 30 Dixit asina: Nonne animal tuum suum, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentem diem? dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait: Nunquam. 31 Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitq; eum pronus in terram. 32 Cui angelus: Cur, inquit, tertiò verberas asinã tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq; contraria: 33 & nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. 34 Dixit Balaam: Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. 35 Ait angelus: Vade cum istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Iuit igitur cum principibus. 36 Quod cùm audisset Balac, egressus est in occursum eius, in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. 37 Dixitque ad Balaam: Misi nuncios vt vocarem te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo? 38 Cui ille respondit: Ecce adsum: nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? 39 Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem, quæ in extremis regni eius finibus erat. 40 Cumque occidisset Balac boues & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. 41 Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

Interpretatio litteralis.

VIdens *autem Balac filius Sephor*, &c. Indicatur actus astutiæ, quod est peccatum prudentiæ oppositum. Vtitur astutia prudẽtiæ artificio, sed simulato, quatenus est ad finem malum. 1. *a* Præteritorum memoria ad prudentiam requiritur. Hanc exhibet Balac pro sua astutia, *Videns Balac omnia, quæ fecerat Israel Amorrhæo*, &c. 2. *b* Ratiocinatio ad prudẽtiam requiritur. vt ratiocinando fiant notiora, quæ consultantur. Ratiocinatione vtitur Balac, *Ita delebit hic populus omnes*, &c. 3. *c* Requiritur & prouidentia; quæ est ordinatio aptorum mediorum ad finem. Ordinat Balac ad perdẽdum Israel, maiores natu Madian, & Moab, & legatos ad Balaam, &c. 4. *d* Consilium ante omnem electionem adhibendum. Id agit Balac coram senioribus Madian.

Ita delebit hic populus omnes, &c. *e* Timorem excitat propositione periculi imminentis mali.

Quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. *f* Symbolum extremæ calamitatis, quæ contingere populis solet in bellis.

Ad Balaam filium Beor ariolum. 2. Petri 2.15. habentur hæc verba: Derelinquentes rectã viam errauerunt, sequentes viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. Ex his conijcimus Balaam fuisse prophetam falsum: nam vulgata illum appellat Ariolum, id est, diuinum. Prophetarum nomen in sacris Scripturis habent & falsi prophetæ, Hierem. 23.17. & 28.12. Ezech. 14.9. Thren. 2.9. & diuini. Cyrill. & Leon. apud Maldonatum in Ioan. 9.17. Diuinare ergo solebat Balaam tum dæmonum suggestione, qui multa nobis incognita naturaliter norunt, sagaciori scientia præditi: tũ Dei inspiratione; vt Ioseph diuinabat. Ita Deus vsus est apud Gentiles

a *p.* 1754.
b *p.* 1758.
c *p.* 1759.
d *p.* 1723.
e *p.* 238.
f *p.* 1675, 1676.

Digitized by Google

Sybillis ad prædictionem futurorum aliquorum. In textu hebræo nō est *Ariolum*, sed פתור *Petharah*. Chald. vertit, Misit nuncios ad Balaam filium Beor in Petor Syriæ, quæ est iuxta Euphratem.

* *Maledic populo huic, quia fortior me* 6
h p.1903. *est.* *h* Maledictio est, per quam pronunciatur malum contra aliquem, intendendo illud, vel imperando, vel optando. Est illicita, cum quis imperat, vel optat malum alterius vt illi malum est.

i p.1731. * *Perrexerunt seniores Moab*, &c. *i* In 7
k p.1724. impiam maledictionis actionem consentiunt, quod non erat faciendum. *k* Acquiescunt improbo Regis consilio.

* *Manete hic nocte, & respondebo*, &c. 8
l p.1723. Docemur ex hoc facto 1. *l* Consilium ante
m p.1726. omnem electionē adhibendum. 2. *m* Deliberationem debere non esse præcipitem;
n p.1728. *Manete hic nocte.* 3. *n* Maturam esse deliberationem debere.

o p.684. *Venit Deus, & ait ad eum*, &c. *o* Reuelationes propheticæ sunt à Deo. Apparuit Balaam Angelus loco Dei, specie an externa? an imaginaria?

* *Noli ire cum eis, neque maledicas po-* 12
p p.1731. *pulo.* Habes 1. *p* Non esse in malam actio-
q p.1903. nem consentiendum. 2. *q* Aliquas maledictiones illicitas esse.

* *Ite in terram vestram, quia prohibuit* 13
r p.2066. *me Dominus venire vobiscum.* *r* Innuit esse in omnibus Deo parendum.

* *Rursum ille multò plures, ac nobilio-* 15
s p.1759. *res, quàm ante miserat, misit.* *s* Actus prouidentiæ.

* *Ne cunctéris venire ad me*, &c. 16
t p.163. *t* Consilium, *u* sed improbum. 17
u p.1724. * *Si dederit mihi Balac*, &c. *x* Indicat 18
x p.2066. Deo parendum.
y *Vide supra* * *Obsecro vt hic maneatis*, &c. *y* vt su- 19
n.8. *lit. l, m, n.* pra v.8.

* *Ita duntaxat, vt quod tibi præcepero,* 20
z p.2066. *facias.* Indicatur 1. *z* Obediendum esse
a p.2062. Deo. 2. *a* Obedientiæ obiectum esse præ-
b p.1761. ceptum. 3. *b* Cautione vtendum.

* *Et iratus est Deus.* Hebr. *Et iratus est* 22
Deus eo quod abiisset. Deus ire illum permiserat: cur irascitur? Tum quia non sunt agenda, quæ Deus permitrit, sed quæ scimus eum velle. Tum quia impius Balaam, allectus mercede, mutauit intentionem, & ibat ad maledicendum, contra Dei vo-
e p.25. luntatem. *c* Habes Deum vindicem esse male agentium. Ira, symbolum vltionis.

Stetit Angelus Domini in via contra
d p.116. *Balaam*, &c. Docemur 1. *d* Angelos esse,
e p.121. *Stetit Angelus.* 2. *e* Angelos cognoscere singularia, *Stetit in via cōtra Balaam*, &c.
f p.119. 3. *f* Moueri Angelos de loco ad locum, *Stetit in angustiis duarum maceriarum.*
g p.344. 4. *g* Angelos ad homines mitti, *Stetit Angelus contra Balaam. Ego veni vt aduersarer tibi.* 5. *b* Solere Angelos visibili spe-
h p.346. cie hominibus apparere, * *Aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelū*, &c. 31
6. *i* Prophetias reuelationes sæpè fieri
i p.685. mediantibus Angelis, *Vade cum istis, & caue ne aliud quam præcepero*, &c. 7. K Solere Angelorum ad homines locutionem
k p.1011. esse, *Cui Angelus: Cur, inquit, tertiò*, &c. 8. *l* Congruum esse à male agendo pœna-
l p.1293. rum comminatione deterrere, * *Nisi asi-* 33
na declinasset, te occidissem. 9. *m* Pro
m p.2104. culpæ quantitate pœnas licitas esse, *Te*
occidissem. * 10. *n* Timorem esse passio- 23
n p.238. nem, qua horret appetitus periculum im- 25
minens mali, *Cernens asina Angelum* 27
stantem in via, euaginato gladio, auertit se de itinere. 11. *o* Esse iræ actum etiam
o p.250. contra bestias, *Quam cum verberaret Balaam. Cædebat fuste latera eius. Vtinam haberem gladium, vt te percuterem.*
p p.310. * *Ape-* 28
ruit Deus os asinæ. 13. *q* Licere alijs, quàm
q p.1958. Deo adorationem, vt Dei perfectionem participātibus, exhibere, * *Adorauit An-* 30 31
gelum pronus in terram. 14. *r* Correctio-
r p.1629. nem fraternam exhibendam esse, * *Ego* 32
veni vt aduersarer tibi. 15. *s* Correctio-
s p.2103. nem fraternam, quæ fit per delinquentis punitionem, ad solos superiores pertinere, *Te occidissem.* 16. *t* Pro culpę quantitate
t p.2104. pœnas licitas esse, *Te occidissem.* 17. *u* Li-
u p.2095. citum esse iniurias vlcisci, ad remouēdum nocumenta, *Te occidissem.* 18. *x* Superioris esse, subditorum malefacta pœnis
x p.2099. compensare, *Ego veni vt aduersarer tibi. Te occidissem.* 19. *y* Pœnitentiam agendā
y p.781. esse, vt peccatorum remissio recipiatur,
* *Peccaui.* 20. *z* Veram pœnitentiam, 34
z p.803. cum oportuerit, confessionem ipsam peccatorum includere, *Peccaui.* 21. *a* Licere
a p.1803. vnicuique ius suū tueri, se apud Iudicem defendendo, *Peccaui. nesciens, quod tu stares contra me.* 22. *b* Ignorātiam excusare,
b p.1250. ac non esse peccatum, cum omnino voluntatē tollit male agendi. &, *c* Non esse vo-
c p.1053. luntarium, quod omnino est ignoratum, *Peccaui, nesciens quod tu stares cōtra me.* 23. *d* Compescī iram in alijs, petitione veniæ, & ignorantię confessione, *Peccaui, ne-*
d p.251, 2367. *sciens, quod tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar.*
* 24. *e* Esse in omnibus diuinæ voluntati 35
e p.2066. parendum, *Caue ne aliud quàm præcepero* 36
tibi loquaris. * 25. *f* Exhibenda esse erga viros excellentes officia, obseruantiam, & cultum, *Egressus est in occursum eius*, &c.
f p.2053. 37
* 26. *g* Esse interdum querimonias inter 38
g p.2154. amicos, *Cur non statim venisti ad me?* &c.
* 27. *h* Exhibenda esse officia verborum
h p.2138. amicis, *Ecce adsum*, &c. 28. *i* Teneri ho-
i p.2066. minem in omnibus diuinis præceptis obedire, *Nunquid loqui potero aliud quā quod Deus posuerit in ore meo?* 29. K Illicitū esse
k p.2113. mēdaciū, *Nunquid loqui potero aliud*, &c.

* 30.

Digitized by Google

l p.2139. * 30. *l* Exhibēda esse amicis officia factorum, *Misit ad Balaam, & ad principes, qui cum eo erant, munera.* * 31. *m* Esse media prouidenda, quæ apta censentur ad finem, *Duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.* Is locus, quia sacer idolo Baal, & inde habebatur prospectus ad populum Israeliticum, visus est Balac aptus ad maledicendum populo. *Excelsum*, Altare, sacellum, quod in sublimi loco extruebatur.

m p.1759.

Interpretatio mystica.

a 2.Pet. 2. 14,15,16. AD mysticam huius historiæ interpretationem adytū nobis aperit *a* S. Petrus, qui falsa docentes, & ad scelera pellicientes imitatores ait esse Balaam. *Pellicientes*, inquit, *animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filii: dereliquentes rectā viam errauerunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Correptionem verò habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam.*

Indicat ergo Petrus figuram fuisse Balaam doctoris iniqui, cupidi, falsa docētis, peccata suadentis. Tales fuerunt Philosophi Gētiles. qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, sceleratè viuentes, idola colentes, Ecclesiam persequentes. Quamquam multa verè de Deo, & de humana felicitate, & de virtutibus dixerunt: vt Balaam multa verè prophetauit. Quorum doctrina vtitur Ecclesia, ad suos hostes debellandos; sacram fidei Christianæ doctrinam ostendens à ratione naturali non esse discrepantē. Talis doctor fuit Caiphas, qui verè de Christo Domino dixit: Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. dixit tamen plenus auaritia, & odio, & dolo. Tales sunt Hæretici, qui inter falsa, quæ docent, miscent aliqua vera. quibus vtitur Ecclesia ad Hæreticorum falsitatē conuincendam. Tales sunt aliqui è Catholicis Doctoribus: qui dicunt, & non faciunt. qui quod verbis ædificāt, destruunt exemplo.

Ex his illa mysticè confirmari possunt.

1 *a* Bellum esse in hoc mundo inter Ecclesiam, & hostes Christi, * *Videns Balac omnia, quæ fecerat Israel Amorrhæo*, &c. a p.882.

2. *b* Ecclesiam falsis doctrinis à Iudæis, ab 7 Hęreticis, à Gētilibus impugnari. * *Perrexerunt seniores Moab, & maiores natu Madian*, &c. b p. 883, 884, 885, 886.

3. *c* Esse mendaciū grauissimū in doctrina religionis mentiri. * *Non potero immutare verbū Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar.* c p.2115. 18

4. *d* Fidem Christianam certissimam, & infallibilem esse. nititur enim verbo Dei, *Non potero immutare verbum Domini.* d p.1368.

5. *e* Ecclesiam à Deo protegi, * *Stetit Angelus Domini in via*, &c. e p.899, 902, 1394. 22

6. Ecclesiæ vniuersalis fidem non posse deficere. * *Neque maledicas populo: quia benedictus est.* 12 23

7. *f* Sapientia, & scientia certiorem esse fidem, *Cernens asina Angelum stantem in via*, &c. Asina videns Angelum, quem non videbat Balaam, symbolum est simplicitatis christianæ, quæ captiuat intellectum in obsequiū fidei. * f p.1374. 33

8. *g* Tribulationibus iustos probari, ac perfici. & vexationem dare intellectum. Percussa asina, Balaam Angelū videt. attrito corpore, solet mens euigilare. g p.895. *Rup. 1. f. Iudicum 3.*

9. *h* Frænandas esse concupiscentias, & à delectationibus abstinendum, vt contemplationi vaces, & rebus diuinis. Cęsa asina, *Protinus aperuit Dominus oculos Balaam.* h p.2257, 2270. *Greg. apud Gloss.*

10. *i* Vocatas fuisse Gentes ad fidē, Iudęis in cæcitate relictis vsque ad finem mundi. & *k* Deum stulta eligere, vt fortia quęque confundat. Asina, quæ Angelum vidit, Gentiles figurauit, ex Greg. & Orig. sententia in Sylu. Alleg. v. Asina. i p. 1429, 1431, 1432. *k Augustin. Num. q. 50. Greg. 3. Pastor. adm. 13.*

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

S V M M A.

Ter Balac Rex vrget Balaam ad maledicendum populo Israelitico, idq; sacrificiis nititur obtinere. Sed Dei iussu, & afflatu diuino Balaā benedictionem pro maledictione pronunciat.

1 DIxitque Balaam ad Balac: Ædificą mihi hic septē aras, & para totidem vitulos, eiusdemq; numeri arietes. 2 Cumq; feciſſet iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. 3 Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustū tuum, donec vadam, si fortè occurrat mihi Dominus, & quodcūque imperauerit, loquar tibi. 4 Cumq; abijsset velociter, occurrit illi Deus. Locutusq; ad eū Balaam: Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. 5 Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait: Reuertere ad Balac, & hæc loquere.

6 Reuer-

Digitized by Google

6 Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum: 7 assumptaque parabola sua, dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: Veni, inquit, & maledic Iacob: propera, & detestare Israel. 8 Quo modo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur? 9 De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. 10 Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiat nouissima mea horum similia. 11 Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te: & tu econtrario benedicis eis. 12 Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? 13 Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. 14 Cùmque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulo atque ariete, 15 dixit ad Balac: Sta hìc iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam. 16 Cui cùm Dominus occurrisset, posuissetq; verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei. 17 Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dominus? 18 At ille assumpta parabola sua, ait: Sta Balac, & ausculta, audi fili Sephor: 19 Non est Deus quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? 20 Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. 21 Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. 22 Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. 23 Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus. 24 Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædã, & occisorum sanguinem bibat. 25 Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. 26 Et ille ait: Nonne dixi tibi, quod quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem? 27 Et ait Balac ad eum: Veni, & ducam te ad alium locum: si fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. 28 Cumq; duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, 29 dixit ei Balaam: Ædifica mihi hìc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemq; numeri arietes. 30 Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

Interpretatio litteralis.

a *p.*859. AHabes 1. *a* Fuisse in lege naturæ suas in Dei cultum cęremonias, *Ædifica septem aras*, &c. 1 14 29

b *p.*844, 1961. 2. *b* Oportere aliqua specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei, *Ædifica septem aras, para totidem vitulos*, &c. 2

c *p.*1918. 3. *c* Exteriores corporis actus conuenienter in cultũ exhiberi Deo, *Imposuerunt simul vitulum & arietem super aram.* 3

d *p.*1919. 4. *d* Materialia, & sensibilia quædam conuenienter in cultũ dicari Deo, *Ædifica septem aras.* 4

e *p.*1960. 5. *e* Congruam esse adorationem etiã exteriorẽ Deo exhibere, *Imposuerunt simul vitulum, & arietem super aram.* 5

f *p.*1962. 6. *f* Externam adorationem esse sacrificium, *Imposuerunt vitulum, & arietem super aram.* 6

g *p.*1926. 7. *g* Esse Deo cultũ exhibendum oratione. 7

h *p.*1927. & *h* oratione vtendum, vt impetres. * *Sta paulisper iuxta holocaustum tuum, donec vadam, si forte occurrat*, &c. q.d. Sacrificio preces associa: ego etiam eo ad precandum. 8. *i* Esse consilium ante omnem electionem adhibendum, *Donec vadam* (ad consilium petendũ à Deo) *si forte occurrat mihi Dominus*, &c. 9. *k* Esse in omnibus 3 14 15

i *p.*1723. Dei iussis obtemperandũ, * *Quodcumque imperauerit, loquar tibi.* 10. *l* Consectandam esse veracitatem, *Quodcumque imperauerit, loquar.* 11. *m* Celeritatẽ adhibendam esse in exequendis ijs, quæ sunt à ratione rectè cõsultata, & definita. *Cumq; abiisset velociter.* 12. *n* Esse in Deo prouidentiam, *Occurrit illi Deus.* 13. Orationi mentali congruum esse locum solitarium, *Vadam.* 14. *o* Prophetas reuelationes esse à Deo, * *Dominus posuit verbum in ore eius.* 15. *p* Prophetas falsos interdum à Spiritu sancto inspirari ad verũ enunciãdum, * *Dominus posuit verbum in ore eius. Assũpta parabola sua, dixit*, &c. Parabola, obscura oratio, aliud significãs, quàm

k *p.*2066. l *p.*2108, 2109. m *p.*1732. n *p.*23. o *p.*684. p *p.*688.

Digitized by Google

quàm primo aspectu videatur, can. 1973.
q p.887. 16. q Sæpè à malis hominibus tentationes contingere, *Veni, maledic Iacob.*
r p.1903. 17. r Maledictionem aliquam illicitã esse, *Veni, maledic Iacob*, &c. * *Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus*, &c. 8
s p.2066. 18. s Deo in omnibus parẽdum. *Quomodo*
t p.1572. *maledicam*, &c. 19. t Nostram voluntatem cum diuina esse conformandam, *Quomodo maledicam, cui non maledixit*
u p.1760. *Deus?* &c. 20. u Esse pro recta actione considerandas circũstantias, * *De summis* 9
silicibus videbo eum, &c. Erat Balaam in mõtis cacumine. eum locum ait sibi commodum esse ad considerandum Israelem.
x p.1124, 1126. 21. x Populum Israeliticum ab alijs gentibus fuisse à Deo distinctum vera religione, ritibus, ac legibus, *Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur.*
y p.320. 22. y Hominum ex hominibus generationẽ esse, * *Quis dinumerare possit pulverem* 10
Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Pulvis, magnæ multitudinis symbolum,
z p.644. c.7183. 23. z Esse iustos homines in Ecclesia, *Moriatur anima mea morte iustorum.*
a p.928. 24. a Contingere beatitudinem aliquam
b p.944. in hac vita. & b Bonos interdum in hac vita prosperè agere, in præmium bonæ actionis. Hanc beatitudinem appetit Balaam, vt innuunt ea verba, *Moriatur ani-*
c p.953. *ma mea*, &c. 25. c Decedentes cum iustitia, æternæ felicitatis participes esse. Id etiam significant ea verba, *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant novissima mea horum similia.* 26. Actum
d p.200. esse d desiderij, e ac spei, *Moriatur*, &c.
e p.234. 27. f Esse querimonias, * *Quid est hoc,* 11
f p.2154. *quod agis?* &c. 28. g Astutiæ actum esse,
g p.1769. * *Veni mecum in alterum locum*, &c. 13
h p.47. 28. h Esse Deum veracem, * *Non est Deus* 19
i p.12. *quasi homo, vt mentiatur.* 29. i Esse Deum immutabilem, *Non est Deus vt filius hominis, vt mutetur.* Filius hominis, homo,
k p.372. c.8246. 30. k Hominem peccabilem esse, *Non est Deus vt homo, vt mentiatur.*
l p.43. 31. l Deum sãctum, & impeccabilem esse,
m p.7. *Non est Deus*, &c. 32. m Idolum esse, falsoq; haberi Deum, quidquid vt Deus colitur, præter vnum Deum. * *Non est* 21
idolum in Iacob, &c. Hebr. Non est vanitas, iniquitas in Iacob, nec videre fecit laborem in Israel. Vanitatem pro idolo posuit, quod est vanus deus. Ideo vulgata vertit idolum. Potest ex hebræo etiam
n p.1279. doctrina sequens elici. 33. n Consequi pœ-
o p.1799. nas ad peccatum. & o Ius diuinum delicto læsum, pœna compensari, *Non est iniquitas in Iacob, nec labor* (pœna) *in Israel*,
p p.380, 899. ex Hebr. 34. p Pios à Deo protegi, *Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoria regis cum illo.* Ita Deus Israelem protegit, vt semper eũ de hostibus victoriam reportare faciat. Regem appellat Deum antonomasticè. Chald. *Verbum Domini Dei sui est in adiutorium eorum: & maiestas regis sui est inter eos.* 35. q Esse in Deo q p.54.
22 beneficentiam. * *Deus eduxit illum de Aegypto.* 36. Esse in Deo potentiam, cuius symbolum Rhinoceros, *Cuius fortitudo similis est rhinocerotis.* Rhinoceros, animal quadrupes, habens in naribus cornu recuruum, c.4593. 37. r Diuinationem, r p.2013,
quæ fit tacita, vel expressa dæmonum in- 2014, 2015.
uocatione, illicitã esse, *Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel.* Auguriũ ex animaliũ motu, & cantu accipiebatur.
38. s Fidem diuinam esse, t & reuelationes s p.1316.
23 Dei, * *Temporibus suis dicetur Iacob &* t p.684.
Israeli quid operatus sit Deus. Cum oportet, & congruum tempus est, reuelat Deus Ecclesiæ mysteria fidei, & futura.
24 39. u Esse prophetias futurorũ, * *Ecce po-* u p.420.
pulus vt leæna consurget, &c. Prædicuntur victoriæ israeliticæ in ingressu terræ promissionis. Leæna, leo, ferocis in hostes Principis, & exercitus symbolum, c.6437.
40. x Præclarã fortitudinem in bellis iustis x p.2188.
cerni, *Ecce populus vt leæna cõsurget*, &c.
41. Actum esse pertinaciæ in agendi proposito perseuerare plus quàm oportet. vt facit Balac, adhuc maledictionem procurans in populum Israeliticum contra Dei
27 voluntatem, * *Veni, & ducam te*, &c.

Interpretatio mystica.

1 *Ædifica mihi hic septem aras.* a Septẽ a p.883, 892.
aræ erectæ contra populum Israeliticum, & ad maledicendum; videntur significare & septem vitia capitalia, quæ pugnant contra viros sanctos, erectæ ad sacrificiũ nequitiæ, iustitiæ sacrificio contrarium. & errores Hæreticorum contra septẽ Ecclesiæ Sacramenta. Pugnant enim contra Ecclesiam tum vitia, tum errores.

9 * *De summis silicibus videbo eum, et de collibus considerabo illum.* Collis, excellentiæ symbolum est, Isa. 2. 2, 14. & 40. 4. Psal. 35. 7. & Colles, sanctorum hominum symbolum sunt, Genes. 49. 26. ex Glossa. Qui etiam silices summi dici possũt, quatenus similes Christo sunt, cuius symbolũ est Petra, & Mons, Isa. 2. 2, 3. Ergo videre Israelem è summis collibus; est considerare Ecclesiæ militantis sanctitatem, componendo illam cum sanctitate Christi, & sanctorum cum Christo regnantium. Veram enim cum sanctis cælestibus similitudinem habet ratione gratiæ, ac iustitiæ, quæ est in Ecclesiâ. b Est enim Ecclesia b p. 629.
militans sancta. c Sunt homines iusti in c p. 644.
Ecclesia.

Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Solus. Hebr. *Lebadad*, Solitariè, tutò. d Innuitur mysticè, In sola d p. 628.
Ecclesia salutem esse, & veram fidem

* *Quis*

Digitized by Google

* *Quis dinumerare poſſit puluerem Iacob, & noſſe numerum ſtirpis Israel?* Innuit myſticè *e* Eccleſiam Catholicam eſſe. & *f* Magnã ſemper in Eccleſia fuiſſe Fidelium multitudinem. 10

* *Non eſt idolum in Iacob, nec videtur ſimulacrum in Israel.* Idolum eſt, quod vt Deus colitur, cum Deus non ſit. Idoli rationem habent tum falſa dogmata, quatenus diuini dicti veritatem non habent: tum bona creata, quatenus ab impijs magis amantur, quàm Deus: *g* Eccleſiæ doctrina falſi omnino nihil admittit; *h* & docet diligi Deum ſuper omnia. 21

* *Ecce populus vt leæna conſurget, & quaſi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædã, & occiſorũ ſanguinem bibat.* Duo myſticè ſignificantur. 1. *i* Eccleſiæ toto mundo obſiſtente perſeuerantia. Leo ſymbolũ eſt fortitudinis. 2. *k* Iuſtificatio, & morum renouatio, quam in mũdo ſemper peperit fides Chriſtiana. Vetus homo per iuſtificationem occiditur. Caro manducatur, & ſanguis bibitur, quatenus peccatores per fidem, & gratiam Eccleſiæ vniuntur, & eius membra efficiũtur. Ideo fuit Petro dictum, Macta, & manduca, Act. 11. 7. vid. c. 5749. 24

e p. 630.
f p. 1396, 1397.
g p. 1367, 1368, 1369.
h p. 1538.
i p. 1394.
k p. 1398, 1400.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Pergit Balaam benedicere populo Israel: Deo benedictionem inspirante.

Vmque vidiſſet Balaam quòd placeret Domino vt benediceret Iſraeli, nequaquam abijt vt antè perrexerat, vt augurium quæreret: ſed dirigens cõtra deſertum vultum ſuum, 2 & eleuans oculos, vidit Iſrael in tentorijs commorãtem per tribus ſuas: & irruente in ſe ſpiritu Dei, 3 aſſumpta parabola ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus eſt oculus: 4 dixit auditor ſermonũ Dei, qui viſionem Omnipotentis intuitus eſt, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius: 5 Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael! 6 Vt valles nemoroſę, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quaſi cedri prope aquas. 7 Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. 8 Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Deuorabunt gentes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent, & perforabunt ſagittis. 9 Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus, qui maledixerit, in maledictione reputabitur. 10 Iratuſq; Balac contra Balaam, complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus è contrario tertiò benedixiſti: 11 reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, ſed Dominus priuauit te honore diſpoſito. 12 Reſpondit Balaam ad Balac: Nonne nuncijs tuis, quos miſiſti ad me, dixi: 13 Si dederit mihi Balac plenam domũ ſuam argenti & auri, nõ potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo, ſed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar? 14 Verumtamen pergens ad populum meum, dabo conſilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. 15 Sumpta igitur parabola, rurſum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus eſt oculus: 16 dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam Altiſſimi, & viſiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. 17 Videbo eum, ſed non modò, intuebor illum, ſed non propè. ORIETVR STELLA ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael: & percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth. 18 Et erit Idumæa poſſeſſio eius: hereditas Seir cedet inimicis ſuis: Iſrael verò fortiter aget. 19 De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. 20 Cumq; vidiſſet Amalec, aſſumens parabolam, ait: Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdẽtur. 21 Vidit quoque Cinæum: & aſſumpta parabola, ait: Robuſtum quidem eſt habitaculum tuum: ſed ſi in petra poſueris nidum tuum, 22 & fueris electus de ſtirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Aſſur enim capiet te. 23 Aſſumptaq; parabola iterum locutus eſt: Heu, quis victurus eſt quando iſta facict Deus? 24 Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. 25 Surrexitque Balaam, & reuerſus eſt in locum ſuum: Balac quoque via, qua venerat, redijt.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

CVmque *vidisset Balaam, quod placeret Domino*, &c. Theologia huius capitis ea est. 1. *a* Charitatis actum esse, Suam cum diuina voluntatem cõformare, *Cum vidisset Balaam quod placeret Domino*, &c. 2. *b* Actũ virtutis esse alijs benedicere, id est, verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari, *Cum vidisset quod placeret Domino vt benediceret Israeli*. 3. *c* Superstitionis actum illicitũ esse diuinationem, *Nequaquam abiit, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret*. 4. *d* Prophetiã esse à Deo. * *Irruente in se spiritu Dei, assumptaque parabola ait*, &c. 5. *e* Communicari à Deo aliquibus solere prophetiæ donum, gratiã gratis datam. quo dono habetur cognitio futurorum contingẽtium, quæ solus Deus potest cognoscere, *Irruente in se spiritu Dei*, &c. 6. *f* In visione prophetica, quę per formas fit imaginarias, abstractionem à sensibus contingere per somnium. Hanc abstractionem se pati solitum indicat Balaam his verbis: * *Dixit homo, cuius obturatus est oculus* (nempe dormiendo) *qui cadit* (iacens somno) *& sic aperiuntur oculi eius* (vt Dei visionem imaginatione, ac mente videat.) Colligitur hic sensus ex versione LXX. & Chald. Sic LXX. *Qui visionem Dei vidit in somnis, aperti oculi eius.* Chald. *Qui visionem à facie omnipotentis Dei videt, cadens, & reuelatur ei.* 7. *g* Deum omnia posse, *Visionem Omnipotentis intuitus est*. 8. *h* Contingere beatitudinem aliquam in hac vita. &, *i* Bonos interdum in hac vita prosperè agere in præmium bonæ actionis. &, *k* Præmia temporalia populo Israelitico fuisse proposita: vt homines imperfecti manuducerentur ad æterna. Hæc significantur per ea verba symbolis plena. * *Quam pulchra tabernacula tua Iacob*, &c. 9. Bonorum prosperitatẽ stabilem esse, *Vt tabernacula, quæ fixit Dominus*. 10. *l* Felicitatem aliquam esse generis propagationem, & multitudinem gentis, *Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas*. Aqua, quatenus eius est copia, multitudinis, ac populi symbolum est, Isa. 17. 12, 13. Apoc. 17. Trid. sess. 22. de sacrif. Miss. c. 7. 11. *m* Felicitatem aliquam esse victorias in bellis, & amplitudinem imperij, *Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius*. Hebr. Eleuabitur præ Agag, ab Agag, rex eius; & extolletur regnum illius. Chald. Roborabitur magis quam Agag rex eius, & eleuabitur regnũ illius. Aiunt aliqui, omnes Reges Amalecitas appellatos fuisse Agag. Certum est, Agag Regem Amalecitarum captũ fuisse à Rege Saul, & Amalecitas deletos. Duplex sensus esse potest: Alter, Futurum regnum Israeliticũ magis amplum, quàm regnum Amalecitarum. Alter, Regnum Israeliticum habiturum maxima incrementa post captiuitatem Agag per Saulem faciendã, & deletionem regni Agag. Cum hic agatur de prosperitate Israelitarum, nõ puto esse congruentem huic loco tertiũ sensum, quem aliqui afferunt: quod sit prophetia de Saulis reprobatione propter Agag, quẽ non interfecerat. 12. *n* Esse in Deo beneficentiam, *Deus eduxit illum de Aegypto*. 13. *o* Præclaram fortitudinem esse contingere, & *p* Iusta bella, *Cuius fortitudo similis est rhinocerotis*. (De populo Israelitico dicuntur hæc, & quæ sequuntur.) *Deuorabunt* (hebr. deuorabit) *gentes hostes illius, ossaque eorum confringent.* (hebr. confringet) *& perforabunt.* (hebr. perforabit) *sagittis*. 14. *q* Magnũ bonum esse pacem, *r* & felicitatem quandam. 9 * *Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit*. Magna pace fruetur, quã nemo audebit turbare. 15. *s* Maledictiones aliquas illicitas esse. *Qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur*. 16. *t* Actum virtutis esse, alijs benedicere, id est, verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari, *Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus*. 17. *u* Inordinatè irasci peccatum esse. Id egit Balac, quatenus diuinæ voluntati non acquiescens ira-10 tus est contra Balaã, * *Iratusq; Balac*, &c. 18. *x* Iram concitari ex existimatione iniuriæ illatæ, quæ sub ratione contemptus apprehenditur, *Ad maledicendum inimicis meis vocasti te, quibus è contrario tertiò benedixisti*. 19. *y* Esse actum odij erga proximos, *Ad maledicendum inimicis meis vocasti te*. 20. *z* Effectum esse iræ indignationem. Reputari enim solet indignus is, contra quem ira inuehitur. 11 * *Reuertere in locũ tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te*, &c. 21. *a* Deũ 13 esse super omnia diligendum, * *Si dederit mihi Balac plenam domum suam*, &c. 22. *b* Nostram voluntatem cum diuina conformandam esse, *Quidquid Dominus dixerit, hoc loquar*. 23. *c* Esse in omnibus Deo parendum, *Quidquid Dominus di-14 xerit*, &c. 24. *d* Esse actũ consilij, * *Dabo consilium*. 25. *e* Esse peccatum ex certa malitia. &, *f* Astutiam prudentię oppositã, *Pergens ad populũ meum, dabo consilium, quid populus tuus, populo huic faciat extremo tempore*. Postquã ego abiero, sequenti tempore, *Extremo tempore*. Tandem, postremum, postquam omnia alia media sumpseris ad nocẽdum populo Israelitico.

a p.1572. b p.1952. c p.2009, 2014. d p.684. e p.420. f p.694. g p.14. h p.928. i p.944. k p.1122. l p.320. m p.928. n p.54. o p.2188. p p.1676. q p.1602. r p.928. s p.1903. t p.1952. u p.2350. x p.251. y p.1650. z p.2355. a p.1538. b p.1572. c p.2056. d p.163. e p.1238. f p.1709.

Digitized by Google

Consilium autē fuit: vt pertraheret Israelitas ad idololatriam per fornicationem cū fœminis Madianitis, vt habetur capite sequenti. In textu hebræo habetur, *Quid populus iste faciet populo tuo extremo tempore.* Vulgata explicauit consiliū Balaam, reticuit vltionem Israelitarū contra Amalecitas, de qua infra cap. 31. quam vltionē hic innuit textus hebræus, subticens consilium. 26. *g* Prophetiam esse à Deo. & *h* Visiones propheticas interdum contingere per somnium, * *Auditor sermonū Dei. Cuius obturatus est oculus. Cadens apertos habet oculos.* vt supra num. 3. & 4. 27. *i* Esse Deum summum ens, *Qui novit doctrinam Altissimi.* 28. *k* Deum omnia posse, *Visiones Omnipotentis videt.* 29. *l* Fuisse Christi primum aduentum à priscis Prophetis pręcognitum, & prophetatum, * *Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope.* id est, video Messiam, sed non præsentē. *Orietur Stella ex Iacob, & consurget virga de Israel.* Chald. Consurget Rex de domo Iacob, & vngetur Christus de domo Israel. Stella, Christi symbolum est, Apocal. 22. 16. Stella in ortu Christi apparuit, Matt. 2. 2. Habes ergo sequētia dogmata. 30. *m* Iesu Christi corpus ex Abrahę, ac Dauidis stirpe fuisse deriuatū, *Orietur stella ex Iacob.* 31. *n* Christum verū Regem, ac Messiam esse, *Consurget virga de Israel.* Virga & Christi symbolum est, Isa. 11. 1. & Regni, Psal. 2. 9. & 44. 7. & 109. 2. 32. *o* Per Iesum Christum deuictam fuisse mortem, & deletum peccatum, & homines à seruitute Diaboli liberatos, & expulsam idololatriā, *Et percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth.* * *Et erit Idumæa possessio eius.* Idumæa, & Moab, & alij populi Israelitarum hostes, qui à Dauid deuicti fuerunt; Gentilitatem figurarunt, vt docent Patres, & indicāt Scripturę, Psal. 59. 10, 11. & 107. 10. Isa. 11. 14. Non est autem hic locus intelligendus de Dauid, propter illa verba, *Orietur stella ex Iacob*, iuxta c. 414, 415, 433, 451. Quamquam possunt hæc verba de Christo intelligi, & sequētia de Dauid. vt cum victoriæ Dauid, quæ proximè futuræ erant, cernerentur impletæ: crederetur etiam implenda prophetia de Christo, c. 567. 33. *p* Christum esse Dominum omnium, *Vastabitque omnes filios Seth.* Filij Seth, pro omnibus hominibus accipiūtur: quatenus post diluuium omnes homines ex Noe descenderunt, qui è Seth originem duxit. Quamquam filij Seth potuerunt esse populi ita eo tempore dicti; ab Israelitis debellati. 34. *q* Esse Gētiles ad fidem vocatos, *Hæreditas Seir cedet inimicis suis.* Seir mons, & prouincia, quam Esau possedit; postea Dauid in seruitutē redegit: qui Christi figura fuit, qui suæ fidei Gentiles subiecit. Inimici Seir sunt Israelitæ. Israelitæ autem Fideliū figura fuerunt, Rom. 9. 5, 6, 7. Gal. 6. 16. 35. *r* Vires Ecclesiæ à Deo tribui ad sustinendum, ad suos hostes debellandum, 19 * *Israel fortiter aget. De Iacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis.* 36. *s* Esse ciuitatem Diaboli & Ecclesiam impiorū, *Perdet reliquias ciuitatis.* 37. Esse potestatem in Ecclesia ministrandi gentibus verbum Dei, *De Iacob erit, qui dominetur, & perdat*, &c. Conuertat ad fidem per verbum Dei. 38. *t* Esse Gentilitatem ad fidem conuertendam, & idololatriam 20 extinguendam, * *Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdentur.* Hebr. Præcipua gens Amalec, & posteritas eius vsquequò perdatur. Videtur prædici exterminium Amalec factum per Regem Saul. quod figura fuit idololatriæ deletæ per Christi prædicatores. Idem figurant, 21 quę sequūtur: * *Vidit quoque Cinæum*, &c. † Cinęi à Ceni, qui & Iethro, socero Moysis duxerunt originem; habitarunt in medio regionis Amalec, & Madian; quibus 24 pepercit Saul in excidio Amalec. * *Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.* Ex Italia, in hebr. ex Cittim. aliqui Græcos; & Romanos interpretantur. Græci quidem, Assyrios, Romani Iudæos vastarūt: vtrorumque tandem imperium cessauit: & subiectum est Christo, & Ecclesiæ.

Interpretatio mystica.

3 *Dixit homo, cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei*, &c. Balaam obturato oculo videns visiones Dei, figurauit 1. *a* Fideles, qui Dei mysteria contemplantur non vt in se sunt, sed per speculum, & in ænigmate; captiuantes intellectum in obsequium fidei. Oculus, intellectus symbolum est, Iob 10. 4. & 14. 3. Psal. 13. 3. & 93. 9. & 118. 18. 2. *b* Figurauit Iudæos: qui visiones Dei vident quatenus Scripturas habent, & doctrinam diuinorum mysteriorum, quæ in illis sunt, prædicant: sed velamen tamen in oculis habent, vt veram intelligentiam non percipiant. Idem quoque de Hæreticis dici potest. 3. *c* Figurauit improbos Doctores, & vitijs deditos: qui veritatem virtutum vident vt alijs prædicent; cæci sunt, vt faciant quod dicunt.

5 * *Quam pulchra tabernacula tua Iacob,* 6 *& tentoria tua Israel! Vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.* Tabernaculum symbolum est Ecclesię, Hebr. 9. 12. Apoc. 13. 6. & 15. 5. & 21. 3. Israel, Fidelium figura fuit, Rom.

a p. 420. 684. h p. 694. i p. 4. k p. 14. l p. 449, 450. m p. 435. n p. 476. o p. 579, 583, 584, 585. p p. 475. q p. 1429. r p. 902. s p. 881. t p. 1429. † Adrich.

Digitized by Google

Rom.9.5,6,7.Gal.6.16.1. Myſtica Eccleſiæ pulchritudo eſt *d* ordo mirabilis in eccleſiaſtica Hierarchia: *e* eſt morum ſanctitas, quæ in fidei cultoribus cernitur: *f* eſt doctrinæ præſtãtia, congruentia, conſenſio. 2.*g* Valles nemoroſę, ſunt chriſtiana ſimplicitas, & humilitas, & paupertas ſpiritus: quibus virtutibus innumerabilis Fidelium multitudo, præſertim cœnobitarum, ornatur. Valles, humilis populi ſymbolũ ſunt, Mich.1.4. ex Hieronymo. Arbores, hominum ſymbolum ſunt, Eccli. 14.18. Ezech.31.3. Nemus ergo, hominum multitudinem ſignificat; valles nemoroſæ, homines chriſtiana ſimplicitate præditos. 3.*h* Horti iuxta fluuios irrigui, ſunt homines iuſti, qui ſunt in Eccleſia: quatenus in viriditate gratiæ, diuinorum auxiliorum aquis conſeruantur. Hortus, iuſti ſymbolum eſt: in cuius mente ſunt, & ſemina, & flores, & fructus virtutum, Cant.4.15,16. & 5.1. ex Greg. Iſa.58.11. Ierem.31.12. Aqua diuinæ gratiæ ſymbolum eſt, Iſa.12.3. Ioan.4.14. Dionyſ.cæl. Hierarch.c.2. 4.*i* Tabernacula, quæ fixit Dominus, ſunt Eccleſię Sacramẽta à Chriſto Domino inſtituta: quæ quaſi tabernacula ſe habent tum quatenus exterius ritus, intus gratiam continent: tum quatenus diuinis auxilijs, quæ ſecum adducunt, nos & ab æſtu concupiſcentiæ, & à frigore peccatorum defendunt. 5.*k* Cedri iuxta aquas, homines Fideles ſunt ratione præclaræ, & incorruptæ intelligẽtię, quam ex aquis diuinarum Scripturarum ſugunt. Cedri, iuſtorum ſymbolũ ſunt, Pſal.91.13. & Eccleſiæ Doctorum, Cant.1.17. & 5.15. & 8.9. Eccli.24.17. & 50.14. Aqua, magnę ſapientiæ ſymbolum eſt, Prouerb.18.4. & 20.5. & 27.19. Eccli.24.41. Iſa.11.9.

d p.1399. *e* p.1398. *f* p.1378. 1379.1380. *g* p.655. *h* p.378. 644. *i* p.748, 749,750. *k* p.637. 644.

7 * *Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas.* Sicut per ſemen eſt generatio carnis, ita per verbum Dei eſt generatio filiorum Dei. Aqua, vt ſupra dictum eſt, ſymbolum eſt & doctrinæ, & multitudinis. Senſus ergo myſticus eſt, *l* Eſſe in Eccleſia prædicatores verbi Dei, qui ſitula appellantur, quatenus ſunt vaſa diuinam doctrinam portantia: eſſe prædicationem verbi: *m* eſſe fructum prædicationis multiplicationẽ Fidelium.

l p.700. *m* p.1393, 1396,1397.

Talletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. *n* Videtur per Agag Diabolum, & imperia Gentilium figurari: *o* quæ per Chriſtum deuicta, & proſtrata ſunt. *p* Videtur & Chriſti exaltatio, & gloria ſignificari.

n p.880, 881,882. *o* p.918. *p* p.589, 603.

8 * *Deus eduxit illum de Aegypto.* Per exitum Iſraelitarum ex Ægypto, *q* noſtra redẽptio, *r* & Gentiũ vocatio figurata eſt.

q p.583. *r* p.1429.

Ossa eorum confringent, et deuorabunt sagittis. Sagitta, diuini verbi ſymbolum eſt, quatenus prædicatum vulnerat peccatores, Pſal.126.4. Iſa.49.2. *s* Significatur efficacia diuini verbi: quam ſemper experti ſumus in conterenda cordium duritie, & in pœnitentia inducenda.

s p.1402.

9 * *Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna, quam suscitare nullus audebit.* Significatur pax Eccleſiæ, victis tyrannis; & quies contemplationis, concupiſcentijs frænatis. *t* Tribulationes Eccleſię aliquando ceſſaturæ. *u* Pax eſt in iuſtis, quatenus potentiæ inferiores ceſſant obſiſtere rationi. *x* Ex contemplatione diuinorum, diminutio amoris erga ſenſibilia contingere ſolet. *y* Ex doctrinæ Chriſtianæ iam ſuſceptæ veritate, magna in mente quies exiſtit. *z* Cæleſtis ſanctorum beatitudo nullam, neque leuem perturbationem admittit.

t p.898. *u* p.921. *x* p.676. *y* p.1386, 1401. *z* p.973, 974,978. 980.

17 * *Orietur ſtella ex Iacob*, &c. Eorum, quæ ſequuntur, myſtica interpretatio in litterali interpretatione propoſita eſt: ſi alia eſt eorum interpretatio litteralis. Nam ſi in ijs de bellis Eccleſię, & de Chriſti regno, & victorijs eſt ſermo ſecundum litteram: non debet interpretatio myſtica adduci. ſin autem ea hiſtoria eſt de bellis, victorijs, & regno Iſraelitarum: quæ de Chriſto, & Eccleſia diximus, myſtica ſunt.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

a Balaam conſilium dederat Balac regi Madianitarum, vt ſi vellet victoriam reportare de Iſraelitis; curaret eos per fœminas Madianitidas ad fornicationem, & ad idololatriam pertrahere: futurum vt Israelita ob peccatum, Dei protectione priuarentur. Ea hiſtoria hoc in capite narratur. 1. Iſraelitarum fornicatio, & idololatria. 2. Idololatrarum pœna. 3. Zelus Phinees, qui Israelitam cum scorto interfecit; et in pramium Sacerdotii pactum sempiternum accepit. 4. Dei præceptum de vltione de Madianitis sumenda.

a Num. 24. 14. et 31.16. Apoc.2.14.

1 MOrabatur autem eo tempore Iſrael in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, 2 quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt & adorauerant deos eorum. 3 Initiatuſque eſt Iſrael Beelphegor: Et iratus Dominus, 4 ait ad Moyſen: Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor

Digitized by Google

meus ab Israel. 5 Dixitque Moyses ad Iudices Israel: Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. 6 Et ecce vnus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. 7 Quod cùm vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, 8 ingressus est post virũ Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitque plaga à filijs Israel: 9 & occisi sunt viginti quattuor millia hominũ. 10 Dixitq; Dominus ad Moysen: 11 Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filijs Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo: 12 idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, 13 & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. 14 Erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. 15 Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. 16 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 17 Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: 18 quia & ipsi hostiliter egerunt cõtra vos, & decepere insidijs per idolum Phogor, & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

Interpretatio litteralis.

Morabatur autem eo tempore Israel in Setim, &c. Docemur 1. *a* Esse peccatum fornicationis. *Fornicatus est populus cum filiabus Moab.* 2. *b* Multorum peccatorum illecebram esse luxuriam, * *Quæ vocauerũt eos ad sacrificia sua*, &c. 2 3. *c* Esse gulę peccatũ, *Et illi comederunt*, 3 4. *d* Esse peccatũ idololatriæ, *Adorauerunt deos eorum.* 5. *e* Multorum vitiorum illecebram esse gulæ delectationem, *Illi comederunt, & adorauerunt deos earum.* * *Initiatusque est Israel Beelphegor.* hebr. 4 ויצמד *Tsamad*, coniunctus est, adhæsit. 6. *g* Consequi pœnam ad peccatũ. 7. *h* Ius delicto læsum, pœna compensari. 8. *i* Pro culpæ quantitate, pœnas licitas esse. 9. *k* Deum vltorem esse male agentium, *Iratus Dominus, ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi*, &c. Chald. *Tolle omnes principes populi: & iudica, & occide illum qui reus fuerit morte coram Domino contra solem: vt auertatur ira furoris Domini ab Israel.* Probabile est, aliquos Principes populi sua negligentia, vel malo exemplo, causam fuisse fornicationis, & idololatriæ; eos Dei iussu Moysen in patibulis coram Domino, id est, ante Tabernaculum suspendisse, contra Solem, id est, propalam, vidente omni populo. 10. *l* Superioris esse, subditorum malefacta pœnis compensare. * *Dixitq; Moyses ad Iudices Israel: Occidat*, &c. 11. *m* Peccatorem occidere, peccatum non esse: si legitimè fiat ob bonum commune. *Dixitq; Moyses ad Iudices Israel: Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor.* 12. *n* Peccatum fornicationis esse, *Et ecce vnus de filiis Israel*, &c. 13. *o* Esse scandalum actiuum, opus inductum suo exemplo ad peccandum. * *Intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem*, &c. 14. *p* Tristitię quemdam effectum, fletum esse, *Flebant ante fores tabernaculi.* Tristabantur de scandalo fornicarij. 15. Factum Phinees, actũ licitum fuisse *q* & iræ, *r* & vltionis, *s* & cędis. * *Quod cum audisset Phinees*, &c. 7 8 *Zelo meo cõmotus est contra eos.* 16. *t* Esse 9 Deum exorabilem, *Cessauit plaga à filiis* 10 *Israel.* *Dixitque Dominus ad Moysen*: 11 *Phinees filius Eleazari, filii Aaron Sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo cõmotus est contra eos*, &c. 17. Esse charitatis effectum *u* tum zelum diuinæ gloriæ: quatenus ex amore in Deũ mouemur ad repellendum omne, quod est diuinæ gloriæ contrarium. *x* tum zelum animarum: quatenus ex amore proximorum mouemur ad repellendum omne id, quod est eorum saluti contrarium. *y* tum vindictam, quæ de peccatis sumitur, vt sunt offensa Dei. Hunc triplicem charitatis effectum fuisse in Phinees, indicant ea verba Dei, *Quia zelo meo commotus est cõtra eos. & expiauit scelus filiorũ Israel.* Vindictam expiationem vocat. 18. *z* Iustitiæ vindicatiuæ actum exercere eum, qui 12 pro peccatis satisfactionis actum exercet erga Deũ, * *Expiauit scelus filiorũ Israel.* 13 19. *a* Opera bona suum valorem, ac meriti rationem habere. & *b* Posse hominem aliquid à Deo mereri, *Ecce do ei pacem fœderis mei*, &c. *Quia zelatus est*, &c. Pactum meum erit firmum. 20. *c* Esse amicitiã cũ Deo, *Do ei pacem fœderis mei.*

d p.1490. 21. *d* Amicitiam esse amorem beneuolentię mutuum, *Do ei pacem, quia Zelatus est pro Deo suo*. Indicatur amor Dei erga Phinees, & amor Phinees erga Deum.

e p.1676. 22. *e* Esse iustum bellum. & *f* Licitum esse iniurias vlcisci ad remouendū nocumenta.

f p.2095. * *Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: quia et ipsi hostiliter egerūt, &c.* 17 18

g p.1683. 23. *g* Scandalum actiuum contrarium esse charitati. Nam contra charitatem est dicto, vel facto præbere alteri occasionem ruinæ, *Quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepere insidiis per idolū*, &c.

h p.1769. 1770. 24. *b* Astutiæ actū esse, & doli, fraudisque, *Et decepere insidiis*.

Interpretatio mystica.

FOrnicatus est populus cum filiabus 1
Moab, &c. Moab, figura fuit Gentilium Ecclesiā persequentium, Psal. 59.10. 2
& 107.10. Fornicari, quod est alieno iungi, & non coniugi suo; symbolum est idolatriæ, qua colitur vt Deus, qui non est 3
verus Deus; & concupiscentiæ, qua quis adhæret creaturis, relicto Deo, Leuit. 17. & 20.5. Psal. 72.27. & 105.39. Ierem. 3.1. Ezech. 16. & 23. Ergo 1. *a* Filiæ Moab, sunt opera Gentilium, nempe idololatria, & opera carnis, luxuria, auaritia, ambitio, & similia. Cum quibus operibus fornicatur, qui ea imitatur. 2. *b* Sacrificia Moabitarum, sunt eadem opera, quibus Diabolus colitur, quatenus finis vltimus, non Deus, sed bona creata ponuntur, Diaboli suggestionibus parendo. 3. *c* Inuitant ad sua sacrificia tum Dæmones, tum Infideles, tum falsi fratres, tum propria concupiscentia.

17 * *Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos*, &c. Bellum Israelitarum cum Madianitis figurat 1. *d* Esse tentationibus resistendum. 2. *e* Tentationum occasiones vitandas esse. 3. *f* Tentationū vires patientia infringendas. 4. *g* Pugnandum contra hostes Ecclesiæ verbo, & exemplo. 5. *b* Concupiscentias frænandas esse.

a p.913, 1914, 1221, 1724, 1731, 2151, 2152.
b p. 1196, 1198.
c p. 883, 884, 885, 886, 887, 888, 892, 1229, 1230, 1240, 1241, 1242.
d p.905, 906.
e p.914.
f p.909.
g p.907, 908.
h p. 2257, 2260, 2261.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Narratur secunda numeratio populi iunioris, potentis ad bella procedere, extincto iam vetere populo in deserto. Et iubet Deus pluribus maiorem terræ partem dari in singulis tribubus, paucioribus minorem.

1 POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotē: 2 Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cunctos, qui possunt ad bella procedere. 3 Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho, ad eos qui erant 4 à viginti annis & supra, sicut Dominus imperauerat, quorum iste est numerus: 5 Ruben primogenitus Israel. huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: 6 & Hesron, à quo familia Hesronitarum; & Charmi, à quo familia Charmitarum. 7 hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est quadraginta tria millia & septingenti triginta. 8 Filius Phallu, Eliab. 9 huius filij, Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathan & Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominum rebellauerunt: 10 & aperiens terra os suum deuorauit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum, 11 vt, Core pereunte, filij illius non perirent. 12 Filij Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: Iamin, ab hoc familia Iaminitarum; Iachin, ab hoc familia Iachinitarum; 13 Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. 14 hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo millia ducenti. 15 Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: 16 Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarum: 17 Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. 18 istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta millia quingenti. 19 Filij Iuda, Her & Onan, qui ambo

mortui

Digitized by Google

mortui sunt in Terra Chanaan. 20 Fueruntque filij Iuda, per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. 21 Porrò filij Phares: Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. 22 Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta sex millia quingenti. 23 Filij Issachar, per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarũ: 24 Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semram, à quo familia Semranitarum. 25 hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit sexaginta quattuor millia trecenti. 26 Filij Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum. 27 hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit sexaginta millia quingenti. 28 Filij Ioseph per cognationes suas, Manasse & Ephraim. 29 De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. 30 Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: 31 & Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum: 32 & Semida, à quo familia Semidaitarum: & Hepher, à quo familia Hepheritarum. 33 Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantùm filias, quarũ ista sunt nomina: Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa. 34 hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earũ, quinquaginta duo millia septingenti. 35 Filij autem Ephraim per cognationes suas, fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarum. 36 porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. 37 hæ sunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit triginta duo millia quingenti. 38 Isti sunt filij Ioseph per familias suas. Filij Beniamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Ahiram, à quo familia Ahiramitarum: 39 Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum. 40 Filij Bela: Hered, & Noeman. De Hered, familia Hereditarũ: de Noeman, familia Noemanitarum. 41 hi sunt filij Beniamin per cognationes suas, quorum numerus fuit, quadraginta quinque millia sexcenti. 42 Filij Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hæ sunt cognationes Dan per familias suas. 43 omnes fuere Suhamitæ, quorũ numerus erat sexaginta quattuor millia quadringenti. 44 Filij Aser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iessui, à quo familia Iessuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. 45 Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. 46 Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara. 47 hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum, quinquaginta tria millia quadringẽti. 48 Filij Nephthali per cognationes suas: Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: 49 Ieser, à quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. 50 hæ sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas: quorũ numerus, quadraginta quinque millia quadringenti. 51 Ista est summa filiorum Israel, qui recensiti sunt, sexcenta millia, & mille septingenti triginta. 52 Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 53 Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. 54 Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis, sicut nunc recensiti sunt, tradetur possessio: 55 ita duntaxat vt sors Terram tribubus diuidat & familijs. 56 Quidquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores. 57 Hic quoque est numerus filiorum Leui per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. 58 hæ sunt familiæ Leui: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At verò Caath genuit Amram: 59 qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto. hæc genuit Amram viro suo filios, Aaron & Moysen, & Mariam sororem eorum. 60 De Aaron orti sunt Nadab & Abiu, & Eleazar & Ithamar: 61 quorũ Nadab & Abiu mortui sũt, cùm obtulissent ignem alienum coram Domino. 62 Fueruntque omnes qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini, ab vno mense & suprà: quia non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cũ ceteris data possessio est. 63 Hic est numerus

filiorum

Digitized by Google

filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho. 64 Inter quos, nullus fuit eorum qui antè numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai, 65 Prædixerat enim Dominus, quòd omnes morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun.

Interpretatio litteralis.

a p.1759. NVmerate omnem summam filiorum Israel, &c. a Prouidentia, vt haberetur in qualibet tribu in promptu multitudo bellatorum, cum bella contingerent; & quãtitas maior, ac minor in qualibet multitudine, ad distribuẽdum cuilibet multitudini maiorem, vel minorẽ terræ partem.

10 * *Et factum est grande miraculum, vt, Core pereunte, filii illius non perirent.* Hebr. LXX. Chald. *Et facti sunt in signum, filii autem Core non sunt mortui.* supra c.16. habentur ea verba: *Vt cernant ea* (nempe thuribula in laminas producta) *pro signo, & monimento filii Israel.* Quia vulgata addidit, *Grande miraculum*, vt non perirent filij Core cum patre: putandum est accidisse aliquod miraculum, quo seruati sunt filij Core, quamuis in eodem essent tabernaculo cum patre, cum terra dehiscens, tabernaculum deuorauit. quod miraculum quale fuerit, nescitur. Fortasse Deus filios Core seruauit, quod patri in seditionem non consenserant; cum tamen in eodem essent tabernaculo cum patre, cum terra tabernaculum absorbuit. b Solet Deus miracula operari.

b p.310.

54 * *Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem.* Videtur ea ratio diuidendi terram, ad iustitiam distributiuam pertinere: cuius materia sunt bona communitatis, quæ ciuibus distribuenda sunt pro dignitate personarum, ac meritorum. Maior multitudo, ceteris paribus, videtur habere rationem maioris dignitatis, ac meriti. In maiore multitudine bellatorum, plus operæ erat in acquisitione terræ: maiorem ergo terræ partem merebatur. Habes 1. c Esse ius personarum communitatis in bona cõmunia. 2. d Esse iustitiam distributiuam.

c p.1778. d p.1807.

55 * *Sors terram tribubus diuidat, & familiis.* e Si necessitas immineat, licitum est cum debita reuerentia diuinum iudicium sortibus implorare.

e p.2016. S. Tho. 2. 2. q.95. a.8.

65 * *Prædixerat Dominus, quod omnes morerentur in solitudine.* f Deus futura cognoscit.

f p.18.

Interpretatio mystica.

MYsticam huius capitis interpretationem indicat Paulus Heb.3. & 4. explicans illud Psal.94. quibus iurauí in ira mea, si introibunt in requiem meam. Docet, cauendum ab infidelitate. vt enim infidelitas fuit Israelitis causa, vt non intrarent in terram promissionis: ita infidelitas est causa, vt excludamur ab Ecclesia tum militante, tum triumphante.

2 * *Numerate omnem summam filiorum Israel, &c.* Secunda numeratione Israelitarum, extinctis iam ijs, qui prima numeratione fuerãt recensiti; figuratur 1. a Vocatio Gentium in Ecclesiam, & in veram religionem, b reiectis Iudæis, & eorum

a p.1429. b p.1431.

65 Synagoga, * *Nullusq; remãsit ex eis, &c.* 2. c Diuina electorum prædestinatio in vitam æternam. d Quamuis enim multi vocentur ad fidem, non omnes tamen saluantur, sed tantum ij, quos Deus ab æterno scripsit in libro vitæ.

c p.349. d p.348. 351.

Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun. Figuratur paucitas electorum. Multi sunt vocati, pauci verò electi.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Filia Salphaad petunt possessionem inter cognatos patris. Iubet Deus illis possessionem dari: & leges sancit de iure hereditatis. Denunciat Deus Moysi obitum. Petit Moyses à Deo successorem ad regendum populum. Iosue successor decernitur.

1 ACcesserunt autem filiæ Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Mescha, & Thersa. 2 Steteruntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi, ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt: 3 Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, quæ concitata est contra Dominũ sub Core, sed in peccato suo mortuus est:

Digitized by Google

est: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. 4 Retulitq; Moyses causam earum ad iudicium Domini. 5 Qui dixit ad eum: 6 Iustam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hereditatem succedant. 7 Ad filios autem Israel loqueris hæc: 8 Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas. 9 si filiam nō habuerit, habebit successores fratres suos. 10 quòd si & fratres non fuerint, dabitis hereditatem fratribus patris eius. 11 sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his qui ei proximi sunt. eritq; hoc filijs Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi. 12 Dixit quoque Dominus ad Moysen: Ascendè in montem istum Abarim, & contemplare inde Terram, quam daturus sum filijs Israel. 13 cumq; videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron: 14 quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. hæ sunt aquæ contradictionis in Cades deserti Sin. 15 Cui respondit Moyses: 16 Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc: 17 & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere: ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. 18 Dixitq; Dominus ad eum: Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum. 19 Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine; 20 & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. 21 Pro hoc, si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cū eo, & cetera multitudo. 22 Fecit Moyses vt præceperat Dominus. Cumque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi. 23 Et impositis capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

Interpretatio litteralis.

THeologia huius capitis ea est. 1. *a* Licere cuique ius suū tueri, se apud Iudicem defendendo. * *Steterunt* (filiæ Salphaad) *coram Moyse, & Eleazaro Sacerdote*, &c. 2. *b* Debitum esse pœnale pœnæ reatum. & *c* Debiti pœnalis causam esse delictum, *Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, quæ concitata est contra Dominum, sub Core, sed in peccato suo mortuus est.* 3. *d* Non esse pœnas, nisi pro culpa infligēdas, *Nō fuit in seditione*, &c. Non debetur nobis eius filiabus priuatio hereditatis: cum pater noster non fuerit perduellio. 4. *e* Consequi pœnam ad peccatum, quam Deus infligit. & *f* Ius delicto læsum, pœna compensari, *In peccato suo mortuus est.* Extinctus fuit in deserto, quia fuit incredulus diuinis promissis. 5. *g* Consilium ante omnem electionem adhibendum, * *Retulit Moyses causam earum ad iudicium Domini.* 6. *h* Esse ius, seu exigētiam, vt aliquod debitum ei reddatur. &, *i* Esse ius personarum communitatis in bona communia. &, *k* Esse ius gentiū. quale est ius hereditatis. &, *l* Esse iustitiam distributiuam. &, *m* Ius alterius compensandum, iustumq; faciendum esse debiti solutione. &, *n* Iustum à Iudice faciendum esse, *Iustam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui & ei in hereditate succedant.* 7. *o* In lege veteri præcepta iudicialia esse. Per quæ Israelitis determinabantur iustitiæ inter homines obseruandę. &, *p* In præceptis iudicialibus veteris legis agi de pertinētibus ad conciues ad inuicē. 7 * *Ad filios autē Israel loqueris hæc: Homo* 8 *cum mortuus fuerit*, &c. *Eritque hoc filiis* 9 *Israel sanctum* (sancitum, decretum) *lege* 10 *perpetua.* 8. *q* Legis veteris auctorē fuisse Deum, *r* ministrum Moysen, *Sicut præcepit Dominus Moysi.* 9. *s* Per peccatum inductam esse mortem in genus humanū, 13 * *Ibis tu ad populum tuum.* 10. *t* Iniuriam 14 inferri Deo, lædiq; ius diuinum per peccatum, *Quia offendistis me*, &c. 11. *u* Consequi pœnam ad peccatum, quam Deus infligit. &, *x* Cessante actu peccati, remanere adhuc debitum pœnæ. &, *y* Ius delicto læsum, pœna compensari. &, *z* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, *Ibis & tu ad populū tuum, sicut iuit frater tuus Aaron: quia offendistis me in deserto Sin*, &c. † Animas hominum esse immortales, *Ibis ad populum tuum.* Post mortem corpora defunctorum non possunt appellari populus. Populus erant animę sanctorum Patrum in Limbo. 12. *a* Nostram cum diuina voluntatem cōformandā esse.

Id

Digitized by Google

Id egit Moyses, in Dei voluntate acquiescens, mortem annunciãte. 13. *b* Omnium Dominum esse Deum. * *Deus spirituum* 15
omnis carnis. 14. *c* Esse in Deo prouiden- 16
tiam, *Prouideat Dominus*, &c. 15. *d* Esse actum prouidentiæ, *Prouideat Dominus*.
16. *e* Debere superiores ad boni communis conseruationem incumbere, *Prouideat Dominus hominem, qui sit super multitudinem hanc*, &c. *Ne sit populus Domini sicut oues absque pastore.* 17. *f* Necessariũ superiores, ac rectores esse, *Qui sit super* 18
multitudinem hanc, &c. 18. *g* Debere superiores præditos esse prudentia, ad alios regendos necessaria. &, *h* Vigiles esse, * *Qui possit exire, & intrare, & educere* 17
eos, &c. Egredi, & ingredi, siue Intrare, & exire, phrasis est hebręa: qua significantur vniuersa vocationis cuiusque munera, & ratio vitæ, quæ obitur iuxta præscriptum scopum, c. 8197. 19. *i* Regiminis symbolum esse oues cum pastore, *Ne sit populus Domini sicut oues absque pastore.* 20. *k* Electionis actum esse. * *Tolle Iesue filium* 18
Nun, &c. 21. *l* Prudentes esse debere superiores. &, *m* Amantes iustitię. &, *n* Ornatos virtutibus. vt rectum habeant sensum prudentiæ, vt regant alios exemplo, *Tolle virum, in quo est Spiritus.* Absolutè *Spiritus*, Deum significat, & Spiritũ Dei, c. 2292, 2293, 2299. Significat etiam bonam voluntatem, c. 2304. 22. *o* Rectores esse, habẽtes potestatem in subditos, *Pone manum tuam super eum.* Manus, symbolum est Potestatis, c. 3536. Impositio manus, significat transfusionem potestatis in alterum, c. 6292. 23. *p* Promulgationem esse necessariam, vt superiorum decreta obligandi virtutem habeant. * *Qui stabit* 19
coram Eleazaro Sacerdote, & omni multitudine. Ea solennitate voluit Deus suum decretum promulgari, quo rectorem populi Iosue cõstituebat. 24. *q* Necessarium esse humanæ voluntati, vt rectè operetur, regulam aliquam rectam sequi. &, *r* Necessariam esse hominibus legum humanarum disciplinam. &, *s* Debere superiores suos subditos instruere, præsertim ministros, * *Et dabis ei præcepta cunctis vi-* 20
dentibus. 25. *t* Deberi personis in dignitate constitutis obseruantiam, & cultum; *u* & præterea superioribus obedientiam, & officia seruitutis, *Dabis ei partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis Synagoga filiorum Israel.* Gloria, pro maiestate solet sumi, c. 1674. Moysi duplex erat maiestas, siue dignitas, nempe sacerdotalis, & Ducis, seu spiritualis, & sæcularis. Eius glorię partem, nempe dignitatem sęcularem tradidit Moyses Iosue. 26. Præter dominos sæculares, *x* esse Ecclesiæ tributos Sacerdotes, & Doctores. &, *y* Esse in Ecclesia potestatem ecclesiasticã. * *Pro hoc, si quid* 21
agendum erit, Eleazar Sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius ingredietur, & egredietur ipse, & omnes filii Israel cũ eo, & cetera multitudo. 27. *z* Certissimam esse, & omnino amplectẽdam eam doctrinam, quã Summus Pontifex vt Pontifex tradit de credendis, & agendis, *Si quid agendum erit, Eleazar Sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius*, &c. 28. *a* Dei præceptis parendum esse. &, *b* Obediẽtiæ obiectum esse superioris præ- 22
ceptum, * *Fecit Moyses vt præceperat* 23
Dominus, &c.

Interpretatio mystica.

THeologia mystica ea est. * 1. *a* Eccle- 2 3
siam Christi esse Catholicam, homines cuiusque gentis, & cõditionis, & sexus complectentem. Id significarunt quinque feminæ sorores, petentes possessionem in terra promissa; quæ figura fuit Ecclesiæ. 2. *b* Beatitudinem cęlestem etiam feminas admittere, & Iudæos. Est enim etiam Ecclesia triumphans Catholica. Hæ quinque feminæ & feminæ erant, & Israelitides. 3. *c* Cęremonias veteris legis, quæ Christi figuræ quædam erant, durasse vsque ad aduentum Christi; eiusque passione consummata, cessasse, *Pater noster mortuus est in deserto*, &c. Pater Iudæorum in Christum credentium fuerũt veteres Patres, & lex vetus eis data, Christi figuratiua. Ea lex, quatenus cæremonialis, & figuratiua, cessauit, & non genuit filios, qui possent in terrã promissam ingredi, id est, prædicare, & obseruare post aduentum Christi veteres cæremonias in Christi Ecclesia. Genuit tamen filias, id est, animas Christi sponsas, possessionem habituras in Christi Ecclesia: quales fuerunt Apostoli, qui fuerunt Iudæi. Ille pater *non fuit in seditione, quæ concitata est contra Dominum sub Core*: quatenus legis veteris figuræ, & Patres, non contradixerunt Christo, & legi Euangelicæ, vt contradixerunt Iudæi, qui Christum crucifixerunt. 4. *d* Ad conferendam gratiam, Sacramenta, & cę- 1113.
remonias veteris legis virtutem non habuisse, *Pater noster in peccato suo mortuus est*, id est, in peccato originali, quod per se tollere nunquam potuit, nec peccata actualia, nisi per fidem in Christum 12
venturum. * 5. *e* Cęremonias veteris legis Christum figurasse, & eius mysteria. &, *f* Legem veterem datã fuisse ad agnescendum & peccata, *g* & quam esset necessaria gratia per Christum, *Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram*, &c. Moyses legis veteris figura fuit, 2. Cor. 3. 7, 13, 15. Contemplatur à longe terram promissam, quatenus lex vetus prophetias, & figuras continet

Digitized by Google

de Christo, & Ecclesia. * 6. *b* Post Euangelij promulgationē licitè legalia seruari non posse. *i* Ea post Christi passionem cessasse, *Cum videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron.* sup. cap. 20. 12. * 7. K Fuisse Iesum Christum ab æterno prædestinatum Filium Dei, & humani generis Seruatorē, *Tolle Iosue filium Nun*, &c. *l* Communis est Patrū sententia Iosue Christum figurasse. 8. *m* Iesum Christum esse verum Deum, *In quo est Spiritus.* Spiritus absolutè Deū significat, Io. 4. 23, 24. lib. de eccles. dogm. cap. 11. 9. *n* Fuisse in anima Christi dona Spiritus sancti, *In quo est Spiritus*: Spiritus, pro Spiritu sancto sumitur, Ioan. 3. 8. & 7. 39. & pro dono Spiritus sancti, Io. 7. 39. Rom. 8. 15. 10. *o* Christi potestatem maximā esse, *Pone manum tuam super eum.* Manus, potestatis symbolum est, vt supra in interpretatione litterali dictum est. 11. Paruisse Christum & *p* Patris præceptis. & *q* Mariæ, ac Ioseph iussis. & *r* legi Mosaycæ. &, *s* Iudæis crucifixoribus se subdidisse, *Pone manum tuam super eum.* Manus, symbolum est præcepti, operis, ministerij, c. 6588, 6589, 6591. 12. *t* Fuisse Iesum Christum vnione hypostatica Regem summum à Deo consecratum, *Pone manum super eum.* Impositio manus, symbolum est diuinæ virtutis sanctificantis, & consecrantis, Act. 8. 17. 1. Tim. 5. 22.

h p. 865. *i* p. 864. *k* p. 443. *l* Vid. Patres in Syl. Alleg. v. Iosue. *m* p. 425. *n* p. 495. *o* p. 488. *p* p. 507. *q* p. 509. *r* p. 519. *s* p. 531. 532, 564. *t* p. 476.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Caput hoc cum sequenti summam continent præceptorum cæremonialium ad festiuitates & sacrificia pertinentium: quæ in præcedentibus libris iam tradita fuerant.

1 DIxit quoque Dominus ad Moysen: 2 Præcipe filijs Israel, & dices ad eos: Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerre per tempora sua. 3 Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum: 4 vnum offeretis manè, & alterum ad vesperum: 5 decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin: 6 holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suauissimum incensum Domini. 7 & libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in Sanctuario Domini. 8 Alterumq; agnum similiter offeretis ad vesperam, iuxta omnem ritum sacrificij matutini, & libamentorum eius, oblationem suauissimi odoris Domino. 9 Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio, & liba 10 quæ ritè funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum. 11 In calendis autem offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos, 12 & tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes: 13 & decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos, holocaustum suauissimi odoris atque incensi est Domino. 14 Libamenta autem vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt: media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt. 15 Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cū libamentis suis. 16 Mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domino erit, 17 & quintadecima die solemnitas: septem diebus vescentur azymis. 18 Quarum dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea. 19 Offeretisque incensum holocaustū Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: 20 & sacrificia singulorum ex simila quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, 21 & decimam decimæ per agnos singulos, id est, per septem agnos. 22 Et hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis, 23 præter holocaustum matutinam quod semper offeretis. 24 Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surget de holocausto, & de libationibus singulorum. 25 Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne

opus

Digitized by Google

opus seruile non facietis in eo. 26 Dies etiam primitiuorum, quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea. 27 Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armēto duos, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem: 28 atque in sacrificijs eorū, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes duas, 29 per agnos decimam decimæ, qui simul sunt agni septem. hircum quoque 30 qui mactatur pro expiatione: præter holocaustum sempiternum & liba eius. 31 Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

Interpretatio litteralis.

a *p.*1068. DOcemur 1.*a* Promulgationem esse necessariam, vt lex obligādi virtutem habeat, * *Præcipe filiis Israel.* 2.*b* Auctorem veteris legis fuisse Deum, *c* ministrum Moysen, *Dixit Deus ad Moysen: Præcipe*, &c. 3.*d* In lege veteri præcepta cæremonialia esse, per quæ cultus diuini modus Israelitis præscribebatur, ac determinabatur, *Præcipe filiis Israel*, &c. 4.*e* Debere creaturas intellectuales debitū cultū, & honorem exhibere Deo. &, *f* Exteriores corporis actus conuenienter in cultum exhiberi Deo. &, *g* Oportere aliqua specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei. &, *h* In veteri lege varias obseruantias cęremoniales fuisse ad maiorem reuerentiam diuini cultus. &, *i* Esse ex rebus datis à Deo aliquid exhibendum in eius honorem. &, K Aliquas oblationes, quæ in cultum Dei offeruntur, esse necessariò offerendas. vt cum intercedit præceptum, *Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua*, &c. 5.*l* Esse Deo adorationis reuerentiam exhibendam. &, *m* Congruū esse, adorationem etiam exteriorem Deo exhibere. &, *n* Congruum esse, adorationi externæ, ritus determinatos adhibere. &, *o* Inter externas adorationes summam esse sacrificium, vni Deo offerendū, * *Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis*, &c. 6.*p* Præceptum esse morale, Habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis, * *Omne opus seruile non facietis in eo.*

b *p.*1117. c *p.*1119. d *p.*1124. e *p.*1915. f *p.*1918. g *p.*844. h *p.*858. i *p.*1973. k *p.*1969. l *p.*1957. m *p.*1960. n *p.*1961. o *p.*1962. p *p.*2000.

1 2 3 4 5 6 25 26

Interpretatio mystica.

OBlationes externæ, ac sacrificia veteris legis symbola fuerūt obedientię, qua nostra voluntas offertur Deo, Psal. 39. 7. & 50. 21. Rom. 15. 16. Fuerunt & figurę oblationis Christi Iesu, qua se pro nobis obtulit Patri, Hebr. 10. & oblationis eucharisticę nouę legis, Malach. 1. 11. Sacrificium externum symbolum est sacrificij interni, quo se Deo nostra voluntas offert, & alia secū, Psal. 4. 6. & 45. 14, 23. & 50. 19. est & symbolum laudis, quæ offertur Deo. Panis, bonorum spiritualium symbolum est, c. 6943. & diuini verbi, Amos 8. 11. & corporis Christi, Ierem. 11. 19. Ioan. 6. 32, 48, 52. 1. Cor. 10. 16, 17. & 11. 26, 27, 28. Ergo

Docemur mysticè 1.*a* Debitos esse Deo in cultū interiores mentis actus; &, *b* voluntatem tradendi se promptè ad ea, quæ 2 ad diuinum cultum pertinent, * *Oblationem meam*, &c. *offerte per tempora sua.* 2.*c* Offerendum esse Deo sacrificium corporis, & sanguinis Christi. &, *d* In sacrificio, quod in Missa offertur, cōtineri Christum. &, *e* Eucharistiæ materiam esse panem, qui virtute diuina transubstantiatur in corpus Christi. &, *f* Præcepto nos teneri ad Eucharistiæ Sacramentum percipiendum, *Panes offerte.* 3.*g* Esse Deum laudandum, ac benedicendum. &, *h* Esse Deo cultum exhibendum oratione, *Incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua.* Incensum, orationis symbolum est, Psal. 140. 2. Apoc. 8. 3. 4. Iesum Christum Deo Patri iugiter offerri pro nobis mane, & vesperi; *i* nempè in luce Ecclesiæ triumphantis, K & in nocte Ecclesiæ militantis. * *Offerre debetis agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum.* 5.*l* Esse nostram cum diuina voluntatem conformandam, tum manè in prosperis, tū vesperi in aduersis. 6.*m* Esse in Eucharistiæ Sacramento sub speciebus panis, & vini, corpus, & sanguinem Christi vna cū anima, & diuinitate. 5 * *Decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo*, &c. 6 *Libabitis vini quartam partem*, &c. Panis, corporis; vinum, sanguinis; oleum, diuinitatis symbolum sunt: vt aliàs dictum est. vid. Leuit. 14. 10. 16 * Quæ ad mysticam Phasę theologiam spectant, explicata sunt Exod. cap. 12. & Leuit. 9. Quæ autem in hoc, & sequenti capite de alijs solennitatibus mystice docenda essent in Leuit. 23. explicare nisi sumus. Possunt ad illa confirmanda huius, & sequentis capitis verba citari.

a *p.*1915, 1917. b *p.*1921. c *p.*739. d *p.*743, 764. e *p.*763. f *p.*773. g *p.*1998. h *p.*1926 i *p.*482, 1015. k *p.*739. l *p.*1572. m *p.*764, 765.

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

SVMMA.

Agitur de ritibus obseruandis in solennitatibus primæ, decimæ, & decimaquintæ diei mensis septimi, & per totam eius octauam.

1 MEnsis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarum. 2 Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum de armento vnum, arietē vnum, & agnos anniculos immaculatos septem: 3 & in sacrificijs eorum, similæ oleo consperſæ tres decimas: per singulos vitulos, duas decimas per arietem, 4 vnam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem: 5 & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi, 6 præter holocaustum calendarum cum sacrificijs suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. eisdem ceremoniis offeretis in odorem suauissimum incensum Domino. 7 Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus seruile non facietis in ea. 8 Offeretisque holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armēto vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: 9 & in sacrificijs eorum, similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, 10 decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem: 11 & hircum pro peccato, absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem, & holocaustum sempiternum, cum sacrificio & libaminibus eorum. 12 Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea, sed celebrabitis sollemnitatem Domino septem diebus. 13 offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim: 14 & in libamentis eorum, similæ oleo consperſæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est, simul arietibus duobus, 15 & decimam decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quattuordecim: 16 & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine eius. 17 In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim, 18 sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 19 & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius. 20 Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim: 21 sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 22 & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioq; & libamine eius. 23 Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim: 24 sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 25 & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. 26 Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim: 27 sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 28 & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. 29 Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim: 30 sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 31 & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. 32 Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim: 33 sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis, 34 & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. 35 Die octauo, qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis, 36 offerentes

Digitized by Google

tes holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: 37 sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 38 & hircũ pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. 39 Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris: præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis.

Theologia litteralis huius capitis, eadem est cum theologia litteralis capitis præcedentis.

De theologia mystica dictum est in Leuitici capite 23.

CAPVT TRIGESIMVM.

SVMMA.

Agitur de voto, & iuramento, præsertim filiæ puellæ, & vxoris, & eorum irritatione.

1 NArrauitque Moyses filijs Israel omnia quæ ei Dominus imperarat: 2 & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit Dominus: 3 Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. 4 Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: 5 quidquid pollicita est & iurauit, opere complebit. 6 sin autem, statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quòd contradixerit pater. 7 Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: 8 quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserat. 9 sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus. 10 Viduæ & repudiatæ quidquid vouerint, reddent. 11 Vxor in domo viri cùm se voto constrinxerit & iuramento, 12 si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcumque promiserat. 13 sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit. 14 Si vouerit, & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium, vel ceterarum rerum abstinentiam, affligat animã suam, in arbitrio viri erit vt faciat, siue non faciat. 15 quòd si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quidquid vouerat atque promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit. 16 sin autem contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. 17 Istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi, inter virum & vxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

Interpretatio litteralis.

a p.1117. DOctrina litteræ ea est. 1 *a* Auctorem legis veteris fuisse
b p.1119. Deum, *b* ministrum Moysen. * *Narrauit Moyses filiis Israel omnia quæ ei Dominus imperarat: & locutus est ad principes*, &c. 2. *c* In lege veteri præcepta moralia contineri, vt bonis moribus reddantur homines amicabiles Deo. Traduntur in hoc capite moralia præcepta de voto, & iuramento, *Iste est sermo quem præcepit Dominus.*

3. *d* Legem diuinam esse, quæ est regula humanæ voluntatis, *Iste est sermo quem præcepit Dominus.* 4. *e* Promulgationem esse necessariam, vt lex obligandi virtutem habeat, *Locutus est ad principes tribuum filiorum Israel*... 5. *f* Licitum esse votũ. &, *g* Esse Deo reddẽda quę voueris, 3 * *Si quis virorum votum vouerit Domino: non faciet irritum verbum suum*, &c. 15 16. *h* Licitum esse iuramentum. &, *i* Debitum esse iuramenta seruandi, *Si quis uro-*

c p.1123. d p.1065. e p.1068. f p.1977. g p.1979. h p.1982. i p.1987.

Digitized by Google

virorum se constrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, &c. 7. k Licitum esse, licita promittere. &, l Standū esse promissis, *Omne quod promisit implebit.* 8. m Non posse quemquam sine sui superioris consensu obligare se voto in ijs, in quibus alteri subijcitur. &, n Posse à superiore iuramentum irritari, quod à subditis factum est circa ea, quæ ipsius potestati subduntur, * *Mulier si quippiam vouerit, et se constrinxerit iuramento*, &c. vsque ad num. 17. Aduertendum bis fieri mentionem vxoris, cuius votum irritatur à marito, nempe siue vxor sit in domo patris, v. 7. siue in domo viri, v. 11. semper maritus potest irritare votum vxoris. 9. o Ius delicto læsum, pœna compensari, 16 * *Portabit ipse iniquitatem eius* (suam) Ius est, vt si vir sciuerit votum vxoris, & distulerit illud irritare, votum teneat. Si ergo stante voto, impedierit maritus in vxore voti exequutionem; reus est maritus iuris diuini læsi. 10. p Debitum esse pœnale, pœnæ reatum, *Portabit ipse iniquitatem suam.*

k p. 2124. l p. 2125. m p. 1980. n p. 1990. o p. 1799. p p. 1797.

Cum habeat caput hoc præcepta moralia, interpretationem mysticam non admittit.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

Narratur victoria contra Madianitas. 1. Iubet Deus vltionem de Madianitis, qui per mulieres deceperunt filios Israel. 2. Mittuntur, iubente Moyse, ad bellum è singulis tribubus mille. 3. Victoria reportatur, & præda copiosa: è qua, iussu Moysis, quidquid est sexus masculini, & mulieres corruptæ occiduntur, virgines reseruantur. 4. Expiatio indicitur tum militum, tum præda. 5. Diuiditur, Deo iubente, præda: dimidium militibus tribuitur, dimidium cæteræ multitudini: vna ex quingentis quibusque animabus, quæ tributa sunt militibus, datur Eleazaro Sacerdoti; vna ex quingentis quibusque animabus multitudini tributis, datur Leuitis excubantibus in custodiis Tabernaculi Domini. 6. Quod è numero pugnatorum nullus defuerit, offerunt principes exercitus, tribuni, & centuriones auri prædam donaria Domino: quæ inferuntur in Tabernaculum testimonii, in victoriæ memoriam.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. 3 Statimq; Moyses: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis. 4 mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellum. 5 Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam: 6 quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei. 7 Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, 8 & reges eorum, Eui, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. 9 Ceperuntque mulieres eorum, & paruulos, omniaque pecora, & cuncta supellectilem: quidquid habere potuerant depopulati sunt: 10 tam vrbes quàm viculos & castella flamma consumpsit. 11 Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis, 12 & adduxerunt ad Moysen, & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorū Israel. reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab iuxta Iordanem contra Iericho. 13 Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra. 14 Iratusque Moyses principibus exercitus, tribunis, & centurionibus qui venerant de bello, 15 ait: Cur feminas reseruastis? 16 Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & prænaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? 17 Ergo cunctos interficite quidquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: 18 puellas autem & omnes feminas virgines reseruate vobis: 19 & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio, & septimo. 20 Et de omni præda, siue vestimentū fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis, & ligno, expiabitur. 21 Eleazar quoque sacerdos, ad viros exercitus qui pugnauerant, sic locutus est:

Hoc

Digitized by Google

Hoc est præceptum legis, quod mandauit Dominus Moysi: 22 Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, 23 & omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur: quidquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: 24 & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. 25 Dixit quoque Dominus ad Moysen: 26 Tollite summam eorum quę capta sunt, ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & principes vulgi: 27 diuidesque ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt egressique sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem. 28 & separabis partem Domino, ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bobus & asinis & ouibus, 29 & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. 30 Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cunctorum animantium, & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodijs tabernaculi Domini. 31 Feceruntque Moyses & Eleazar, sicut præceperat Dominus. 32 Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuaginta quinque millia, 33 boum septuaginta duo millia, 34 asinorum sexaginta millia & mille: 35 animæ hominum sexus feminei, quæ non cognouerant viros, triginta duo millia. 36 Dataque est media pars his qui in prælio fuerant, ouium trecenta triginta septem millia quingentæ: 37 è quibus in partem Domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinque. 38 Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo: 39 de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta vnus: 40 de animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ. 41 Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum, 42 ex media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prælio fuerant. 43 De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecentis triginta septem millibus quingentis, 44 & de bobus triginta sex millibus, 45 & de asinis triginta millibus quingentis, 46 & de hominibus sedecim millibus, 47 tulit Moyses quinquagesimũ caput, & dedit Leuitis, qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus. 48 Cumq; accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionesque, dixerunt: 49 Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. 50 Ob hanc causam offerimus in donarijs Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia, ac murænulas, vt deprecetur pro nobis Dominum. 51 Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus, 52 pondo sedecim millia, septingentos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. 53 Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. 54 Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij, in monimentum filiorum Israel coram Domino.

Interpretatio litteralis.

EX litterę eã doctrina colligitur. * 1. *a* Iusta bella interdum esse. 2 &, *b* Licitum esse iniurias vlcisci ad remouendũ nocumenta, *Vlciscere filios Israel de Madianitis.* * 2. *c* Prudentiæ partẽ esse Prouidentiam. 3 quæ ordinatio est aptorum mediorum ad 4 finem. &, *d* Prudentiæ actum esse Iudiciũ 5 de medijs eligendis operi agendo, finique 6 congruentibus. &, *e* Prudentiæ actum præcipuum esse Imperium. Quod est iudicium practicè practicum, & exercitum in agendis, & ratio eius actus voluntaris, qui vsus appellatur, *Armate ex vobis viros ad pugnam*, &c. 3. *f* Esse subditorum prudentiam politicam: quæ versatur circa bonum commune, obtemperando. &, *g* Debere subditos ad boni communis consertationem Gubernatoribus cooperari. &, *h* Deberi suis superioribus à subditis obedientiam. &, *i* Exequẽda esse ea, quæ sunt à ratione rectè consultata, ac definita. &, *k* Esse actum voluntatis, qui vsus appellatur, quo potentiæ ad executionis actionem applicantur, *Dederunt millenos de singulis tribubus*, &c. *Quos misit Moyses*, &c. 4. *l* Vtorẽ esse Deum male agentium, *Qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis.* Ex quibus verbis ea quoque dogmata colliguntur. 5. *m* Iniuriam inferri Deo, lædique ius diuinum per peccatum. Ideo vltionem Dei expetunt.

6. *n* Cen-

a p.1676. *b* p.2095. *c* p.1759. *d* p.1714. *e* p.1715. *f* p.1720. *g* p.2081. *h* p.2061. *i* p.1732. *k* p.166. *l* p.25. *m* p.1264.

Digitized by Google

n p.1279. 6. *n* Consequi pœnas ad peccatum, quas
o p.1286. Deus infligit. 7. *o* Infligi pœnas iniustis,
p p.1288. vt diuina iustitia manifestetur. 8. *p* Cessante actu peccati, remanere adhuc debitum
1797. q p.1799. pœnæ. &, *q* Ius delicto læsum, pœna com-
r p.2099. pensari. &, *r* Superioris esse subditorum
s p.2104. malefacta pœnis compensare. &, *s* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse. &,
t p.2101. *t* Etiam multitudinem esse puniendam, cum contingit ipsam multitudinem peccare. Omnes Madianitæ ad populi Israelitici deletionem consenserant, & idololatræ erant. &, *u* Correctionem, quæ fit per
u p.2103. delinquentis punitionem, ad solos superiores pertinere. Hęc indicant ea verba,
Qui possint vltionem Domini expetere de
x p.849. *Madianitis.* 9. *x* Laudabiles esse, ac vsurpandos eos ritus, qui sacramẽtalia appellãtur. vt signum Crucis, Aqua benedicta, Vasa sacra, *Vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei.* Vel sumitur, *Et*, pro *Id est*, c. 2897. vt vasa sancta, ideſt, Deo consecrata, idem sint, quod Tubæ. Vel præter tubas, alia vasa sacra tradidit; fortasse Arcam, thuribulum, & laminam aureã Summi Sacerdotis, vbi Dei nomen erat inscriptum. Valebat vsus sacrorum vasorum Dei virtute ad hostes conterendos. 10. *y* Peccatorem occidere, peccatum
y p.1843. non esse, si legitimè fiat ob bonum commune, * *Omnes mares occiderunt*, &c. 7
z p.1858. 11. *z* Licere, habenti publicam auctoritatem, alium secundum ordinem iustitiæ in- 8
carcerare aut in pœnam, aut ad cautelam ro 9
mali vitandi, *Ceperunt*q; *mulieres eorum*, 11
a p.1784. *& parvulos*, &c. 12. *a* Esse ius gentium, 12
Ceperunt mulieres eorum, & parvulos, omniaque pecora, & cuncta supellectilem, &c. Iure belli, quod est ius gentium, poterant omnia, quæ fuerant hostium, secum asportare. Ergo vilientia adduxerunt ad Moysen tamquam bona communia, cetera quisque in sua tabernacula adduxit, vt bona propria. vt ex sequentibus colligitur. Erant autem *Castra in cam-*
b p.2138. *pestribus Moab*, &c. 13. *b* Debita esse,
2139. debito decentiæ officia verborum, & factorum iis, quibus conuiuimus, * *Egressi* 13
sunt autem Moyses, & Eleazar Sacerdos, & omnes principes Synagogæ in occursum eorum extra castra. 14. *c* Iræ actũ
c p.250. esse, * *Iratusque Moyses*, &c. 15. *d* Iram 14
d p.251. concitari ex existimatione damni illati, 15
Cur fœminas reseruastis? Nonne iste sunt, 16
e p.1629. *quæ deceperunt filios Israel*, &c. 16. *e* Correctionem fraternam exhibendam esse,
f p.2095. *Cur fœminas reseruastis?* &c. 17. *f* Licitum esse iniurias vlcisci ad remouendum nocumenta, *Cur fœminas reseruastis? Nonne iste sunt*, &c. 18. *g* Scandalum
g p.1683. actiuum peccatum esse contrarium charitati. Nam cõtra charitatem est dicto, vel facto præbere alteri occasionem ruinæ,

Nonne iste sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, vnde et percussus est populus?
19. *h* Peccatum prudẽtiæ oppositum astu- h p.1769.
tiam esse, *Quæ deceperunt*, &c. 20. *i* Esse i p.1724.
consilium, quod cõformitatem cum recta ratione non habet, *Deceperunt ad suggestionem Balaam.* 21. *k* Esse peccatum. k p.1193.
&, *l* Iniuriam inferri Deo per peccatum. l p.1264.
&, *m* Idololatriam peccatum esse, *Prævaricari vos fecerunt in Domino super pec-* m p.2007.
cato Phogor. 22. *n* Consequi pœnas ad n p.1279.
peccatum. &, *o* Ius delicto læsum, pœna o p.1799.
compensari. &, *p* Pro culpæ quantitate p p.2104.
pœnas licitas esse. &, *q* Etiam multitudi- q p.2101.
nem esse puniendam, cum cõtingit ipsam multitudinẽ peccare, *Vnde & percussus est populus.* 23. *r* Peccatorem occidere, r p.1843.
peccatum non esse, si legitimè fiat, ob bonum cõmune, *Ergo cunctos interficite*, &c,
17 * 24. *s* Cõtingere interdum vnũ pro pec- s p.1290.
cato alterius puniri. quia ad ipsum peccãtem spectat, vt quid illius: vt filius est quid patris, & ciuis pars est communitatis, *Cunctos interficite quidquid est generis masculini, etiã in parvulis*, &c. 25. *t* Pro- t p.1779.
18 uidentiæ actum esse. * *Puellas, & omnes*
fœminas virgines reseruate vobis. Masculi interficiuntur, ne reseruati hostes, populo noceant: virgines reseruantur, vt populus habeat seruas; & vxores, si quæ Israeliticam religionem amplexæ fuerint.
26. *u* In lege veteri varias obseruantias u p.858,
cæremoniales fuisse ad maiorem reueren- 1124.
19 tiam diuini cultus. * *Manete extra ca-*
20 *stra septem diebus*, donec purificarentur
21 ab immunditia legali, quod mortuos te-
22 tigissent. vt indicant verba sequentia:
23 *Qui occiderit hominem, vel occisum*
24 *tetigerit, lustrabitur die tertio, & septimo*, &c. Ex quibus verbis intelligimus
27. *x* Habuisse cæremonias veteris legis x p.861.
virtutem ad tollendas immunditias, seu irregularitates ex statuto legis inductas.
28. *y* Debere superiores instructionibus y p.2078.
subditos erudire, *Eleazar quoque Sacerdos ad viros exercitus*, &c. 29. *z* Esse ius z p.1778.
personarum communitatis in bona cõmunia; & *a* Iustitiam distributiuam. a p.1807.
25 * *Dixit quoque Dominus ad Moysen*:
26 *Tollite summã eorum, quæ capta sunt*, &c.
27 30. *b* Ad ius naturale pertinere, vt homo b p.1973.
28 ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhi-
29 beat in eius honorem. Id indicant verba
30 Dei: *Separabis partem Domino*, &c. & verba principum, v. 50. *Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli*, &c.
31. *c* Aliquas oblationes esse necessario c p.1969.
offerendas. vt quas Deus iubet offerri, *Separabis partem Domino*, &c. 32. *d* Esse d p.1970.
Sacerdotibus oblationes offerẽdas. vt vel in suum vsum insumant, vel ad diuinum

cultum,

Digitized by Google

cultum, vel in pauperum sustentationem expendāt, *Et dabis eam Eleazaro Sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt.* 33. *e* Licere de quibusque rebus oblationes fieri. Nisi res oblata sit vel alterius, vel in alterius detrimentum, vel scandalum cedat, *Tam ex hominibus, quam ex bobus, & asinis, & ouibus.* 34. *f* Esse præceptum tum naturale, *g* tum iudiciale veteris legis, esse Dei ministris ad victum necessaria ministranda, *Dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini.* 35. *h* Esse parendum iussis Dei. &, *i* Obedientiæ obiectum esse superioris præceptum, * *Fecerunt Moyses, & Eleazar sicut præceperat Dominus.* 36. Debitas esse Deo actiones gratiarum pro beneficijs ab ipso receptis, *Ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis singuli, &c. In monimentum filiorum Israel coram Domino.* 37. *k* Bonorum esse auctorem Deum. &, *l* Esse in Deo prouidentiam. &, *m* Peculiarem Dei erga pios prouidentiam esse. &, *n* Iustos, ac pios à Deo protegi, *Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini*, &c. Victoriæ auctor agnoscitur Deus. 38. *o* Manum, potestatis symbolum esse, *Quos habuimus sub manu nostra.* 39. *p* Esse Deo cultum exhibendum oratione. &, *q* Congruum esse pro nostris necessitatibus Sanctos ad intercedendū Deo aduocare, *Vt deprecetur pro nobis Dominum.* 40. *r* Licitum esse aliqua possidere vt propria. &, *s* Licere in bello iusto prædas ex hoste acceptas retinere, *Et tulerunt prædam.* sup. v. 11. *Vnusquisque quod in prada rapuerat, suum erat.*

e p. 1971. f p. 1975. g p. 1976. h p. 2066. i p. 2062. k p. 298. l p. 23. m p. 380. n p. 899. o p. 866, 1779, 2073. p p. 1926. q p. 1928. r p. 1859. s p. 1865.

Allegoria.

Allegorica doctrina ea est. 1. *a* Bellum esse in hoc mundo inter Ecclesiam, & hostes Christi. * *Armate ex vobis viros ad pugnam*, &c. Bella, quæ in Scripturis narrantur ab Israelitis gesta contra Infideles, figuras fuisse bellorū spiritualium, quibus quotidie Christi Ecclesia certat contra hostes fidei, ac virtutis; indicat Paulus 1. Cor. 10. & docetur ex Gregorio 23. q. 1. c. 1. & ab Origen. in Ios. hom. 15. & ab alijs Patribus in Sylu. Alleg. v. Bellare. 2. *b* Hostes Ecclesiæ vinci verbo Dei, * *Et tubas ad clangendum tradidit ei.* Tuba, prædicationis symbolum est, Isaia 58. 1. Osee 8. 1. Apoc. 4. 1. 3. *c* Posse Infideles compelli, ne Christi fidem impediant, * *Omnes mares occiderunt.* Tollendi è medio hæresum, & errorū satores, * *Cunctos interficite quidquid est generis masculini.* 4. *d* Recipiendos esse in Eccle-

a p. 882. b p. 907, 1418. c p. 1419. d p. 1436.

18 Infideles ad fidem reuertentes, * *Omnes fœminas virgines reseruate vobis.* Virgo, Fidelis symbolum est, veram doctrinam profitētis, Ioel 1. 8. Matt. 25. 1. 2. Cor. 11. 2. 5. *e* Licitam esse visibilium, & humanarū doctrinarum cognitionem, ad bonum finem: qua Infideles male vti solent, * *Reliqua vtensilia portauerunt ad castra.* Vtitur Ecclesia scientijs humanis ad defensionem, & confirmationem diuinorum, * *Offerimus in donariis Domini singuli, quod in prada auri potuimus inuenire.* Aurum, symbolum est sapientiæ, Prou. 20. 15. Cant. 5. 11.

e p. 2412.

Tropologia.

Tropologica doctrina ea est. 1. *a* Bellū esse inter sensum, & spiritū. * *Armate ex vobis viros ad pugnam*, &c. Indicat hoc spirituale bellum Scripturæ sacræ, Rom. 6. 13. *Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo.* & c. 13. 12. *Induamur arma lucis.* & 2. Cor. 10. 3. *In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionū, consilia destruentes*, &c. & Iac. 4. *Vnde bella, & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?* & 1. Pet. 2. 11. *Obsecro vos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.* 2. *b* Pœnitentiam agendam esse ad destructionem peccatorum. &, *c* Contritione peccata deleri. &, *d* Concupiscentias, ac delectationes esse frænandas, quæ auertunt animum à regula rationis, *Armate ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis.* 3. *e* Duodecim operum bonorum genera numerari, ex gratia quasi ex quodam diuino semine procedentia. quæ pugnant cum operibus carnis, *Dederunt millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam.* * 4. *f* Esse Sacramenta, *g* & verbum Dei efficacissima media ad tentationum victoriā, *Vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei.* Sacramenta, vasorum ratione habent, quatenus gratiam continent. Per ea habentur diuina auxilia contra tentationes. Vitiorum autem victoria, & tentationum semper habita est per verbi Dei tum lectionem, tūm memoriam, tum prædicationem. * 5. *h* Tentationum occasiones vitandas esse, ac recidendas, *Omnes mares occiderunt.* Occasiones quasi mares se habent ad filios malorum operum procreandos. * 6. *i* In capitalium vitiorum

b p. 781. c p. 800. d p. 2257. e p. 1041. f p. 750. g p. 907, 1398, 1400. h p. 914. i p. 2257. orig. apud Gloss.

Digitized by Google

exterminationem esse intuendum. *Occiderunt Reges eorum Eui, & Recem & Sur, & Hur, & Rebe. Eui*, ab hw *auah*, Deliderare, concupiscere. Carnis concupiscentia est per antonomasiam, & luxuria.
l p.2319. *l* Rationem Regis habet luxuria, quatenus multorum peccatorum illecebra est. *Recem*, quasi opus *Reqem*, Iranitatem significat, nempe Superbiam. Superbia Regis rationem habet *n* tum quatenus est
n p.2381. inordinatus appetitus propriæ excellentiæ;
o p.2393. *o* tũ quatenus omnes virtutes corrumpit: quatenus omni virtute abutitur ad propriam excellentiam. *Sur*, ab heb. חור *Tsur*, quod est angustijs afficere, Iræ vitium si-
q p.2354. gnificat. *q* Vitium autem Iræ multorum peccatorũ origo est, ac proinde quasi princeps se habet. Fallit enim, & allicit appetitum, proponens vindictam sub ratione iusti, & honesti. *Hur*, concupiscentiam oculorũ significat, & auaritiam. quę excitatur pulchritudine diuitiarum, ac deliciarũm *Hbur*, hebr. candorem significat.
s p.2165. *s* Multorum vitiorũ principium est Auaritia. *Rebe*, hebr. רבה *Rebahhh*, quod Accubitum significat. Gula figuratur, quæ delicioso accubitu delectatur. *t* Estque illecebra multorum vitiorum. *7. u* Vetam
t p.2299. u p.803. pœnitentiam, confessionem ipsam peccatorũ includere. * *Adduxerunt* (prædam). 11 *ad Moysen, & ad Eleazarum Sacerdotem*, 12 &c. 8. *x* Sacerdoti confessionem sacramentalem faciendam esse. * *Iratus* 14 *Moyses* (qui Sacerdos erat) *dixit: Cur feminas reseruastis?* Ad Sacerdotem spec-
x p.805. 17 tat causas animarum iudicare. * 9. *y* Ve- *y p.800.*
18 ram pœnitentiam dolorem, seu displicen-
19 tiam includere de peccatis vt à nobis admissis, qui dolor Contritio nominatur, quæ deleatur peccata, *Cunctos interficite quidquid est generis masculini, etiam in parvulis: & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, interficite: puellas autem, & omnes feminas virgines reseruate.* 2 Masculina *z p.1155.* opera mala significant, quæ malitiam habent in se facta, & ex obiecto. Femineæ *a p.1155.* corruptæ, sunt opera, quæ malitiam habẽt ex fine. Virgines, quæ seruantur, sunt *b* tum opera bona, *c* tum operæ per peccatum mortificatæ, quæ per sequentem pœ- *b p.1151.* nitentiam reuiuiscũt, quatenus efficaciam *c p.798.* recipiunt, vt perducãt ad vitam æternam.
20 *d* Conuenire esse, toto vitæ tempore *d p.804.*
quantum per discretionem licuerit, de peccatis dolere, *Manete extra castra septem diebus.* Mansio extra castra, pœnitentiam significat: septem dies, vitæ præsentis symbolum sunt. 21 *e* Iustitiæ vin- *e p.808.*
dicatiuę actũ exercere cum, qui pro peccatis satisfactionis actũ exercet erga Deum.
21 * *Omne quod potest transire per flammas,*
22 *igne purgabitur*, &c. 12. *f* Necessariam *f p.1300.*
23 esse gratiam, ad vitam æternam promerendam. * *Offerimus in donariis Domino singuli, quod in præda auri potuimus*
24 *inuenire*, &c. *Susceperunt mutuerunt in Tabernaculum testimonii*, &c. Aurum, charitatis, gratiæque symbolum est, Psal. 44. 10. Apoc. 3. 18. & 21. 18. Inferuntur in ætatis tabernaculo opus charitatis.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

1. Filii Ruben, & Gad petunt à Moyse dari sibi in possessionem terram Galaad trans Iordanem, alendis pecoribus commodam. 2. Redarguit eorum petitionem Moyses: cauens, ne eorum exemplo ceteri Israelitæ nolint Iordanem ad promissam terram transire, & pro eius acquisitione pugnare. 3. Spondent illi se cum ceteris Israelitis, relictis in munitis vrbibus vxoribus, ac filiis, armatos ad terræ acquisitionem iturros. 4. Recipit sponsionem Moyses: & regnum Sehon & Og tribuit Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui Manasse. 5. Illi vrbes munitas extruunt, & caulas pecoribus suis.

1 FIlij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substãtia. Cumq; vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, 2 venerunt ad Moysen, & ad Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt: 3 Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, 4 terrã, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio vberrima est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima: 5 precamurque, si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. 6 Quibus respondit Moyses: Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? 7 Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus? 8 nonne ita egerunt patres vestri, quando missi de Cadesbarne ad explorandam Terram?

9 Cumque

Digitized by Google

9 Cumque veniſſent vſque ad Vallem botri, luſtrata omni regione, ſubuerterunt cor filiorum Iſrael, vt non intrarent fines, quos eis Dominus dedit. 10 Qui iratus iurauit, dicens: 11 Si videbunt homines iſti, qui aſcenderunt ex Ægypto, à viginti annis & ſupra, Terram, quam ſub iuramento pollicitus ſum Abraham, Iſaac, & Iacob: & noluerunt ſequi me, 12 præter Caleb filium Iephone Cenezeum, & Ioſue filium Nun: iſti impleuerunt voluntatem meam. 13 Iratuſque Dominus aduerſum Iſrael, circumduxit eum per deſertum quadraginta annis, donec conſumeretur vniuerſa generatio, quæ fecerat malum in conſpectu eius. 14 Et ecce, inquit, vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris, incrementa & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Iſrael. 15 Quod ſi nolueritis ſequi eum, in ſolitudine populum derelinquet, & vos cauſa eritis necis omnium. 16 At illi propè accedentes, dixerunt: Caulas ouium fabricabimus, & ſtabula iumentorum, paruulis quoque noſtris vrbes munitas: 17 nos autē ipſi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Iſrael, donec introducamus eos ad loca ſua. Paruuli noſtri, & quidquid habere poſſumus, erunt in vrbibus muratis, propter habitatorum inſidias. 18 Non reuertemur in domos noſtras, vſque dum poſſideant filij Iſrael hereditatem ſuam: 19 nec quidquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus noſtrā poſſeſſionem in orientali eius plaga. 20 Quibus Moyſes ait: Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam: 21 & omnis vir bellator armatus Iordanem tranſeat, donec ſubuertat Dominus inimicos ſuos, 22 & ſubijciatur ei omnis Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Iſrael, & obtinebitis regiones, quas vultis, coram Domino. 23 Sin autem quod dicitis, non feceritis, nulli dubium eſt quin peccetis in Deum: & ſcitote quoniam peccatum veſtrum apprehendet vos. 24 Ædificate ergo vrbes paruulis veſtris, & caulas & ſtabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti eſtis implete. 25 Dixeruntque filij Gad & Ruben ad Moyſen: Serui tui ſumus, faciemus quod iubet Dominus noſter. 26 Paruulos noſtros, & mulieres, & pecora, ac iumenta relinquemus in vrbibus Galaad: 27 nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, ſicut tu domine loqueris. 28 Præcepit ergo Moyſes Eleazaro ſacerdoti, & Ioſue filio Nun, & principibus familiarū per tribus Iſrael, & dixit ad eos: 29 Si tranſierint filij Gad, & filij Ruben vobiſcum Iordanem, omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit terra ſubiecta: date eis Galaad in poſſeſſionem. 30 Sin autem noluerint tranſire armati vobiſcum in Terram Chanaan, inter vos habitandi accipiant loca. 31 Reſponderuntque filij Gad, & filij Ruben: Sicut locutus eſt Dominus ſeruis ſuis, ita faciemus: 32 ipſi armati pergemus coram Domino in Terram Chanaan, & poſſeſſionem iam ſuſcepiſſe nos confitemur trans Iordanem. 33 Dedit itaque Moyſes filijs Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Ioſeph, regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan, & terram eorum cum vrbibus ſuis per circuitum. 34 Igitur extruxerunt filij Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer, 35 & Etroth, & Sophan, & Iazer, & Iegbaa, 36 & Bethnemra, & Betharan, vrbes munitas, & caulas pecoribus ſuis. 37 Filij verò Ruben ædificauerunt Heſebon, & Eleale, & Cariathaim, 38 & Nabo, & Baalmeon, verſis nominibus, Sabama quoque: imponentes vocabula vrbibus, quas extruxerant. 39 Porrò filij Machir, filij Manaſſe perrexerunt in Galaad, & vaſtauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius. 40 Dedit ergo Moyſes Terram Galaad Machir filio Manaſſe, qui habitauit in ea. 41 Iair autem filius Manaſſe abijt & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth Iair, id eſt, Villas Iair. 42 Nobe quoque perrexit, & apprehendit Chanath cum viculis ſuis: vocauitque eam ex nomine ſuo Nobe.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

HVius capitis doctrina ea est, a Videre bonis temporalibus, quæ ad finem honestum, & b Contingere beatitudinem aliquam in hac vita. * *Filii Ruben & Gad habebat pecora multa, & etiam infinita substantia.* 2. c Actum esse prudentiæ, gubernationem aptorum mediorum ad finem. *Cum vidissent aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen*, &c. 3. d Actum esse concupiscentiæ, ac desiderij, cum affectus cupiditate fertur in bona sensibilia, quæ nondum habentur, * *Regio uberrima est ad pastum animalium. Precamur vt des nobis.* 4. e Amoris, ac desiderij causam esse rationem vtilis. Inclinat enim quodque in bonum sibi, *Regio uberrima est ad pastum animalium.* 5. f Amicitiam esse inter homines. &, g Amicitiæ actum esse benevolentiam, quo actu vult amicus amico bonum. &, h Amicitiæ actum esse beneficentiam, vult enim amicus amico bonum facere, &, i Amicitiæ actum esse, cum amicitiæ voluntate concordare, *Precamur, si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem*, &c. 6. k Correctionem fraternam adhibendam esse, quia remouetur a fratre maximum malum, peccatum. * *Quibus nos prohibuit Moyses*, &c. 7. l Illicitum esse non audere, cum audendum est, quod agit ignauia, *Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis?* 8. m Scandalum actiuum peccatum esse, contrarium charitati. Nam contra charitatem est dicto, vel facto præbere alteri occasionem ruinæ: &, n Seditionem esse peccatum charitati, ac pacicontrarium. Est enim contra commune bonum multitudinis. * *Cur subuertitis mentes filiorum Israel*, &c. 9. o Præteritorum memoriam ad prudentiam requiri, * *Nonne ita egerunt patres vestri*, &c. 10. Non esse male agentes imitandos, *Nonne ita egerunt patres vestri*, &c. *Vos surrexistis pro patribus vestris.* 10. p Deum vindicem esse, ac vltorem malè agentium. & 11. q Iuramentum licitum esse, * *Qui* (Dominus) *iratus suramenti dicens*, 12. r Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. &, s Pro culpæ quantitate, pœnas licitas esse, *Si videbunt homines isti*, &c. *Terram, quam pollicitus sum.* 13. t Esse peccatum inobedientiæ. quo superioris ius læditur per contemptum præcepti, *Noluerunt sequi me.* 14. u Esse nostram voluntatem cum diuina conformandam. &, x Diuinis præceptis parendum in omnibus esse, *Noluerunt sequi me*, &c. *Isti impleuerũt voluntatem meam.* 15. y Iram concitari ex existimatione iniuriæ illatæ, quæ sub ratione contemptus apprehenditur. * *Vos surrexistis pro patribus vestris, vt augeretis furorem Domini contra Israel*, &c. 16. z Congruum esse a malè agendo, pœnarum comminatione deterrere, * *Quod si noluerit sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium.* 17. a Præclaram fortitudinem esse, quæ mortis periculis non refugit propter bonum commune. 17. vt contingit in iusto bello, * *Nos ipsi armati, & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua.* 18. b Licere vnicuique ius suum tueri, se apud Iudicem defendendo, 16. * *At illi prope accedentes dixerunt*, &c. Respondent ijs, quæ a Moyse obiecta fuerant, & se purgant a suspicione ignauiæ, ac seditionis. 19. Prudentis esse c Prouidentiam, & d Cautionem adhibere, 17. * *Parui nostri, & quicquid habere possumus*, &c. 20. e Licitum esse, licita promittere. * *Nos armati, & accincti pergemus ad prælium*, &c. v. 17. & 27. 21. f Stando esse promissis, * *Si facitis quod promittitis ex pediti pergite*, &c. 22. g Iustum bellum non esse illicitum, *Ex pediti pergite coram Domino ad pugnam*. v. 20. 23. h Debitum esse pœnale, pœnæ reatu. & i Debiti pœnalis causam esse delictum, *Sin autem quod dicitis, non feceritis, nulli dubium est quod peccetis in Deum: & scitote, quoniam peccatum vestrum apprehendet vos.* Nam 24. k Ius delicto læsum, pœna compensandum. 25. l Deberi personis in dignitate constitutis obsequium, & cultum. &, m Deberi suis superioribus a subditis obedientiam. &, n Obedientiæ obiectum, esse superioris præceptum. &, o Debere subditos ad boni communis conseruationem superioribus cooperari, * *Serui tui sumus, faciemus quod iubet dominus noster.* 26. p Esse actum imperij, * *Præcepit Moyses Eleazaro Sacerdoti*, &c. 27. q Esse actum vsus, ac executionis. 29. * *Date eis Galaad in possessionem.* Galaad, & mons dictus, & ciuitas, & regio: vt ex hoc capite apparet, c. 31. 28. r Infidelem non esse, qui non implet quod promisit; si conditiones negotiorum sint mutatæ, * *Si autem noluerint transire armati vobiscum in terram Chanaan, inter vos habitandi accipiant loca.* 29. s Esse Ius commutatiuum, seu particulare, ex particulari pacto, & conuentione determinatum, * *Si transierint filii Gad*, &c. 31. *Date eis Galaad.* Dedit Moyses filijs Gad, & Ruben, &c. 30. t Iustitiæ generalis esse, inter subditos, & communitatem

iustum

a p. 2156. 2216.
b p. 928.
c p. 1759.
d p. 200.
e p. 189.
f p. 1490.
g p. 1569.
h p. 1605. 1606.
i p. 1571.
k p. 1629.
l p. 2205.
m p. 1683.
n p. 1682.
o p. 1754.
p p. 25.
q p. 1982.
r p. 1279.
s p. 2104.
t p. 2072.
u p. 1572.
x p. 2066.
y p. 251.
z p. 1293.
a p. 2188.
b p. 1803.
c p. 1759.
d p. 1761.
e p. 2124.
f p. 2125.
g p. 1676.
h p. 1797.
i p. 1798.
k p. 1799.
l p. 2052.
m p. 2061.
n p. 2062.
o p. 2081.
p p. 167.
q p. 166.
r p. 2126.
s p. 1781.
t p. 1805.

Digitized by Google

instituit fieri. 5 *Dixitque Moyses filiis*
up.1807. *Gad, & filiis* q *Ruben:* Fuit etiam actus iustitiæ distributiuæ actus Moysis: quia bona, quæ tradidit, erant communitatis, ad quæ ius
xp.1759. habebant Israelitæ. 21, x Actum esse prouidentiæ. *Ecce vos ascendetis armati ante Dominum ad bellandum, &c.* 34
yp.2153. 32 y Vtrum esse impositi rebus nomina, 38 *Nabo, & Baalmeon, mutatis nominibus, quæ extrinsecus imposita fuerant. Vocauitque eas ex nomine suo Nobe.* 39
zp.1676. 33 z Iustum bellum non esse illicitum, *Vastauerunt eam, interfectis habitatoribus.*
ap.1859. 34 a Licitum esse aliqua possidere vt propria.
bp.1865. & b Licere in bello iusto prædas ex-
cp.1807. hoste acceptas retinere. & c Esse Iustitiam distributiuam. * *Dedit ergo Moyses, &c.* 40 *Apprehendit Chanaham tam vicinam illis, &c.* 41

Interpretatio mystica.

ap.661. DOcemur mystice 1 a Impedimentum afferre solere ad perfectionem temporalia. * *Des nobis eam in possessionem, ne facias nos transire Iordanem.* Terra promissa, statum perfectionis significat. Terræ animalibus alendis aptæ, sunt bona temporalia, quæque diuertunt animum ab amo-
bp.680. re perfectionis. 2 b Contemplationem diuinorum per passiones animi, & actiones exteriores impediri. *Cum vidissent aptam animalibus alendis terram, &c.* Obiecta visibilia, quasi pascua quædam sunt, & animi passiones, quasi animalia, quæ obiectis sensibilibus nutriuntur. 3 c Ordinasse cp.1116. legem veterem homines ad Christum, 17 * *Ipsi armati, & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel.* Gad, & Ruben Iudæos significant cū suis Scripturis, prophetias, & figuras de Christo continentibus. quibus Euangelij veritas suadetur 19 Gentilibus. * 4 d Cæremonias veteris le- dp.864. gis post Euangelij promulgationē cessasse. & e Esse Iudæos adhuc figuris insistentes. ep.1430. & f Iudæos, ac eorum Synagogam à Deo fp.1431. desertam, ac reprobatam esse, *Nec quicquam quæremus trans Iordanem: quia iam habemus nostram possessionem.* 5 g Multas Ecclesiæ tribulationes cōtingere à fal- gp.887. fis, ac malis fratribus, * *Ecce vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel.* 6 h Solam, ac sine operibus fidem non esse hp.1343. satis ad salutem, * *Ipsi armati, & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Parvuli nostri, & quidquid habere possumus, erunt in vrbibus muratis, &c. Nec quicquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus nostram possessionem.*

i Figurantur Prædicatores, & Pastores animarum, qui doctrina, quam docent, & defendunt, introducunt alios in cælum: ipsi verò toti sunt in amore temporalium. i *Ex Gloss.*

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

1. Numerantur quadraginta duæ mansiones Israelitarum ab Ægypto ad Iordanem, hoc est ad terminum terræ promissæ. 2. Iubet Deus ad terram promissam ingressum idololatriæ monimenta aboleri, terram proportione diuidi, habitatores occidi.

1 HÆ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, 2 quas descripsit Moyses iuxta castrorū loca, quæ Domini iussione mutabant. 3 Profecti igitur de Rameſſe mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die Phase, filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Ægyptijs, 4 & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus (nam & in dijs eorum exercuerat vltionem) 5 castrametati sunt in Soccoth. 6 Et de Soccoth venerunt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. 7 Inde egressi venerunt contra Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Magdalum. 8 Profectique de Phihahiroth, transierunt per medium mare in solitudinem: & ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in Mara. 9 Profectique de Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibique castrametati sunt. 10 Sed & inde egressi, fixerunt tentoria super Mare rubrum. Profectique de Mari rubro, 11 castrametati sunt in deserto Sin. 12 Vnde egressi, venerunt in Daphca. 13 Profectique de Daphca, castrametati sunt in Alus. 14 Egressique de Alus, in Raphidim fixere tentoria, vbi populo defuit aqua ad bibendum. 15 Profecti de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. 16 Sed & de solitudine Sinai egressi, venerunt ad Sepulchra concu-

Digitized by Google

concupiſcentiæ. 17 Profectiq; de Sepulchris concupiſcentiæ, caſtrametati ſunt in Haſeroth. 18 Et de Haſeroth venerunt in Rethma. 19 Profectiq; de Rethma, caſtrametati ſunt in Remmomphares. 20 Vnde egreſſi, venerunt in Lebnā. 21 De Lebna, caſtrametati ſunt in Reſſa. 22 Egreſſique de Reſſa, venerunt in Ceelatha. 23 Vnde profecti, caſtrametati ſunt in monte Sepher. 24 Egreſſi de monte Sepher, venerunt in Arada. 25 Indè proficiſcentes, caſtrametati ſunt in Maceloth. 26 Profectique de Maceloth, venerunt in Thahath. 27 De Thahath, caſtrametati ſunt in Thare. 28 Vnde egreſſi, fixere tentoria in Methca. 29 Et de Methca, caſtrametati ſunt in Heſmona. 30 Profectique de Heſmona, venerunt in Moſeroth. 31 Et de Moſeroth, caſtrametati ſunt in Beneiaacan. 32 Profectique de Beneiaacan, venerunt in montem Gadgad. 33 Vnde profecti, caſtrametati ſunt in Ietebatha. 34 Et de Ietebatha, venerũt in Hebrona. 35 Egreſſiq; de Hebrona, caſtrametati ſunt in Aſiongaber. 36 Indè profecti, venerunt in deſertum Sin, hæc eſt Cades. 37 Egreſſique de Cades, caſtrametati ſunt in monte Hor, in extremis finibus Terræ Edom. 38 Aſcenditque Aaron ſacerdos in montem Hor, iubente Domino: & ibi mortuus eſt anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex Ægypto, menſe quinto, prima die menſis, 39 cùm eſſet annorum centum viginti trium. 40 Audiuitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in Terram Chanaan veniſſe filios Iſrael. 41 Et profecti de monte Hor, caſtrametati ſunt in Salmona. 42 Vnde egreſſi, venerunt in Phunon. 43 Profectique de Phunon, caſtrametati ſunt in Oboth. 44 Et de Oboth, venerunt in Ieabarim, quæ eſt in finibus Moabitarum. 45 Profectique de Ieabarim, fixere tẽtoria in Dibongad. 46 Vnde egreſſi, caſtrametati ſunt in Helmondeblathaim. 47 Egreſſiq; de Helmondeblathaim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo. 48 Profectique de montibus Abarim, tranſierunt ad campeſtria Moab, ſupra Iordanem contra Iericho. 49 Ibique caſtrametati ſunt de Bethſimoth vſque ad Abelſatim in planioribus locis Moabitarum. 50 vbi locutus eſt Dominus ad Moyſen: 51 Præcipe filijs Iſrael, & dic ad eos: Quando tranſieritis Iordanem, intrantes Terram Chanaan, 52 diſperdite cunctos habitatores Terræ illius: confringite titulos, & ſtatuas comminuite, atque omnia excelſa vaſtate, 53 mundantes terram, & habitantes in ea: ego enim dedi vobis illã in poſſeſſionem, 54 quam diuidetis vobis ſorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucis anguſtiorem. Singulis vt ſors ceciderit, ita tribuetur hereditas. Per tribus & familias poſſeſſio diuidetur. 55 Sin autem noluerit is interficere habitatores Terræ: qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduerſabuntur vobis in Terra habitationis veſtræ: 56 & quidquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

Interpretatio litteralis.

1 EGreſſi ſunt de Ægypto in manu *Moyſi, & Aaron.* Manus, ſymbolum miniſterij, regiminis, ac poteſtatis, c. 6588, 6589, 6590.

a p. 2073. *a* Neceſſarium Superiores, ac Rectores eſſe.

2 * *Quas deſcripſit Moyses iuxta caſtrorum loca, qua Domini iuſſione mutabant.*

b p. 2066. c p. 1572. Indicat, *b* In omnibus eſſe diuinis præceptis obtemperandum. &, *c* Noſtram cum diuina voluntatem conformandam eſſe.

3 * *In manu excelsa videntibus cunctis Ægyptiis.* Manus excelſa ſymbolum diuinæ potentiæ, c. 6590. *d* Deus omnipotẽs.

d p. 14. e p. 316. Indicantur *e* Miracula, quæ Deus ſæpè facit præter ordinem, quem indidit rebus;

f p. 696. g p. 380, 899. *f* præſertim ad veræ fidei confirmationem; &, *g* Ad indicandam peculiarem erga pios prouidentiam.

4 * *In diis eorum exercuerat vltionem.* Dij appellari ſolent & Magiſtratus, qui iudicãdi poteſtate funguntur; & falſi dij, can. 1491, 1492. Percuſſit Deus & Magiſtratus Ægyptiorum, & idola, quę fortaſſe confregit. *b* Vltor Deus male agentium.

b p. 29.

50 * *Locutus eſt Dominus ad Moysen:*

51 *Præcipe filiis Israel, & dic ad eos*, &c. Docemur 1. *i* Auctorẽ legis veteris fuiſſe Deum, *Locutus eſt Dominus.* 2. K Legis veteris miniſtrum Moyſen fuiſſe, *Locutus eſt Dominus ad Moysen: Præcipe*, &c. 3. *l* Legem veterem præcepta moralia continere, * *Confringite titulos, & omnia excelsa vastate.* Tituli, hebræum מצבות *Mascijoth*, Picturæ, imagines, cælaturæ. ſigna idololatriæ. Excelſum, במה *Bamah*, Sacellum, ſeu altare, quod in ſublimi loco extruebatur. Morale eſt hoc præceptum

i p. 1117. k p. 1119. l p. 1123.

contra

o p.1007. contra idololatriam. 4. n Idololatriam, cultumq; illicitum esse, ac superstitiosum, quidquid institutum ab hominibus est ad facienda, & colenda idola, vel pertinens ad colendum sicut Deum creaturam, partemve vllam creaturæ, *Confringite titulos, & statuas*, &c. 5. o Peccatorem occidere, peccatum non est, si legitimè fiat ob bonum commune, *Disperdite cunctos habitatores terræ illius.* 6. p Omnium Dominum esse Deum, * *Ego dedi vobis illam in possessionem.* 7. q Licitum esse aliqua possidere vt propria, *Dedi vobis illam in possessionem.* 8. r Licitum esse interdū sortibus vti, * *Quam diuidetis vobis sorte*, &c. 9. s Esse iustitiam distributiuam, *Pluribus dabitis latiorem, & paucis angustiorem.* 10. t Lanceas, & claues symbola esse malorum, quæ odium pariũt, * *Quiremanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis.* 11. u Malorum hominum familiaritatem, & conuictum, quantum ad periculum, & consortium peccandi, fugiendum. &, y Tentationum occasiones vitãdas esse, *Disperdite cunctos*, &c. *Confringite titulos*, &c. 12. z Congruum esse à male agendo, poenarum commination̄e deterrere, * *Quidquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.*

n p.1007. o p.1843. p p.1843. q p.22. r p.1859. s p.2016. t p.1807. u p.1652. x p.913. y p.914. z p.1893.

54 55 56

Allegoria.

MOyses Dux Israelitarum, Christi figura fuit, 1. Corinth. 10. 2. Hebr. 3. Fuerunt & Christi figura Israelitæ. vt indicat Matthæus illis verbis: a Vocaui ex Ægypto filium meum. secundum litteram, populum Israeliticum filium suum vocat Deus: secundum allegoriam Filium suum intelligit Iesum Christum. * b Ergo mysticè 1. Mansiones Moysis, & Israelitarum antequam peruenirẽt ad terram promissam, quę fuerunt numero 42. sunt quadraginta duæ generationes, per quas Iesus Christus peruenit in vterum Virginis. Nam Matthęi 1. 17. dicitur: *Ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim.* c Iesu Christi corpus ex Abrahæ, ac Danidis stirpe derivatum. 2. Exitus ex Ægypto, figurauit liberationem filiorum Dei è seruitute Diaboli, d prædestinatam ab æterno in mente Dei, e & prisc̄is patribus promissam. Ægyptus, hebr. *Mitsraim*, à מצר *Metsar*, quod angustiam significat, è qua non potest quis euadere. talis est peccati status. 3. Ingressus Israelitarum in terram promissam, g tum primum Christi aduentũ significat; h tum Euangelij prædicationem in Gentibus. 4. i Chananæorum deletio, Gentilium conuersionem significat; k Titulorum, & excelsorum vastatio, idolorum cultum ex orbe fugatum; l Terræ diuisio, erectionem Ecclesiarum.

a Mat. 2. 15. ex Os. 11. 2. b Ex Glossa. c p.435. d p.445. e p.449. g p.446. h p.1393. i p.1400. k p.1400. l p.1393.

Tropologia.

1 1. a EXitus ex Ægypto, iustificationem impij, & remissionem peccatorũ significat. Ita liberamur à seruitute Diaboli, 2. Manius Moysis, est efficacia meritorum Christi, qua liberamur à peccatis. b Infunditur nobis gratia iustificans ex meritis Christi. &, c Meruit nobis Christus media ad iustificationem. &, Liberati sumus per Christi passionem d à peccato, e & à potestate Diaboli, f & à pœna peccati. 3. Manius Aaron, est efficacia Sacramentorum, quæ à Sacerdotibus administrantur. g Sacerdotes in Ecclesia sacrificij, & Sacramentorum ministri sunt. &, b Sacramenta nouæ legis gratiam secum afferunt iustificantem. 4. i Terra promissionis, ad quam Israelitæ post 42. mansiones peruenerunt; est Christiana perfectio, ad quam quadraginta duobus mediis peruenitur. 5. Quatenus Israelitæ profecti sunt de Rameſe, significatur Pœnitentia, & discessus è statu peccati. Id indicat nomen *Ramesse*. hebr. *Rahhhmesès*. nam רגז *Rahhham*, commotionem significat, עש *Ses*, Tinea, quæ pannos corrodit. Commotio tineæ, est pœnitentia de peccato, quod quasi tinea spirituale bonum animæ corrumpit, & conscientiæ vermis est, c. 7672. m Ad remissionem peccatorum recipiendam, detestatio peccatorum requiritur. 6. Quatenus Israelitæ castrametati primum sunt in סכות *Soccoth*, id est, in tabernaculis; significatur ea cogitatio, in qua debent esse ij, qui discedunt è statu peccati, & volunt progredi ad perfectionem: cogitandum illis est, peregrinos se in terris esse; o proinde abstinendum esse à carnalibus desideriis; p cogitandum, militiam esse vitam hominis super terram; proinde præparandum esse animum ad tentationem. Tabernaculis vtuntur tum peregrini, tum milites.

6 * 7. Venire in Etham, est voluntatem habere, ac propositum vitæ perfectæ, ac immaculatæ; & sinceram in omnibus actionibus intentionem habere. Hoc potissimũ est ad perfectionem medium. אתם *Tham*, perfectum, & immaculatum significat. * Recta in omni opere intentio habenda est. * 8. s Venire vsque ad Phihahiroth, est ad sinceram peccatorum, & propriæ vilitatis confessionem peruenire. Hoc humilitatis genus, puritatem conscientiæ parit. & valet maximè contra Regem

7 super

1 a p.403, 776. Ex Origene apud Glos. b p.573. c p.575. d p.584. e p.585. f p.586. g p.646. h p.749. i p.652. m p.412, 781, 800. Ex Origene apud Glos. o p.2257. p p.892. r p.1721. s p.803.

Digitized by Google

ſuperbiæ Diabolum, & contra ſuperbum eius ſpiritum. *Phihahiroth*, os candidum ſignificat, à פי *Hhor*, Candidum. Quare ſinceræ confeſſionis ſymbolum eſt. *Beelsephon*, Dominus aquilonis, Diabolum indicat, Cant. 4. 16. ex Gregorio. *Magdalum*, à מגדל *Gadal*, quod eſt Magnum eſſe, ſuperbiam ſignat. Confeſſio peccatorum Diabolum abigit, & ſuperbiæ ſpiritum. quod eſt præſtantiſsimum medium ad perfectionem chriſtianam acquirendam. * 9. *x* Tranſire per mare, & venire in Mara; eſt tribulationes perpeti. Neceſſe enim eſt progredientes in via Dei tentationibus probari. Mare, ſymbolum eſt calamitatis, Pſalm. 67. 2. & 68. 3. Thren. 2. 13. Symbolum periculi, Prouerb. 23. 34. מרה *Mara*, amaritudinem ſignificat. * 10. *z* Venire in Elim, & ad duodecim fontes, & ad ſeptuaginta palmas; eſt ita in via Dei proficere, vt Apoſtolorum, & Martyrum actiones imiteris. Elim, Arietes, duces ouium, ſunt Apoſtoli, ijdem ſunt duodecim fontes, quatenus ab ipſis aquam diuinæ doctrinæ accipimus. Palmæ, Martyrum, & iuſtorũ hominum victorias indicant, Apoc. 7. 9.

a Præmiũm virtutis in hac vita ſunt actio recta, & actus boni. * 11. *b* Quoniam Mare, pericula ſignificat: tentoria ſuper Mare rubrum figere, eſt huius vitæ pericula conſiderare; vt contra illa te munias, & viuas cautè. * 12. *c* Caſtrametari in deſerto Sin, vt in ſpiritu proficias; eſt in imitationem Chriſti, ac Beatæ Virginis incumbere. Nam *Sin*, Rubus vertitur. In deſerto Sin, viſus eſt à Moyſe rubus ardens, & incombuſtus. Eum rubum Eccleſia, & Chriſtum interpretatur, & Beatam Virginem in ſuis antiphonis. * 13. *d* Venire in Daphca, eſt impetu ſpiritus ferri. *Daphca*, eſt impellere. Ex Chriſti, ac Deiparæ imitatione, maximus feruor ſpiritus exiſtit. Vult autem Apoſtolus eſſe ſpiritu feruentes eos, qui in via Dei progrediuntur. Neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. * 14. *e* Caſtrametari in Alus, eſt ſpem æternæ vitæ in Chriſti meritis fundare. Nam congruẽtiſſima interpretatio nominis Alus, eſt *Fortis agnus*, ab אל *el*, fortis, & טה *Sè*, Agnus. Fortis autem Agnus Chriſtus eſt. *b* Eſt autem ſpes cauſa bonorum operum. * 15. Figere tentoria in Raphidim, eſt diuinis auxilijs niti. *Raphidim*, fulcimenta ſignificat, à רפד *Raphad*, Fulcire. *k* Homo ad bonum tum ſibi connaturale, tum ſupernaturale operandum indiget diuino gratiæ auxilio. * 16. *l* Caſtrametari in deſerto Sinai, vbi populo Iſraelitico data eſt lex; eſt vitam illuminatiuam ingredi, & proficere in doctrina diuinorum: quod fit ſacra & meditatione, & lectione, & auditu verbi Dei. * 17. *m* Aduentus ad Sepulchra concupiſcentiæ, perfectam paſſionum mortificationem ſignificat. Frænandæ ſunt concupiſcentiæ, quæ auertunt animum à regula rationis: vt in via perfectionis proficias. Conſepeliri debemus cũ Chriſto in mortem veteris hominis. * 18. *n* Caſtrametari in Haſeroth, eſt myſteriorum contemplationi hærere, tum ad Eccleſiam militantem, tum ad triumphantem pertinẽtium. חצרות *Hhaſeroth*, Atria vertitur. *p* Atria ex Patrum ſententia in Stripturis ſanctis & Eccleſiam, & cælum ſignant. Contemplatio in hac vita eſt cæleſtis felicitatis participatio, quædam ad illam via. * 19. *q* Venire in Rethma, eſt Ardore diuini amoris calere. *r* Eo ardore calere ſolent contemplatiui. Hi de Haſeroth veniunt in Rethma, רתמה *Rothem*. Rethma, iuniperum ſignificat. Eſt autem iniperus ſymbolum diuini amoris, quatenus ẽbnoxia carieinon eſt, & excalfacit, & accenſa ſerpentes fugat. Charitas nunquam excidit, alios ad Deum amandum inflammat, fugat peccatum, concupiſcentiam ſenſibilium compeſcit. * 20. *s* Caſtrametari in Remmonphares, eſt Martyrum conſortio iungi, perſecutiones pro Dei gloria pati, & ſanctorum paſſiones imitari. Nam Remmonphares idem eſt, quod mali punici fragmen, ſiue diuiſio. Fragmen autem mali punici, ſanctorum Martyrum ſymbolum eſt, Cantic. 4. 3. & 6. 6. & 7. 8. ex Gregorio. * 21. *u* Venire in Lebna, eſt animi puritatem conſequi. Nam לבן *Laban*, album ſignificat. Tribulationibus autem animus purificatur. * 22. *x* Venire in Reſſa, eſt in vehementem tentationem incurrere. Nam רסס *Rasas*, eſt conterere. Progredientes autem in via Dei, ſolent ingentes tribulationes incurrere. Aiebat Paulus: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, qui me colaphizet. * 23. *z* Venire in Ceelatha, eſt piorum hominum cætui, ac ſocietati iungi, vt eorum colloquijs, & vitæ exemplo iuueris ad progrediendum in via Dei. Nam קהל *Qahal*, à quo Ceelatha, congregationẽ ſignificat. * 24. *b* Caſtrametari in monte Sepher, eſt in magna, ac excellenti perfectione verſari. Mons enim excellentis perfectionis ſymbolum eſt, Pſalm. 35. 7. Vel, *c* eſt prædicationem euangelicam aggredi. Nam *Shophar*, Tubam ſignificat. Tuba autem prædicationis vehementis ſymbolum eſt, Iſa. 58. 1. * 25. *d* Venire in Arada, eſt intimore, & tremore in via diuini ſeruitij progredi. Nam חרד *Hharad*, eſt Pauere, tremere. * 26. *f* Caſtrametari in Maceloth, eſt In Eccleſijs benedicere Domino.

quod

x p.895, 896, 897.
c p.1046.
a p.1310.
b p.1761.
c p.1046.
d p.1585, 1732.
e p.576, 578.
b p.1452.
k p.371, 372.
l p.667, 677, 678, 679.
m p.2557.
n p.671.
p Vide Patres in S. Lucã Alleg. verbo Atrium.
q Hieron. ad Gles.
r p.676.
s p.895.
u p.896.
x p.888.
z p.655.
b p.652, 654.
c p.722.
d p.1469, 1470.
f p.720, 1947.

Digitized by Google

quod sit tum laudes diuinas cantando inter piorum cœtus, tum verbum Dei prædicando. מקהלות *Maqheloth*, Ecclesias significat. * 27. *b* Venire in Thahath, est in timore versari. Nam qui piè volunt viuere in Christo persecutiones patiuntur. proinde necessarium illis est in timore frequenter esse. *Thahhath*, timorem significat, à חתת *Hhathath*, Pauere. * 28. Castrametari in Thare, est Thare patrem Abraham mysticè imitari. De eo traditur, vt Hieronymus testatur, abegisse Coruos frumentum vastantes. Corui, maligni spiritus sunt, qui vastare conantur, ac deuorare frumentum bonorum operum. ק Contra hos pugnandum est progredientibus ad perfectionem: ne ipsi, & alij eorum curæ commissi, bonorum operum fructum amittant. * 29. *l* Figere tentoria in Methca, est dulcedine diuinæ consolationis frui. Quæ fruitionem habent ij, qui victoriam de tentationibus reportant. Methcà à מתק *Mathàq*, dulcescere. * 30. *o* Castrametari in Hesmona; est conscientiæ pace frui: quatenus passionum bella, & morsus conscientiæ silent. *Hesmona*, à חשמן *Hhashah*, quod est silere, & מן *Man*, Donum. Magnum Dei donum est pax conscientiæ. * 31. *r* Venire in Moseroth, est se totum Deo tradere, vel se diuinis vinculis ligare. Vincula, sunt religionis vota, vincula diuina lex, diuina voluntas. Moseroth, vel à *Masar*, quod est tradere, vel à *Iasar*, ligare. * 32. *s* Castrametari in Beneiaacan, est ad statum christianæ simplicitatis peruenire. vt simus tamquam modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo. *Beneiaacan*, id est, quod filij remouentes inuidiam, zelum. בני *Bene*, Filij. נעה *Iahhhah*, Remouere. קנאה *Qanà*, Inuidia, zelus. Deponenda nobis est omnis malitia. Charitas non æmulatur. * 33. *t* Venire in montem Gadgad, est ad præclaram perfectionem peruenire, in excellentibus charitatis actibus esse, in summa Dei contemplatione, & amore. גד *Gad*, omne bonum significat. Deus autem est omne bonum: qui contemplatione, & amore possidetur. * 34. *b* Castrametari in Ietebatha, est in perfectis actionibus versari. quæ ad contemplationem, Deique amorem consequi solent. יטבתה *Iatab*, est Bene esse, bonum facere. * 35. *d* Venire in Hebrona, est ad perfectiora se extendere, progredi, de virtute ad virtutem transitum facere. עבר *Hhhabar*, Transire significat. Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem. In via Dei non progredi, est deficere. * 36. *f* Castrametari in Asiongaber, est consilijs præclaris, & efficacibus Ecclesiam iuuare. Quibus consilijs abundare solent viri perfecti. *Asiongaber*, hebræum *Hhhetsjon ghèber*, à עצה *Hhhetsàh*, consilium, & גבר *Gabàr*, robustum esse.

* 37. *i* Venire in desertum Sin, quæ est Cades, est ad magnam spiritus simplicitatem, ac puritatem peruenire. Solitudo, cessationem cogitationum, & cupiditatem temporalium indicat. *Sin*, à סנה *Tsòn*, oues, sinceritatem spiritus signat. קדש *Cadès*, Sanctitas vertitur. Supra *Sin*, à *Sanèh*, Rubum significauit. * 38. *m* Castrametari in monte Hor, est Iesum Christum imitari. Qui est caput Ecclesiæ, *n* mons in vertice montium. הר *Hòr*, etiam Montem significat. Mons Hor, Mons montis, summus Mons. * 39. *p* Castrametari in Salmona, est Christi passiones imitari perfecutionum tolerantia, & martyrio. Nam *Salmona*, à צלם *Tselem*, Imaginem, & vmbram significat. Est autem Christus, quatenus Deus, imago Patris: quatenus passus, & crucifixus, est quasi vmbra, ac tenebris obuolutus. * 40. *r* Venire in Phunon, est ad magnam diuinorum mysteriorū cognitionem peruenire. Ea cognitio solet esse effectus tribulationum. *Phunon*, à פנה *Phanàh*, quod est aspicere. * 41. *t* Castrametari in Oboth, est in desiderijs diuinæ gloriæ, æternæ vitæ, videndi Deum, versari. Nam אוב *Aboh*, vnde Oboth, est desiderare. * 42. *x* Venire in Iiearabarim, est animi desolationes pati. Id sæpè contingit viris sanctis in hac vita, ad probationem, ac meritum. עבר *Hhhabar*, desolationem significat. עברים *Hhhabarim*, transitoria. Desolationes, ac tribulationes iustorum transitoriæ sunt: contingunt illis in hac vita, quæ transitu tribulationes impiorum post hanc vitam sunt æternæ. * 43. *a* Figere tentoria in Dibongad, est esse in contemplatione, & considerationc, ac intelligentia Dei, qui est omne bonum. *Dibongad*, ex triplici voce videtur esse compositum: ex די *Dai*, quæ sufficientiam significat: ex בן *Bon*, siue Ban, quod est intelligere: ex גד *Gad*, quod omne bonum significat. Solet Deus post animi desolationes, tribuere iustis dulcissimam sui contemplationem. * 44. *e* Castrametari in Hesmondeblathaim, est fugere hoc seculum, & pompas eius, quod est potissimum medium ad perfectionem. Valde enim difficile est sanctum esse, ac purum se conseruare inter occasiones concupiscentiarum. Compositum est loci vocabulum à בלה *Hhhalàh*, abscondere. דבלה *Debelàh*, massa ficuum siccarum. Ficus autem symbolum sunt hominum, Ierem. 24. 1, 5, 8. ים *Iam*, Mare significat. quod est periculi symbolum, Prouerb. 23. 34. *i* Tentationum occasiones vitandæ. * 45. ק Castrametari in montibus Abarim contra Nabo,

Digitized by Google

est in statu magnæ, ac solidæ perfectionis esse, qualem sancti viatores habere solent, ad æternam patriam progredientes. Montes, excellentis, ac summæ perfectionis symbolum sunt, Psal. 35. 7. עבר *Hhhauar*, est transire. Montes transeuntes, sunt viri perfecti in hoc sæculo. *Nabo*, à נבו *Nabul*. Vacuatus, videtur superbos significare, virtute, ac gratia vacuos. quorum inflationi contrarius est solidus sanctorum

49 spiritus. * 46 n. Terminus peregrinationis Israelitarum in deserto ad terram promissam fuit Bethsimoth vsque ad Abelsatim, vt significaretur totum tempus nostræ peregrinationis in hac vita esse tribulationes, & timores, & luctus. בית הישמות *Bethsimoth*, domum desolationum significat. אבל השטים *Abelsatim*, luctus, & aduersitates. *pp.* 882.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Describuntur termini possessionis terræ Chanaan, filiis Israel distribuendæ: & decernuntur a Deo viri Principes, quorum sit onus distribuendi.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2 Præcipe filijs Israel, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis Terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. 3 Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos cõtra Orientem mare salsissimum, 4 qui circuibunt australem plagam per ascensum Scorpionis, ita vt transeant in Senna, & perueniant à meridie vsque ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vsque ad Asemona. 5 ibitque per gyrum terminus ab Asemona vsque ad Torrentem Ægypti, & maris magni littore finietur. 6 Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. 7 Porrò ad septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum, 8 à quo venient in Emath vsque ad terminos Sedada: 9 ibuntque confinia vsque ad Zephrona, & villam Enan. hi erunt termini in parte Aquilonis. 10 Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Enan vsque Sephama, 11 & de Sephama descendent termini in Rebla contra fontem Daphnim: inde peruenient contra Orientem ad mare Cenereth: 12 & tendent vsque ad Iordanem, & ad vltimum salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis Terram per fines suos in circuitu. 13 Præcepitque Moyses filijs Israel, dicens: Hæc erit Terra, quam possidebitis sorte, & quam iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. 14 Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoque tribus Manasse, 15 id est, duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. 16 Et ait Dominus ad Moysen: 17 Hæc sunt nomina virorum qui Terram vobis diuident, Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, 18 & singuli principes de tribubus singulis, 19 quorum ista sunt vocabula: De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. 20 De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud. 21 De tribu Beniamin, Elidad filius Chaselon. 22 De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. 23 Filiorum Ioseph de tribu Manasse, Hanniel filius Ephod. 24 De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthan. 25 De tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnach. 26 De tribu Issachar, dux Phaltiel filius Ozan. 27 De tribu Aser, Ahiud filius Salomi. 28 De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud. 29 Hi sunt, quibus præcepit Dominus vt diuiderent filijs Israel Terram Chanaan.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.2016. *IN possessionem vobis sorte cecide-* 2
rit, &c. *a* Licitum est cum debita reuerentia diuinum iudicium sortibus implorare.

* *Pars meridiana incipiet à solitudine*, &c. Mare Cenereth, id est, stagnum Genesareth; & mare salsissimum, siue mortuum, vbi conflagrarunt vrbes infames, & Iordanis fluuius, erant termini terræ promissæ ab Oriente: Mare Mediterraneum limes ab Occidente. Terminus à meridie erant Deserta Arabiæ, & Torrens Ægypti, quē Theodosion vertit, torrentem Arabiæ, LXX. Rinocoruram: Emath, siue Epiphania, & Libanus, limes erat à Septentrione. 3

* *Per ascensum Scorpionis*, Ita dictus locus à præruptis montibus, qui sunt asperi instar scorpionum. Aliorum locorū nomina quid significent vide apud Christianum Adrichom. 4

* *Contra fontem Daphnim.* Hebræum non habet Daphnim. Ita appellabatur tempore Hieronymi, Fons aquis abundantissimis Reblatam vrbem irrigans, frequentissimis lauris, & amœnitate inclytus. 11

* *Hæc sunt nomina filiorum; qui ter-* 17
b p.1759. *ram vobis diuident*, &c. *b* Actus prouidentiæ. vt diuisio terræ sine multitudinis
c p.2073. perturbatione fiat. *c* Necessarium superiores, ac rectores esse.

Interpretatio mystica.

CVm terra promissionis, Ecclesiæ sanctæ figura sit, vt sæpè dictum est: terminos terræ promissionis putandum significare homines, qui sunt extra Ecclesiam, & vitia, ac doctrinas, in quibus non est salus. quia extra Ecclesiam nō est salus.

3 * Ergo *a* Mare salsissimum, est astutia, ac a p.1768.
prudentia carnis: quæ inimica est Deo, & 1769.
christianę simplicitati. Sal, prudentię symbolum est, Coloss. 4. 6. Non est nimium sa-
5 piendum, sed ad sobrietatem. * *b* Torrens b p.1428.
Ægypti, sunt ritus, ac traditiones Gentilium. à quibus omnino abstinendum. Ægyptus, Gentiles significat, Ioel 3. 19.
6 Torrens, sapientiam, Prou. 18. 4. * *c* Mare c p.865.
occidentale, sunt ritus veteris legis: qui iam cessarunt, & licitè in Ecclesia seruari post promulgationē Euangelij nō possunt.
7 * *d* Mons altissimus, est Hæreticorum su- d p.1425.
perbia, & doctrina, quæ se extollit contra Christi doctrinam. Terminus aquilonaris, quatenus à Diabolo est, cuius symbolum Aquilo, Cant. 4. 16. ex Gregorio.
17 * *e* Viri duodecim, siue Principes, qui e p.634.
ad terram diuidendam nominantur, sunt duodecim Apostoli: qui à Christo Domino in mundum vniuersum ad prędicandū Euangelium, & ad Ecclesias fundandas missi sunt. Apostoli Principes appellantur, Psal. 67. 26, 28. *f* Hi terram diuidunt, f p.1356,
quatenus fidei Christianæ regula est do- 1357.
ctrina, & traditio Apostolorum.

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Præcipit Deus dari à filiis Israel Leuitis triginta octo vrbes ad habitandum, cum suburbanis per circuitum: quarum sex sint ad effugium profugorum, qui nolentes sanguinem fudissent. Homicidii leges sancit. Homicidam voluntarium à cognato occisi statim occidi: Homicidam inuoluntarium manere in vrbe, ad quam confugerat vsque ad mortem Summi Sacerdotis: ad vnius testimonium nullum condemnari: reum sanguinis statim occidi.

1 HÆc quoque locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Iordanem, contra Iericho: 2 Præcipe filijs Israel vt dent Leuitis de possessionibus suis 3 vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum: vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis: 4 quæ à muris ciuitatum forinsecus, per circuitum, mille passuum spatio tendentur. 5 contra Orientem duo millia erunt cubiti, & contra Meridiem similiter erunt duo millia: ad mare quoque, quod respicit ad Occidentem, eadem mensura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur: eruntque vrbes in medio, & foris suburbana. 6 De ipsis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & exceptis his, alia quadraginta duo oppida,

Digitized by Google

7 id est, simul quadraginta octo cum suburbanis suis. 8 Ipsæque vrbes, quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores: singuli iuxta mensuram hereditatis suæ dabunt oppida Leuitis. 9 Ait Dominus ad Moysen: 10 Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Iordanem in Terram Chanaan, 11 decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint: 12 in quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. 13 De ipsis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, 14 tres erunt trans Iordanem, & tres in Terra Chanaan, 15 tam filijs Israel quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. 16 Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus erit homicidij, & ipse morietur. 17 Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur: 18 Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. 19 Propinquus occisi, homicidam interficiet: statim vt apprehenderit eum, interficiet. 20 Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias: 21 aut cùm esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor, homicidij reus erit cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. 22 Quod si fortuitu, & absque odio 23 & inimicitijs, quidquam horum fecerit, 24 & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata: 25 liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem ad quam confugerat, manebitque ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. 26 Si interfector extra fines vrbium, quæ exulibus deputatæ sunt, 27 fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis: absque noxa erit qui eum occiderit, 28 debuerat enim profugus vsque ad mortem Pontificis in vrbe residere, postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam. 29 Hæc sempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus vestris. 30 Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus condemnabitur. 31 Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. 32 Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt: 33 ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit. 34 Atque ita emundabitur vestra possessio, me commorante vobiscum. ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel.

Interpretatio litteralis.

THeologia huius capitis ea est. 1. *a* Esse Dei ministris ad victum necessaria ministranda. * *Præcipe vt dent Leuitis de* 2 *possessionibus suis*, &c. 2. *b* Dandum esse locum iræ. &, *c* Licere timendo fugere id, quod est secundum rectam rationem fugiendum. &, *d* Illicitum esse interficere innocentem. &, *e* Non esse pœnas, nisi pro culpa infligendas. &, *f* Illicitum esse præter ordinem diuinæ institutionis vindictam exercere. * *Decernite quæ vrbes* 6 *esse debeant in præsidia fugitiuorum*, 11 *qui nolentes, sanguinem fuderint*, &c. 12 3. *g* Non licere, non habenti publicam auctoritatem interficere quemquam, neque peccatorem, *Cognatus occisi non poterit eum occidere*, &c. 4. *h* Accusationis vsum licitum esse ad debitum repetendum. &, *i* Licere vnicuique ius suum tueri, seu apud Iudicem defendendo, *Donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur.* 5. *k* Peccati causam esse voluntatem. seu, Non esse peccatum quod non 15 est voluntarium, * *Vt confugiat ad eas,* 22 *qui nolens, sanguinem fuderit.* 6. *l* In lege veteri præcepta iudicialia esse. Per quæ Israelitis determinabantur iustitiæ inter homines obseruandæ. &, *m* In præceptis iudicialibus veteris legis agi de pertinentibus ad conciues ad inuicem, nempe de 16 emptionibus, iudicijs, pœnis, &c. * *Si quis* 17 *ferro percusserit*, &c. 7. *n* Non licere, 18 non habenti publicam auctoritatem, oc- 19 cidere quemquam, *Si quis ferro percusse-* 20 *rit*, &c, *reus erit homicidii*, &c. vsque ad 21 v. 22. 8. *o* Debitum esse pœnale pœnæ 29 reatum. &, *p* Debiri pœnalis causam esse delictum, *Reus erit homicidii.* 9. *q* Ius delicto læsum, pœna compensari. &, *r* Consequi pœnas ad peccatum, quas leges præscribunt. &, *s* Pro culpæ quantitate

a p. 1975.
b p. 252, 2366, 2367.
c p. 2200.
d p. 1844.
e p. 2105.
f p. 2097.
g p. 1844.
h p. 1802.
i p. 1803.
k p. 1226.
l p. 1126.
m p. 1128.
n p. 1844.
o p. 1797.
p p. 1798.
q p. 1799.
r p. 1278.
s p. 2104.

Digitized by Google

tate pœnas licitas esse. &, f Peccatorem occidere peccatum non esse; si legitimè fiat, ob bonum cõmune. *Ipse morietur*, &c. vsque ad v. 22. 10. x Licitum esse iniurias vlciſci ad remouendum nocumenta, *Percussoris sanguine vindicabitur*. 11. y Odiũ illicitum esse, ac peccatum, *Si per odium quis*, &c. 12. z Duorum, aut trium testimonio standum esse, * *Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus condemnabitur*. 13. a Non posse Iudicem relaxare pœnam reo. tum ne accusatoris iniuriam passi ius lædatur. tum ne contra bonum communitatis agatur; cui expedit malefactores puniri, * *Non accipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur*. 14. b Peccare superiores, qui cũ possunt, & debent, subditorum delicta relinquunt impunita. Ad eos enim spectat ius communitatis, & aliorum, per iniurias læsum, pœnis compensare, * *Ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium eruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinẽ fuderit*. 15. c Dici, Deum habitare cum hominibus ratione veri cultus, & veræ religionis, * *Me commorante vobiscum. Qui habito inter filios Israel*. 16. d Maculam induci per peccatum, *Atque ita emundabitur vestra possessio*.

ep.1843. x p.1650. y p.1888. z p.1868. a p.2095. b p.2100. c p.1275. b p.81.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Petunt Principes familiarum Galaad prouideri ne possessiones transeant de vna tribu in aliam. Ea occasione sancitur: vt viri ducant vxores de tribu, & cognatione sua; & fœminæ de eadem tribu maritos accipiant.

1 ACcesserunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutique sunt Moysi coram principibus Israel, atque dixerunt: 2 Tibi domino nostro præcepit Dominus vt Terram sorte diuideres filijs Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri: 3 quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum, de nostra hereditate minuetur. 4 atque ita fiet, vt cùm iubileus, id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. 5 Respondit Moyses filijs Israel, & Domino præcipiente, ait: Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est. 6 & hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est: Nubant quibus volunt, tantùm vt suæ tribus hominibus: 7 ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua: 8 & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hereditas permaneat in familijs, 9 nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant 10 vt à Domino separatæ sunt. Fecerunt que filiæ Salphaad, vt fuerat imperatum: 11 & nupserunt, Mala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa, filijs patrui sui 12 de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio, quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum. 13 Hæc sunt mandata atque iudicia, quæ mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

Interpretatio litteralis.

DOcemur 1. a Esse ius personarum communitatis in bona cõmunia, *Translata in aliam tribum de nostra hereditate minuetur*. v. 3. 2. b Licitum esse aliqua possidere vt propria. &, c Fortunæ bonis vti ad finem honestum. &, d In conseruandorum bonorum curam incumbere, * *Accesserunt principes familiarum*, &c. 1 v. 1. 3. Licere cuique ius suum tueri, se apud Iudicem defendendo, *Locuti sunt Moysi coram principibus Israel, atque dixerunt*, &c. 4. e Necessariam esse prudentiæ cautionem contra ea, quæ obstare 3 bonis consilijs possunt, * *Quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua*, &c. 5. f Auctorem veteris legis Deum fuisse, g Ministrum Moysen,

a p.1978. b p.1859. c p.2216. d p.2159. e p.1761. f p.1117. g p.1119.

Digitized by Google

Moysen. * *Respondit Moyses filiis Israel,* 5
& Domino præcipiente, ait. & v. 13. *Hæc*
sunt mandata, atque judicia, quæ mandá-
uit Dominus per manum Moysi ad filios
hp.1126. *Israel.* 6. *b* In lege veteri præcepta iudi-
cialia esse, * *Hæc lex super filiabus Sal-* 6
ip.1068. *phaad,* &c. 7. *i* Promulgationem esse
necessariam, vt lex obligandi virtutem
habeat, *Hæc lex à Domino promulga-*
kp.831. *ta est.* 8. *k* Matrimonium licitum esse,
7 * *Nubant quibus volunt,* &c. 9. *l* Esse lp.834.
8 congruenter in matrimonio impedimen-
9 ta, *Tantum vt suæ tribus hominibus,* &c.
10. Esse actum *m* prouidentiæ, & *n* cau- mp.1759.
tionis, *Omnes viri ducent vxores,* &c. *vt* np.1761.
hereditas permaneat in familiis, nec sibi
misceantur tribus. 10. *o* Diuinis præce- op.2066.
10 ptis in omnibus parendum, * *Fecerunt*
filiæ Salphaad vt fuerat imperatum, &c.

LAVS DEO.

COM

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII DOGMATICI,

Siue

THEOLOGICÆ INTERPRETATIONIS IN PENTATEVCHVM,

LIBER QVINTVS.

In Deuteronomium.

Deuteronomium hic liber inscribitur, id est, secunda lex, seu Legis iteratio. Repetit enim historiam, & præcepta tribus præcedentibus libris tradita, Exodo, Leuitico, Numeris. Multa explicatius proponit, addit nonnulla, inter quæ Moysis ad populum hortamenta, prædictiones, minas. Scripsit hanc legis, & historiæ breuem repetitionem Moyses, tum vt iuniorem populum commodius instrueret, tum vt ea septimo quoque anno populo legeretur.

CAPVT PRIMVM.

SVMMA.

Memorat Moyses Israelitis 1. Quod Deus illos inuitauerit in Horeb ad ingressum terræ promissæ. 2. Quod ad eorum regimen, vt esset facilius, & commodius, alios ministros sibi Moyses adsciuerit. 3. Quod eorum rogatu miserit exploratores: qui retulerunt terram vberem esse. 4. Quod ipsi contra iussum Dei, renuerint ad terræ possessionem pergere. 5. Quod eorum inobedientia, & incredulitati Deus iratus, iurauerit eam generationem non ingressuram in terram promissam; & ingredi prohibuerit. 6. Quod volentes contra Dei præceptum ingredi, sint ab Amorrhæis repulsi.

1 HÆc sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri, contra Mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimum: 2 vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsque ad Cadesbarne. 3 Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mensis, locutus est Moyses ad filios Israel omnia quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis: 4 postquam percussit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai, 5 trans Iordanem in Terra Moab. Cœpitq; Moyses explanare legem, & dicere: 6 Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens: Sufficit vobis quòd in hoc monte mansistis: 7 reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cetera quæ ei proxima sunt campestria atque montana & humiliora loca contra Meridiem, & iuxta littus maris, Terrã Chananæorum, & Libani vsque ad flumen magnũ Euphraten. 8 En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret illam eis,

Digitized by Google

& semini eorum post eos. 9 Dixiq; vobis illo in tempore: 10 Non possum solus sustinere vos, quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli, plurimi. (11 Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis sicut locutus est.) 12 Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus ac iurgia. 13 Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes. 14 Tunc respondistis mihi: Bona res est, quam vis facere. 15 Tulique de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula. 16 Præcepiq; eis, dicens: Audite illos, & quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus. 17 Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. 18 Præcepique omnia quæ facere deberetis. 19 Profecti autem de Horeb, trãsiuimus per eremum terribilẽ & maximam, quam vidistis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumque venissemus in Cadesbarne, 20 dixi vobis: Venistis ad montẽ Amorrhæi, quẽ Dominus Deus noster daturus est nobis. 21 Vide Terrã, quã Dominus Deus tuus dat tibi: ascẽde & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quidquam paueas, 22 Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros qui considerent Terram: & renuncient per quod iter debeamus ascẽdere, & ad quas pergere ciuitates. 23 Cũq; mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis. 24 Qui cũ perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt vsque ad vallem botri: & considerata terra, 25 sumẽtes de fructibus eius, vt ostenderent vbertatẽ, attulerũt ad nos, atque dixerũt: Bona est terra, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. 26 Et noluistis ascẽdere, sed incredduli ad sermonem Domini Dei nostri 27 murmuraſtis in tabernaculis vestris, atq; dixistis: Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atq; deleret. 28 Quò ascendemus? nuncij terruerunt cor nostrũ, dicentes: Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cælum vsquẽ munitæ: filios Enacim vidimus ibi. 29 Et dixi vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos: 30 Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus. 31 Et in solitudine (ipse vidisti) portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. 32 Et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro, 33 qui præcessit vos in via, & metatus est locum, in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignẽ, & die per columnam nubis. 34 Cũq; audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit, & ait: 35 Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ Terram bonam, quã sub iuramento pollicitus sum patribus vestris: 36 præter Caleb filium Iephone, ipse enim videbit eam, & ipsi dabo Terram, quam calcauit, & filijs eius, quia secutus est Dominus. 37 Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoq; iratus Dominus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc: 38 sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. hunc exhortare & robora, & ipse sorte Terram diuidet Israeli. 39 Paruuli vestri, de quibus dixistis, quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingrediẽtur: & ipsis dabo Terram, & possidebunt eam. 40 Vos autem reuertimini & abite in solitudinem per viam Maris rubri. 41 Et respondistis mihi: Peccauimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cumque instructi armis pergeretis in montem, 42 ait mihi Dominus: Dic ad eos: Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. 43 Locutus sum, & non audistis: sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia, ascẽdistis in montem. 44 Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiã veniẽs, persecutus est vos, sicut solẽt apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma. 45 Cumq; reuersi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. 46 Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

QVoniam propositum nobis est in interpretandis Scripturis, theologiam, quę in illis latet, declarare, quantum per nostram tenuitatem licet: in aliorum declaratione nō multum immoramur, nisi quatenus ad theologiæ intelligentiā facere arbitramur. Non desunt diligentissimi interpretes, apud quos ea legi possunt; vt Lorinus in Deuteronomium.

Theologia litteralis huius capitis ea est.

a p.1068. * 1. *a* Promulgationem esse necessariam, vt lex obligandi virtutem habeat. Is enim modus est enunciandi subditis volūtatem superioris obligatoriam, *Locutus est Moyses ad omnem Israel*, &c. v. 1, 3. b p.1117. *b* Legis veteris auctorē fuisse Deum, c p.1119. *c* Ministrum Moysen, *Locutus est Moyses omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis.*

d p.716. 3. *d* Promulgationi legum; & concioni publicum locum esse debere, & opportunum, *Trans Iordanem*, &c. Nempe è regione terræ promissæ, vbi lex erat obseruanda. *Trans*, pro *citra*, vt aliàs in Scripturis, c. 3040. *In solitudine campestri*, Locus commodus multitudini ad audiendū. *Contra Mare rubrum*, מול *Bahbhabarèh*, ex aduerso, sed longe distante à Mari rubro. fit mentio termini, à quo in eam solitudinem deuentum est, *Inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimum.* Vide Hieronymū de locis hebraicis, & Christianum Adrich. *Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsque ad Cadesbarnē.* Innuit hunc locum nō longe abesse à Cadesbarne. Cadesbarne autem, si viam attendas montis Seir, vndecim dierū itinere distat à monte Horeb, qui est in latere Montis Sina, vbi primum data fuit lex. Huius termini mentionem facit, tum vt moneat legem eādem aliàs fuisse datam, tum vt indicet quantum malum Israelitis fecerit incredulitas, quod annos 38. fuerit illis necessarium impendere antequam ad eum locum peruenirent, qui non nisi vndecim dierum itinere distabat ab Horeb.

e p.715. 4. *f* Prædicandi, & promulgādę legis tempus opportunū esse debere, *Quadragesimo anno*, &c. Absoluta peregrinatione per desertū, quādo populus ingressurus erat in terrā promissam: vt disceret quomodo ei esset in ea terra viuendum.

f p.637, 709. † Esse Doctores, & prædicatores in Ecclesia, *Cœpit Moyses explanare legem.*

g p.22. * 5. *g* Esse Dei omniū Dominū, *Ex tradidi vobis, ingredimini*, &c. v. 8.

h p.53. 6. *h* Esse in Deo benignitatem, ac i p.54. *i* beneficētiā, *Sufficit vobis, quod in hoc monte mānstis, &c. ingredimini & possidete eam.*

k p.2124. l p.1982. ‖ K Licitum esse, licita promittere. &, *l* Licitū esse iuramentū, *Super qua iurauit Dominus patribus vestris*, &c.

10 12 * 8. *m* Necessarium Superiores, ac Rectores esse. &, *n* Debere ministros plures

11 esse, *Non possum solus sustinere vos*, &c. 9. *o* Actum virtutis esse alijs benedicere, id est, verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari, *Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia.* 10. *p* Esse in Deo prouidentiam. &, *q* Multitudinem rerum à Deo esse. &, *r* Omnia

m p.2073. n def.4571. o p.1952. p p.23.304. q p.88. r p.296.

à diuina volūtate pendere. &, *s* Bonorum esse auctorem Deum, *Addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis*

s p.298.

13 *sicut locutus est.* * 11. *t* Proponenda, & eligenda esse meliora, *Date ex vobis viros sapientes, & gnaros*, &c. 12. *u* Prudentia præditos esse debere superiores, *x* ac

t p.1730. u p.2075. x p.2076.

iustos, *Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes.* 13. *y* Debere superiores exemplo bonos in subditis mores procurare, *Quorum conuersatio sit probata in tribu-*

y p.2078.

14 *bus vestris.* * 14. *z* Consensus actum formari, cum volūtas applicat se ad id, quod est ei per consilium ab intellectu propositum tanquam expetendum, *Tunc respondistis mihi: Bona res est, quam vis facere.*

z p.164.

15 * 15. *a* Tum intellectum, tum alias potentias, tum ipsam met voluntatem à voluntate applicari ad suos actus formādos per actum, quiv. suis appellatur, *Tulique de tribubus vestris viros sapientes*, &c. 16. *b* Virtutibus præditos esse debere superiores. vt rectum habeant sensum prudētiæ, vt regant subditos exemplo, *Tuliq; viros sapientes, &c. qui docerent vos singula.* 17. *c* Debere superiores instructionibus, legibus, exemplo bonos in subditis mores procurare, *Qui docerēt vos singula.*

a p.166. b p.2075, 2077. c p.7078.

16 * 18. *d* Iustum inter accusatorem, & reum

d p.1804.

à Iudice faciendum, *Audite illos, & quod*

17 *iustum est iudicate.* * 19. *e* Accipere personam in iudicio, peccatū esse, *Nulla erit distantia personarum*, &c. 20. *f* Consilium

e p.1841. f p.1723.

ante omnem electionem adhibēdū, *Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, re-*

18 *ferte ad me, & ego audiam.* * 21. *g* Debere superiores institutionibus, & legibus bonos in subditis mores procurare, *Præce-*

g p.2078.

19 *pi omnia, quæ facere debueretis.* * 22. *h* Dei præceptis in omnibus parendum, *Profecti autem*, &c. *sicut præceperat Deus noster*

h p.2066.

21 *nobis.* * 23. *i* Esse in Deo beneficentiam. &, ‖ K Standum esse promissis. &, *l* Licitum esse, licita promittere, *Ascende, & posside*

i p.54. k p.2125. l p.2122.

eam, sicut locutus est Dominus. 24. *m* Esse Deum fidelem, *Posside eam, sicut locutus*

m p.48.

est Dominus. 25. *n* Illicitum esse timorem, qui diuertit ab ijs, quæ ratio dictat esse prosequenda. &, *o* Illicitum esse non audere, cum audēdum est. &, *p* Licitum esse aggredi ardua, ex fiducia, quod adsunt

n p.2199. o p.2205. p p.2213.

Digitized by Google

auxilia diuina, *Sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec*
q p.1732. 1760. *quidquam paueas.* * 26. *q* Pro tecta operis 22
agendi ratione statuenda, considerandas 23
esse circumstantias, *Mittamus viros, qui considerent terram*, &c. *Cumque mihi sermo*
r p.164. *placuisset*, &c. 27. *r* Consensus actum esse, *Cumque mihi sermo placuisset*, &c.
s p.1713. * 28. *s* Inquisitionem, esse actu prudentiæ, 24
t p.1714. *Considerata terra*, &c. 29. *t* Iudicium, actum esse prudentiæ, *Dixerunt: Bona est*
u p.2256. x p.2072. y p.1415. 1477. *terra*, &c. * 30. *u* Pertinaciæ, & *x* inobedientiæ, & *y* incredulitatis actus esse, *Et*
† p.1898. *noluistis ascendere, sed increduli ad sermonem Domini Dei nostri*, &c. * 31. † Detractionis actum esse, *Murmuraſtis in tabernaculis vestris*, &c. * 32. *z* Timorem 27 28
z p.238. esse passionem, qua horret appetitus periculum imminens mali; &, *a* Causari timorem ex existimatione defectus virtutis
a p.246. ad facilè repellendum imminens malum, *Quo ascendemus? nuncii terruerunt cor*
b p.2199. 2205, 2213. *nostrum*, &c. * 33. *b* Repellendum esse 29
timorem, & audendum, cum adsunt auxilia diuina, *Nolite metuere, nec timeatis*
c p.23. *eos*, &c. 34. *c* Esse in Deo prouidentiam, 30 31 33
Dominus Deus, qui ductor est vester, &c.
d p.54. 35. *d* Esse in Deo beneficentiam, *Pro vobis*
e p.1754. *ipse pugnabit*, &c. 36. *e* Præteritorum memoriam ad prudentiam requiri, *Sicut*
f p.2256. g p.1415. h p.1477. *fecit in Aegypto cunctis videntibus*, &c.
i p.25. * 37. *f* Pertinaciæ, & *g* incredulitatis, 32
h siue desperationis actus esse, *Et nec sic quidem credidistis.*
* 38. *i* Deum vindicem esse, ac vltorem 34
male agentium, *Cum audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit*, &c. Ira in Deo, iustitiæ vindicis symbolum est, c. 6 3 4 7.
k p.16. 39. *k* Deum habere omnem scientiam, cognoscere omnia, *Cum audisset Dominus vocem sermonum vestrorum*. Audiens, symbolum est intelli-
l p.1982. gentiæ, cap. 5 4 3 5. * 40. *l* Iurare licitum, 35
Iurauit (Deus.) *Quam sub iuramento*
m p.2124. *pollicitus sum.* 41. *m* Licitum esse, licita 37
promittere, *Pollicitus sum patribus vestris.*
n p.1799. 42. *n* Ius delicto læsum, pœna compensari.
o p.2095. &, *o* Licitum esse iniurias vlcisci ad remouendum nocumenta. &, *p* Superioris esse,
p p.2099. subditorum malefacta, pœnis compescere.
q p.2101. &, *q* Etiam multitudinem esse puniendam, cum contingit ipsam multitudinem pec-
r p.2104. care. &, *r* Pro culpæ quantitate, pœnas licitas esse. &, *s* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Non videbit*
s p.1279. *quispiam de hominibus generationis huius pessimæ*, &c. * 43. *r* Opera bona suum 36
t p.1295. valorem, ac meriti rationem habere. &, 38
u p.1307. *u* Posse bona temporalia sub meritum cadere. &, *x* Dei præceptis parendum esse.
x p.2066. y p.2065. &, *y* Obedientiæ præmia esse, *Ipse videbit eam*, &c. *quia seruiuit Dominum.*
z p.396. * 43. *z* Esse à Deo vocationem ad præla- 38
ra in Ecclesia munera exercenda, *Iosue filius Nun*, &c. *ipse sorte terram diuidet Israeli.* 44. *a* Debere superiores suos ministros instruere, *Hunc exhortare, & robora.* 39
* 45. *b* Esse in Deo beneficentiam, *Ipsis dabo terram, & possidebunt eam.*
41 * 46. *c* Pœnitentiam esse, *d* cum confessione peccatorum, & *e* proposito non peccandi, ac *f* satisfaciendi; *Peccauimus Domino, ascendemus, & pugnabimus.*
42 * 47. *g* Illicitum aliquid temerè audere,
43 & aggredi. &, *h* Præsumptionis actus niti ad agendum id, quod vires excedit, *Nolite ascendere*, &c. *ascendistis in montem.*
48. *i* Inobedientiam esse, *Locutus sum, & non audistis.* 49. *k* Actum esse superbiæ contemptum legum, & præceptorum, *Locutus sum, & non audistis: sed aduersantes imperio Domini, & tumentes super-*
44 *hoc ascendistis in montem.* * 50. *l* Con-
45 sequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. &, *m* Esse superbiæ pœnam solere permissionem minæ, *Itaque egressus Amorrhæus*, &c. 51. *n* Debere orationem à iusto fieri, vt si cetera adsint requisita, exaudiatur, *Cum ploraretis coram Domino, non audiuit vos.*

Interpretatio mystica.

1 1. *a* MOyses, est Iesus Christus, 1. Cor. 10. 2. Hebr. 3. 2. *b* Verba, quæ locutus sit Moyses, prædicationē Christi figuraruit, & Euangelium. 3. *c* Israel, ad quem locutus est Moyses, Fidelium figura fuit, Rom. 9. 5, 6, 7. Galat. 6. 16. 4. Trans Iordanē loqui Moysen, *d* est Iesum Christum docere cœpisse post baptismū, quem in Iordane suscepit. vel, *e* Post descensum à Patre; post incarnationem, qua se humiliauit: nam Iordanis à יָרַד *Iarad*, deriuatur, quod significat descendere. Orig. & Bern. in Sylu. alleg. vel, *g* Multitudinem filiorum Israel esse trans Iordanem, id est, colligi Ecclesiam per Baptismum, siue per fidem, & confessionem diuinitatis, & humanitatis in Christo. Iordanis enim è duobus fontibus manat, Orig. & Tertull. in Sylu. alleg. 5. *b* Solitudo campestris, est Ecclesia è gentibus congregata, quæ recepit verba Christi. Nam solitudo, Ecclesiæ è gentibus collectæ symbolum est, Isa. 32. 16. & 35. 1, 6. Os. 2. 14. *Campestris.* hebr. *Bebbharabah*, ad turbam promiscuam. quia Ecclesia ex omnibus gentibus est cōgregata; & Catholica est. 6. 7. Quatenus ea campestris solitudo contra Mare rubrum dicitur esse, significatur doctrina Ecclesiæ, quatenus contraria est sapientiæ carnali, & erroribus tum Gentilium, tum Hæreticorum. Nam Mare, periculi symbolum est, Pron. 23. 34. Fluctuantem animorum naufragia in omni doctrina, fidei
a p.425. b p.523. 483, 700. c p.620. d p.514. e p.432. g p.623. h p.620. 639. i p.885.
Chri-

Digitized by Google

Christianæ contraria. 7. *k* Multitudo inter Pharan, sunt Fideles, quatenus sunt Regale Sacerdotium, vt loquitur Petrus. *Pharan* enim à הפאר *Peer*, significat Decorem, Coronam. 8. *m* Multitudo inter Thophel, est Ecclesia inter opprobria, quatenus eius doctrina stultitia à Gentilibus reputatur. Nam תפל *Thaphel*, fatuitatem significat. 9. *o* Multitudo inter Laban, est Ecclesia quatenus sancta: quoniam habet Sacramẽta, quę tribuunt gratiam; habet & caput sanctum, & sanctam doctrinam. לבן *Laban*, album candidum significat. 10. *q* Multitudo in Haseroth, est Ecclesia, quatenus in ea est aditus ad regnum cælorum. Nam *Hatsirot*, Atrium significat. Atrium autem templi Ecclesiæ militantis figura fuit. Solitudo campestris quasi atrium se habuit respectu terræ promissionis. 11. *r* Quatenus in his locis dicitur auri plurimum esse; significatur in Ecclesia esse veram sapientiam, veram iustitiam, & gratiam diuinam. Horum enim symbolum est aurum, c. 5460, 5462, 5463, 5464. 12. *s* Quod verba Moysis dicuntur percusso Sehon Rege Amorrhæorum, & Og Rege Basan; *s* significatur legẽ euangelicam, & diuinam veritatem in eorum animis imprimi, qui à se errores ablegarint, & prauam ignorantiam. Nam שיחון *Sehon*, האמרי *Amorrheus*, in שיחון *Hesebon*, est sermo verbosus in cogitatione, id est, verba, quę non sunt à Deo, sed ab humana cogitatione. Og autem errorem significat ex ignorantia; à עוג *Shagag*.

k p. 645, 646. 647.

m p. 886.

o p. 629.

q p. 1342.

r p. 1353.

s Ex Isidoro apud Gloss. *t* p. 718.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMA.

Pergit Moyses memorare Israelitis 1. Quod Deus illis prohibuerit debellare Idumæas, & Moabitas & Ammonitas. 2. 4 v. 24. Quod Sehon Regem Amorrhæorum negantem transitum Israelitis, tradiderit illis in manus, & terram eius in possessionem.

1 PRofectique inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore. 2 Dixitq; Dominus ad me: 3 Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra Aquilonem: 4 & populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorũ Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. 5 Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir. 6 Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis. 7 Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitãs tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. 8 Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viã campestrem de Elath, & de Asiongaber, venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab. 9 Dixitque Dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quidquam de terra eorũ, quia filijs Loth tradidi Ar in possessionem. 10 Enim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelsus, vt de Enacim stirpe, 11 quasi gigantes, crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim. 12 In Seir autem prius habitauerunt Horrhæi: quibus expulsis atque deletis, habitauerunt filij Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, quam dedit illi Dominus. 13 Surgentes ergo vt transiremus torrentem Zared, venimus ad eum. 14 Tempus autem, quo ambulauimus de Cadesbarne vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus: 15 cuius manus fuit aduersum eos, vt interirent de castrorum medio. 16 Postquam autem vniuersi ceciderunt pugnatores, 17 locutus est Dominus ad me, dicẽs: 18 Tu transibis hodie terminos Moab, vrbẽ nomine Ar: 19 & accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec moueris ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Loth dedi eam in possessionem. 20 Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, 21 populus magnus & multus,

Digitized by Google

multus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos delenit Dominus à facie eorum: & fecit illos habitare pro eis, 22 sicut fecerat filijs Esau, qui habitãt in Seir, delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens, quam possident vsque in præsens. 23 Heuæos quoque, qui habitabant in Haserim vsque Gazan, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerũt pro illis. 24 Surgite, & transite torrentem Arnon: Ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, & terram eius incipe possidere, & committe aduersus eum prælium. 25 Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cælo: vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. 26 Misi ergo nuncios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens: 27 Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram. 28 Alimenta pretio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Tantùm est vt nobis concedas transitum, 29 sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar: donec veniamus ad Iordanem, & transeamus ad terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. 30 Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. 31 Dixitque Dominus ad me: Ecce cœpi tibi tradere Sehon, & terram eius, incipe possidere eam. 32 Egressusq; est Sehon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa. 33 Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimusq; eum cum filijs suis, & omni populo suo. 34 Cunctasque vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis. non reliquimus in eis quidquam. 35 Absque iumentis, quæ in partẽ venere prædantium: & spolijs vrbium, quas cepimus 36 ab Aroer, quæ est super ripam torrẽtis Arnon, oppido quòd in valle situm est, vsque Galaad. Non fuit vicus & ciuitas, quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noster nobis. 37 Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus: & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuersisque locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

Interpretatio litteralis.

DOcemur secundum sensum litteralem * 1. *a* Diuinis præceptis parendũ esse, *Sicut mihi dixerat Dominus.* &, *Populo præcipe*, &c. 2. *b* Esse actum timoris, quo appetitus horret periculũ imminens mali, *Timebunt vos.* * 3. *c* Omniũ Dominum esse Deum, *In possessionem Esau dedi montem Seir.* 4. *d* Esse ius gentium. &, 5 *e* Licere aliqua possidere vt propria, *In possessionem dedi*, &c. 5. *f* Facere iniustũ, peccatũ esse. &, *g* Peccatum esse furtum, ac rapinam, *Videte diligenter ne moueamini contra eos*, &c. 6. *h* Bellum iniustum peccatum esse, *Ne moueamini contra eos.* * 7. *i* Contractum esse venditionis, & emptionis. &, *k* Ius alterius compensandum, iustumque faciendum esse debiti solutione, *Cibos emetis ab eis pecunia*, &c. * 8. *l* Esse in Deo beneficentiam, & *m* prouidentiam. *n* peculiarem erga pios, *Dominus Deus tuus benedixit tibi*, &c. 9. *o* Dici Deum habitare cum hominibus ratione peculiarium effectuum, & beneficiorum, *Habitans tecum Dominus Deus tuus.* * 10. *p* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Cuius manus fuit aduersum eos*, &c. * 11. *q* Licitum esse aggredi ardua ex fiducia, quia adsunt auxilia diuina ad exequendum, *Surgite, & transite torrentem*, &c. 12. *r* Iustum bellum nõ esse illicitum, *Committe aduersus eum prælium.* * 13. *s* Deum esse auctorem mali, quod est pœna. *Hodie incipiam mittere terrorem*, &c. 14. *t* Hyperbolicas, & figurativas locutiones non esse mendacia, *Sub omni cælo*, Hyperbolè, can. 8763. 15. *u* Esse actum timoris, quo horret appetitus periculum imminens mali, *Vt audito nomine tuo, paueant*, &c. Timentis symbolum parturiens, *In morem parturientium contremiscant.* * 16. *x* Esse officia verborum, *Misi nuncios ad Sehon regẽ Hesebon verbis pacificis.* * 17. *y* Contractum esse emptionis, & venditionis, *Alimenta pretio vende nobis.* * 18. *z* Præteritorum memoriam ad prudentiam requiri. &, *a* Ad imitationem bene agẽtium incumbendũ, *Sicut fecerunt filii Esau*, &c. 19. *b* Prouidentiæ actum esse, *Concedas transitum*, &c. *Donec veniamus ad Iordanem*, &c. * 20. *c* Odij actum esse,

a p.2068. b p.238. c p. 22, 1782. d p.1784. e p.1859. f p.1818. g p.1860, 1861. h p.1675. i p.1787. k p.1800. l p.54. m p.23. n p.380. o p.81. p p.1279. q p.2213. r p.1676. s p.302. t p.2129. u p.238. x p.2138. y p.1787. z p.1754. a p.1046. b p.1759. c p.1650.

No-

d p.381. *Noluitq; dare nobis transitum.* 21. *d* Solere Deum quædam gratiæ auxilia subtrahere ab illis, in quibus obstaculum inuenit. quæ gratiæ subtractio excæcatio, & induratio dici solet, *Quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius.* Dicitur Deus facere, quod ipse permittit vt fiat, c.557. 6319.
e p.2256. 8207. 22. *e* Actum esse pertinaciæ, *Noluit dare transitum*, &c. *quia Dominus obfirmauerat cor illius.* Indurari, obstinationis, ac pertinaciæ symbolum est, c.6519.
f p.301. 23. *f* Permitti à Deo peccata ob maius bo-
g p.302. num. &, *g* Deum esse auctorē mali, quod est pœna, *Induraurat Dominus Deus tuus spiritum eius, vt traderetur in manus*
51 *tuas.* * 24. *h* Omnium Dominum esse
h p.22, Deum. & *i* Licere aliqua possidere vt pro-
1782. pria. *Cœpi tibi tradere Sehon, & terram*
i p.1859. 32 *eius, incipe possidere eam.* * 25. K Esse
k p.1675. bellum iniustum, *Egressusque est Sehon*
33 *obuiam nobis*, &c. * 26. *l* Iustum bellum
l p.1676. non esse illicitum, *Et tradidit eum Domi-*
34 *nus Deus noster nobis*, &c. * 27. *m* Licere
m p.1865, 35 in bello iusto prædas ex hoste acceptas re-
36 tinere, *Cunctas vrbes in tempore illo cepi-*
37 *mus*, &c. * 28. *n* Dei præceptis parendum
n p.2066. esse, *Absque terra filiorum Ammon*, &c.

CAPVT TERTIVM.

SVMMA.

Prosequitur Moyses historiam; narrataq; 1. Victoriam, quam Israelita fauente Deo, reportauerunt de Og rege Basan. 2. Terminos terra bello capta, & tribubus Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui Manasse distributa. 3. Præceptum, quod bellatoribus harum tribuum tradidit de introducendis alijs Israelitis in terram promissam. 4. Præceptum Iosue traditum, vt auderet in introducendis Israelitis in terram promissam. 5. Suum desiderium ingrediendi terram, & contrariam voluntatem Dei.

1 ITaque conuersi ascendimus per iter Basan: egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. 2 Dixitq; Dominus ad me: Ne timeas eum: quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua: faciesque ei sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon. 3 Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & vniuersum populum eius: percussimusque eos vsque ad internecionem, 4 vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. non fuit oppidum, quod nos effugeret: sexaginta vrbes, omnem regionem Argob regni Og in Basan. 5 Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, portisque & vectibus, absque oppidis innumeris, quæ non habebāt muros. 6 Et deleuimus eos, sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disperdētes omnem ciuitatem; viros que ac mulieres & paruulos: 7 iumenta autem & spolia vrbium diripuimus. 8 Tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, 9 quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Samir: 10 omnes ciuitates, quæ sitæ sunt in planitie, & vniuersam Terram Galaad & Basan vsque ad Selcha & Edrai ciuitates regni Og in Basan. 11 Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. 12 Terramque possedimus tempore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, vsque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitatem illius dedi Ruben & Gad. 13 Reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi mediæ tribui Manasse, omnem regionem Argob: cunctaque Basan vocauit Terra gigantum. 14 Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitque ex nomine suo Basan, Hauoth. Iair, id est, Villas Iair vsque in præsentem diem. 15 Machir quoque dedi Galaad. 16 Et tribubus Ruben, & Gad dedi de Terra Galaad vsq; ad Torrentem Arnon medium torrentis, & confinium vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon: 17 & planitiem solitudinis, atque Iordanem, & terminos Cenereth vsque ad mare deserti, quod est salsissimum, ad radices montis Phasga contra orientem. 18 Præcepique vobis in tempore

pore

Digitized by Google

pore illo, dicens: Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hereditatem: expediti præcedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti: 19 absq; vxoribus, & paruulis, atque iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis, 20 donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris, sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam Terram, quam daturus est eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suã, quam dedi vobis. 21 Ioſue quoque in tempore illo præcepi, dicens: Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis, ad quæ transiturus es. 22 Ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis. 23 Precatusque sum Dominum in tempore illo, dicens: 24 Domine Deus, tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumq; fortissimam, neque enim est alius Deus, vel in cœlo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. 25 Transibo igitur, & videbo Terram hanc optimam trans Iordanem, & mõtem istum egregium, & Libanum. 26 Iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi: nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. 27 Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad aquilonem, austrumq; & orientem, & aspice. nec enim transibis Iordanem istum. 28 Præcipe Ioſue, & corrobora eum atque conforta, quia ipse præcedet populum istum, & diuidet eis Terram quam visurus es. 29 Mansimusque in valle contra fanum Phogor.

Interpretatio litteralis.

Dogmata, quæ hoc in capite habentur, ea sunt. * 1. *a* Contingere bellum iniustum esse, *Egressus est cum populo suo ad bellandum in Edai.* * 2. *b* Frænari timorem propositione facultatis, & auxiliorũ ad pericula vitanda. &, *c* Illicitum esse non audere, cum audendum est. &, *d* Licitum esse aggredi ardua ex fiducia, quia adsunt auxilia diuina ad exequendum, *Ne timeas eum, quia in manu tua traditus est cum omni populo, ac terra sua.* * 3. *e* Contingere iustum bellum esse, *Faciesque ei, sicut fecisti*, &c. *Percussimus eos usque ad internecionem*, &c. 4. *f* Omnium Dominum esse Deum, *Tradidit Dominus Deus noster*, &c. * 5. *g* Licere in bello iusto prædas ex hoste acceptas retinere, *Iumenta, & spolia vrbium diripuimus. Tulimusque illo in tempore terram*, &c. Plenam de Rege Og eruditionem, qui cupit, legat in Lorino. nos quæ ad dogmatum intelligentiam non faciunt, prætermimus. * 6. *h* Licere aliqua possidere vt propria, *Terramque possedimus tempore illo*, &c. 7. *i* Esse ius distributiuum, *Dedi Ruben, & Gad*, &c. 8. *k* Vsum esse nomina imponendi & personis, & rebus tum ad hominum societatem conseruandam; tum ad rerum cognitionem tradendam, *Vocauitque ex nomine suo Basan*, &c. * 9. *l* Omnium Dominum esse Deum. &, *m* Esse in Deo beneficentiam, *Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hereditatem.* 10. *n* Iustitiam distributiuam esse, *Precedite fratres vestros, filios Israel omnes viri robusti*, &c. Præmia distribuẽda sunt iuxta merita. vt iusta sit distributio terræ tribui Ruben, & Gad, & Manasse, non debent hæ tribus eximi ab onere belli, omnibus tribubus communis. 11. *o* Necessariam esse prudentiæ cautionem contra ea, quæ obstare bonis consilijs possũt, *Absque vxoribus, & paruulis*, &c. *in vrbibus remanere debebunt.* ne ab hostibus diripiantur. * 12. *p* Præteritorum memoriam ad prudentiam requiri, *Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus*, &c. * 13. *q* Non timendum, & audendum; vt supra v. 2. *Ne timeas eos*, &c. * 14. *r* Posse à Deo temporalia ad finem honestũ peti, *Precatus sum Dominum*, &c. *Transibo, & videbo terram*, &c. 15. *s* Deum omnia posse, *Cepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumq; fortissimam*, &c. Manus, potentiæ symbolum, can. 6590. 16. *t* Deum vnum esse, *Non est alius Deus vel in cælo, vel in terra*, &c. * 17. *u* Esse Deum vindicem, ac vltorem male agentium, *Iratusque est Dominus mihi propter vos*, &c. Durities Israelitarum fuit causa vt ad aquas cõtradictionis hęsitaret Moyses, an Deus daturus esset aquas è petra, vt promiserat. Ira in Deo, est voluntas vltionis, c. 6347. * 18. *x* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Nec enim transibis Iordanem istum*, In pœnam, quod nõ me glorificasti ad aquas contradictionis. Mons Phasga, Nebo, & Abarim, idem videntur esse. * 19. *y* Deberi suis superioribus à subditis obedientiam, *Præcipe Ioſue*, 20. *z* Necessarium supe-

a p. 1675.
b p. 1472.
c p. 2205.
d p. 2213.
e p. 1676.
f p. 22. 1782.
g p. 1869.
h p. 1859.
i p. 1778.
k p. 2153.
l p. 22. 1782.
m p. 54.
n p. 1807.
o p. 1761.
p p. 1754.
q p. 1472, 2205, 2213.
r p. 1931.
s p. 14.
t p. 6.
u p. 25.
x p. 1279.
y p. 2061.
z p. 2073.

Digitized by Google

superiores, ac rectores esse, *Ipse praeedet populum istum.* 21. *a* Debere superiores subditos instruere, *Praecipe Iosue*, Trade mea praecepta. Praecipere, etiam Disponere significat, c.4057. 22. *b* Non timendum, & audendum cum adsunt Dei voluntas, & auxilia, *Corrobora eum, atque conforta.*

Interpretationem mysticam huius capitis attulimus in libro Numerorum.

a p. 2078. *b Vid. supra litt. b, c, d.*

CAPVT QVARTVM.

SVMMA.

Hortatur Moyses populum ad cultum vnius Dei, & ad idololatria fugam, & ad Dei praecepta seruanda; nisi velit captiuitatem, & seruitutem experiri; à qua libertatem consecuturum vaticinatur, si ad Deum redierit. Commemorat praeclara, ac singularia beneficia à Deo in populum collata. Tres trans Iordanem ciuitates decernit ad effugium eorum, qui nolentes sanguinem fuderint.

1 ET nunc Israel audi praecepta & iudicia, quae ego doceo te: vt faciens ea, viuas, & ingrediens possideas Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. 2 Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mãdata Domini Dei vestri quae ego praecipio vobis. 3 Oculi vestri viderunt omnia quae fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. 4 Vos autem qui adhaeretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in praesentem diem. 5 Scitis quòd docuerim vos praecepta atque iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus: sic facietis ea in Terra, quam possessuri estis: 6 & obseruabitis & implebitis opere. Haec est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa praecepta haec, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna. 7 Nec est alia natio tam grandis, quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. 8 Quae est enim alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias, iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quã ego proponam hodie ante oculos vestros? 9 Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè. Ne obliuiscaris verborum, quae viderunt oculi tui, & ne excidãt de corde tuo cunctis diebus vitae tuae. Docebis ea filios ac nepotes tuos, 10 à die in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantque filios suos. 11 Et accessistis ad radices montis, qui ardebat vsque ad caelum: erantque in eo tenebrae, & nubes, & caligo. 12 Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. 13 Et ostendit vobis pactum suum, quod praecepit vt faceretis, & decem verba, quae scripsit in duabus tabulis lapideis. 14 Mihique mandauit in illo tempore vt docerem vos ceremonias & iudicia, quae facere deberetis in Terra, quam possessuri estis. 15 Custodite igitur solicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: 16 ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminae, 17 similitudinem omnium iumentorum quae sunt super terram, vel auium sub caelo volantium, 18 atque reptilium quae mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis: 19 ne fortè eleuatis oculis ad caelum, videas Solem & Lunam, & omnia astra caeli, & errore deceptus adores ea & colas quae creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quae sub caelo sunt. 20 Vos autem tulit Dominus & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hereditarium, sicut est in praesenti die. 21 Iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt non transirem Iordanem, nec ingrederer Terram optimam, quam daturus est vobis. 22 Ecce morior in hac humo, nõ transibo Iordanem: vos transibitis, & possidebitis Terrã egregiam. 23 Caue ne quando obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: &

Digitized by Google

facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit: 24 quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. 25 Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in Terra, deceptiq; feceretis vobis aliquam similitudinem, patrantes malum coram Domino Deo vestro, vt eum ad iracundiam prouoceris: 26 testes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos esse de Terra, quam transito Iordane possessuri estis. non habitabitis in ea longo tempore, sed delebit vos Dominus, 27 atque dispergetin omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est Dominus. 28 Ibiq; seruietis dijs, qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur. 29 Cumq; quæsieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris & tota tribulatione animæ tuæ. 30 Postquam te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius. 31 Quia Deus misericors, Dominus Deus tuus est: non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. 32 Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creauit Deus hominem super terram, à summo cælo vsque ad summũ eius, si facta est aliquando huiuscemodi res, aut vmquam cognitum est, 33 vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vixisti: 34 si fecit Deus vt ingrederetur, & tolleret sibi Gentem de medio nationum, per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, & robustam manum, extentumq; brachium, & horribiles visiones, iuxta omnia quæ fecit pro vobis Dominus Deus vester in Ægypto, videntibus oculis tuis; 35 vt scires quoniam Dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum. 36 De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis, 37 quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Eduxitq; te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto, 38 vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretq; tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die. 39 Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd Dominus ipse sit Deus in cælo sursum, & in terra deorsũ, & non sit alius. 40 Custodi præcepta eius atque mandata, quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filijs tuis post te, & permaneas multo tempore super Terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. 41 Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam, 42 vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harum aliquam vrbium possit euadere: 43 Bosor in solitudine, quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse. 44 Ista est lex, quam proposuit Moyses coram filijs Israel, 45 & hæc testimonia & ceremoniæ atque iudicia, quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto, 46 trans Iordanem in valle contra fanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filij quoque Israel egressi ex Ægypto, 47 possederunt terram eius, & terram Og regis Basan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum: 48 Ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, vsque ad montem Sion, qui est & Hermon, 49 omnem planitiem trãs Iordanem ad orientalem plagam, vsque ad mare solitudinis, & vsque ad radices montis Phasga.

Interpretatio litteralis.

DOgmaticus huius capitis sensus is est. * 1. *a* Legis veteris Ministrum Moysen fuisse, *Audi præcepta, & iudicia, quæ ego doceo te.* Præcepta, & Iudicia idem sunt. Præcepta tum moralia, tum iudicialia, tum cæremonialia Iudiciorum nomine solent appellari; quatenus à ratione deriuantur, c. 2086. Solet & in Scripturis sacris iudicium accipi pro eo, quod quisque facere debet vt rectè, sanctèque viuat, c. 1793. 2. *b* Congruum fuisse veteri legi temporalia præmia proponere, vt per temporalia, quæ erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum, *Vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram*, &c. 3. *c* Omnium Dominum esse Deum. &, *d* Esse in

a p. 1119.

b p. 1122.

c p. 22.

d p. 54.

Deo

Digitized by Google

Deo beneficẽtiam, *Quam Dominus Deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis.*
e p.1355. 4. *e* Ad Summum Pontificem pertinere regulam fidei proponere, *Audi, quæ ego doceo te.* Erat Moyſes Summus Sacerdos.
f p.1367. * 5. *f* Diuinum dictũ eſſe ſummè verum. 2
g p.1368. &, *g* Fidem diuinam certiſſimam, & infallibilem eſſe. &, *h* In proponendo verbo Dei auctoritatem in Eccleſia infallibilem eſſe, *Non addetis ad verbum, quod vobis*
i p.2066. *loquor, nec auferetis ex eo.* 6. *i* Dei præ-
k p.1117, 1119. ceptis parendum. &, *k* Legis veteris auctorem fuiſſe Deum, miniſtrum Moyſen; *Cuſtodite mandata Domini Dei veſtri,*
l p.1754. *quæ ego præcipio vobis.* * 7. *l* Præteritorum memoriam ad prudentiam requiri, 3
m p. 2007. *Oculi veſtri uiderũt omnia*, &c. 8. *m* Idololatriam illicitam eſſe. &, *n* Conſequi
n p.1279. pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Quomodo contriuerit omnes cultores eius*
o p.1295. *de medio veſtri.* * 9. *o* Opera bona ſuum 4
valorem, & meriti rationem habere. &,
p p.1299. *p* Poſſe hominem aliquid à Deo mereri.
q p.1307. &, *q* Poſſe bona temporalia ſub meritum cadere, *Vos autem, qui adhæretis Domino Deo veſtro, viuitis vniuerſi vsque ad præ-*
r p.1117, 1119. *ſentem diem.* * 10. *r* Legis veteris auctorem fuiſſe Deum, miniſtrum Moyſen, 5
Scitis quod docuerim vos præcepta, atque
s p.2066. *iuſtitias, ſicut mandauit mihi Dominus* Deus meus. * 11. *s* Dei præceptis paren- 6
dum eſſe, *Sicut mandauit*, &c. *obſeruabi-*
t p.1378. *tis, & implebitis opere.* * 12. *t* Signum ve- 6
ritatis eſſe in ijs, quæ ab Eccleſia propo- 8
nuntur: quia nihil illis præſtantius proponi poteſt, & congruentius. &, *u* Quod nihil
u p.1379. in Chriſtiana fide habetur rationi nõ conſentaneum. &, *x* Quod morum ſanctita-
x p.1398. tem in ſuis cultoribus parit. &, *y* Quod
y p.1403. miram parit intelligẽtiam & diuinorum, & naturalium, *Hæc eſt veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens,*
z p.55. *& intelligens, gens magna.* * 13. *z* Exo- 7
a p.380. rabilem eſſe Deum. &, *a* Peculiarem eius
b p.899. erga pios prudentiam eſſe. &, *b* Eccleſiam à Deo protegi, *Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis ob-*
c p. 1761. *ſecrationibus noſtris.* * 14. *c* Neceſſariam 9
eſſe prudentiæ cautionem contra ea, quæ 10
d p.1259. obſtare bonis conſilijs poſſunt. &, *d* Pec- 11
cati occaſiones eſſe vitandas, *Cuſtodi te-* 12
metipsum, & animam tuam ſolicitè.
e p.1754. 15. *e* Præteritorum memoriam ad prudẽtiam requiri, *Ne obliuiſcaris verborum, quæ viderunt oculi tui*, &c. Verbum pro
f p.2048. re, ac facto ſumi ſolet, c.2421. 16. *f* Inſtruendos eſſe à parentibus filios, quãrum ſalutis neceſſitas exigit, *Docebis ea filios, ac nepotes tuos. Doceantque filios ſuos.*
g p.1068. 17. *g* Promulgationem eſſe neceſſariam, vt lex obligandi virtutem habeant, *Congrega ad me populum, vt audiant ſermones meos*, &c. 18. *h* Legis actum eſſe vir- h p.1082.
tutum actus præcipere, *Vt audiant ſermones meos, & discant timere me.* Timere, idem interdum quod Colere, can.2763. & Timor, ſignificare ſolet diuinũ cultum, & omnem legis obſeruationem, c.2382.
19. *i* Magnum diuini dicti teſtimonium i p.1383.
eſſe miracula. &, *k* Ad veræ fidei confir- k p.696.
mationem miracula fieri. &, *l* Sępè Deum l p.310.
miracula operari, id eſt, aliqua facere præter ordinem, quẽ indidit rebus, *Et acceſſiſtis ad radices montis, qui ardebat*, &c.
Vocem ſermonum eius audiſtis. 20. *m* Eſſe m p.28.
Deum inuiſibilem, *Formam penitus non vidiſtis.* 21. *n* Fidem eſſe de ijs, quæ non n p.1363.
videntur. Neque enim quæ Deus reuelat, neque diuinum dictum videtur à nobis.
&, *o* Signa, quibus vtitur Deus ad fidei o p.1365.
myſteria reuelanda; nempe cognitionem, quam infundit, & verba externa, non repræſentare ipſa myſteria vt ſunt. Id indicare videntur ea verba, *Vocem verborum eius audiſtis, & formam penitus non vi-*
13 *diſtis.* * 22. *p* Promulgandas eſſe leges. p p.1068.
&, *q* Legis veteris Deum auctorem eſſe. q p.1117.
&, *r* Parendum eſſe diuinę legi. &, *s* Obe- r p.2066.
dientiæ obiectũ eſſe præceptum, *Et oſtendit vobis pactum ſuum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis.* Pactum, eſt fœdus, & amicitia. Hypallage, c.8688. ex effectu cauſa ſignificatur. Amicitiam cum Deo parit obſeruantia diuinorum præceptorum. Oſtendit vobis quæ oporteat facere, vt amicitiam cum Deo conſeruetis.
14 * 23. *t* Legis veteris miniſtrum fuiſſe t p.1119.
Moyſen, *Mihique mandauit in illo tempore, vt docerem vos cæremonias*, &c.
24. *u* In lege veteri præcepta cæremonia- u p.1124.
lia, & *x* iudicialia eſſe. Cæremonialibus x p.1126.
præceptis cultus diuini modus præſcribebatur; Iudicialibus præſcribebantur iuſtitiæ inter homines obſeruandæ, *Vt docerem vos cæremonias, & iudicia, quæ face-*
15 *re deberetis.* * 25. *y* Tentationum, & y p.914.
16 *z* peccandi occaſiones vitandas eſſe. z p.1259.
17 26. *a* Deum non eſſe corporeũ. &, *b* Ido- a p.10.
18 lum eſſe, falſoq; haberi Deum quidquid b p.7.
19 vt Deus colitur, præter vnum Deum. &,
c Idololatriam illicitam eſſe, *Non vidiſtis* c p.2007.
aliquam ſimilitudinem, &c. 27. *d* Idolo- d p.2008.
latriæ vnam originem fuiſſe creaturarum ſpeciem, ac pulchritudinem, *Ne forte eleuatis oculis ad cælum, videas Solem, & Lunam*, &c. *& errore deceptus adores ea.*
28. *e* Eſſe Deum Creatorem omnium. &, e p.41,87.
f Solem, Lunã, ſtellas, beſtias, aues, piſces f p.108,
eſſe à Deo, *Quæ creauit Dominus Deus* 110,113,
tuus. 29. *g* Hunc mundũ viſibilem propter 114.
hominem creatum eſſe. &, *b* Fuiſſe à Deo g p 92.
conſtitutum hominem dominum viſibi- h p.319.
lium, *Quæ creauit Deus in miniſterium*

Digitized by Google

i p.54. cunctis gẽtibus quæ sub cælo sũt.* 30. *i* Esse
k p.380. in Deo beneficentiam. &, *k* Peculiarem
Dei erga pios prouidentiã esse, *Vos autem*
tulit Deus, & eduxit de fornace ferrea
l p.1351. *Aegypti.* 31. *l* Fidem esse donum Dei, *Vos*
tulit, &c. *vt haberet populũ hereditarium.*
m p.25. * 32. *m* Deum esse vindicem, ac vltorem
n p.1279. male agentium. &, *n* Consequi pœnas ad
peccatum, quas Deus infligit, *Iratusq; est*
Dominus contra me, &c. Vide supra c. 3.
o p.2089. v. 26, 27. * 33. *o* Ingratitudinem esse, be-
neficium non recognoscere, vt contingit
per obliuionẽ culpabilem, *Caue ne quan-*
do obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod
p p.2007. *pepigit tecum.* 34. *p* Idololatriam esse illi-
citam, *Caue facias tibi sculptam similitu-*
dinem eorum quæ fieri Dominus prohibuit.
q p.25. * 35. *q* Esse Deum vindicem, ac vltorem
male agentium, *Dominus Deus tuus ignis*
consumens est, Deus æmulator. Ignis, sym-
bolum vltionis, c. 6270. Æmulator, hebr.
קנא *Qannà*, Zelator, irascens, vlciscens.
s p.2007. * 36. *s* Idololatriam peccatum esse, *Si fe-*
ceritis vobis aliquam similitudinem, pa-
t p.1251. *trantes malum.* 37. *t* Ignorantiam esse
peccatum, cum vitari potest, ac debet. &,
u p.1255. *u* Solere in peccando esse ignorãtiam, seu
errorem aliquem, sed culpabilem: quate-
nus trahitur voluntas à bono, quod ipsi
non est verè bonũ, sed apparens, *Deceptiq;*
feceritis uobis aliquam similitudinem, pa-
x p.1264. *trantes malum coram Domino.* 38. *x* In-
iuriam inferri Deo, lædique ius diuinum
per peccatum, *Patrantes malum coram*
Domino Deo vestro, vt eũ ad iracundiam
y p.1793. *prouocetis.* 39. *y* Ius delicto læsum, pœna
z p.1797. compensari. &, *z* Debitum esse pœnale,
pœnæ reatum, *Patrantes malum, vt ad*
iracundiam prouocetis. Ira in Deo, est vo-
luntas vltionis, & vltio. 40. Esse Deum
vltorem male agentium, *Patrantes ma-*
a p.1982. *lum*, &c. * 41. *a* Licitũ esse iuramentum. 26
b p.1984. &, *b* Licere per creaturas iurare, qua- 27
tenus in illis inuocatur implicitè Deus, 28
Testes inuoco hodie cælum, & terram. 29
Cæli, terræque nomine omnis creatura- 30
rum multitudo intelligitur, can. 1298. 31
c p.420. 42. *c* Communicari à Deo aliquibus solere
prophetiæ donum, gratiam gratis datam.
quo dono habetur cognitio futurorũ con-
tingentium, quæ solus Deus potest cogno-
scere, *Testes inuoco hodie cælum, & ter-*
ram, cito perituros vos esse de terra, &c.
d p.1279. 43. *d* Consequi pœnas ad peccata, quas
e p.1799. Deus infligit. &, *e* Ius delicto læsum, pœ-
na compensari, *Cito perituros vos esse de*
terra, &c. v. 26, 27, 28. 44. Contingere
interdum vt vnum peccatum sit alterius
peccati pœna, quatenus Deus in pœnam
subtrahit à peccante efficax auxilium,
Ibique seruietis diis, qui hominum manu
f p.2007. *fabricati sunt*, &c. 45. *f* Idololatriæ actũ
g p.7. contingere. &, *g* Esse idola, deos inanes,
Ibique seruietis diis, qui hominum manu
fabricati sunt, ligno & lapidi qui non vi-
dent, nec audiunt, nec comedunt, nec odo-
rantur. 46. *i* Esse Deum exorabilem, *Cum* i p.55, 56.
quæsieris Dominum Deum tuum, inuenies
eum. 47. *k* Ad iustificationem, & ad diui- k p.406.
nam gratiam recipiendam, necessariam ex
diuino decreto esse in adultis volũtariam
præparationẽ ex parte ipsorum. &, *l* Non l p.407.
negare Deum gratiam præparanti se ad
gratiam, vt par est. &, *m* Ad remissionem m p.408,
peccatorum recipiẽdam, necessarium esse 410, 411,
Deum quærere motu fidei, & spei, & cha- 783, 785,
ritatis. &, *n* Ad remissionem peccatorum 786, 787.
recipiendam, requiri veram pœnitẽtiam, n p.412,
quæ dolorem, & contritionem includit. 781, 800,
&, *o* Esse remissionem peccatorum, *Cum* 801.
quæsieris Dominum Deum tuum, inuenies o p.776.
eum: si tamen toto corde quæsieris, & tota
tribulatione anima tua. Totum cor, est
Dei amor super omnia. Tota tribulatio,
est dolor super omnia. 48. *p* Recipiendos p p.1436.
esse in Ecclesia Infideles ad fidem reuer-
tentes, *Cum quæsieris Dominum, inuenies*
eum. 49. *q* Posse semper Sacramentum q p.780.
Pœnitentiæ reiterari, *Cum quæsieris Do-*
minum, inuenies eum. 50. *r* Esse remissio- r p.776.
nem peccatorum. &, *s* Omne peccatum s p.788.
in hac vita vsque ad vltimum spiritum
per pœnitentiam veram deleri posse,
Postquam te inuenerint omnia, quæ predi-
cta sunt, &c. v. 30, 31. His duobus ver-
siculis innuitur tum cõuersio Israelitarum
ad Deum, quæ sæpè post eorum peccata
facta est ante Christum; tum cõuersio, quę
futura est ante finem mundi. Nam נגם
Ahharith, nouissimũ, solet & pro Postea,
& pro vltimo accipi, c. 1933. 51. *u* Fidem u p.1316.
diuinam esse. &, *x* Esse iustos, *y* & opera x p.644.
bona iustorum. &, *z* Obedientiam diui- y p.1035,
norum præceptorum, *Audies vocem eius.* 1036.
52. *a* Esse Deũ misericordem, *Quia Deus* z p.2066.
misericors. 53. *b* Esse Deum immutabi- a p.56.
lem, *c* & fidelem. &, *d* Standum esse pro- b p.12.
missis. &, *e* Iuramentum licitum esse, c p.48.
Neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit d p.21[illegible].
32 *patribus tuis.* * 54. *f* Præteritorum me- e p.1982.
33 moriam ad prudẽtiam requiri, *Interroga* f p.1754.
34 *de diebus antiquis*, &c. Summum cæli
vocat extremum cæli; quia nobis apparet
cæli hemisphærium terra terminatum.
55. *g* Mundum non esse æternum. &, g p.86.
h Creationem esse à solo Deo. &, *i* Homi- h p.89.
nem esse à Deo, *Ex die, quo creauit Deus* i p.115.
hominem super terram. 56. *k* Esse mi- k p.310.
racula, quæ Deus præter ordinem opera-
tur, quem indidit rebus, *Si facta est ali-*
quando huiusmodi res, &c. *sicut tu audisti,*
& vixisti, &c. Miraculum fuit tam hor-
ribilia videndo, & audiendo, non exani-
mari: miraculum tantam populi multitu-
dinem adhuc in mortali vita, & in car-
ne degentem, Dei vocem audire, &c.

Digitized by Google

l p.1316. 57. *l* Fidem diuinam esse, *Vt audiret populus vocem Dei loquentis.* 58. *m* Fidem esse
m p. 1351. donum Dei. &, *n* Legis veteris auctorem
n p.1117. fuisse Deum, *Vt audiret populus vocem Dei loquentis*, &c. *& tolleret sibi gentem*, &c.
o p.30. * 59. *o* Esse Deum intelligibilem à nobis 35
per eius reuelationem, ac fidem, *Si fecit Deus*, &c. *vt scires, quoniam Dominus*
p p.6. *ipse est Deus.* 60. *p* Deum vnum esse, *Ipse est Deus, & non est alius præter eum.*
q p.696. * 61. *q* Ad veræ fidei confirmationem mi- 36
racula fieri, *De cælo te fecit audire vocem* 34
suam, vt doceret te, & in terra ostendit tibi ignem, &c. & sup. v. 34. *Si fecit Deus vt*
r p.1491. *ingrederetur*, &c. * 62. *r* Esse amicitiam 37
s p 1492. inter homines iustos, & Deum. &, *s* Esse
amorem Dei erga homines, *Quia dilexit*
t p. 26. *patres tuos.* 63. *t* Esse Deum agentem li-
u p.1351. berum. &, *u* Fidem esse donum Dei. &,
x p. 349. *x* Diuinam electionem esse, *Elegit semen*
y p 54. *eorum post eos.* 64. *y* Esse in Deo benefi-
z p.14. centiam, *Eduxitque te*, &c. 65. *z* Deum
omnia posse, *In virtute sua magna*.
a p.22. * 66. *a* Omnium Dominum esse Deum, 38
Daretq; tibi terram earũ in possessionem.
b p.1859. 67. *b* Licitum esse aliqua possidere vt pro-
pria, *Daretque tibi terram earum in pos-*
c p.6. *sessionem.* * 68. *c* Deum vnum esse, 39
Scito ergo hodie, &c. *& non est alius.*
d p.2066. * 69. *d* Dei præceptis parendum esse, *Cu-* 40
e p.1117. *stodi præcepta eius*, &c. 70. *e* Legis veteris
1119. auctorem fuisse Deum, ministrũ Moysen,
Custodi præcepta eius, atque mandata, quæ
f p.1295. *ego præcipio tibi.* 71. *f* Opera bona sunm
valorem, & meriti rationem habere. &,
g Posse hominem aliquid à Deo mereri. g p.1299.
&, *h* Posse bona temporalia sub meritum h p.1307.
cadere. &, *i* Congruum fuisse veteri legi i p.1122.
temporalia præmia proponere. vt per temporalia, quæ erãt in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum, *Custodi præcepta eius*, &c. *& permaneas multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.*
41 * 72. *k* Non esse pœnas nisi pro culpa in- k p.2105.
42 fligendas. &, *l* Licere timendo fugere id, l p.2200.
quod est secundum rectam rationem fugiendum. &, *m* Prouidentiæ, atque *n* Cau- m p.1759.
tionis actus esse, *Separauit Moyses tres* n p.1761.
ciuitates trans Iordanem, vt confugiat ad eas, qui occiderit nolens, &c. 73. *o* Peccati o p.1226.
causam esse voluntatem. &, *p* Ignorantiã p p.1250.
excusare, ac nõ esse peccatum, cum omnino voluntatem tollit male agendi, *Vt confugiat ad eas, qui occiderit nolens proxi-*
44 *mum suum.* * 74. *q* Promulgandas leges q p.1068.
45 esse, *Ista est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israel*, &c. 75. Legem veterem *r* præcepta moralia, & *s* cæremonialia, r p.1123.
& *t* iudicialia continere, *Hæc testimonia*, s p.1124.
& ceremoniæ, atque iudicia, &c. Testimo- t p.1126.
nium, hebr. עדות *Hhhedùth*, est lex in tabulis lapideis scripta, Moysi à Deo tradita, Ex. 25. 21. & Psal. 77. 5. Dicuntur etiam Testimonia, quæ in lege veteri à Deo proponuntur, indicantia Dei præcipientis auctoritatem, c. 2370.

CAPVT QVINTVM.

SVMMA.

Repetit Moyses decalogi præcepta in Horeb à Deo tradita. Commemorat populi timore correpti petitionem, ne Deus illis loqueretur, sed Moyses; & quod petitioni assensum præbuerit Deus.

1 VOcauitque Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Audi Israel ceremonias atque iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. 2 Dominus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. 3 Non cum patribus nostris inijt pactum, sed nobiscum qui in præsentiarum sumus & viuimus. 4 Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. 5 Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annunciarem vobis verba eius. timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem, & ait: 6 Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. 7 Non habebis deos alienos in conspectu meo. 8 Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. 9 Non adorabis ea, & non coles. Ego enim sum Dominus Deus tuus: Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me, 10 & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. 11 Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustra: quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. 12 Obserua diem Sabbati, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. 13 Sex

diebus

Digitized by Google

diebus operaberis,& facies omnia opera tua. 14 Septimus dies Sabbati est,idest, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquã operis tu,& filius tuus,& filia, seruus & ancilla,& bos, & asinus, & omne iumentum tuum,& peregrinus qui est intra portas tuas:vt requiescat seruus tuus,& ancilla tua,sicut & tu. 15 Memento quòd & ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti,& brachio extento.Idcirco præcepit tibi vt obseruares diem Sabbati. Honora patrem tuum & matrem,sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus,vt longo viuas tempore,& bene sit tibi in Terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. 17 Non occides. 18 Neque mœchaberis. 19 Furtumq; nõ facies. 20 Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. 21 Non concupisces vxorem proximi tui: non domum,non agrum,non seruum,non ancillam,non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. 22 Hæc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestrã in monte de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna,nihil addens ampliùs:& scripsit ea in duabus tabulis lapideis,quas tradidit mihi. 23 Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum,& montem ardere vidistis,accessistis ad me omnes principes tribuum,& maiores natu,atque dixistis: 24 Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam. vocem eius audiuimus de medio ignis,& probauimus hodie, quòd loquẽte Deo cum homine,vixerit homo. 25 Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus?Si enim audierimus vltrà vocem Domini Dei nostri,moriemur. 26 Quid est omnis caro,vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur,sicut nos audiuimus, & possit viuere? 27 Tu magis accede: & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquerisq; ad nos, & nos audientes faciemus ea. 28 Quod cùm audisset Dominus,ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi:bene omnia sunt locuti. 29 Quis det talem eos habere mentem,vt timeant me,& custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore,vt bene sit eis & filijs eorum in sempiternum? Vade & dic eis: Reuertimini in tentoria vestra. 31 Tu verò hic sta mecum,& loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia: quæ docebis eos,vt faciant ea in Terra,quam dabo illis in possessionem. 32 Custodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: 33 sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis, & protelentur dies in terra possessionis vestræ.

Interpretatio litteralis.

a *p.*1068. DOcemur * 1.*a* Legum promulgationem esse faciendam. &, b *p.*2078. *b* Debere superiores legibus bonos in subditis mores procurare, *Vocauit Moyses omnem Israelem*, &c. Quod vulgata habet *Ceremonias*, hebr. *Hhuqqim*, quod etiã præcepta significat, & statuta, iura, decreta, leges. c *p.*717. 2.*c* Audiendi desiderium esse necessarium d *p.*2401. in auditoribus verbi Dei. &, *d* Desideriũ. e *p.*2402. addiscendi licita licitum esse. &, *e* Præcipuum hominis studium esse debere circa cognitionem diuinorum, *Audi Israel ceremonias, atque iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea.* 3.*f* Dei f *p.*2066. præceptis parendum. &, *g* Incumbendum g *p.*1043. esse in bonorum operum actionem: nõ est h *p.*1336. enim impossibilis. &, *h* Principium esse i *p.*1343. fidem operum bonorum. &, *i* Solam, ac sine operibus fidem non esse satis ad salutem. *Discite ea* (præcepta) *& opere cõplete.* k *p.*1491. * 4. K Inter Deum,& homines intercedere 2 3 amicitiam posse, *Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb.* 5.*l* Inter l *p.*1811. Deum, & homines intercedere veram iustitiam posse, *m* & rationem iuris particu- m *p.*1786. laris, cuius causa est contractus, *Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum*,&c. Intercessit inter Deum,& Israelitas ratio quædam contractus. nam spopondit Deus Israelitis possessionem terræ Chanaan,& ipsi spoponderunt Deo cultũ, & obedientiam. eum cõtractum appellat pactum. Quod négat hoc pactum fuisse initum cum patribus, potest multis modis intelligi. Primum,quatenus nõ est initum cũ ijs patribus, qui post Iacob in Ægypto decesserunt. Secundò, quatenus pactum cum Abraham, Isaac, & Iacob primis patribus initum, non fuit perfectum cũm sponsione vtriusque partis, nec ita solẽne. Negationes in sacra Scriptura, sæpè licet videantur omnino tollere, non tollunt tamen nisi secundum aliquam rationem,

2.Cor.

Digitized by Google

2.Cor.15. Laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum, Ioan.1.8. Non erat ille lux. Erat Ioannes lucerna ardens,& lucens; ſed nõ illa lux perfectiſſima Chriſtus, c.8656. Tertio, interdum negatio non omnino negat, ſed aliquid vltra addit, quod ſtatim aſſirmatur, Epheſ.6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,& ſanguinem, ſed aduerſus principes, &c. Non tantum aduerſus carnem,& ſanguinem, ſed aduerſus aereas poteſtates, c.8658. Ergo ſenſus eſſe poteſt: Non ſolum cum patribus noſtris Abraham, Iſaac, & Iacob; ſed etiam nobiſcum inijt Deus pactum. * 6. *n* Eſſe Deum intelligibilem à nobis per eius reuelationem, ac fidem. &, *o* Ad veræ fidei confirmationem miracula fieri.&, *p* Signũ veritatis in fide, eſſe miracula, *Facie ad faciem locutus eſt nobis in mõte de medio ignis.* 7. *q* Signum amoris in nos Dei, eſſe eius præſentiam, *Iniit pactum nobiscum. Facie ad faciem locutus eſt nobis.* * 8. *r* Legis veteris miniſtrum fuiſſe Moyſen, *Ego ſequeſter,&c. vt annunciarem verba eius.* 9. *s* Timorem, eſſe paſſionem, qua horret appetitus periculum imminens mali, *Timuiſtis ignem.* * 10. *t* Summum ens eſſe Deum, *Ego Dominus*, Iehouà, quod eſt, ſummũ ens. 11. Eſſe Deum *u* beneficum, & *x* miſericordem, *Qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis.* * 12. *y* Idololatriam peccatum eſſe, *Non habebis deos alienos,&c. Non adorabis ea,& nõ coles.* 13. *z* Idolum eſſe, falſoque haberi deum quidquid vt Deus colitur, præter vnum Deum, *Non facies tibi ſculptile*, &c. 14. *a* Eſſe Deum ſummum ens, *Ego enim ſum Dominus.* Iehouà. 15. *b* Eſſe Deum vindicem,ac vltorem male agentiũ, *Deus æmulator, reddens iniquitatem patrũ*,&c. vid.quę diximus Exodi 34.v.14. 16.*c* Contingere interdum vnum pro peccato alterius puniri, *Reddens iniquitatem patrum in filios*, &c. 17. *d* Iniuriam inferri Deo, lædique ius diuinum per peccatum, *Reddens*, &c. *iis, qui oderunt me.* Odiſſe, eſt velle malum alteri. vult virtualiter malũ Deo, qui cõtra Dei voluntatem facit, lędit enim ius diuinum. * 18. Eſſe in Deo *e* miſericordiam, & *f* beneficentiam, *Faciens miſericordiã in multa millia.* 19. *g* Contingere interdum vnum pro peccato alterius puniri, *Reddens iniquitatem patrum ſuper filios*, &c. 20. *h* Opera bona ſuum valorem, & meriti rationem habere, *Faciens miſericordiam in multa millia diligentibus me.* 21. *i* Opera mala demeriti rationem habere, *Reddens iniquitatem patrum ſuper filios*, &c. 22. *k* Eſſe amorẽ iuſtorũ in Deum, *Diligentibus me.* 23. *l* Eſſe Dei præceptis parendum, *Cuſtodientibus præcepta mea.* * 24. *m* Illicitum eſſe iuramentum: cum vel ad falſitatem confirmandam adhibetur, vel ſine cauſa neceſſaria iuratur, vel ad aliquid illicitum confirmandum, *Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra*, &c. 25. *n* Ius delicto læſum, pœna compenſari. &, *o* Debitum eſſe pœnale pœnæ reatum. &, *p* Debiti pœnalis cauſam eſſe delictum, *Non erit impunitus, qui ſuper re vana nomen eius aſſumpſerit.* * 26. *q* Præceptum eſſe morale, habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis. &, *r* Præceptum fuiſſe in veteri lege Sabbati ſanctificationem, *Obſerua diem Sabbati, vt ſanctifices eum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.* * 27. *s* Præteritorum memoriam ad prudẽtiam requiri, *Memento quod et ipſe ſeruieris in Aegypto.* 28. *t* Debitas eſſe Deo gratiarum actiones pro beneficijs ab ipſo receptis. &, *u* Ingratitudinem eſſe, beneficium non recognoſcere, vt contingit per obliuionem culpabilem, *Memento quod & ipſe ſeruieris in Aegypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento.* 29. *x* Eſſe in Deo potentiam, *Deus tuus in manu forti, & brachio extento.* Potentiæ ſymbola manus,& brachiũ, c.5500,6590. * 30. *y* Deberi parentibus reuerentiam, ſuſtentationem, & obedientiam à filijs, *Honora patrem tuum, & matrem, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.* Honorare, interdum pro alere, c.2663. 31. *z* Pietatis in parentes, præmium eſſe vitæ diuturnitatem ſiue præſentis, ſiue futuræ. Meretur enim vita priuari, qui ingratus eſt principio, à quo vitã habet. &, *a* Opera bona ſuum valorem, ac meriti rationem habere. &, *b* Poſſe hominem aliquid à Deo mereri. &, *c* Poſſe bona temporalia ſub meritum cadere, *Honora patrem tuum*, &c. *vt longo vinas tempore*, &c. * 32. *d* Non licere non habenti publicam auctoritatem, occidere quemquam, neque peccatorem, *Non occides.* * 33. *e* Speciale luxuriæ peccatum eſſe adulterium. quia & propriæ proli facit iniuriam, & coniugi, *Non mœchaberis.* hebr. *Naaph*, Adulterium ſignificatur. Sed ea ratione, qua adulterium prohibetur, implicitè prohibentur omnes luxuriæ ſpecies: quia per eas proli fit iniuria. Corruptio propriè ſubſtantiæ ſolum legitimæ prolis ratione conceſſa à Deo eſt. quare in alijs Scripturę locis, præter adulterium, aliæ ſpecies luxuriæ prohibentur. * 34. *f* Peccatum eſſe rem alienam furto ſubripere, *Furtum non facies.* Ob eam rationem quod iniuria fit proximo, rem illius eo inuito auferendo, omnes aliena vſurpandi, & retinendi rationes prohibentur. * 35. *g* Falſum teſtimonium eſſe illicitum, *Nec loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* * 36. *h* Eſſe peccata non ſolum operis, ſed etiam

a p.30. o p.696. p p.1383. q p.1593. r p.1119. s p.238. t p.4. u p.54. x p.56. y p.2007. z p.7. a p.4. b p.25. c p.1290. d p.1264. e p.56. f p.54. g p.1290. h p.1295. 1299. i p.1296. k p.1493. l p.2066. m p.1986, 2030. n p.1799. o p.1797. p p.1798. q p.2000. r p.2001. s p.1754. t p.2083. u p.2089. x p.14. y p.2039, 2040, 2042. z p.2051. a p.1295. b p.1299. c p.1307. d p.1844. e p.2336. f p.1860. g p.1883. h p.1207.

Digitized by Google

etiam cogitationis. &, i Peccatum esse
i p.1222. in voluntate sicut in subiecto. &, k Desiderium aliquod malũ esse, *Non concupisces vxorem proximi tui: nõ domum*, &c.
k p.1182. Prohibetur voluntas adulterij, & furti; ac proinde voluntas omnium peccatorum,
quatenus par ratio est. * 36. l Legis ve- 22
l p.1117. teris auctorem fuisse Deum, *Hæc verba locutus est Dominus*, &c. Præcepta Decalogi promulgauit Deus immediatè; cetera præcepta per Moysen. id innuitur illis
m p.238. verbis, *Nihil addens amplius.* * 37. m Ti- 23
morem esse passionem, qua horret appe- 24
n p.1177. titus periculum imminens mali. &, n Ti- 25
o p.2200. morem aliquem bonum esse. &, o Licere 26
timendo fugere id, quod est secundum 27
rectam rationem fugiendum, *Vos autem* 28
postquam audistis vocem de medio tenebrarum, &c. *Cur ergo moriemur*, &c.
p p.246. *Bene omnia sunt locuti.* 38. p Causari timorem ex existimatione defectus virtutis ad facilè repellendum imminens malũ,
Quid est omnis caro, vt audiat, &c. *et possit*
q p.1761. *viuere?* 39. q Partem esse prudentiæ Cau-
r p.2066. tionẽ, *Tu magis accede*, &c. 40. r Præceptis diuinis esse parendum, *Faciemus ea.*
s p.164. 41. s Actum esse cõsensus, *Audiui vocem verborum*, &c. *Bene omnia sunt locuti.*
t p.37,38. * 42. t Esse Deum colendũ, ac timendum, 29
1177. *Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me*, &c. Timere, significat etiam
u p.2066. colere. 43. u Diuinis præceptis parendum esse, *Quis det*, &c. *vt custodiant vniuersa mãdata mea in omni tempore.* 44. x Ope- x p.1295.
ra bona meriti ratione habere. &, y Obe- y p.2065.
dientiæ præmia præclara esse, *Custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filiis eorũ in sempiternũ.*
31 * 45. z Legis veteris auctorem fuisse z p.1117,
32 Deum, ministrum Moysen. &, a Esse in 1119.
33 lege veteri præcepta tum moralia, tum a p.1123,
ceremonialia, tum iudicialia, *Loquar tibi* 1124,1126.
omnia mãdata mea, & ceremonias, atque iudicia, quæ docebis eos, &c. 46. † Incum- † p.1043.
bendum esse in bonorum operum actionem. Nõ est enim impossibilis, *Vt faciant ea*, &c. *Custodite igitur, & facite*, &c.
47. b Virtutes morales in medio consiste- b p.280.
re, id est, inter excessum, & defectum à regula rationis, *Non declinabitis neque ad dexterã, neque ad sinistram: sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester ambulabitis.* 48. c Opera bona meriti ratio- c p.1295.
nem habere. &, d Posse hominem aliquid d p.1299.
à Deo mereri. &, e Posse bona temporalia e p.1307.
sub meritum cadere, *Vt viuatis, & bene sit vobis, & protelentur dies in terra possessionis vestræ.* 49. f Congruum fuisse ve- f p.1122.
teri legi temporalia præmia proponere, vt per temporalia, quę erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum, *Vt viuatis, & bene sit vobis*, &c.

CAPVT SEXTVM.

SVMMA.

Obseruationem diuinorum mandatorum Moyses inculcat; ac Dei dilectionem, & cultum. Spondet præmia. Vrget & beneficiorum, & præceptorum diuinorum memoriam. Præcipit vt & ipsi suis filiis diuina beneficia, & mandata, & promissiones commemorent.

1 HÆc sunt præcepta, & cæremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester vt docerem vos, & faciatis ea in Terra, ad quam transgredimini possidendam: 2 vt timeas Dominum Deum tuum, & custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, & filijs, ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui. 3 Audi Israel, & obserua vt facias quæ præcepit tibi Dominus, & bene sit tibi, & multipliceris ampliùs, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. 4 Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. 5 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. 6 Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: 7 & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. 8 Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebũtur inter oculos tuos, 9 scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ: 10 Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, pro qua iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas non ædificasti, domos plenas cunctarũ opum, quas non extruxisti, cisternas, quas non fodisti, vineta & oliueta, quæ non plantasti, 12 & comederis, & saturatus fueris: 13 caue diligenter ne obliui-

scaris

Digitized by Google

ſoaris Domini, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Dominum Deum tuum timebis,& illi ſoli ſeruies,ac per nomen illius iurabis. 14 Non ibitis poſt deos alienos cunctarum Gentium,quæ in circuitu veſtro ſunt: 15 quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui:ne quando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te,& auferat te de ſuperficie terræ. 16 Non tentabis Dominum Deum tuum,ſicut tentaſti in loco tentationis. 17 Cuſtodi præcepta Domini Dei tui,ac teſtimonia & ceremonias,quas præcepit tibi: 18 & fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu Domini,vt bene ſit tibi, & ingreſſus poſſideas terram optimam,de qua iurauit Dominus patribus tuis, 19 vt deleret omnes inimicos tuos coram te,ſicut locutus eſt. 20 Cumq; interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid ſibi volunt teſtimonia hæc, & ceremoniæ,atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noſter nobis? 21 dices ei: Serui eramus Pharaoni in Aegypto,& eduxit nos Dominus de Aegypto in manu forti: 22 fecitque ſigna atque prodigia magna & peſſima in Aegypto contra Pharaonem, & omnem domum illius in conſpectu noſtro, 23 & eduxit nos inde,vt introductis daret Terram, ſuper qua iurauit patribus noſtris. 24 Præcepitque nobis Dominus, vt faciamus omnia legitima hęc, & timeamus Dominum Deum noſtrum, vt bene ſit nobis cunctis diebus vitæ noſtræ,ſicut eſt hodie. 25 Eritque noſtri miſericors,ſi cuſtodierimus, & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo noſtro, ſicut mandauit nobis.

Interpretatio dogmatica.

HVius capitis dogmata, quibus caput interpretamur, ea ſũt.
a p.1117, 1119. * 1. *a* Legis veteris auctorem fuiſſe Deum, miniſtrum Moyſen, *Mandauit Dominus Deus veſter vt docerem vos.* 2. *b* In lege veteri tum moralia, tum ceremonialia, tum iudicialia
b p. 5123, 1124, 1126. præcepta contineri. * 3. *c* Eſſe Deum timendum, & colendum, eiuſque præceptis
c p. 37, 38, 1177, 2066. parendum, *Vt timeas Dominum*, &c.
d p.1043. * 4. *d* Incumbendum eſſe in bonorũ operum actionem. &, *e* Bona opera meriti rationem habere *f* apud Deum. &, *g* Præclara eſſe obedientiæ præmia, *Vt cuſtodias mandata,& præcepta eius*, &c. *vt facias, quæ præcepit tibi Dominus, & bene ſit tibi*, &c. 5. *h* Congruum fuiſſe veteri legi temporalia præmia proponere, *Vt multiplicerís amplius*, &c. 6. *i* Licitum eſſe licita promittere, *Sicut pollicitus eſt Dominus Deus tuus.* * 7. *k* Eſſe ab auditoribus attentionem captandam, *Audi Iſrael.* 8. *l* Deum vnũ eſſe, *Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt.* * 9. *m* Deum eſſe totaliter diligendum. tum quia totum quod ad Deum pertinet, homo diligere debet. tum quia Deum ex toto poſſe diligere debemus,& ad eius amorem ordinare quidquid habemus, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* 10. *n* Eſſe amorem iuſtorum in Deum, *Diliges Dominum Deum tuum.* 11. *o* Perfectam charitatem eſſe, cum ab hominis affectu excluditur omne id, quod eſt charitati contrarium, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Mens, Cor, Anima, ſolét idem ſignificare,& eſſe ſynonima. Ita hoc in loco per cor,& animam ſignificatur voluntas; per fortitudinem ceteræ hominis potentiæ. vid. c. 1168, 1441. Vel Cor, voluntatem, mentemque ſignificat, c. 1440. 1441. Anima, potentias ſenſitiuas, c. 1164, 1165. Fortitudo, ceteras hominis potẽtias. Ita Nyſſenus apud S. Thom. 2. 2. q. 44. a. 5. Vel Cor, pro cogitatione accipitur, Anima pro affectu, Fortitudo pro vehementer, vt indicat hebr. *Meod.* Tota cogitatione, & affectu, quantum poſſumus amare Deum debemus. * 12. *p* Ad cognitionem veritatis meditationẽ eſſe neceſſariam. &, *q* Vitam actiuam, ſiue bona opera per contemplationẽ dirigi, ac ordinari, *Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi*, &c. 13. *r* Inſtruẽdos eſſe à parentibus filios quantum ſalutis neceſſitas exigit. &, *s* Lumen verbi non eſſe occultandum, *Narrabis ea filiis tuis.* * 14. *t* Signis adhibitis executionis memoria excitanda, *Et ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua*, &c. * 15. *u* Licitum eſſe, licita promittere, & *x* Iuramento confirmare. *Pro qua* (Deus) *iurauit patribus tuis.* * 16. *y* Ingratitudinem eſſe Beneficium nõ recognoſcere, vt contingit per obliuionem culpabilem. &, *z* Mala pro bonis retribuere, *Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terrum*, &c. *caue diligenter ne obliniſcaris Domini, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis.* 17. *a* Eſſe in Deo beneficentiam, *Cum introduxerit te Dominus*, &c. * 18. *b* Deum eſſe colendum, ac timendum. &, *c* Licitum eſſe timorem, quò quis abſtinet à peccato, ne æternę pœnę malum incurrat: modò abſit omnino voluntas peccandi. &, *d* Excitandum eſſe timorẽ filialem: quo quis timet

p p.679
q p.667
r p.2048.
s p.722.
t def.4111.
u p.2124.
x p.1982.
y p.2089.
z p.2090.
a p.54.
b p.37, 38.
c p.1469.
d p.1470.

Digitized by Google

offensam Dei, *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. Ne quando irascatur furor Domini*,&c. 19.*e* Licitū esse iuramentum, *Per nomen illius iurabis.* 20.*f* Idololatriam illicitā esse, *Non ibitis post deos alienos*, &c. 21.*g* Vltorem esse Deum,ac vindicē male agentiū, *Quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus*, &c. *Ne quādo irascatur*,&c. 22.*h* Congruum esse à male agendo pœnarum comminatione deterrere, *Ne quādo irascatur furor Domini Dei tui contra te,& auferat te de superficie terræ.* * 23.*i* Illicitum esse, & irreuerentiam,siue expresè,siue interpretatiuè,dicto,vel facto vllo tentare Deum, *Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis.* Diuinę excellentiæ debetur ea reuerentia, vt nihil à nobis fiat, per quod de eius perfectione nos dubitare, ac de ea velle experimētum sumere significemus. * 24.*k* Omnibus Dei præceptis esse parendum, *Custodi præcepta Domini Dei tui*,&c. 25.*l* Obedientiæ obiectum esse præceptum, *Custodi*,&c. *quæ præcepit tibi.* 25.*m* Charitatis actum esse, tuam cum diuina voluntatem conformare. &, *n* Obseruationem præceptorum propter Deum.&, Bonorum operū exercitiū, vt placeas Deo, *Custodi præcepta*,&c. *& fac quod placitum est,et bonum in conspectu Domini.* * 26.*o* Bona opera meriti rationem habere. &, *p* Posse hominē aliquid mereri apud Deum. &, *q* Bona temporalia posse sub meritū cadere. &,*r* Congruum fuisse Israelitis bona tēporalia promitti, *Vt bene sit tibi*,&c. *vt deleret*, &c. 27.*s* Licitum esse licita promittere, ac iurare, *De quæ iurauit Dominus*,&c.*sicut locutus est.* * 28.*u* Desiderium addiscendi licita licitū esse,ac excitandum. &,*x* Præcipuum hominis studium esse debere circa cognitionem diuinorum, *Cum interrogauerit te filius tuus cras*,&c. * 29.*y* Debitas esse Deo gratiarum actiones pro beneficijs ab ipso receptis. vnus gratitudinis actus est Beneficiorū memoria, *Dices ei: Serui eramus Pharaonis in Aegypto*, &c. 30.*z* Esse in Deo beneficentiam, *Eduxit nos Dominus de Aegypto*, &c. 31.*a* Esse in Deo potentiam, *In manu forti.* Manus, symbolum potentiæ, c.6590. 32.*b* Esse Deum vltorē male agentium. &, *c* Solere à Deo miracula fieri. &,*d* Peculiarem Dei erga pios prouidentiā esse, *Eduxit nos Dominus de Aegypto in manu forti: fecitque signa*,&c. * 33.*e* Dei præceptis parēdum esse. &, *f* Esse Deum timendum,& colendum, *Præcepit nobis Dominus vt faciamus omnia legitima hæc,et timeamus Dominum Deum nostrum.* * 34.*g* Bona opera meriti rationē habere, &c. vt sup. v. 19. *Et bene sit nobis*, &c. *si custodierimus, & fecerimus*, &c. 35.*b* Esse in Deo misericordiā, *Eriq; nostri misericors.* 36.*i* Præclara obedientiæ præmia esse, *Vt bene sit nobis*, &c. *si custodierimus, & fecerimus*, &c.

CAPVT SEPTIMVM.

SVMMA.

Iubet Moyses cauere Israelitas in Terra promissionis ab impedimentis diuini cultus. Proinde præcipit incolas omnes interfici, coniugia cum ipsis non iniri, idola euerti. Commemorat beneficia à Deo exhibita & præmia exhibenda, si Dei præceptis obtemperauerint. Spondet diuinum auxilium semper affuturum ad delendas è terra gentes idolatras. Prohibet quidquam apud se ex argenteis, aureisque idolis retinere.

1 CVm introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, quam possessurus ingrederis,& deleuerit Gentes multas coram te, Hethæum, & Gergezæum, & Amorrhæum, Chananæum, & Pherezæum,& Heuæum,& Iebusæum,septem Gentes multo maioris numeri quàm tu es,& robustiores te: 2 tradideritq; eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vsque ad internecionem. Non inibis cum eis fœdus,nec misereberis earum, 3 neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: 4 quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis. irascetur furor Domini, & delebit te citò. 5 Quin potiùs hæc facietis eis: Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite. 6 Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus,vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis,qui sunt super terram. 7 Non quia cunctas gentes numero vincebatis,vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cùm omnibus sitis populis pauciores: 8 sed quia dilexit vos Dominus,

Digitized by Google

Dominus,& custodiuit iuramentum,quod iurauit patribus vestris : eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti. 9 Et scies,quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiã diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes: 10 & reddens odientibus se statim,ita vt disperdat eos,& vltrà nõ differat,protinus eis restituens quod merentur. 11 Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia,quæ ego mando tibi hodie vt facias. 12 Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi,& misericordiam quam iurauit patribus tuis: 13 & diliget te ac multiplicabit,benedicetq; fructui ventris tui,& fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo,& armentis, gregibus ouium tuarum super Terram, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. 14 Benedictus eris inter omnes populos. Nõ erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. 15 Auferet Dominus à te omnem languorem : & infirmitates Ægypti pessimas, quas nouisti,non inferet tibi,sed cunctis hostibus tuis. 16 Deuorabis omnes populos,quos Dominus Deus tuus daturus est tibi.Non parcet eis oculus tuus, nec seruies dijs eorum, ne sint in ruinam tui. 17 Si dixeris in corde tuo : Plures sunt gentes istæ quàm ego,quo modo potero delere eas? 18 noli metuere,sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis Ægyptijs, 19 plagas maximas,quas viderunt oculi tui,& signa atque portenta,manumque robustam, & extentum brachium, vt educeret te Dominus Deus tuus. sic faciet cunctis populis, quos metuis. 20 Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat qui te fugerint,& latere potuerint. 21 Non timebis eos,quia Dominus Deus tuus in medio tui est,Deus magnus & terribilis: 22 ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ. 21 Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo : & interficiet illos donec penitus deleantur. 24 Tradetque reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo : nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. 25 Sculptilia eorum ignè combures:nõ concupisces argentum & aurum,de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. 26 Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam,ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis,quia anathema est.

Interpretatio litteralis.

THeologica litteræ interpretatio ea est. * 1.*a* Iustum bellum non esse illicitum. &, *b* Peccatorem occidere peccatum non esse: si legitimè fiat,ob bonum commune. *Cumque introduxerit,&c. percuties eas vsque ad internecionem.* * 2.*c* Malorum hominum societatem, & conuictum, quantum ad periculum,& consortium peccandi,fugiẽdum. &, *d* Tentationum occasiones vitãdas, *Non inibis cum eis fœdus*,&c. *Aras eorum subuertite*, &c. 3.*e* Esse congruenter in Matrimonio impedimẽta,quę contractum eius nullum reddunt, *Neque sociabis cum eis coniugia*, &c. 4.*f* Esse Deum vltorem male agentium.&,*g* Iniuriam inferri Deo,lædique ius diuinum per peccatum. &, *h* Consequi pœnas ad peccatum,quas Deus infligit. &, Congruum esse à male agendo pœnarum comminatione deterrere, *Irasceturque furor Domini, & delebit te cito*. 5.*i* Idololatriam esse illicitã, *Vt magis seruiat diis alienis, irasceturque furor Domini.* * 6. K Diuinum cultum actum esse religionis, ac sanctitatis virtutis præstãtissimæ, *Quia populus sanctus* (dicatus) *es Domino Deo tuo.* 7.*l* Eidem esse donum Dei. &,*m* Electionem ad vitam æternam esse à Deo. &, *n* Esse à Deo vocationem à statu peccati ad statũ gratiæ; & *o* ad perfectionem, *Te elegit Dominus Deus tuus,vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram*, &c. 8.*p* Gratiam diuinam gratis dari, *Non quia cunctas gentes*,&c. *sed quia dilexit vos*,&c. 9.*q* Esse amorem Dei erga homines, *Quia dilexit vos*, &c. 10.*r* Standum esse promissis. *Custodiuit iuramentum,quod iurauit.* 11.*s* Iuramentum licitũ esse, *Iuramentum quod iurauit.* 12.*t* Debitum esse iuramenta seruãdi, per quę licitũ aliquid promissum est. &,† Esse Deum fidelem, *Custodiuit iuramentum, quod iurauit.* 13.*u* Esse in Deo beneficentiam,

a *p.*1676. b *p.*1843. c *p.*913. d *p.*914. e *p.*834. *et def.*4730, 4753. f *p.*25. g *p.*1264. h *p.*1279. i *p.*2007. k *p.*1916. l *p.*1351. m *p.*349. n *p.*394. o *p.*395. p *p.*362. q *p.*1492. r *p.*2125. s *p.*1982. t *p.*1987. † *p.*48. u *p.*54.

Digitized by Google

x p.14. tiam, *Eduxitq; vos*,&c. 14.x Esse in Deo potentiam, *In manu forti.* Manus, symbolum potentię,c.6590. * 15.y Esse fidem
y p.1342. necessariam ad salutem. &,z Principale
z p.1318. quod per fidem Christianã credimus, esse Deum, *Et scies,quia Dominus Deus tuus,*
a p.6. *ipse est Deus fortis*,&c. 16.a Deum vnum esse. *Et scies,quia Dominus Deus tuus,ipse*
b p.14. *est Deus.* 17.b Deum omnia posse, *Ipse est*
c p.48, *fortis.* 18.c Esse Deum fidelem, *Et fide-*
d p.2125. *lis*,&c. &,d Standum esse promissis, *Cu-*
e p.56. *stodiens pactum.* 19.e Esse in Deo misericordiam, *Custodiens misericordiam.*
f p.1493. 20.f Esse amorem iustorum in Deum. &,
g p.380, g Peculiarem Dei erga pios prouidentiam
899. esse. &,h Obedientiæ præmia præclara
h p.2065. esse, *Custodiens pactum, & misericordiã diligentibus se, & his,qui custodiũt præcepta eius in mille generationes.* 21.i Opera bona meriti rationẽ habere apud Deũ,
i p.1295, 1299. *His,qui custodiũt præcepta eius.* * 22.k In- 10
k p.1264. iuriam inferri Deo,lędique ius diuinũ per 11
peccatũ, *Odientibus se. Custodi ergo*,&c.
l p.25. 23.l Deum vindicem esse,ac vltorem male agentium. &,m Consequi pœnas ad
m p.1279. peccata,quas Deus infligit,*Reddẽs odientibus se statim*, &c. 24.n Cessante actu
n p.1288. peccati, remanere adhuc debitum pœnæ.
o p.1797. &,o Debitum esse pœnale pœnæ reatum.
p p.1798. &,p Debiti pœnalis causam esse delictũ
q p.1799. &,q Ius delicto læsum,pœna compensari,. *Protinus eis restituens, quod merentur.*
r p.2066. 25.r Esse Dei præceptis parendum, *Custo-*
s p.1123, *di ergo præcepta*, &c. 26.s Fuisse in lege
1124,1126. veteri præcepta tum moralia, tum ceremonialia,tum iudicialia,*Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia, quæ ego*
t p.1119. *mando tibi hodie vt facias.* 27.t Legis veteris ministrum Moysen fuisse, *Ego man-*
u p.1295. *do tibi hodie vt facias.* * 28.u Bona ope- 12
x p.1299. ra meriti rationem habere. &,x Post ho- 13
y p.1307. minem aliquid à Deo mereri. &,y Posse 14
bona temporalia sub meritum cadere. 15
z p.2065. &,z Obedientiæ præmia esse præclara.
a p.1122. &,a Congruum fuisse veteri legi temporalia præmia proponere, *Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea*, &c.
b p.1492. 29.b Esse Dei amorem erga homines, *Di-*
c p.54. *liget te.* 30.c Esse in Deo beneficentiam, *Multiplicabit, benedicetque fructui*, &c.
d p.2156, 31.d Licere bonis huius mundi vti ad fi-
2216. nem honestum. &,e Contingere beatitu-
e p.928. dinem aliquam in hac vita.&,f Interdum
f p.944. bonos in hac vita prosperè agere, in præmium bonæ actionis, *Si custodieris ea, & feceris*,&c. *Benedictus eris inter omnes populos*,&c. * 32.g Iustum bellum esse con- 16
g p.1676. tingere. &,h Peccatorem occidere,pecca-
h p.1843. tum non esse, si legitimè fiat, ob bonum
i p.913, commune. &,i Malorum hominum com-
914. mercium esse vitãdum, ac occasiones tentationum, *Deuorabis omnes populos*, &c.
k p.22. 33. K Omnium Dominum esse Deum, *Quos Dominus Deus tuus daturus est tibi.*
34.l Idololatriam illicitã esse, *Nec seruies*
l p.2007. *diis eorum.* 35.m Congruum esse à male
m p.1293. agẽdo, pœnarũ comminatione deterrere,
17 *Ne sint in ruinam tui.* * 36.n Præteritorũ
n p.1754. 18 memoriam ad prudentiã requiri, *Recor-*
19 *dare,quæ fecerit Dominus Deus tuus*, &c.
20 37.o Timorem esse, quo horret appetitus
o p.238. 21 periculum imminens mali. &,p Causari
p p.246. 22 timorem ex existimatione defectus vir-
23 tutis ad facilè repellendũ imminens ma-
24 lum, *Si dixeris in corde tuo, plures sunt gentes*,&c. 38.q Frænari timorẽ propositione facultatis, & auxiliorũ ad pericula
q p.1472. vitanda. &,r Audaciæ causam esse spem.
r p.248. &,s Licitũ esse aggredi ardua ex fiducia,
s p.2213. quia adsunt auxilia diuina ad exequendũ, *Noli metuere*, &c. *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est*, &c.
vsque ad v.25. 39.t Esse in Deo potentiã,
t p.14. *Manum robustam, & extentũ brachium.* Potentiæ symbola Manus, & Brachium,
c.6590,5500. 40.u Sæpè Deum miracula
u p.310. operarij, *Viderunt oculi tui signa, atque portenta*,&c. Vnum è signis sunt Crabrones, hebr. צרעה *Tsirhhhah*, alij vespam vertunt, alij apem; alij muscam putant esse, emittentem venenum, quæ oculos percutiebat, c.4530. 41.y Vires à Deo Ecclesię
y p.902. tribui ad se tuẽdum,ad suos hostes debellandum, *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est.* 42.z Esse Deũ
z p.4. ens omnem perfectionem habẽs, siue infinitum, *Deus magnus.* Sæpè magnitudo perfectionem significat,c.6568. 43.a Esse
a p.38. Deum timendum, *Deus terribilis.* hebr. נורא *Nora.* 44.c Admirabilem esse in diuina prouidentia cũ efficacitate suauitatem
c p.305. coniunctã, *Consumet nationes has in conspectu tuo paulatim, atque per partes*, &c.
45.d Esse in Deo prouidentiã. &,e Deum
d p.23,304. esse auctorem mali, quod est pœna, *Ipse*
e p.302. 27 *consumet nationes has*,&c. * 46.f Ten-
f p.914. 26 tationũ occasiones vitandas esse, *Sculptilia eorum igne combures*,&c. 47.g Idolũ
g p.7. esse, falsęque haberi deum quidquid vt Deus colitur, præter vnũ Deum, *Sculptilia eorum igne combures*,&c. 48.h Amitti
h p.1266. per peccatum mortale vitam gratiæ; ac proinde vnionem cum Christo, & Ecclesia, *Ne fias anathema, sicut & illud est.* Anathema idem est, quod execrandum, occisione, excisione, separatione dignum,
c.1160. 49.i Seruum fieri hominem per
i p.1276. peccatum. Seruit enim non solum diabolo suadenti, & creaturæ crucianti, sed etiam bono creato trahenti, *Ne offendas*, hebr. *Iaqash*, etiã illaqueare, irretire significat.
50. K Maculam induci per peccatum in-
k p.1275. animam,quatenus recedit anima à lumine rationis, & gratiæ, *Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum, & sordes*, &c.

CA-

Digitized by Google

CAPVT OCTAVVM.

SVMMA.

Vrget Moyses populum ad legis obseruantiam, quod illum Deus pro ea tot annis probauerit, quod tot beneficia in eum contulerit, quod terram ei abundantissimam daturus sit; quod, si diuinæ legis fuerit oblitus, sit omnino è Terra eiiciendus.

1 Mne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias: vt possitis viuere & multiplicemini, ingressique possideatis Terrã, pro qua iurauit Dominus patribus vestris, 2 Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata illius, an non. 3 Afflixit te penuria, & dedit tibi cibũ Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quòd non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. 4 Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est. 5 Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudiuit te, 6 vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eũ. 7 Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquarumque & fontium: in cuius campis & montibus erumpũt fluuiorum abyssi: 8 terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & oliueta nascuntur: terram olei ac mellis. 9 Vbi absque vlla penuria comedes panem tuũ, & rerum omnium abundantia perfrueris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: 10 vt cùm comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi. 11 Obserua, & caue ne quando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie: 12 ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, 13 habueriſque armenta boum, & ouium greges, argenti & auri, cunctarumque rerum copiam, 14 eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis: & ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurẽs, & scorpio ac dipsas, & nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra durissima, 16 & cibauit te Manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit ac probauit, ad extremum misertus est tui, 17 ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt. 18 Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum, super quo iurauit patribus tuis, sicut præsens indicat dies. 19 Sin autem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris deos alienos, coluerisq; illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino dispereas. Sicut Gentes, quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri.

Interpretatio litteralis.

DOgmata litteralis sensus ea sunt. * 1. *a* Dei mandatis parendũ esse, *Omne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias.* 2. *b* Bona opera meriti rationem habere. & alia dogmata, quę supra c. 7. v. 12. n. 28. *Vt possitis viuere, & multiplicemini*, &c. * 3. *c* Præteritorũ memoriam ad prudentiam requiri, *Et recordaberis cuncti itineris*, &c. 4. *d* Permitti tentationes à Deo ad probationem. *Vt affligeret* (Deus) *te, atque tentaret, & nota fierent*, &c. Deus dicitur tentare, non vt ipse cognoscat, sed vt ij, quos tentat, sese cognoscant, c. 2761. * 5. *e* Prouidentiæ actum esse, ordinate apta media ad finem, *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna*, &c. hebr. Esurire te fecit. Vt suã peculiarem erga Israelitas Deus prouidẽtiam ostenderet, voluit illos cibi penuria laborare. 6. *f* Sæpè Deum miracula facere, id est, aliqua operari præter ordinem,

a p. 2066.
b p. 1295, 1299, 1307, 2065, 1122.
c p. 1754.
d p. 900.
e p. 1759.
f p. 310.

quem

quem indidit rebus, *Dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui.*
g p.14. 7. *g* Deum omnia posse. &, *h* Omnia à diuina voluntate pendere. *Vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei.* Panis, cibum consuetum significat, c.1971. Verbum, pro Re quauis sumi solet, c.2421. Os, voluntatis symbolum est, can.6882. Os Dei, voluntatem Dei significat. Viuere
i p.696, 1384. potest homo, vt Deo libuerit. * 8. *i* Ad veræ fidei confirmationem miracula fieri, 4 5
Vestimentum tuum, quo operiebaris, &c. 6
vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit
k p.30. *filium suum homo*, &c. 9. K Esse Deum intelligibilem à nobis per eius reuelationē, ac fidem, *Vt recogites*, &c. *& timeas eum.*
l p.2066. 19. *l* Esse diuinis præceptis parendum, *Vt custodias mandata Domini Dei tui.*
m p.37. 11. *m* Esse Deum colendum, *n* & timendum, *Et timeas eum.* Vterque timor intel-
n p.38, 1469. 1470. ligi potest, tum seruilis, gehennæ; tum filialis, offensæ Dei. * 12. *o* Contingere beo p.928. 7
p p.944. ritudinem aliquam in hac vita. &, *p* Interdum bonos in hac vita prosperè agere in 8 9
q p.2156, 2216. præmium bonæ actionis. &, *q* Licere bonis huius mundi vti ad finem honestum, *Dominus Deus tuus introducet te in terrā*
r p.54. *bonam*, &c. v.7,8,9. 13. *r* Esse in Deo beneficentiam, *Dominus Deus tuus introduce-*
s p.1998. *cet te*, &c. * 14. *s* Esse Deum ore laudan- 10
t p.2083. dum, ac benedicendum. &, *t* Debitas esse Deo actiones gratiarum pro beneficijs ab
u p.1950. ipso receptis. &, *u* Congruū orationi gratiarum actiones associare, *Vt cum comederis & satiatus fueris, benedicas Domino*
x p.2088. *Deo tuo pro terra optima*, &c. * 15. *x* In- 11
gratitudinē esse, dissimulare beneficium; 12
seu, Ita te gerere, quasi beneficium non 13
y p.2089. acceperis. &, *y* Beneficium non recognoscere, vt contingit per obliuionem culpa- 14 15
bilem, *Obserua, & caue ne quando obli-* 16
uiscaris Domini Dei tui & negligas mā- 17
z p.2382, *data eius*, &c. vsque ad v.18. 16. *z* Actum 18
esse superbiæ, contemptum legum, ac præceptorum, *Caue ne negligas præcepta eius atque iudicia*, &c. *Ne postquam comederis*, &c. *eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui*, &c. 17. *a* Esse in
a p.54. Deo beneficentiam, *Qui eduxit te de terra*
b p.56. *Aegypti, de domo seruitutis*, &c. 18. *b* Esse in Deo misericordiam, *Ad extremum mi-*
c p.895. *sertus est tui*, &c. 19. *c* Tribulationibus iustos probari, ac perfici, *Postquam afflixit, ac probauit, ad extremum misertus est tui.*
d p.302. 20. *d* Deum esse auctorem mali, quod est pœna, *Postquā afflixit, ac probauit* (Deus.)
e p.296. 21. *e* Omnia à diuina voluntate pendere.
f p.298. &, *f* Bonorum esse auctorem Deum, *Ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea*, &c.
sed recorderis, quod ipse vires tibi prabue-
g p.902. *rit*, &c. 22. *g* Vires à Deo Ecclesiæ tribui ad se tuendum, ad suos hostes debellandum, *Recorderis quod ipse vires tibi præbuerit*, &c. 23. *h* Standum esse promissis. h p.2125.
&, *i* Licitū esse licita promittere, & K Iurare. &, *l* Debitum esse iuramentum ser- i p.2124. K p.1982.
uandi, per quæ licitum aliquid promissum l p.1987.
est, *Vt impleret pactum suum, super quo iu-*
19 *rauit patribus tuis.* * 24. *m* Idololatriam m p.2007.
20 non esse licitam. &, *n* Congruum esse à n p.1293.
male agendo pœnarum comminatione deterrere, *Sin autem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris deos alienos, coluerisque illos, & adoraueris: ecce nunc prædico tibi, quod omnino dispereas.* 25. *o* Prophetiam o p.683.
esse, *Ecce nunc prædico tibi.* 26. *p* Conse- p p.1279.
qui pœnas ad peccatū, quas Deus infligit, *Prædico tibi, quod omnino dispereas, sicut gentes, quas deleuit Dominus*, &c.

Interpretatio mystica.

S. Paulus Hebr. 3. & 4. indicat, terram Chanaan figuram fuisse Ecclesiæ tum militantis, tum triumphantis, explicans illud Psalmi 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Iudæa, est Ecclesia tum militans, Psal. 75. Notus in Iudea Deus, &c. tum triuphans, Ioel 3.20. Iudæa in æternum habitabitur. Proinde Peregrinatio Israelitarum per desertum, figura fuit tum vocationis Fidelium ad Ecclesiam, tum peregrinationis ad cælum. Mystica ergo huius capitis interpretatio duplex esse potest, altera allegorica de Ecclesia, altera anagogica de felicitate Sanctorum.

Allegoria.

De Ecclesia militante.

3 Allegoricè Theologia mystica huius capitis ea est. * 1. *a* Permitti à Deo a p.301.
peccata ob maius bonum, *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna.* 2. *b* San- b p.767.
ctissimæ Eucharistiæ effectum esse vitam gratiæ, *c* & præseruationem à peccatis, c p.769.
Esurire te fecit, & dedit tibi cibū manna. Esuries, symbolum est defectus gratiæ, & bonorum spiritualium, quem affert peccatum, c.5947. Manna figura fuit Euchari-
4 stiæ, Ioan. 6. * 3. *d* Esse iustos homines in d p.644.
Ecclesia. &, *e* Stabile bonum esse diuinam e p.401.
gratiam, *Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus.* Vestimentum, Iustitiæ, gratięq; symbolū, Iob 29.14. Isa. 61.10. Pes integer, bonam actionem significat,
5 c.7005. * 4. *f* Hominem in gratia consti- f p.378.
6 tutum, non posse per seipsum operari bonum, & peccatum vitare sine gratiæ auxilio: esse autem illud auxiliū in omni iusto, *Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus*

erudi-

Digitized by Google

eruditus te, ut custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas
g p. 1551, 1429. *eum.* * 5. *g* Esse Dei vocationem ad fidem. 7
&, *h* A statu peccati ad statum gratiæ; &,
h p. 394. *i* Ad perfectionem, *Dominus Deus tuus*
i p. 395. *introducet te in terrã bonam*, &c. *k* Terra
k p. 620. Ecclesiæ militantis symbolũ est, Psal. 15. 3.
l p. 1361, & 16. 14. 16. *l* Esse in Ecclesia Scripturas
1376, 1371. sacras, & apostolicã traditionem, per quæ habemus verbum Dei, ac doctrinam fidei.
m p. 749, 750. *m* Esse & Sacramenta, per quę gratiam recipimus, *Terram riuorum, aquarumque, & fontium.* Aqua, sapientiæ symbolũ est; c. 5355. & diuinæ gratiæ, c. 5349, 5362. & copiosorum effectorum, c. 5356. Fontes, sunt symbola eorum, è quibus bonum aliquod oritur. Ita Verbum Dei dicitur fons sapientiæ, fontes salutis Ecclesiæ Sacramenta, Psal. 35. 10. Cant. 4. 14. Eccli. 1. 5.
n p. 644. Isa. 12. 3. 7. *n* Esse in Ecclesia homines iustos. *o* quorum orationes à Deo exaudiuntur, *In cuius campis erumpunt fluuiorum abyssi.* Campus, symbolum est iustorum, Cant. 2. 1, 7. Fluuij sunt auxilia diuina, & gratia, quæ iustorum orationibus impetrantur. 8. Esse in Ecclesia *p* ministros
o p. 1938. verbi Dei, & *q* Sacramentorum, & *r* Doctores, ac *s* Pastores, *In cuius campis, &*
p p. 700. q p. 646, 745. *montibus erumpunt fluuiorũ abyssi.* Verbi
r p. 637. Dei ministri, & Sacramentorum, per quos
s p. 636. habetur aqua & diuinæ doctrinæ, & gratiæ, sunt campi quatenus humiles, sunt montes quatenus Dei ministri. Montes, Sacerdotum symbolum sunt, Psal. 71. 16. & vtrũque Campus, & Mons, symbolum
t p. 762, 763. est Ecclesiæ, c. 5578, 6687. * 9. *t* Esse in 8 Ecclesia Eucharistię Sacramentũ, *Terram frumenti.* Frumentũ, Eucharistię; granum frumẽti, Christi symbolum, c. 6112, 6113.
u p. 846. 10. *u* Sacros in Ecclesia Eucharistiæ ritus esse, *Terram hordei.* Vt vile quid est hordeum, ad triticum comparatum; ita ritus Eucharistiæ, licet sanctissimi sint, vile tamen quid sunt cũ Eucharistiæ comparati,
x p. 646, 745. c. 6233. 11. *x* Esse in Ecclesia Hierarchiã, in qua Sacerdotes Eucharistiæ ministri, *Terram vinearum.* Vinea, & vitis Eccle-
y p. 644. siæ symbola sunt, c. 7849, 7886. 12. *y* Esse in Ecclesia Homines iustos, *In qua ficus, & malogranata, & oliueta nascuntur.* Nemo extra Ecclesiam iustus esse potest. Iusti autem rectè ficubus comparantur, quatenus dulces, bonorũ operum fructus producũt, Luc. 13. 7. Cant. 12. 13. Malum punicum, est multitudo cum vnione fidei, & charitatis, c. 6573. Oliuę sunt, operibus
z p. 428, 429, 762, 765, 766. misericordiæ dediti, c. 6852. 13. *z* Esse in Ecclesia Sacramentum corporis, & sanguinis Christi: & doctrinam fidei: *a* quæ
a p. 1386, 1401. miram parit in Fidelium mentibus iucunditatem; &, *b* morũm sanctitatem, *c* &
b p. 1398. Dei cognitionem, *Terram olei, ac mellis.*
c p. 1400. Oleum, Christi symbolum est: qui oleum effusum, quatenus quam nobis bonitatem, & diuinitatem per incarnationem, & passionem, & Sacramẽtum sui corporis communicauit, c. 6843. Est oleum, & symbolum charitatis, & misericordiæ, operumq; bonorũ, quę parit fides Christiana, c. 6847. Mel in fauo, videtur esse symbolum corporis Christi in speciebus sacramẽtalibus; vel Verbi diuini in carne; vel Intelligentię in sacris Scripturis; vel Sensus spiritualis in bonis operibus, Cant. 5. 1. Est & symbolũ diuinæ doctrinæ, Psal. 18. 11. & 118. 103. & Spiritus sãcti, & legis diuinę, Eccli. 24. 27.
9 * 14. *d* Esse verã Ecclesiam Apostolicam. d p. 631.
&, *e* Signum esse Christianam fidem esse 634, 1357.
à Deo, ipsius fidei, ac Ecclesiæ, toto mundo e p. 1394.
obsistente, perseuerantiam, *Cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur.* Lapides, quatenus ex ijs ędificantur vrbes, ac domus, symbola sunt Apostolorum, & iustorum hominum, quibus constat Ecclesia, Isa. 54. 11. Zach. 9. 16. Ferrum, symbolum est potẽtię resistentis, Isa. 45. 2. Ierem. 1. 18. Mich. 4. 13. Montes, sunt Sacerdotes, Psal. 71. In Catholica Ecclesia semper fuerunt viri apostolici tãquam lapides, & æs, à montibus Apostolorum, & primorum Sacerdotum excisi: qui doctrinam catholicam persequẽtibus obsistentes, eam perpetuò conseruarunt.
15 * 15. *f* Amitti per peccatum mortale gra- f p. 1266.
tiam, & ornamenta virtutum infusarum: 1267.
&, *g* Induci ignorantiam in naturam no- g p. 1269.
stram; quatenus hebetatur per peccatum ratio, præsertim in agendis. &, *h* Induci h p. 1270.
malitiam: quatenus voluntas perturbatur in ordine, quem habet ad bonum, & induratur, *Ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili.* Solitudo, magnæ desolationis symbolum est, Isa. 13. 9. & 24. 12. & sterilitatis, reique inutilis, Ierem. 2. 31. Solitudo, est animus sine gratia. Solitudo, hominũ multitudo sine fide, sine Christo.
16. *i* Vocationẽ à statu peccati, esse à Deo. i p. 394.
&, *k* Non posse hominem in statu naturæ k p. 374.
corruptæ implere præcepta legis sine gratia Dei, *Ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili.* 16. *l* Ecclesiam ab Hę- l p. 885.
reticis impugnari, *In qua erat serpens flatu adurens.* Verborum flatu Hæretici fidem in hominibus, & gratiam absumunt.
17. *m* Multas Ecclesiæ tribulationes con- m p. 887.
tingere à falsis, ac malis fratribus, *In qua erat scorpio.* Scorpiones, eorum symbola sunt, qui verbis blandi, occultè sunt noxij, Ezeq. 2. 6. Luc. 10. 9. ex Patrib. in Syl. alleg.
18. *n* A propria cõcupiscentia, tum carnis, n p. 892.
tum pecuniæ, tũ honoris, homines tentari, *In qua erat dipsas.* Dipsas, serpentis genus simile viperæ, à δίψα sitio dictũ. suo enim morsu humorem omnem consumẽs, sitim maximam inducit, c. 4535. Sitis autem cupiditatis symbolum est, c. 7436, 7437.

Ana-

Digitized by Google

Anagogia.

De Ecclesia triumphante.

a p.939. ANagogicè huius capitis Theologia ea est. *1 *a* Ad cælestem beatitudinem consequendam, bonis operibus opus esse, *Omne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, et multiplicemini, ingressiq; possideatis terram*, &c. Terra, Ecclesiæ triumphantis, æternæq; vitæ symbolũ est, Psal. 26. 13. & 141. 6. 2. Pet. 3. 13. *b Esse 7
b p.969. in cælo felicitatem sanctorum, siue Ecclesiam triumphantem, *Dominus Deus tuus*
c p.971. *introducet te in terram bonam.* 3. *c* Sãctos
d p.981. in cælo Dei visione beatos esse. &, *d* Sanctos Deum videntes, videre, ac scire alia, præter diuinam substantiam, *Terram riuorum, aquarumque, et fontium*, &c. Aqua, sapientiam significat, vt supra in allegoria dictum est. Fontes, sunt diuinæ Personæ, omnium bonorum principium: Riui, sunt alia obiecta, quæ in cælo in beatis cognoscuntur. Campi, sunt sancti, quatenus plani sunt ratione iustitiæ. Montes, ijdem sancti sunt, quatenus dignitatem habent
e p.1006. filiorum Dei. *4. *e* Beatitudinis gradus 8 esse, id est, alios alijs in cælo beatiores esse; pro charitatis, & meritorum proportione, *Terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & olineta nascuntur.* An ficus Confessores, malogranata Martyres, olineta Doctores significant? 5. *f* Beata Dei visione sanctorum f p.978. desiderium explendum. &, *g* Beatam Dei g p.974. visionem summam, ac optimam delectationem causare. &, *b* Lumini naturali in- h p.976. tellectus creati ad Deum videndum, supernaturale gloriæ lumen infundi. &, *i* Non i p.977. posse nõ summè amare bonum summum, qui contemplatur illud intuitiuè, *Terram olei, ac mellis.* Oleum, commodorum symbolum est, ac deliciarum, Psal. 108. 24. & charitatis, Psal. 140. 5. Matth. 25. 3. & exuberantis boni, Isa. 5. 2. & Gaudij, Isa. 61. 3. & regiæ, ac sacerdotalis dignitatis, Zachar. 4. 14. Hæc autem omnia bona sunt in beatis. Mel, diuinæ sapientiæ symbolum est, Psalm. 118. 11. & 118. 103. Cant. 5. 1. & æternæ dulcedinis, k p.978. Eccli. 24. 27. 6. K Cælestem beatitudinem nullã admittere admixtionem malorum; l p.980. *l* neque vllam peccati labem, *Absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum* m p.975. *omnium abundantia perfrueris.* 7. *m* Cælestem beatitudinem perpetuã futuram, *Cuius lapides ferrum sunt.*

CAPVT NONVM.

SVMMA.

Superbia spiritum auertere ab Israelitis nititur Moyses. Futurum à Deo gentium in terra promissionis exterminium, suadet non suæ iustitiæ tribuere, sed earum peccatis. Ob id peccata Israelitarum commemorat, & rebelliones à Deo: quibus iram Dei meruerunt; & omnes interiissent, nisi suis precibus Moyses Deum iratum placasset.

1 AVdi Israel: Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes & ad cælum vsque muratas, 2 populũ magnum, atque sublimem, filios Enacim, quos ipse vidisti, & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. 3 Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipse transibit ante te, ignis deuorans atque consumens, qui conterat eos & deleat atque disperdat ante faciem tuã velociter, sicut locutus est tibi. 4 Ne dicas in corde tuo, cùm delenerit eos Dominus Deus tuus in cõspectu tuo: Propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc possiderem, cùm propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. 5 Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatẽ cordis tui ingredieris vt possideas terras earum: sed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt: & vt compleret verbum suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. 6 Scito ergo quòd non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimã in possessionem, cùm durissimæ ceruicis sis populus. 7 Memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuũ in solitudine. Ex eo die, quo egressus es ex Ægypto vsque ad locum istum, semper aduersum Dominum contendisti. 8 Nam & in Horeb prouocasti eum, & iratus delere te voluit, 9 quando ascendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiscũ Dominus: & perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non come-

Digitized by Google

comedens, & aquam non bibens. 10 Deditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est. 11 Cūq; transissent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, 12 dixitq; mihi: Surge, & descende hinc citò: quia populus tuus, quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt velociter viam quam demonstrasti eis, feceruntque sibi conflatile. 13 Rursumq; ait Dominus ad me: Cerne quòd populus iste duræ ceruicis sit: 14 dimitte me vt conteram eum, & deleam nomen eius de sub cælo, & constituam te super Gentem, quæ hac maior & fortior sit. 15 Cùmq; de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, 16 vidissemque vos peccasse Domino Deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam eius, quam vobis ostenderat: 17 proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in conspectu vestro. 18 Et procidi ante Dominum sicut priùs, quadraginta diebus & noctibus panem nō comedens, & aquā non bibens, propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocastis: 19 timui enim indignationem & iram illius, qua aduersum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudiuit me Dominus etiā hac vice. 20 Aduersum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. 21 Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vitulum, arripiens, igne combussi, & in frusta comminuens, omninoq; in puluerem redigens, proieci in torrentem, qui de monte descendit. 22 In incendio quoque & in tentatione, & in Sepulchris concupiscentiæ prouocastis Dominum: 23 & quando misit vos de Cadesbarne, dicens: Ascendite, & possidete Terram, quam dedi vobis, & contempsistis imperium Domini Dei vestri, & non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis: 24 sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. 25 Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus: 26 & orans dixi: Domine Deus, ne disperdas populum tuum, & hereditatem tuum, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti. 27 Recordare seruorum tuorum, Abraham, Isaac, & Iacob: ne aspicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatum: 28 ne fortè dicant habitatores terræ, de qua eduxisti nos: Non poterat Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in solitudine. 29 qui sunt populus tuus & hereditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

Interpretatio litteralis.

THeologia litteralis ea est. * 1. *a* Audiendi desiderium esse necessariū in auditoribus verbi Dei. &, *b* Esse ab auditoribus attentionem captandam, *Audi Israel.* 2. *c* Cognitionē futurorum à Deo tribui solere. &, *d* Reuelationes prophetic as esse, *Tu transgredieris hodie Iordanem*, &c. * 3. *e* Licitum esse aggredi ardua ex fiducia, quia adsunt auxilia diuina ad exequendū, *Scies, quod Dominus Deus tuus ipse transibit ante te*, &c. 4. *f* Deum omnia posse. &, *g* Vltorem esse Deum, ac vindicem male agentium, *Ipse transibit ante te, ignis deuorans, atque consumens, qui conterat eos, & deleat*, &c. 5. *h* Celeritatem adhibendā esse in exequendis ijs, quæ sunt à ratione rectè consultata, ac definita, *Qui conterat eos, & deleat, atque disperdat ante faciem tuam velociter.* 6. *i* Deum fidelem esse. &, *k* Standū esse promissis, *Sicut locutus est tibi.* * 7. *l* Superbiæ actum esse, lactare se habere quod non habet. &, *m* Cum quis à semetipso existimat habere, quod habet. &, *n* Existimare se pluris esse, quàm sit. &, *o* Superbiendi occasionē accipi ex consideratione inordinata propriæ excellentiæ, *Ne dicas in corde tuo*, &c. *Propter iustitiam meam introduxit me Dominus*, &c. 8. *p* Consequi pœnas ad peccatū, quas Deus infligit, *Propter impietates suas istæ delete sunt nationes.* 9. *q* Standum esse promissis. &, *r* Iuramentum licitum esse, *Vt compleret verbum suū Dominus, quod sub iuramento pollicitus est.* * 10. *s* Præteritorum memoriam ad prudentiā requiri, *Memento, & non obliuiscaris quomodo*, &c. 11. *t* Iniuriam inferri Deo, lædique ius diuinum per peccatum, *Memento quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum*, &c. 12. *u* Peccatum esse inobedientiæ, *Semper*

a p.717. b p.738. c p.420. d p.683. e p.2213. f p.14. g p.25. h p.1732. i p.48. k p.2125. 1 2 3 4 5 6 7 l p.2383. m p.2394. n p.2386. o p.2395. p p.1279. q p.2125. r p.1982. s p.1754. t p.2264. u p.2072.

Digitized by Google

x p.2256. *aduersũ Dominum contendisti.* 13.*x* Actũ esse pertinaciæ, *Cum durissima ceruicis sis populus. Semper aduersum Dominum contendisti.* Durum transfertur interdum ad pertinaciam significandam, & animum
y p.25. indocilem, c.5913. * 14.*y* Esse Deum vl- 8
z p.250. torem male agentium, &, *z* Iram esse ap- 9
petitionem reddendi malum, seu inferendi malum ei, qui malum infert. &, *a* Iram
a p.251. concitari ex existimatione iniuriæ illatæ, quæ sub ratione contemptus apprehenditur, *In Horeb prouocasti eum, et iratus delere te voluit.* 15.*b* Ingratitudinis actum
b p.2090. esse, mala pro bonis retribuere, *Prouocasti Deum*, &c. *quando ascendi in montem vt*
c p.2287. *acciperem tabulas*, &c. 16.*c* Virtutis actũ
d p.2270. esse Ieiunium. &, *d* Licitum esse à delectationibus tactus abstinere, vt contemplationi vaces, & rebus diuinis, *Perseueraui in monte quadraginta diebus, ac noctibus, panem non comedens, & aquam nõ*
e p.676. *bibens.* 17.*e* Ex contemplatione diuinorũ, diminutionem amoris erga sensibilia solere contingere, *Perseueraui in monte, pa-*
f p.682. *nem non comedens.* 18.*f* Solere contemplationi congruam solitariam vitam esse,
g p.2287. *Perseueraui in monte.* 19.*g* Actum virtutis esse Ieiunium, quatenus ad liberius cõtemplandũ, vel ad aliquid à Deo impetrãdum, vel ad alium bonũ finem ordinatur, *Vt acciperem tabulas lapideas*, &c. *panem non comedens, & aquam non bibens.*
h p.1948. 20.*h* Orationi mentali magis congruum esse locum solitarium, *Quando ascendi in*
i p.1944. *montem*, &c. 21.*i* Perseuerantiam in pe-
k p.1943. tendo, *k* & humilitatem requiri, vt oratio suum sortiatur effectum, *Perseueraui in monte quadraginta diebus et noctibus panem non comedens, & aquam non bibens.* Ieiunio humilitas indicatur. Animi enim
l p.1072. elationẽ frẽnat abstinentia. * 22.*l* Legem 10
diuinã haberi sacris Scripturis consigna- 11
m p.1117. tam. &, *m* Auctorem legis veteris Deum
n p.1119. fuisse, *n* ministrum Moysen. &, *o* Legem
o p.1123. veterem præcepta moralia continere, *Deditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba, quæ vobis locutus est in mõte de medio ignis, quãdo concio populi congregata est*, &c. 23.*p* Inter Deũ, & homines
p p.1811. intercedere veram iustitiam, *Dedit mihi tabulas fœderis.* Vera iustitia existit ex
q p.7. pactis. * 24.*q* Idola, &, *r* Idolorũ cultum 12
r p.2007. esse contingere, *Fecerunt sibi conflatile.*
s p.2256. * 25.*s* Pertinaciẽ peccatũ esse, *Cerno quod* 13
t p.16. *populus iste dure ceruicis sit.* 26.*t* Deum
u p.1491. omnia cognoscere, *Cerno*, &c. * 27.*u* Esse 14
amorem inter homines iustos, & Deum.
x p.1571. &, *x* Amicitiæ actum esse, cum amici vo-
† p.146. luntate concordare. &, † Esse in homine liberum arbitrium. Hæc tria indicantur
y p.25. illis verbis, *Dimitte me.* 28.*y* Vltorem esse Deum, & vindicem male agentium,

Dimitte me vt conteram eum, & deleam
15 *nomen eius*, &c. * 29.*z* Dignos esse in- z p.2093.
16 gratos, quibus beneficia subtrahantur,
17 *Cumque vidissem vos peccasse Domino Deo vestro*, &c. *proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in cõspectu vestro.*
18 * 30.*a* Non solum pro nobis, sed pro ce- a p.1932.
teris etiã orãdum esse & iustis, & iniustis, *Et procidi ante Dominum, sicut prius*, &c.
31.*b* Perseuerantiam in petendo requiri, b p.1944.
Procidi, &c. *quadraginta diebus & noctibus.* 32.*c* Humilitatem in petente re- c p.1943.
quiri, vt suum oratio sortiatur effectum, *Procidi*, &c. *non comedens, & aquam non bibens.* 33.*d* Iniuriam inferri Deo, lædiq; d p.1264.
ius diuinum per peccatum, *Propter omnia peccata vestra, quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocastis.*
19 * 34.*e* Amicitię actũ esse beneuolentiam: e p.1569.
quo actu vult amicus amico bonum. &, *f* Charitatis actum esse misericordiã: quo f p.1603.
actu de malo, ac miseria tristamur proximorum, cum affectu subueniẽdi. &, *g* Be- g p.1605.
neficentiam, ac *h* exhibitionem beneficio- h p.1606.
rum in alios. &, *i* Pro alijs orare. &, *k* Ti- i p.1615.
moris actum esse, quo horret appetitus k p.238.
periculũ imminens mali. &, *l* Esse Deum l p.25.
vltorem male agentium, *Timui indignationem & iram illius, quã aduersum vos concitatus, delere vos voluit.* 35.*m* Esse m p.55.
Deum exorabilem, *Exaudiuit me Domi-*
20 *nus etiam hac vice.* * 36.*n* Esse Deum n p.25.
vltorẽ male agentium, *Aduersum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eũ conterere.* 36.*o* Pro alijs orandum, *Pro illo* o p.1932.
21 *similiter deprecatus sum.* * 37.*p* Tenta- p p.914.
tionum, & peccandi occasiones vitandas 1259.
esse, *Peccatum vestrum, quod feceratis, id est, vitulum, arripiens, igne cõbussi*, &c. Peccatum vocat vitulum, tum quia effectus peccati, quatenus idoli causa fuit prava Israelitarum voluntas; tum quia causa peccati, quatenus vitulus habitus ab Israelitis vt Deus, eos ad idololatriæ pecca-
22 tum illexit. * 38.*q* Iniuriam inferri Deo, q p.1264.
23 lædiq; ius diuinũ per peccatum. &, *r* Iram r p.251.
24 concitari ex existimatione iniuriæ illatæ, quæ sub ratione contemptus apprehenditur, *Prouocastis Dominum*, &c. *& contempsistis imperium*, &c. 39.*s* Peccatum s p.2072.
esse speciale inobedientiæ, quatenus superioris ius lædit per contemptum præcepti. &, *t* Superbiæ actum esse, contemptum t p.2382.
legum, ac præceptorum, *Contempsistis imperium Domini Dei vestri*, &c. *fuistis rebelles.* 40.*u* Peccatum infidelitatis esse, u p.1415.
Non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis. 41.*x* Proditionis peccatum x p.2128.
25 esse, *Semper fuistis rebelles.* * 41.*y* Oran- y p.1932.
dum esse pro alijs, *Deprecabar ne deleret vos.* 42.*z* Humilitatem in petẽte requiri, z p.1943.
vt suũ oratio sortiatur effectum, *Et iacui coram Domino. suppliciter deprecabar.*

Digitized by Google

a p.1944. 43. *a* Perſeuerantiam in petendo requiri, vt oratio efficacitatem habeat, *Iacui coram Domino quadraginta diebus, ac noctibus.* 44. *b* Miſericordiæ actum eſſe, pro
b p.1603. c p.1605. 1606,1615. d p.1569. e p.1949. alijs orare. & *c* beneficentiæ, & *d* beneuolentiæ. *45. *e* Congruum orationi ratio- 26
nem impetrãdi aſſociare, Dei bonitatem, 27
& ſanctitatem, *Ne disperdas populum tuum, & hereditatem tuam*, &c. 46. *f* Remotione imaginationis obiecti lęſiui iram
f p.252, 2367. remoueri. &, Ad frenãdam iram artes varias eſſe, *Recordare seruorum tuorum*, &c. *Ne aspicias duritiam populi huius*, &c.
28 *47. *g* Neceſſariam eſſe prudentiæ cau- g p.1761.
tionem contra ea, quæ obſtare bonis conſilijs poſſunt, *Ne forte dicant habitatores*
29 *terra*, &c. *48. *b* Congruum orationi gra- h p.1950.
tiarum actiones aſſociare. quia de acceptis beneficijs gratias agentes, meremur accipere potiora, *Quos eduxisti in fortitudine tua magna*, &c. 49. *i* Eſſe in Deo poten- i p.14.
tiam, *In fortitudine tua magna.*

CAPVT DECIMVM.

SVMMA.

Commemorat Moyses tabulas legis secundò sibi à Deo traditas, & arcam ad eas seruandas, & obitum Aaron Sacerdotis, & separationem tribus Leui ad seruitium Tabernaculi, & suas ad Deum fusas preces pro populo. Hortatur populum ad colendum, & amandũ Deum, propoſita Dei perfectione, ac beneficiis.

1 IN tempore illo dixit Dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montem: facieſque arcam ligneam, 2 & ſcribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas antè confregiſti, poneſque eas in arca. 3 Feci igitur arcam de lignis ſettim. Cumque dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem, habens eas in manibus. 4 Scripſitq; in tabulis, iuxta id, quod priùs ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt Dominus ad vos in mõte de medio ignis, quando populus congregatus eſt: & dedit eas mihi. 5 Reuerſuſq; de monte, deſcendi, & poſui tabulas in arcam, quã feceram, quæ huc uſque ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus. 6 Filij autẽ Iſrael mouerunt caſtra ex Beroth filiorum Iacan in Moſera, vbi Aaron mortuus ac ſepultus eſt, pro quo ſacerdotio functus eſt Eleazar filius eius. 7 Inde venerũt in Gadgad: de quo loco profecti, caſtrametati ſunt in Ietebatha, in Terra aquarum atque torrentium. 8 Eo tempore ſeparauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret in nomine illius vſque in præſentem diem. 9 Quam ob rem non habuit Leui partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis: quia ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt, ſicut promiſit ei Dominus Deus tuus. 10 Ego autẽ ſteti in monte, ſicut priùs, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitq; me Dominus etiã hac vice, & te perdere noluit. 11 Dixitq; mihi: Vade, & præcede populum, vt ingrediatur, & poſſideat Terram, quam iuraui patribus eorum vt traderem eis. 12 Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: 13 cuſtodiaſq; mandata Domini, & ceremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, vt bene ſit tibi? 14 En Domini Dei tui cælum eſt, & cælum cæli, terra, & omnia quæ in ea ſunt: 15 & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, elegitq; ſemen eorum poſt eos, id eſt vos, de cunctis Gentibus, ſicut hodie comprobatur. 16 Circumcidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis ampliùs: 17 quia Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. 18 Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitũ. 19 & vos ergo amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Ægypti. 20 Dominũ Deum tuum timebis, & ei ſoli ſeruies: ipſi adhærebis, iurabiſq; in nomine illius. 21 Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia, quæ viderunt oculi tui. 22 In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cæli.

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.1119. IN hoc capite dogmata sũt * 1.*a* Legis veteris ministrum Moysen fuisse, *Dola tibi duas tabulas lapideas*, &c. * 2.*b* Auctorem legis veteris fuisse Deum, *Scribam in tabulis verba*, &c. *Scripsit in tabulis*, &c. *Et dedit eas mihi.* 3.*c* Prouidentiæ actus esse, & *d* obedientię, *Pones eas in arca*, ad eas seruãdas, *Posui tabulas in arcam.* * 4.*e* Communem mortem esse, primorum parẽtum pœnã, *Vbi Aaron mortuus est, ac sepultus.* Num. 20. 22. dicitur Aaron mortuus in monte Hor. ergo vel mons Hor etiam Maserà dicebatur, c. 752. vel Maserà erat pars montis Hor. 5.*f* Esse Sacerdotes sacrificij ministros, *Pro quo sacerdotio functus est Eleazar.* * 6.*g* Esse minores ministros sacrorũ, *Eo tempore separauit tribum Leui vt portaret arcam*, &c. Quoniam Num. 3. dicitur tribus Leui separata ante mortem Aaron, & ipsi Aaron in ministerium tributa: dicendum vel hoc in loco de alia separatione tribus Leui sermonem esse, quæ iterum post mortem Aaron facta fit, c. 740, 743. vel eandem quidem separationem vnam hoc in loco narrari, sed nõ seruato eodem historiæ ordine, can. 747. 7.*h* Esse Deum ore laudandum, ac benedicendum: vt nos ipsos, & alios audientes ad eius reuerentiam inducamus, *Vt benediceret in nomine illius vsque ad præsentem diem.* Benedicere, interdum idem est quod laudare, c. 2539. *In nomine Domini*, Nomen Domini. *In*, hoc in loco abundat, c. 2959. & laudis materiã indicat; nempe Deum, c. 2956. 8.*i* Actũ virtutis esse aliis benedicere, id est, verbo, vel signo alio, illis à Deo bona precari, c. 2541. *Vt benediceret in nomine illius.* Tribus Leui sacrificia offerebat, & orabat pro populo. *In*, potestatem indicat causæ principalis, c. 2949. Tribus Leui à Deo potestatem habebat offerẽdi preces, & sacrificia. * 9.*k* Iudiciale Dei præceptum fuisse in veteri lege, Esse decimam prouentuum partem Leuitis dandam, *Quia ipse Dominus possessio eius est.* Ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat in eius honorem. Deus quę in sui honorem ab Israelitis offerebantur, volebat in Leuitarum hereditatem cedere: ideo dicitur Deus esse possessio Leuitarum. 10.*l* Licitum esse licita promittere. &, *m* Deum fidelẽ esse, *Sicut promisit ei Dominus Deus tuus.* * 11.*n* Esse pro alijs orandum. &, 10 *o* Perseuerantiam in petendo requiri, *Ego autem steti in monte, sicut prius quadraginta diebus ac noctibus.* Non fuit Moyses tertiò in monte, sed secundò. Redit nunc ad historiam secundæ suę petitionis, cum ei sunt à Deo secũdę tabulæ traditæ. 12.*p* Esse Deum exorabilem, *Exaudiuitq; me Dominus etiam hac vice.* 13.*q* Esse Deum benignum, ac *r* misericordem, *Et* 11 *te perdere noluit.* * 14.*s* Necessarium Superiores, ac Rectores esse, *Vade, & præcede populum.* 15.*t* Licitum esse iuramentum, & *u* licita promittere. &, *x* Standum esse promissis. &, *y* Omnium Dominum esse Deum, *Vt ingrediatur, & possideat terram, quam iurauit patribus eorum vt* 12 *traderem eis.* * 16.*z* Debere creaturas intellectuales debitum cultum, & honorem exhibere Deo. Quia summum ens Deus, & primum omnium principium, & Dominus omnium, *Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te*, &c. 17.*a* Esse Deum timendum, & colendum, *Vt timeas Dominum Deum tuum.* 18.*b* Esse diuinis præceptis parendum, & *c* In bonam actionem incumbendũ, *Et ambules in uiis eius.* Præcepta, viæ Domini dici solent, c. 2456. viæ quoque opera dicuntur, can. 2455. 19.*d* Esse amorem iustorum in Deum. &, *e* Præcipuum, quod charitate amatur, esse Deum. &, *f* Perfectam charitatem esse, cum ab hominis affectu excluditur omne id, quod est charitati contrarium. *g* Perfectiorem charitatem esse, cum etiam excluditur omne id, quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum. *h* Perfectissimam, cum affectus secundum omnes suas vires actualiter tendit in Deũ, vt contingit in patria, *Diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, &* 13 *in tota anima tua.* * 20.*i* Esse diuinis præceptis parendum. &, *k* In lege veteri præcepta ceremonialia esse, *Custodiasq; mandata Domini, & ceremonias eius.* 21.*l* Auctorem legis veteris fuisse Deum, *m* ministrum Moysen, *Ceremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi.* 22.*n* Opera bona fũ valorem, & meriti rationem habere. &, *o* Esse obedientiæ præmia, *Custodias*, &c. 14 *vt bene sit tibi.* * 23.*p* Omnium Dominũ esse Deum, & *q* summæ Maiestatis, *En Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, terra, & omnia, quæ in ea sunt.* Cælum, pro aere, & pro cælo sydereo videtur sumi; Cælum cæli, pro cælo Empyreo, quod est summũ cælum. nam cælum cæli, phrasi hebręa significat cęlum altissimum, & nobilissimum. eiusdem nominis geminatione excessus significari solet, can. 8556. 15 * 24.*r* Esse in Deo bonitatem, ac *s* benignitatem, &, *t* Esse amorem Dei erga homines. &, *u* Amorem esse vnionem quandam affectus cum re amata. &, *x* Amicitię effectum esse formalem, nexum, & vnionẽ animorum, qui est amor ipse, *Et tamen patribus*

b p.1117. c p.1799. d p.2066. e p.1280. f p.646, 745. g p.649. h p.1998. i p.1952. k p.1976. l p.2124. m p.48. n p.1932. o p.1944. p p.55. q p.53. r p.56. s p.2078. t p.1982. u p.2124. x p.2125. y p.22. z p.1915. a p.37.38. 1469, 1470. b p.2066. c p.1043. d p.1493. e p.1521. f p.1504. g p.1505. h p.1506. i p.2066. k p.1124. l p.1117. m p.1119. n p.1295. o p.2065. p p.22. q p.36. r p.9. s p.55. t p.1492. u p.192. x p.1590.

Digitized by Google

tribus tuis conglutinatus est Dominus, &
y p. 26. *amauit eos.* 25. *y* Esse Deum agentem
z p. 27. liberum. &, *z* Voluntatis diuinæ nullam
a p. 162. esse causam. &, *a* Esse actum electionis.
b p. 349. &, *b* Eligere Deũ vt ipsi placet.* 26. *c* Esse 16
c p. 2066. Dei præceptis parendum. &, *d* Inobedien-
d p. 2072. tiam peccatum esse. &, *e* Superbiæ actum
e p. 2382. esse, contemptum præcepti, *f* & nolle se
f p. 2390. Deo subijcere. &, *g* Pertinaciam esse in-
g p. 2256. agendi malo proposito perseuerare, *Circumcidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius.* Circũcisio præputij, præcisionem spiritualem significat praui affectus, can. 5685, 7154. Ceruix dura, symbolũ est hominis superbi, & nolentis voluntatem ad parendum inclinare, c. 5663. Durum, tranfertur interdum ad pertinaciam significandam, & animum indocilem, c. 5913. * 27. *h* Sum- 17
h p. 4. mum ens esse Deum. &, *i* Vnum. &, *k* Do-
i p. 6. minum omnium, *Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum* (summus Deus,) *&*
k p. 22. *Dominus dominantium* (summus Dominus, omnium Dominus.) Deorum nomine in Scripturis sanctis & Angeli dicuntur, c. 1490. & falsi dij, c. 1492. & Magistratus, ac Iudices, c. 1491. Quare Deus deorum
l p. 5. est Deus, *l* quatenus inter Intelligentias,
m p. 24. ipse summa est; *m* & inter Iudices, ipse
n p. 4. summus Iudex. 28. *n* Esse Deum ens omnem perfectionem habens. seu, Ens simpliciter infinitũ, *Deus magnus.* Magnitudo, in Scripturis sacris sæpè vsurpatur ad perfectionem significandam, & excellentiam, c. 6568. Magnus, siue perfectus absolutè, est solus Deus, qui est infinitè perfectus.

29. *o* Deum omnia posse. *Deus potens.* Po- o p. 14.
tens simpliciter est omnipotens. 30. *p* Esse p p. 38.
Deum timendũ, *Deus terribilis.* 31. *q* Ac- q p. 1838.
ceptionem personarum peccatum esse, *Qui personam non accipit.* 32. *r* Peccatum esse Iudicium peruersum, & iniustũ, *Qui personã non accipit, nec munera,* &c. r p. 1819.
18 * 33. *s* Deum iustũ esse, Qui personam nõ s p. 44.
19 accipit, nec munera. *Facit iudicium pupillo, ac vidue.* 34. *t* Esse Deum benignum. t p. 53.
&, *u* Esse in Deo beneficentiam. &, *x* Cha- u p. 54.
ritatis actum esse, susciperе hospitem. &, x p. 1611.
y Esurientẽ pascere. &, *z* Vestire nudum, y p. 1608.
Amat peregrinum, & dat ei victum, atque vestitũ, & vos ergo amate peregrinos, &c. z p. 1610.
20 * 35. *a* Esse Deum timendũ, & colendum, a p. 37, 38.
Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. 36. *b* Deum vnum esse, *Illi soli* b p. 6.
seruies. 37. *c* Esse amorem iustorum in c p. 1493.
Deum. &, *d* Præcipuum, quod charitate d p. 1521.
amatur, esse Deũ, *Ipsi adhærebis.* 38. *e* Iu- e p. 1982.
ramentum esse licitum, *Iurabisque in no-*
21 *mine illius.* * 39. *f* Veram religionẽ suos f p. 1398.
cultores laudabiles reddere ob morũ sanctitatem, quam parit. *g* & ob peculiarem g p. 380.
Dei prouidentiam, *Ipse est laus tua, &* 899.
Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, &c.
40. *h* Sæpè Deum miraeula operari, *Fecit* h p. 310.
tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ vide-
22 *runt oculi tui.* * 41. *i* Hominum ex homi- i p. 320.
nibus generationem esse. &, *k* Bonorum k p. 298.
esse auctorem Deum. &, *l* Concurrere l p. 309.
Deum immediatè ad omnem rerum creatarum operationem, *Ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra cœli.*

CAPVT VNDECIMVM.

SVMMA.

Hortatur Moyses populum ad amorem Dei, eiusque præceptorum obseruationem. Proponit exhibita à Deo beneficia, & pœnas inobedientibus inflictas. Spondet obseruantibus diuinam legem præmia, minatur non obseruantibus pœnas.

1 AMa itaque Dominum Deum tuum, & obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia atque mandata, omni tempore. 2 Cognoscite hodie quæ ignorant filij vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius & robustam manum, extentumq; brachium, 3 signa & opera quæ fecit in medio Ægygyti Pharaoni regi, & vniuersæ terræ eius, 4 omnique exercitui Aegyptiorũ, & equis ac curribus: quo modo operuerint eos aquæ Maris rubri, cùm vos persequerentur, & deleuerit eos Dominus vsque in præsentem diem: 5 vobisq; quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum: 6 & Dathan atque Abiron filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit, cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substantia eorum, quam habebant in medio Israel. 7 Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit, 8 vt custodiatis vniuersa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, & possitis introire, & possidere Terram, ad quam ingredimini, 9 multoque in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est Dominus patribus vestris, & semini eorũ, lacte & melle manantem. 10 Terra enim,

Digitized by Google

enim,ad quam ingrederis possidendam,nõ est sicut Terra Aegypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: 11 sed montuosa est & campestris, de cælo expectans pluuias. 12 quam Dominus Deus tuus semper inuisit,& oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finẽ eius. 13 Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum vestrũ, & seruiatis ei in toto corde vestro,& in tota anima vestra: 14 dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam,vt colligatis frumentum,& vinum,& oleum, 15 fœnumq; ex agris ad pascenda iumenta,& vt ipsi comedatis ac saturemini. 16 Cauete ne fortè decipiatur cor vestrũ,& recedatis à Domino, seruiatisq; dijs alienis,& adoretis eos: 17 iratusque Dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant,nec terra det germen suum, pereatisq; velociter de terra optima,quam Dominus daturus est vobis. 18 Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus,& inter oculos vestros collocate. 19 Docete filios vestros vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque surrexeris. 20 Scribes ea super postes & ianuas domus tuæ: 21 vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum,in Terra,quam iurauit Dominus patribus tuis,vt daret eis quamdiu cœlum imminet terræ. 22 Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis,& feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum,& ambuletis in omnibus vijs eius,adhærẽtes ei, 23 disperget Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sunt. 24 Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & à Libano, à flumine magno Euphrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. 25 Nullus stabit contra vos:terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis,sicut locutus est vobis. 26 En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: 27 benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri,quæ ego hodie præcipio vobis: 28 maledictionem, si nõ obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis,& ambulaueritis post deos alienos,quos ignoratis. 29 Cùm verò introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram ad quam pergis habitandam,pones benedictionem super montem Garizim,maledictionem super mõtem Hebal: 30 qui sunt trans Iordanem, post viam quæ vergit ad solis occubitum,in Terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem & intrantem procul. 31 Vos enim transibitis Iordanem,vt possideatis Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam. 32 Videte ergo vt impleatis ceremonias atque iudicia, quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

Interpretatio litteralis.

a *p.*34. b *p.*1493. c *p.*1521. d *p.*2066. e *p.*1123, 1124,1126. f *p.*1754. g *p.*2401.

DOgmatica interpretatio ea est. * 1. *a* Esse Deum summè amabilem. &, *b* Esse amorem iustorum in Deum. &, *c* Præcipuum,quod charitate amatur,esse Deum, *Ama itaque Dominum Deum tuum*. 2. *d* Esse Dei præceptis parendum. &, *e* Fuisse in lege veteri præcepta tum moralia, tum ceremonialia, tum iudicialia, *Obserua præcepta eius, & ceremonias, iudicia, atque mandata omni tempore*. * 3. *f* Præteritorũ memoriam ad prudentiam requiri, *Cognoscite hodie, quæ ignorant filii vestri*,&c. vsque ad v.8. *vt custodiatis*,&c. 4. *g* Desiderium addiscendi licita,licitũ esse,ac excitandum, *Cognoscite hodie disciplinã Domini Dei vestri*, &c. 7 Disciplina, hoc in loco potest sumi tũ pro Eruditione,ac præceptis, c.1506. tum pro Castigatione,& correctione,c.1505. vtraque cognitio excitare Israelitas poterat ad diuinorum præceptorum obseruationem. 5. *h* Deum omnia posse. &, *i* Sæpè miracula operari. &, *k* Peculiarem eius erga pios prouidentiam,& protectionem esse, *Magnalia eius, & robustam manum, extentumque brachium*, &c. vsque ad v.8. Brachium extentum,& Manus robusta, symbolum potentiæ, c.5500,6590. 6. *l* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Signa, & opera, quæ fecit in medio Aegypti*, &c. vsque ad v.7. 7. *m* Ad veræ fidei confirmationem miracula fieri. &, *n* Infligi pœnas, vt ceteri à peccando deterreantur, *Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna, quæ fecit, vt custodiatis*

h *p.*14. i *p.*310. k *p.*380, 899. l *p.*1279. m *p.*696. n *p.*1285.

Digitized by Google

o p.1117, 1119. *diatis vniuersa mandata illius.* 8.*o* Legis veteris auctorem fuisse Deum, ministrum Moysen, *Vt custodiatis vniuersa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis.*

p p.2066. 9.*p* Diuinæ legi parendũ esse, *Custodiatis*

q p.1295. *vniuersa mandata illius.* * 10.*q* Opera 9 bona suum valorem, ac meriti rationem 10

r p.1307. habere. &, *r* Posse bona temporalia sub 11

s p.2065. meritum cadere. &, *s* Obedientiæ præmia 12

t p.928. præclara esse. &, *t* Contingere beatitudi- 13

u p.944. nem aliquam in hac vita. &, *u* Interdum 14 bonos in hac vita prosperè agere, in præ- 15

x p.2156, 2216. mium bonæ actionis. &, *x* Licere fortunę bonis vti ad finem honestum, *Custodiatis vniuersa mandata illius, & possitis introire, & possidere terram, multoque in ea viuatis tempore*, &c. vsq; ad v.16. 11.*y* Licitum esse aliqua possidere vt propria, *Et possitis introire, & possidere terram, ad*

y p.1859. *quam ingredimini.* 12.*z* Licitum esse

z p.2124. licita promittere, *a* & promissionem iuramento confirmare. 13.*b* Aquas esse à Deo.

a p.1982. &, *c* Mũdum à Deo gubernari. &, *d* Concurrere Deum immediatè ad omnem rerum creatarum operationem, *Quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius.* *e* Oculi diuinæ prouidentiæ

b p.104. symbolum sunt, c.6822. 14.*f* Deum esse

c p.304. super omnia diligendum; *g* eiusq; manda-

d p.309. tis parendũ, *Vt diligatis Dominum Deum vestrũ, & seruiatis ei in toto corde vestro,*

e p.23. *& in tota anima vestra.* * 15.*h* Tentatio- 16

f p.1538. num occasiones vitandas esse, *Cauete*, &c.

g p.37, 2066. 16.*i* Solere in peccando esse ignorantiam, seu errorẽ aliquem, sed culpabilem: quatenus trahitur voluntas à bono, quod ipsi non est verè bonum, sed apparens, *Cauete ne forte decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino*, &c. 17.*k* Idololatriam esse

h p.914, 1259. peccatum, *Cauete ne recedatis à Domino, seruiatisque diis alienis, & adoretis eos.*

i p.1255. * 18.*l* Esse Deum vltorem male agentiũ. 17

k p.2067. &, *m* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Iratusque Dominus, claudat cælum, & pluuia non descendant*, &c.

l p.25. 19.*n* Suam quãque rem creatam operationẽ habere, *Nec terra det germen suum.*

m p.1279. 18 * 20.*o* Occasiones, & opportunitates re- 19 ctè agendi arripiendas esse. &, *p* Pruden- 20 tiæ partem valde necessariam esse prouidentiam; quæ est ordinatio aptorum mediorum ad finem. &, *q* Signis executionis memoriam excitandam esse, *Ponite hæc verba mea in cordibus, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate*, &c.

n p.308. 21.*r* Instruendos esse à parentibus filios, quantum salutis necessitas exigit, *Docete filios vestros vt illa meditentur*, &c.

o p.1734. 21 * 22.*s* Esse præmia bonę actionis. vt sup.

p p.1759. 22 v.9. & seqq. *Vt multiplicẽtur dies tui*, &c.

q def.4111. 23 * 23.*t* Esse in homine liberum arbitrium,

r p.2048. 24 *En propono in conspectu vestro hodie*

s Vid. supra v.9. prop.9. 25 *benedictionem, & maledictionem*; &c.

t p.146. 26 * 24.*u* Esse præmia bonæ actionis, vt su-

u Vid. supra à v.9. 27 pra à v.9. *Benedictionem, si obedieritis*

x p.1293. 28 *præceptis Domini.* * 25.*x* Congruum esse à malè agẽdo, pœnarum comminatione deterrere, *Maledictionem, si non obedieritis*, &c. 26.*y* Dei præceptis esse parendum. &, *z* Inobedientiam esse peccatum. &, *a* Ad peccata pœnas cõsequi, quas Deus infligit. &, *b* Idololatriam peccatum esse, *Maledictionem, si nõ obedieritis mandatis*

y p.2066. 29 *Domini Dei vestri*, &c. * 27.*c* Actum

z p.2072. 30 virtutis esse alijs benedicere, id est verbo,

a p.1279. vel signo alio illis à Deo bona precari, *Pones benedictionem super mõtem Garizim*,

b p.2067. vide infra cap.27. 28.*d* Maledictionem

d p.1904. licitam esse: si quis imperet, aut optet malum alterius sub ratione boni, vt sub ratione iusti, aut vtilis. &, *e* Maledictionem

e p.1905. culpæ illicitam nõ esse, *Pones maledictio-*

f p.683. 31 *nem super montem Hebal*, &c. * 29.*f* Esse prædictiones futurorum, *Vos transibitis Iordanem*, &c. 30.*g* Licere aliqua possidere vt propria, *Vt possideatis terram*.

g p.1859. 31.*h* Esse Deum Dominum omnium. &,

h p.22. *i* Esse in Deo beneficentiam, *Quam Dominus Deus vester daturus est vobis.*

i p.54. 32 * 32.*k* Esse Dei præcepta obseruanda,

k p.2066. *Videte ergo ut impleatis ceremonias*, &c.

CAPVT DVODECIMVM.

SVMMA.

Mandatur Israelitis 1. Omnia Terræ idola, & idololatriæ loca, & instrumẽta subuertere. 2. In determinato loco Deo sacrificia offerre. 3. Cauere ab esu sanguinis. 4. Offerre decimas, & primogenita, et primitias, et vota. 5. De rebus Deo sacris non edere, nisi in loco Deo sacro. 6. In Dei cultu à ceremoniis Gentilium abstinere.

1 HÆc sunt præcepta atque iudicia, quæ facere debetis in Terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eã cunctis diebus quibus super humũ gradieris. 2 Subuertite omnia loca, in quibus coluerũt gentes, quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignũ frondosum. 3 Dissipate aras eorum, & con-

Digitized by Google

& confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: diſperdite nomina eorum de locis illis. 4 Non facietis ita Domino Deo veſtro: ſed ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis: 6 & offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras, decimas & primitias manuum veſtrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ouium. 7 Et comedetis ibi in conſpectu Domini Dei veſtri: ac lætabimini in cunctis, ad quæ miſeritis manum vos & domus veſtræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus veſter. 8 Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, ſinguli quod ſibi rectum videtur. 9 Neque enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem, & poſſeſſionem, quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. 10 Tranſibitis Iordanem, & habitabitis in Terra, quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitum: & abſque vllo timore habitetis 11 in loco, quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo. illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocauſta, & hoſtias, ac decimas, & primitias manuum veſtrarum: & quidquid præcipuum eſt in muneribus, quæ vouebitis Domino. 12 Ibi epulabimini coram Domino Deo veſtro, vos & filij ac filiæ veſtræ, famuli & famulæ, atque Leuites, qui in vrbibus veſtris commoratur. neque enim habet aliam partem & poſſeſſionem inter vos. 13 Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris: 14 ſed in eo, quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarum offeres hoſtias, & facies quæcunque præcipio tibi. 15 Sin autem comedere volueris, & te eſus carnium delectauerit, occide, & comede iuxta benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue immundum fuerit, hoc eſt, maculatum & debile: ſiue mundum, hoc eſt, integrum & ſine macula, quod offerri licet, ſicut capream & ceruum, comedes, 16 abſque eſu dumtaxat ſanguinis, quem ſuper terram quaſi aquam effundes. 17 Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum: 18 ſed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & ſeruus & famula, atque Leuites, qui manet in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris coram Domino Deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manũ tuam. 19 Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo verſaris in terra. 20 Quando dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut locutus eſt tibi, & volueris veſci carnibus, quas deſiderat anima tua: 21 locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus vt ſit nomen eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus, quæ habueris. ſicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. 22 Sicut comeditur caprea & cervus, ita veſceris eis: & mundus & immundus in commune veſcentur. 23 Hoc ſolum caue, ne ſanguinẽ comedas. ſanguis enim eorum pro anima eſt: & idcirco non debes animam comedere cum carnibus: 24 ſed ſuper terram fundes quaſi aquam, 25 vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te, cùm feceris quod placet in conſpectu Domini. 26 Quæ autem ſanctificaueris, & voueris Domino, tolles, & venies ad locum, quem elegerit Dominus: 27 & offeres oblationes tuas carnem & ſanguinem ſuper altare Domini Dei tui: ſanguinem hoſtiarum fundes in altari: carnibus autem ipſe veſceris. 28 Obſerua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te in ſempiternum, cùm feceris quod bonum eſt & placitum in conſpectu Domini Dei tui. 29 Quando diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingredieris poſſidendas, & poſſederis eas, atque habitaueris in terra earum: caue ne imiteris eas, poſtquam te fuerint introeunte ſubuerſæ, & requiras ceremonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam. 31 Non facies ſimiliter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas auerſatur Dominus, fecerunt dijs ſuis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. 32 Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

a p.1068. EA Theologia colligi ex hoc capite potest. * 1.a Promulgationem esse necessariam, vt lex obligandi virtutē habeat, *Hæc sūt præcepta, atque iudicia, &c.* * 2.b Idolatriam esse illicitā. &, c Tentationum occasiones vitādas esse, *Subuertite omnia loca, &c. disperdite nomina eorum de locis illis.* * 3.d Congruū adorationem etiam exteriorem Deo exhibere. &, e Inter adorationes externas summam esse sacrificium, vnī Deo offerendum. &, f Congruū esse adorationi externæ determinatum locum, & ritus determinatos adhibere, *Non facietis ita Domino Deo vestro: sed ad locum, quem elegerit Dominus, &c.* Nomen, solet & pro Potentia sumi, & vi operatiua, can. 1929. & pro Inuocatione, c. 1930. Dicitur ergo Deus ponere nomen suum in aliquo loco, tum quatenus exercet effectus suæ misericordiæ in eo loco; tum quatenus vult in eo loco inuocari, & coli. Dicitur Deus habitare in aliquo loco, quatenus in eo exercētur aliqua opera, quæ Deum præsentem ostendunt, vt sacrificia, & Dei beneficia, d. 3536. 4. g Esse decimas offerendas. &, h Fuisse in veteri lege iure diuino determinatum de primitijs offerendis Deo. &, i Licita esse vota, & k Deo reddenda, *Offeretis decimas, & primitias manuum vestrarum, & vota.* l Aliquas oblationes, quæ Deo offeruntur, voluntarias esse, *Offeretis donaria.* Hebr. נדב *Nidbòth*, volūtaria. * 6.n Licere ijs etiam delectabilibus moderatè vti, quæ necessaria non sunt: si sint loco, tempori, nobis, & ijs, quibus conuiuimus, conuenientia, *Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri: ac lætabimini, &c.* 7. o Delectationes aliquas bonas esse, *Lætabimini in cunctis, &c.* & p Esse in Deo beneficentiā, & q liberalitatem, *In quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester.* * 9.r Legem esse naturalē, esse Dei ministris ad victum necessaria ministranda, *Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro vos, & filii, ac filiæ vestræ, famuli, & famulæ, atque Leuites, qui in vrbibus vestris commoratur. neque enim habet aliam partem, & possessionem inter vos.* * 10. s Præcepta veteris legis figuralia fuisse, *Absque esu dūtaxat sanguinis, &c.* 23 24 vide alia Leuit. 17. 4. 11. t Bona opera meriti rationem habere. &, u Præclara esse obedientiæ præmia. 12. x Non esse male agentes imitandos, *Caue ne imiteris eas, &c.* 13. y Cultum Dei superfluum, & superstitiosum esse, si quid contra Dei institutionem fiat, *Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.*

b p.2007. c p.914. 1259. d p.1960. e p.1962. f p.1961. g p.1975. h p.1974. i p.1977. k p.1979. l p.1968. n p.2264. o p.1173. P p.54. q p.45. r p.1975. s p.1125. t p.1295. u p.2065. x p.2152. y p.2006.

Interpretatio mystica.

a CVm mortale peccatum committitur, auertitur homo à Deo, & cōuertitur ad creaturam. Non Deum, sed creaturam sibi vltimū finem ponit. Ita homo seruit creaturæ. quod est quoddā idolatriæ genus. vt innuit Paulus Colos. 3. *Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, cōcupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorū seruitus: propter quæ uenit ira Dei super filios incredulitatis.* Hæc Pauli verba præbent nobis ansam ad aliqua huius capitis mystice interpretanda. a *Vid. Glos.*

Montes, mysticè dicuntur potentes sæculi, ac superbi, Isa. 40. 6. Mich. 6. 1, 2. Abac. 3. 6. Ligna in Scripturis sanctis homines significant, c. 6469. Frondes ergo, quæ vestimenta sunt arboribus, habitus significant, qui homines quasi vestiunt. Qui autem sunt habitus? quæ opera malorum hominum? Vtique vitia, præsertim auaritia, & luxuria, & horū vitiorū actus.

2 Ergo * 1. Subuertere loca, in quibus deos suos coluerūt Gentes; est b Concupiscētias frænare. &, c Pœnitentiam agere, vt peccatorum remissio recipiatur. 2. d Subuertere deos in montibus, & collibus; est Humilitatis actus exercere; & e Superbiæ impetum frænare. 3. Subuertere deos sub lignis frondosis; est, f Liberum seruare animum ab inhærendo diuitijs. &, g Pauperatem spiritus consectari. &, h In concupiscentiam venereorum frænandam incumbere. &, i Incumbere ad gustus delectationes frænandas. &, K A delectationibus tactus abstinere.

b p.2257, 2260, 2261. c p.781. d p.2368. 2369. 2370 e p.2396. f p.2157. g p.2173. h p.2260. i p.2261. k p.2269. 2270, 2271, 2272, 2273.

Siquæ sunt alia, quæ mysticum sensum in hoc capite possint admittere: ea in superioribus libris sunt explicata.

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Præceptum traditur interficiendi eos, qui idololatriam suaserint, aut professi fuerint.

1 SI surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, 2 & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: 3 non audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrùm diligatis eũ an non, in toto corde, & in tota anima vestra. 4 Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. 5 Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de Terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis: vt errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui. 6 Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animã tuam, clàm dicẽs: Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu, & patres tui, 7 cunctarum in circuitu gentium, quæ iuxta vel procul sunt, ab initio vsque ad finem terræ, non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eum, 9 sed statim interficies. sit primùm manus tua super eum, & postea omnis populus mittat manum. 10 Lapidibus obruetur necabitur: quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis: 11 vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquàm vltrà faciat quippiam huius rei simile. 12 Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: 13 Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerũt: Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoratis: 14 quære solicitè & diligenter rei veritatẽ perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, 15 statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, ac omnia quæ in illa sunt, vsque ad pecora: 16 quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumultus sempiternus. non ædificabitur amplius, 17 & non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te sicut iurauit patribus tuis, 18 quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

Interpretatio litteralis.

DOgmata, quæ ex hoc capite confirmari possunt, ea sunt. * 1.*a* Superstitionis actum illicitum esse diuinationem. &, 2 *b* Aliqua, quæ videntur miracula, non esse, siue quia illusio contingit in nostris sensibus: siue quia virtute naturalium causarũ fiunt. &, *c* Esse prophetas falsos, qui dæmonum ministerio cognoscunt aliqua ab humana cognitione remota, *Si surrexerit in medio tui propheta*, &c. * 2.*d* A consilio, quod cõformitatem cum recta ratione non habet, esse cauendum. &, *e* Non esse in malam actionem consentiendum. &, *f* Idololatriam peccatum esse, *Eamus, & sequamur deos alienos*, &c. *Non audies verba prophetæ illius*, &c. 3. *g* Permitti tentationes à Deo ad probati nem, &c. *Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non.* Tentat Deus, vt non ipse, sed ij, quos tentat, sese cognoscant, c. 2761. * 4. *h* Deum esse totaliter diligendum. quia Deum ex toto posse diligere debemus, & ad eius amorẽ ordinare quidquid habemus, *Diligatis eum in toto corde, & in tota anima vestra.* Vide alia supra c. 6. v. 5. 5. *i* Esse Deum colendum, & *k* timendum, & *l* amandum. &, *m* Esse Dei præceptis parendum, *Dominum Deum vestrum sequimini*,

a p. 2009. b p. 699. c p. 687. d p. 1724. e p. 1731. f p. 2007. g p. 900. h p. 1555. i p. 37. k p. 38, 1469, 1470. l p. 1492, 1521, 1572. m p. 2066.

Digitized by Google

mini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Sequi, est obsequi, ac seruire. Adhærere, est Dei voluntati
a p.1843. conformari, c.5270. * 6. *n* Peccatorem 5
occidere, peccatum nō esse, si legitimè fiat 6
o p.1296. ob bonum commune. &, *o* Opera mala 7
p p.1293. demeriti rationē habere. &, *p* Congruum 8
esse à male agendo pœnarum commina- 9
q p.2095. tione deterrere. &, *q* Licitum esse iniurias 10
vlciſci, ad remouendum nocumenta. &, 11
r p.2104. *r* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, *Propheta autem ille, aut fictor somniorum*
s p.913. *interficietur*, &c. 7. *s* Malorum hominum
t p.914. consuetudinem, & *t* Tentationum, ac pec-
1259. candi occasiones esse vitandas, *Auferes malum de medio tui*, &c. Vide alia supra
u p.1440. v.3. & 5. * 8. *u* Infideles, qui fidem ali- 12
quando professi sunt, compelli posse ad 13
tenendum, quod semel susceperunt. &, 14
x p.1437. *x* Licere Ecclesiæ pœnas infligere ijs, qui fide susceptā, ab ea recesserunt, *Si audieris in vna vrbium tuarum*, &c. Filij Belial, homines impij. Filius alicuius dicitur, qui mores illius imitatur, c.1620. Belial, homo impius appellatur, & diabolus, can.1259.
y p.643. 9. *y* Esse inter Ecclesię ciues malos aliquos,
z p.887. & iniustos. &, *z* Multas Ecclesiæ tribulationes cōtingere à falsis, ac malis fratribus, *Egressi sunt filii Belial de medio tui*, &c.

10. *a* Debere superiores vigiles esse. &, a p.2079.
b Aliorum facta prospicere, ac inquirere b p.2416.
licitum; vt officio debitè satisfacias, *Quæ re solicitè, & diligenter*, &c. 11. *c* Iudiciū c p.1821.
suspicioſum, & temerarium Iudicum, pec-
catum esse. Deest enim certitudo rationis,
Rei veritate perspecta, si inueneris certum
15 *esse*, &c. * 12. *d* Licitum esse iniurias vl- d p.2095.
16 ciſci, ad remouendum nocumenta. &,
e Etiam multitudinem esse puniendam, e p.2101.
cum contingit ipsam multitudinem pec-
care. &, *f* Pro culpę quantitate pœnas licitas esse, *Statim percuties habitatores vrbis* f p.2104.
17 *illius*, &c. * 13. *g* Posse peccatores ab Ec- g p.871.
clesia excommunicationis pœna puniri,
Non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua. 14. Esse Deum *h* vl- h p.25.
torem male agentium, & *i* exorabilem; i p.55.
& *k* misericordem, & *l* beneficū, *Vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te.* 15. *m* Esse m p.48.
Deum fidelem. &, *n* Licitum esse licita n p.2124.
promittere. &, *o* Licitum esse iuramētum, o p.1982.
18 *Sicut iurauit patribus tuis.* * 16. *p* Esse va- p p.1295.
lorem bonorum operum. &, *q* Esse obe- q p.2065.
dientiæ præmia. &, *r* Dei præceptis paren- r p.2066.
dum esse. &, *s* Esse Dei amorem erga ho- s p.1492.
mines. &, *t* Nostram voluntatem esse t p.1572.
cum diuina conformandam, *Quando audieris vocem Domini Dei tui*, &c.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Prohibentur 1. Incisura, & caluitium super mortuo. 2. Esus immundorum. 3. Coctio hœdi in lacte matris. Præcipitur oblatio decimarum, & primogenitorum; & determinatur locus, in quo ex iis vesci offerentibus liceret.

1 Filij estote Domini Dei vestri: non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo. 2 quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. 3 Ne comedatis quæ immunda sunt. 4 Hoc est animal quod comedere debetis, Bouem, & ouem, & capram, 5 cerum & capram, bubalū, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum. 6 Omne animal, quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis. 7 De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, comedere non debetis, vt camelum, leporem, chœrogryllum: hæc quia ruminant, & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis. 8 Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit. carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. 9 Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis: Quæ habent pinnulas & squamas, comedite: 10 quæ absque pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. 11 Omnes aues mundas comedite. 12 Immundas ne comedatis: aquilam scilicet, & gryphem, & haliætum, 13 ixion, & vulturem ac miluum iuxta genus suum: 14 & omne coruini generis, 15 & struthionem, ac noctuam, & larum, atque accipitrem iuxta genus suum: 16 herodium ac cygnum, & ibin, 17 ac mergulum, porphyrionem, & nycticoracem, 18 onocrotalum, & charadrium, singula in genere suo: vpupā quoque & vespertilionem. 19 Et omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur. 20 Omne quod mundum

Digitized by Google

est, comedite. 21 Quidquid autem morticini est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei: quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Non coques hœdum in lacte matris suæ. 22 Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos, 23 & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere Dominum Deum tuum omni tempore. 24 Cùm autem longior fuerit via, & locus quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, 25 vendes omnia, & in pretium rediges, portabisq; manu tua, & proficisceris ad locũ quem elegerit Dominus Deus tuus: & emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua: & Leuites qui intra portas tuas est, caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. 28 Anno tertio separabis aliam decimã ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. 29 Venietque Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent & saturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

Interpretatio litteralis.

HAbes in hoc capite eam theologiam. * 1.a Incumbendum 1
a p.1599. esse in imitationem Dei. qui charitatis effectus est, *Filii estote Domini Dei vestri*. Filij, dicuntur imitatione, similitudine, conformatione,
b p.2152. c.1620. 2.b Non esse male agentes imitãdos, *Non vos inuidetis, nec facietis calumnium*, &c. Iubet abstinere à Gentilium ritibus: ne in idolatriam incurrant.
c p.1916. * 3.c Diuinum cultum actum esse religionis, ac sanctitatis virtutis præstantissimæ, *Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo*, Sanctum dici solet, quod diuino cultui dicatum est, c.2211. 4.d Diuinam electionem, & e vocationem esse, *Te elegit, vt sis ei in populum peculiarem*, &c. * 5.f In lege veteri præcepta ceremonialia esse, *Non comedetis quæ immunda sunt*, &c. vsque ad v.21. Explicata sunt hæc secundum sensum litteralem, & mysticum Leuit. 11.
d p.349. e p.394. f p.1124. 858.
* *Ixion*, omittitur in Leuitico. Ex Abulense est auis pertinens ad genus vulturis, minor tamen vultore, coloris candidi.
* Omittitur & Nycticorax in Leuitico. 17 Hebr. ים *Cos*, quod vertũt alij bubonem, alij cuculum, alij vlulam, alij vespertilionem, *Non coques hœdum in lacte matris suæ*. Vid. Exod. 23.19. & 34.26. * 6.g Iudiciale Dei præceptum fuisse in veteri lege,
g p.1976. Esse decimam prouentuum partem Leuitis dandam. &, m Sacerdotibus primogenita offerenda. &, n Ad ius naturale pertinere, vt homo ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat in eius honorem, *Decimam partem separabis*, &c. vsq; ad v.29.
m p.1970. n p.1973.

23 * 7.o Licere ijs etiam delectabilibus mo- o p.2264.
26 derate vti, quæ necessaria non sunt; si sint loco, tempori, nobis, & ijs quibus cum viuimus, conuenientia. &, p Actum esse virtutis abstinentiæ, vsum cibi moderatum, mẽtis functionibus congruentis, *Comedes in conspectu Domini Dei tui in loco*, &c. *Et epulaberis tu, & domus tua*. Ex his intelligimus potuisse offerentes decimas, & primogenita, comedere ex illis in loco, quẽ Deus elegerat. 8.q Esse Deum colendum. q p. 37,
& r Congruum esse adorationi externæ 1915.
determinatum locum, & ritus determinatos adhibere, *In loco, quem elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur*, &c. *Vt discas timere Dominum Deum tuum omni tempore*. 9.s Oportere aliqua specialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiã adducãtur, *Vt discas timere Do-*
24 *minum Deum tuum*. * 10.t Actum esse t p.1759.
25 prouidentiæ, *Cum autem longior fuerit*
26 *via*, &c. 11.u Contractum esse venditio- u p.1787.
29 nis, & emptionis, *Vendes omnia, & in pretium rediges*, &c. 12.x Exhibendas x p.1607.
eleemosynas esse. &, y Esurientem pascendum, *Venietque Leuites, & peregrinus, & pupillus*, &c. 13.z Licere de eleemosynis y p.1608.
viuere: si vel necessitas corporis exigat, vel ministerium, quod diuino cultui, vel aliorum vtilitati impenditur, *Venietque Leuites*, &c. 14.a Opera bona meriti rationem habere. &, b Plurimorum bonorum causam esse eleemosynam, *Vt benedicat tibi Dominus*, &c. z p.2177. a p.1295. b p.1622.

CA-

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Iubet Moyses 1. Septimo quoque anno remissionem fratribus fieri: & pro hac misericordia præmium spondet. 2. Iuuari fratres pauperes, dando eis mutuum. 3. Septimo anno seruos Hebræos dimitti liberos, & cum donariis. Sin abire serui noluerint, perforari eis aurem subula, & seruire in perpetuum. 4. Primogenita sexus masculini sanctificari Domino. 5. Abstinere ab esu sanguinis.

1 SEptimo anno facies remissionem, 2 quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere nō poterit, quia annus remissionis est Domini. 3 A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem. 4 Et omnino indigens & mendicus nō erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem. 5 Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, vt pollicitus est. 6 Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. 7 Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, 8 sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. 9 Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis: & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. 10 Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. 11 Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: ideirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. 12 Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eū liberum: & quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris: 14 sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi. 15 Memēto quòd & ipse seruieris in terra Ægypti, & liberauit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. 16 Sin autem dixerit: Nolo egredi: eo quòd diligat te, & domū tuam, & bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternū. ancillæ quoque similiter facies. 18 Non auertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis. 19 De primogenitis, quæ nascuntur in armentis, & in ouibus tuis, quidquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bonis, & non tondebis primogenita ouium. 20 In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua. 21 Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo. 22 sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tam mundus quàm immundus similiter vescentur eis, quasi caprea & ceruo. 23 Hoc solum obseruabis, vt sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

CAPVT

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

THeologia huius capitis ea est: 1
a p.1126. * 1. *a* In lege veteri præcepta 1
iudicialia esse. Per quæ Israelitis 2
determinabantur iustitiæ inter 3
b p.1128. homines obseruãdæ. &, *b* In præceptis ve- 4
teris legis agi de pertinentibus ad cõciues 5
ad inuicem: vt sunt Contractus, qui hic in- 6
c p.1789. dicantur, *c* Accommodati, & *d* Mutui,
d p.1790. *Septimo anno facies remissionem*, &c.
e p.1603, 2. *e* Esse ex charitate misericordiã, & bene-
1605, 1606, ficentiam exercendam erga proximos, *Cui*
1607. *debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac*
f p.1542. *fratre suo, repetere non poterit*, &c. 3. *f* Esse
in proximis diligendis ordinẽ, vt eò magis
quis diligatur, quò Deo carus est magis.
Habet enim amabilitatem eminẽtiorem.
g p.1543. &, *g* Vt eò magis quis diligatur, quò nobis
coniunctus est magis. Is enim & intentius
diligi solet, & pluribus rationibus diligi,
A peregrino & aduena exiges: ciuem, & propinquum repetendi non habebis potestatem. * 4. *h* Esse plurimorum bonorum 10
h p.1622. causam eleemosynã. &, *i* Opera bona me- 18
i p.1295. riti rationẽ habere. &, *k* Posse bona tem-
k p.1307. poralia sub meritũ cadere. &, *l* Interdum
l p.944. bonos in hac vita prosperè agere in præ-
mium bonæ actionis. &, *m* Congruũ fuisse
m p.1122. veteri legi temporalia præmia proponere,
Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quã traditurus est tibi in possessionẽ.
n p.48. 5. *n* Esse Deum fidelem, & *o* beneficum,
o p.54. &, *p* Licitum esse licita promittere. &,
p p.2124. &, *q* Standum esse promissis. &, *r* Dei pre-
q p.2125. ceptis parendũ esse. &, *s* Præclara esse obe-
r p.2066. dientiæ præmia, *Si tamen audieris vocem*
s p.2065. *Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, vt pollicitus est.* * 6. *t* Actũ esse 7
t p.1605, amicitiæ, & charitatis exhibitionẽ benefi- 8
1606. ciorum in alios. &, *u* Cõtra charitatẽ esse, 9
u p.1624. nõ opem ferre, si potest, eleemosynis ei, qui 10
x p.2161. necessitate laborat extrema. &, *x* Vitiosũ 11
esse nimium in diuitias amorem habere.
y p.2162. &, *y* Vitiosũ esse, diuitias in alios non pro-
fundere, ob immoderatũ in eas affectum.
z p.2164. &, *z* Graue peccatũ auãritiam esse, si pro-
pter amorẽ diuitiarum non vereatur quis
contra Dei, vel proximi charitatẽ agere,
Si vnus de fratribus tuis, &c. ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, &c. ne clamet contra te ad Dominum & fiat tibi in peccatum, &c.
a p.1787. * 7. *a* Contractum esse venditionis, & em- 12
b p.1128. ptionis. &, *b* Præceptum fuisse iudiciale
in veteri lege circa contractus, *Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus*, &c.
c p.2139. * 8. *c* Debita esse debito decentiæ, officia 13
d p.2160. factorũ ijs, quibus conuiuimus. &, *d* Libe- 14
ralitatis actum esse, diuitias alijs honestè
largiri, *Quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris*, &c. Dabis
viaticum. ex hebr. Onerabis, circũdabis,
15 nempe donarijs. * 9. *e* Præteritorum me- e p.1754.
moriam ad prudẽtiam requiri, *Memento quod & ipse seruieris*, &c. 10. *f* Debitas f p.2083.
esse Deo gratiarũ actiones pro beneficijs
ab ipso receptis, *Et idcirco ego nunc præ-*
16 *cipio tibi.* * 11. *g* Amorem causare præsen- g p.193.
17 tiam, seu vnionem realem cum re amata.
&, *h* Amicitiæ effectum esse, amico dele- h p.1592.
ctabiliter conuiuere, *Si autem dixerit: Nolo egredi; eo quod diligam te, & domũ tuam.* 12. *i* Omne agens, agere quamcum- i p.197.
que actionem ex aliquo amore. &, *k* Amo- k p.189.
ris causam esse rationem vtilis. Inclinat
enim quodque in bonum sibi, *Eo quod diligat te; & bene sibi apud te esse sentiat.*
18 * 13. Amicitiæ actum esse *l* Benevolen- l p.1569.
tiam, & *m* Beneficentiam, *Non auertas* m p.1605.
ab eis oculos tuos. Auertere oculos, symbolum est hominis desinẽtis amare, & nolentis beneficia in alterum confetre, c. 5438.
14. *n* Ius alterius compensandũ, iustumq; n p.1800.
faciendum esse debiti solutione, *Quoniam iuxta mercedem mercenarii per sex annos seruiuit tibi.* Si non fuisset seruus, sed
mercenarius, debuisses ei soluere mercedẽ
laboris sex annorum. Par est, vt aliquid
seruo tribuas in compensationem sui la-
19 boris. * 15. *o* Aliquas oblationes esse ne- o p.1969.
cessario offerendas. vt si præceptum inter-
cesserit. &, *p* Fuisse in veteri lege iure di- p p.1974.
uino determinatũ de primitijs, & primo-
genitis offerendis Deo, *De primogenitis, quæ nascuntur in armentis*, &c. 16. *q* Pec- q p.2034.
catum esse sacrilegium, quo violatur res
sacra per irreuerentiam, *Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium.* Deo sacra hæc sunt: non
seruabis primogenitum bouis, vt eo pro-
phanè vtaris arando; nec primogenitum
20 ouis, vt lanam ex eo tibi vsurpes. * *In conspectu Domini Dei tui comedes ea*, &c.
Ex hostijs pacificis cedebat pars in vsum
offerentium non licebat ex oblatis, & Deo
sacris aliquid edere extra locum Deo sa-
21 crum. * 17. *r* Non licuisse in veteri lege, r p.1972.
22 in qua figuræ seruiebatur, oblationes fieri
de ijs, quæ propter significationem repu-
tabantur immunda, *Sin autem habuerit*
23 *maculam, vel claudũ fuerit*, &c. * 18. *s* In s p.1124.
veteri lege præcepta cæremonialia fuisse.
t quæ Ecclesiæ mores figurabant, *Hoc so-* t p.1125.
lum obseruabis, vt sanguinem eorum non comedas, &c.

Significationes mysticas in Exodo, & Leuitico explicauimus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Præcipitur triplex solennitas, Azymorum, hebdomadarum, & tabernaculorum. Iubetur constitui Iudices. Prohibetur iniustitia, plantatio lucri, constitutio statuarum.

OBserua mensem nouarum frugum, & veri primum temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quòniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. 2 Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomẽ eius ibi. 3 Non comedes in eo panem fermentatũ: Septem diebus comedes absque fermento, afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Ægypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ. 4 Non apparebit fermẽtum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo vsque mane. 5 Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi, 6 sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabis Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto. 7 Et coques, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, maneque consurgens vades in tabernacula tua. 8 Sex diebus comedes azyma: & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus. 9 Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris. 10 & celebrabis diem festum hebdomadarũ Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui: 11 & epulaberis corã Domino Deo tuo, tu, filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscũ: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: 12 & recordaberis quoniã seruus fueris in Ægypto: custodiesq; ac facies quæ præcepta sunt. 13 Sollemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de arca & torculari fruges tuas: 14 & epulaberis in festiuitate tua, tu, filius tuus, & filia, seruus tuus, & ancilla, Leuites quoque & aduena, pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt. 15 Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis, in loco, quẽ elegerit Dominus: benedicetq; tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, eriscq; in lætitia. 16 Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit: in sollemnitate azymorum, in sollemnitate hebdomadarum, & in sollẽnitate tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus: 17 sed offeret vnusquisque secundùm quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei. 18 Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, 19 nec in alterã partem declinent. Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. 20 Iustè quod iustum est persequeris: vt viuas & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. 21 Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. 22 Nec facies tibi, neque constitues statuam: quæ odit Dominus Deus tuus.

Interpretatio litteralis.

DOctrina, quã hoc caput habet, ea est. * 1. *a* Præceptum esse morale, Habere aliquod tempus determinatum ad vacandum diuinis, *Obserua mensem nouarum frugum*, &c. v. 1. *Sex diebus comedes azyma*, &c. v. 8. *Celebrabis diem festum hebdomadarum Domino*, &c. v. 10. *Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis*, &c. v. 15. *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum*, &c. v. 16. 2. *b* Debere creaturas intellectuales debitum cultum,

a p. 2080.

b p. 1915.

cultum, & honorem exhibere Deo. &,
c p.844. *c* Oportere aliqua specialia obseruari in
d p.858. ijs, quæ pertinent ad cultum Dei. &, *d* In
veteri lege varias obseruãtias ceremonia-
les fuisse in ijs, quæ pertinent ad cultum
e p.1124. Dei. &, *e* In veteri lege præcepta ceremo-
nialia esse, *Obserua mensem nouarum fru-*
f p.1957. *gum*, &c. vt in n.1. præcedenti. 3. *f* Esse
Deo adorationis reuerentiã exhibendam.
g p.1961. &, *g* Congruum adorationi externæ de-
terminatum locum, & ritus determinatos
h p.1919. adhibere. &, *h* Materialia, & sensibilia
quedam, vt templa, conuenienter Deo di-
i p.1962. cari. &, *i* Inter externas adorationes sum-
mam esse sacrificium, vni Deo offerẽdum,
Vt facias Phase Domino Deo tuo. v.1. *In*
loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.
k p.2083. v.2,5,7,11,15,16. 4. *k* Debitas esse Deo
gratiarum actiones pro beneficijs ab ipso
l p.2089. receptis. &, *l* Ingratitudinem esse, benefi-
cium non recognoscere, *Quoniam in isto*
mense duxit te Dominus Deus tuus de
Aegypto nocte. v.1. *vt memineris diei*
egressionis tuæ de Aegypto. v.3. *Recordaberis quoniam seruus fueris in Aegypto.* v.12.
m p.2000. * 5. *m* Aliquo tempore deputato vacãdum
esse diuinis, *Sex diebus comedes azymas*
& in die septima, quia collecta est Domini
Dei tui, non facies opus. Collecta, hebr.
עצרת *Hhhatsereth*, solẽnitatem significat.
o p.1968. c.1387. * 6. *o* Aliquas oblationes, quæ in
cultum Dei offeruntur, voluntarias esse,
Oblationem spontaneam manus tuæ, quam
offeres iuxta benedictionẽ Domini Dei tui.
p p.2264. * 7. *p* Licere ijs etiam delectabilibus mo-
derate vti, quæ necessaria non sunt: si sint
loco, tempori, nobis, & ijs, quibus conuiui-
mus, conuenientia, *Epulaberis corã Do-*
mino Deo tuo, tu, filius tuus, & filia tua, &c.
q p.2066. v.11,14. * 8. *q* Dei præceptis parendum,

15 Custodies, & facies quæ præcepta sunt.
10 * 9. *r* Operi bono suum valorem, & meriti
r p.1295. rationem habere. &, *s* Posse hominem ali-
s p.1299. quid à Deo mereri. &, *t* Posse bona tem-
t p.1307. poralia sub meritum cadere. &, *u* Contin-
u p.928. gere beatitudinem aliquam in hac vita.
&, *x* Interdum bonos in hac vita prosperè
x p.944. agere, in præmium bonæ actionis, *Bene-*
dixerque tibi Dominus Deus tuus in cunctis
frugibus tuis, & in omni opere manuum
18 *tuarum eris tu, in lætitia.* * 10. *y* Necessa-
y p.2073. 19 rium superiores, ac rectores esse. &, *z* Iu-
z p.2070. 20 stos esse debere superiores, & amantes iu-
stitiæ. &, *a* Iustum inter accusatorem, &
a p.1804. reum à Iudice faciendum. &, *b* Facere in-
b p.1818. iustum, peccatum esse. &, *c* Peccatum esse
c p.1819. iudicium peruersum, & iniustum, *Iudices,*
& magistros constitues in omnibus portis
tuis (commodè iudicia in vrbium portis
exercebantur,) *quas Dominus Deus tuus*
dederit tibi per singulas tribus tuas: vt iu-
dicent populum iusto iudicio, nec in alte-
ram partem declinent. 11. *d* Accipere
d p.1838. 1841. personam in iudicio, peccatum esse, *Non*
accipies personam. 12. *e* Graue peccatum
e p.2164. esse auaritiam, si propter amorem diuitia-
rum non vereatis agere contra proximi
charitatem. &, *f* Multorum vitiorũ prin-
f p.2165. cipium esse auaritiam. &, *g* Cæcitatem
g p.1434. mentis in multis ex cupiditate oriri, *Non*
accipies munera: quia munera excæcant
oculos sapientum, & mutant verba iusto-
20 *rum.* * 13. *h* Magnorum bonorum cau-
h p.1814. sam esse iustitiam, & probitatem, *Iuste,*
quod iustum est persequeris: vt viuas, &c.
21 * 14. *i* Cultum Dei falsum, & prohibitum
i p.2005, 22 illicitum esse. &, *k* Esse tentationum, ac
2006. peccãdi occasiones fugiendas, *Non plan-*
k p.914. 1259. *tabis lucum*, &c.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Prohibet quidquam immolari, quod maculam habeat, aut vitium. Iubet idololatras lapidari. Præcipit in dubiis Summi Sacerdotis definitioni, ac iudicio standum. Si quando voluntas fuerit habendi Regem: vult eius electionem esse à Deo, non eligi alienigenam, non multiplicare sibi equos, non habere vxores plurimas, nec immensa argenti, & auri pondera, & Deuteronomium omnibus sua vita diebus legere, & non superbire, & iuste agere.

1 NOn immolabis Domino Deo tuo ouem, & bouem, in quo est
macula, aut quippiã vitij: quia abominatio est Domino Deo
tuo. 2 Cùm reperti fuerint apud te, intra vnam portarum
tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier
qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius, 3 vt vadant & seruiant diis alienis, &
adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ
non præcepi: 4 & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque inquisieris diligenter,
& verum esse repereris, & abominatio facta est in Israel: 5 educes virum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus
obruentur. 6 In ore duorum, ac trium testium peribit qui interficietur. Nemo

occi-

Digitized by Google

occidatur, vno contra se dicente testimonium. 7 Manus testiũ prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui. 8 Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram: & iudicum intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locũ, quem elegerit Dominus Deus tuus. 9 Venies; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæres; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. 10 Et facies quodcumque dixerint qui præsunt loco quẽ elegerit Dominus, & docuerint te 11 iuxta legem eius: sequeris; sententiã eorum: nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. 12 Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel: 13 cunctus; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. 14 Cùm ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaueris; in illa, & dixeris: Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: 15 eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. 16 Cumq; fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus, præsertim cùm Dominus præceperit vobis, vt nequaquam ampliùs per eandem viam reuertamini. 17 Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. 18 Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, 19 & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. 20 Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel.

Interpretatio litteralis.

EX hoc capite ea theologia excipi potest. * 1.*a* In lege veteri præcepta ceremonialia esse: *b* quæ mores Ecclesiæ figurant, *Non immolabis Domino Deo tuo ouem, & bouem, in quo est macula*, &c. 2.*c* Esse in Deo voluntatem omnis boni, *Quia abominatio est Domino Deo tuo*. Macula, & vitium Peccati symbola sunt. * 3.*d* Idololatriam peccatum esse, *Cum reperti fuerint apud te*, &c. 4.*e* Iniuriam inferri Deo, lædique ius diuinum per peccatum, *Qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius.* * 5.*f* Teneri quemque ad accusandum, si crimen in multitudinis corruptelam corporalem, seu spiritualem vergat, & sufficiẽs probatio possit adhiberi, *Et hoc tibi fuerit nunciatum*. 6.*g* Debere superiores vigiles esse. &, *h* Aliorũ facta prospicere, & inquirere licitum; vt officio debitè satisfacias, aut vt proximi vtilitati consulas secũdum regulam charitatis, *Audiensque inquisieris diligenter.* * 7.*i* In lege veteri præcepta iudicialia esse. *k* Agebatur in illis de iudicijs, & pœnis. &, *l* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. &, *m* Superioris esse, subditorum malefacta pœnis compẽsare. &, *n* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse. &, *o* Peccatorem occidere, peccatum non esse, si legitimè fiat ob bonum cõmune, *Educes virum, ac mulierem*, &c. *& lapidibus obruentur.* * 8.*p* Duorum, aut trium testimonio stãdum esse, *In ore duorum aut trium testium*, &c. * 9.*q* Ad Summum Pontificem pertinere regulam fidei proponere. &, *r* Esse hominibus propositionem Ecclesiæ necessariam, *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris*, &c. 10.*s* In proponendo verbo Dei auctoritatem in Ecclesia infallibilem esse. &, *t* Ecclesiã errare non posse in Scripturis sanctis interpretandis, *Qui indicabunt tibi iudicii veritatem*, &c. vsque ad v. 12. 11.*u* Actum esse superbiæ contemptum legum, ac præceptorum. &, *x* Deberi suis superioribus à subditis obediẽtiam. &, *y* Licere Ecclesiæ pœnas infligere ijs, qui fide susceptâ, ab ea recesserunt. &, *z* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. &, *a* Peccatorem occidere, peccatum non esse, si legitimè fiat, ob bonum cõmune. &, *b* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, *Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille*, &c. * 12.*c* Infligi pœnas, vt ceteri à peccando deterreantur,

a p.1124. b p.1125. c p.21. d p.2087. e p.1264. f p.1870. g p.2079. h p.2416. i p.1126. k p.1128. l p.1279. m p.2099. n p.2104. o p.1843. p p.1888. q p.1355, et d.3802. r p.1354. s p.1369. t p.1373. u p.1382. x p.2061. y p.1437. z p.1279. a p.1843 b p.2104. c p.1285.

Digitized by Google

Cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.
d p.1730. * 14. *d* Proponenda, & eligenda esse me- 14
e p.914, 1259. liora. &, *e* Tentationum, ac peccandi pe- 15
f p.1423. ricula vitanda esse. &, *f* Non esse Infideles à Fidelibus in suos dominos eligendos, *Cum ingressus fueris terrã, &c. non poteris alterius gentis hominem regem facere, &c.*
g p.2242. * 15. *g* Indecorum esse, maiores sumptus 16
facere, quã opus, personas, & finem decet.
h p.2381. &, *h* Peccatum esse, ac superbiam inordinatũ appetitum propriæ excellentię, *Non multiplicabit sibi equos.* 16. *i* Tentationũ
i p.914, 1259. occasiones vitandas esse. &, *k* Malorum
k p.913. hominum familiaritatem, & conuictum, quãtum ad periculum, & consortium peccandi, fugiendum. &, *l* Non esse cum infidelibus communicandum: cum fidei pe-
l p.1422. riculum subest, *Nec reducet populum in Ægyptum equitatus numero subleuatus.* (hebr. Propter multiplicari equos) *præsertim cum Dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini.* Prohibet adiri Ægyptios siue ad eos debellandos, siue ad commercium cum eis habendum pro equorũ emptione. Vbi autem Deus præceperit vt nequaquã amplius per eandem viam reuertertentur,
m p.2319. nihil habemus certi. 17. *m* Multorum peccatorum illecebram esse luxuriam. &,
n p.837. *n* Non licuisse vnquã insimul plures vxores habere: nisi cũ fuit diuina reuelatione concessum, *Non habebit vxores plurimas.* (hebr. Non multiplicabit sibi vxores) *quæ alliciant animum eius.* (hebr. Et non declinabit cor eius.) Vxores alienigenæ declinare fecerunt Salomonem in idololatriam. 18. *o* Esse plurimorum malorum
o p.2180. p p.2165. causam solere diuitias. &, *p* Multorum vitiorum principium esse auaritiam. &,
q Vitiosum esse, nimium in diuitias amo- q p.2162.
rem habere, *Non habebit argenti, & auri*
18 *immensa pondera.* * 19. *r* Effectum legis r p.1074.
19 esse, facere homines bonos. Propriũ enim legis est inducere subiectos ad propriam ipsorum virtutem. &, *s* Legis actum esse s p.1082.
virtutũ actus præcipere; *t* & vitiosos actus t p.1083.
prohibere. &, *u* Desiderium addiscendi li- u p.2401.
cita licitum esse, ac excitandum. &, *x* Præ- x p.2402.
cipuum hominis studium esse debere circa cognitionem diuinorum, *Describet sibi Deuteronomium legis huius, &c. legetque illud omnibus diebus vitæ suæ. vt discat timere Dominũ Deum suum, &c.* 20. *y* Esse y p.38,
Deum timendum, *Vt discat timere Dominum Deum suum.* 21. *z* Esse Dei præceptis 1469,1470. z p.2066.
parendũ, *Et custodire verba, et cæremonias eius quæ in lege præcepta sunt.* 22. *a* Oportere aliqua specialia obseruari in ijs, quæ a p.844.
pertinent ad cultum Dei. &, *b* In lege ve- b p.858,
teri præcepta cæremonialia fuisse, *Cæremo-* 1124.
20 *nias quæ in lege præcepta sunt.* * 23. *c* Mo- c p.2368.
destiæ laudabilem actionem esse, intra sui status limites se continere; tum internis, tum externis motibus modum adhibẽdo. &, *d* Humilitatis actum laudabilem esse, d p.2369.
temperare, ac frænare animum, ne immoderatè tendat ad excelsa. &, *e* Superbiæ e p.2385.
actum esse, cum quis despectis alijs singulariter vult videri, *Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos.* 24. *f* Iustos f p.2076.
esse debere superiores, & amantes iustitię, *Neque declinet in partem dexteram, vel sinistram.* 25. *g* Bona opera meriti rationem habere. &, *h* Posse bona temporalia g p.1295. h p.1307.
sub meritum cadere, *Vt longo tempore regnet ipse, & filii eius super Israel.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Decernit quid tribuendum sit Sacerdotibus, & Leuitis, quatenus hæreditatem non habentibus cum reliquo Israel. Ad v. 9. Superstitionem prohibet, & mores Idololatrarum. Ad v. 15. Promittit ad docendum Israelitas aduentum Iesu Christi: qui per antonomasiam Propheta appellatur. Ad v. 20. Statuit prophetã falsum occidi: & signum tradit ad eum agnoscendum.

1 NOn habebunt Sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hereditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent, 2 & nihil aliud accipient de possessione fratrũ suorum: Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis. 3 Hoc erit iudicium Sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: siue bouem, siue ouem immolauerint, dabũt Sacerdoti armum ac ventriculum: 4 primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ouium tonsione. 5 Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt stet, & ministret nomini Domini ipse, & filij eius in sempiternũ. 6 Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarũ ex omni Israel in qua habitat, & voluerit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus, 7 ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram Domino,

8 Par-

Digitized by Google

8 Partem ciborum eamdem accipies, quam & ceteri: excepto eo, quod in vrbe
ſua ex paterna ei ſucceſſione debetur. 9 Quando ingreſſus fueris terram, quam
Dominus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gen-
tium. 10 nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignē:
aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus,
11 nec incantator, nec qui pythones conſulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis
veritatem. 12 omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſce-
lera delebit eos in introitu tuo, 13 perfectus eris, & abſque macula cum Domino
Deo tuo. 14 Gentes iſtæ, quarum poſſidebis terram, augures & diuinos audiunt:
tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es. 15 PROPHETAM de gente
tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies,
16 vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata eſt, atque
dixiſti: Vltrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum am-
pliùs non videbo, ne moriar. 17 Et ait Dominus mihi: Bene omnia ſunt locuti.
18 Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui: & ponam
verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. 19 qui au-
tem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam.
20 Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo,
quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorū deorum, interficietur.
21 Quòd ſi tacita cogitatione reſponderis: Quo modo poſſum intelligere ver-
bum, quod Dominus non eſt locutus? 22 hoc habebis ſignum: Quod in nomine
Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non eſt locutus,
ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum.

Interpretatio litteralis.

EXcipimus eam theologiam. * 1. *a* Eſſe Deminiſtris ad victum neceſſaria miniſtranda. 1 2
a p.1970, 1975. & *b* Iudiciale Dei præceptum fuiſſe in veteri lege, Eſſe decimam prouentuum partem Leuitis dandam. & *c* Fuiſſe in veteri lege diuino iure determinatum de primitijs offerendis Deo. Hoc eſt iudicium Sacerdotum à populo, &c. Hoc eſt iuſtum, quod erga Sacerdotes populus facere debet. Iudicium in ſacris Scripturis ſolet accipi pro eo, quod quiſque facere debet, can. 1793. & pro iuſto, ac iuſtitia, 3 4 5 6 7 8
b p.1976. c.1804. 2. *d* Eſſe in Eccleſia officiorum, & ſtatuū diſtinctionem. &, *e* In eccleſiaſtica Hierarchia eſſe Sacerdotes, *f* & minores miniſtros ſacrorum, *Sacerdotes, & Leuitæ*, &c. * 3. *g* Non eſſe male agentes imitandos, *Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium.* 4. *h* Idololatriam, cultumq; illicitum, ac ſuperſtitioſum eſſe quidquid inſtitutum ab hominibus eſt ad facienda, & colenda idola, vel pertinēs ad colendum ſicut Deum creaturā, partemve vllam creaturę, *Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium.* * *Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum.* (hebr. Qui tranſire faciat filium ſuum,) *aut filiam ſuam ducens per ignem.* Erat genus abominabilis ſacrificij: vt explicatum eſt Leuit. 18. 21. 5. *i* Superſtitionis actum illicitum eſſe. Diuinationem: quæ per manifeſtam dęmonum inuocationē fit. Hoc genus ſuperſtitionis videtur indicari 9 14
c p.1974. d p.639. e p.646. f p.649. g p.2152. h p.2007. i p.2009.

illis verbis: *Qui ariolas sciscitetur.* quę hebraicè ſunt מעונן מנחש *Qosem qosamim.* Diuinans diuinationes. 6. *l* Solere dęmones inuocatos multis modis reſponſa dare, Præſtigijs, ſomnijs, mortuorum apparitione, per arreptitios, figuris apparentibus, ſigniſq; Geomantiæ, Hydromantię, Pyromantiæ, Auſpicij. &, *m* Superſtitionis actum illicitum eſſe Diuinationem, quæ per aſtrorum obſeruationem fit: ſi ea conſideratione quis vtatur ad prænoſcendum futuros caſuales, vel fortuitos euētus: aut ad cognoſcēdum per certitudinem actiones hominum à libero arbitrio pendentes. &, *n* Superſtitionis actum illicitum eſſe Diuinationem; quæ fit expreſſa, vel tacita dæmonum inuocatione, per ſomnia. &, *o* Superſtitionis actum illicitū eſſe, & tacitam dæmonum inuocationem eam diuinationem, quæ ex animalium, vel hominū motu, aut voce colligitur: ſi extendatur vltra illud, ad quod ſecundum naturę, vel diuinæ prouidentiæ ordinem, poteſt pertingere. Tale eſt Augurium, Auſpicium, Omen. &, *p* Diuinationem ſortium illicitam eſſe, & ſuperſtitionem: ſi à dæmonibus expectetur iudiciū ſortium. &, *q* Illicitam, ac tacitā dæmonum inuocationem eſſe Artem notoriam, quæ quibuſdam vtitur, quę nō habent ſecundum ſe virtutem cauſandi ſcientiam. &, *r* Illicitū eſſe characteres, nomina, & alias obſeruationes, ad ſanitatem, vel aliam in corporibus immutationem cauſandam adhibere: quæ
l p.2010. m p.2011. n p.2013. o p.2014. p p.2015. q p.2018. r p.2019.

Digitized by Google

manifestum est naturaliter efficaciam non habere. &, s Illicitas esse obseruationes illas, quæ vt signa sumuntur fauſtorum, vel infauſtorum euentuum: quę illorum euentuum causæ non sunt. Hæc omnia superstitionũ genera videntur his verbis prohiberi: *Nec inueniatur in te, qui ariolos scisciteur, & obseruet somnia, atque augu-ria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones cõsulat, nec diuinos, aut quærat a mortuis veritatem. Omnia hæc abominatur Dominus*, &c. Ariolus, seu, vt in hebr. Diuinans diuinationes multa ex recitatis paullo ante superstitionum generibus, potest cõplecti, *Qui obseruet somnia*, hebr. מעונן *Mehhhonen*, Præstigijs vacans, & computans tempora, *Qui obseruat augu-ria*, hebr. מנחש *Menahhesh*, Augurans, diuinans. *Maleficus*, hebr. מכשף *Mecha-sheph*, Præstigia, maleficia exercens, *Qui pythones consulat*. LXX. ἐγγαστρίμυθος, Ventriloquus. Solebat dæmon è ventre responsa dare. * 7. *y* Deum sanctum esse, 12 *Omnia hæc abominatur Dominus*. 8. *z* Esse Deum vltorem male agentium, *Propter istiusmodi scelera delebit eos in interitu tuo*. * 9. *a* A malis operibus abstinendum. 13 & , *b* Maculam induci per peccatum in animam, *Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo*. LXX. Coram Domino Deo tuo. * 10. *c* Fuisse Christi primum aduentum priscis patribus promissum, *Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis*, &c. Prophetia est de solo Christo. 18 Nam numero singulari Prophetam dicit, 19 non Prophetas. Est autem solus Christus Propheta per excellentiã. Indicant & verba illa, *Sicut me*, v. 15. & *Similem tui*, v. 18. Nullus Propheta præter Christum fuit similis Moysi, nẽpe legislator, & mediator. 11. *d* Christum esse verum hominem. &, *e* Assumpsisse Filium Dei verum corpus humanum. &, *f* Iesu Christi corpus ex Abrahæ stirpe fuisse deriuatum, *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis*, &c. *de medio fratrum suorum*. 12. *g* Esse Christum mediatorem Dei, ac hominum, quatenus homo est, *Vltra non audiam vocem Domini Dei mei*, &c. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui*, &c. 13. *h* Christum Legislatorẽ fuisse, *Similem tui*. 14. *i* Fuisse in Christo prophetiam, *Prophetam suscitabo*. 15. *k* Christum fuisse Doctorem omnium. &, *l* Priuatim, ac publicè docuisse. &, *m* Conueniens fuisse prædicationẽ Christi principio solis Iudæis exhiberi, *Prophetam suscitabit tibi Dominus: ipsum audies*. 16. *n* Esse Deum exorabilẽ. &, *o* Dispositum fuisse Deum multa non nisi petentibus elargiri, *Bene omnia sunt locuti. Prophetã suscitabo*, &c. 17. *p* Prophetiam esse à Deo, *Ponam verba mea in ore eius, loquetur que ad eos omnia quæ præcepero illi*. 18. *q* Homines ab hominibus doceri, *Bene omnia sũt locuti. Prophetam suscitabo eis*. Probat Deus, quod Israelitæ petierant, vt ab homine docerentur. 19. *r* Esse Deum vindicem, ac vltorem male agentium, *Qui autem verba eius, quæ loquatur in nomine meo, audire* 20 *noluerit, ego vltor existam*. * 20. *s* Esse 22 prophetas falsos. &, *t* Simulationẽm esse peccatum. &, *u* Illicitam esse arrogãtiam. &, *x* Veritatem in docendo sectandam. &, *y* Esse mendaciũ grauissimum, in doctrina religionis mentiri. &, *z* Esse graue mendacium, quod in communicanda scientia, & in informatione morum mentitur, *Propheta, qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine aliorum deorum, interficietur*. 21. *a* Congruum à male agendo pœnarum comminatione deterrere. &, *b* Pro culpæ quantitate pœnas li- 21 citas esse, *Interficietur*. * 22. *c* Esse in deliberationibus Ratiocinationem, & Circumspectionem, & Cautionem adhibendam, *Quod si tacita cogitatione responderis: quomodo possum intelligere*, &c. 22 * 23. *d* Futura à libera voluntate pendentia Deo reuelante cognosci, *Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non est locutus*. Futurum quodcumque, etiam naturalem causam habens, si quis futurum prædixerit, & non eueniat; certum est prædictionem illam non esse à Deo. Potest autem accidere vt prędictio futuri, quę est à Deo, non sit absoluta, sed conditionata, v. g. Niniuem subuertendam, si pœnitentiam non egerit.

s p. 2021.
y p. 43.
z p. 25.
a p. 1221.
b p. 1275.
g p. 450.
d p. 426.
e p. 434.
f p. 435.
g p. 482.
h p. 485.
i p. 497.
k p. 483.
l p. 523.
m p. 451.
n p. 55.
o p. 1927.
p p. 684.
q p. 339.
r p. 25.
s p. 687.
t p. 2130.
u p. 2136.
x p. 2111.
y p. 2115.
z p. 2116.
a p. 1293.
b p. 2104.
c p. 1758, 1760, 1761.
d p. 324.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM NONVM.

SVMMA.

Iubet constitui ciuitates, ad quas effugiant ij, qui nolentes sanguinem fuderint. Præcipit noxium extrahi è ciuitate, ad quam confugerit, & occidi. Prohibet possessionem alienam vsurpari. Decernit numerum testium, quorum testimonio standum sit. Statuit contra testem mendacem pœnam talionis.

CVm disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarũ tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitaueriſq; in vrbibus eius, & in ædibus: 2 tres ciuitates separabis tibi in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem, 3 sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. 4 Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est: Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudiustertius nullũ contra eum odium habuisse comprobatur: 5 sed abijsse cum eo simpliciter in syluam ad ligna cædẽda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumq; lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit: hic ad vnam supradictarum vrbium confugiet, & viuet: 6 ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius, qui non est reus mortis: quia nullum contra eum, qui occisus est, odium priùs habuisse monstratur. 7 Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates, æqualis inter se spatij diuidas. 8 Cùm autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram, quam eis pollicitus est, 9 (si tamen custodieris mãdata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius omni tempore) addes tibi tres alias ciuitates, & supradictarum trium vrbium numerum duplicabis: 10 vt non effundatur sanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus. 11 Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensq; percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritq; ad vnam de supradictis vrbibus, 12 mittent seniores ciuitatis illius, & arripiẽt eum de loco effugij, tradentq; in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. 13 Non misereberis eius, & auferes innoxium sanguinẽ de Israel, vt bene sit tibi. 14 Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerũt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam. 15 Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum. 16 Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eũ præuaricationis, 17 stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in cõspectu Sacerdotum, & iudicum qui fuerint in diebus illis. 18 Cumq; diligentissimè perscrutantes, inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: 19 reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui: 20 vt audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. 21 Non misereberis ei, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

Interpretatio litteralis.

HAbes ex hoc capite * 1. *a* Illicitum esse interficere innocentem. &, *b* Licere timendo fugere id, quod est secũdum rectam rationem fugiendum. &, *c* Non esse pœnas, nisi pro culpa infligendas. &, *d* Prouidentiæ actum esse, *Tres ciuitates* 8 *separabis tibi in medio terræ*, &c. vsque ad 9 v. 11. 2. *e* Inuoluntarium esse, nec voluntatati imputari, quod omnino est ignoratũ: &, *f* Ignorantiam excusare, ac non esse peccatum, cum omnino voluntatem tollit male agendi, *Qui percusserit proximum suũ nesciens*, &c. v. 4, 5, 6. 3. *g* Esse Deum fide-

a p. 1847. b p. 2200. c p. 2105. d p. 1759. e p. 1053. f p. 1250. g p. 48.

Digitized by Google

fidelem. &, *h* Licitum esse iuramentum, *Cum dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis*, &c. *i* Licitum esse licita promittere, *Quam eis pollicitus est.* *k* Esse in Deo beneficentiam, *Cum Dominus Deus tuus dederit tibi cunctam terram.* *l* Operta bona meriti rationem habere. &, *m* Posse hominem aliquid à Deo mereri. &, *n* Posse bona temporalia sub meritum cadere. &, *o* Obedientiæ præmia præclara esse. &, *p* Esse amorem iustorum in Deum, *Cum dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos*, &c. *Si tamen custodieris mandata eius, et feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius in omni tempore.* *q* Peccati occasiones esse vitandas, *Addes tibi tres alias ciuitates*, &c. *Ne sis sanguinis reus.* *8. *r* Non licere non habenti publicam auctoritatem occidere quemquam, neque peccatorem. &, *s* Homicidiorū originem odium esse, *Si quis autem odio habens proximum suum*, &c. *9. *t* Licitum esse iniurias vlciſci ad remouendum nocumēta. &, *u* Superioris esse, subditorū malefacta pœnis compensare. &, *x* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse. &, *y* Peccatorem occidere, peccatum nō esse, si legitimè fiat, ob bonum cōmune, *Mittent seniores ciuitatis illius*, &c. *et morietur*, &c. *10. *z* Non licere propria auctoritate rem alienam vsurpare inuito Domino, *Non assumes, & transferes terminos proximi tui*, &c. *11. *a* Duorum, aut trium testimonio stando esse, *Non stabit testis vnus contra aliquem*, &c. *12. *b* Falsum testimonium esse illicitum. &, *c* Iustum esse, vt qui voluntariè aliquem per falsam accusationem in periculum grauis pœnę inducit, ipse simílem pœnā patiatur. &, *d* Consilium ante omnem electionem esse adhibendum. &, *e* Deliberationem debere non esse præcipitem. &, *f* Aliorum facta prospicere, ac inquirere licitum; vt officio debitè satisfacias, aut vt proximi vtilitati consulas secundum regulam charitatis, *Cumque diligentissimè perscrutantes*, &c. *reddent ei, sicut fratri suo facere cogitauit.* 13. *g* Licitum esse iniurias vlciſci ad remouendum nocumenta, *Auferes malum de medio tui.* 14. *h* Superioris esse subditorum malefacta pœnis compensare, *Diligentissimè perscrutantes*, &c. *reddent ei*, &c. *15. *i* Infligi pœnas, vt ceteri à peccando deterreātur, *Vt audientes ceteri timorem habeāt, & nequaquam talia audeant facere*, &c. *16. *k* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, *Non misereberis eius, sed animam pro anima*, &c.

h p.1982. i p.2124. k p.54. l p.1295. m p.1299. n p.1307. o p.2065. p p.1493. q p.1259. r p.1884. s p.1652. t p.2095. u p.2099. x p.2104. y p.1843. z p.1860, 1861. a p.1888. b p.1883. c p.1875. d p.1723. e p.1726. f p.2416. g p.2095. h p.2099. i p.1285. k p.2104.

CAPVT VIGESIMVM.

SVMMA.

Præcepta traduntur ad bellum pertinentia. 1. In bello contra suos hostes esse Israelitis audendum, Dei præsidio munitis. 2. Remittendos esse ab exercitu in domos suas formidolosos, & alios quosdam. 3. Si bellum sit contra exteras nationes, pacem eis offerendam: quam si receperint, exigendum ab eis tributum; si non receperint, masculos omnes interficiendos esse. 4. Si bellum sit contra Chananæos; omnes omnino delendos esse. 5. In obsidione vrbium, non esse arbores, de quibus vesci potest, succidendas.

1 SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti. 2 Appropinquāte autem iam prælio, stabit Sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum: 3 Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: 4 quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. 5 Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis est homo qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam. 6 Quis est homo qui plantauit vineam, & necdum fecit eā esse communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam: ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. 7 Quis est homo qui despondit vxorem, & non accepit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. 8 His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum: Quis est homo formidolosus, & corde pauido? vadat,

Digitized by Google

vadat, & reuertatur in domũ ſuam, ne pauere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut & ipſe timore perterritus eſt. 9 Cumque ſiluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, vnuſquiſque ſuos ad bellandum cuneos præparabit. 10 Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. 11 Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. 12 Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. 13 Cumq; tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt, in ore gladij, 14 abſque mulieribus & infantibus, iumentis, & ceteris quæ in ciuitate ſunt. Omnem prædam exercitui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtiũ tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. 15 Sic facies cunctis ciuitatibus, quæ à te procul valdè ſunt, & non ſunt de his vrbibus, quas in poſſeſſionem accepturus es. 16 De his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere: 17 ſed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæum, & Iebuſæum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: 18 ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipſi operati ſunt dijs ſuis: & peccetis in Dominum Deum veſtrum. 19 Quando obſederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circũdederis vt expugnes eam, non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: quoniam lignum eſt, & non homo, nec poteſt bellantium contra te augere numerum, 20 Si qua autem ligna non ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in ceteros apta vſus, ſuccide, & inſtrue machinas, donec capias ciuitatem, quæ contra te dimicat.

Interpretatio litteralis.

† *p.*1129. DOctrina theologica ea eſt. † 1. In præceptis iudicialibus veteris legis agi de bellis cõtra hoſtes.

a *p.*2213. * 2. *a* Licitũ eſſe aggredi ardua 1
ex fiducia, quia adſunt auxilia diuina ad 2
exequendum, *Si exieris ad bellum*, &c. 3
non timebis eos: quia Dominus Deus tuus 4
b *p.*972. *tecum eſt*, &c. 3. *b* Frænari timorem propoſitione facultatis, & auxiliorum ad pericula vitanda, *Non pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere*, &c. *quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt*, &c.

c *p.*217. 1603. * 4. *c* Miſericordiæ actum eſſe, quo de pro- 5
ximorum malo, ac miſeria triſtamur, *Quis* 6
eſt homo, qui ædificauit domũ nouam, &c. 7
Miſericordia dignus eſt, qui maximè laborauit, & multas expenſas fecit in ædificãda domo, & morte præuẽtus, nõ potuit ea vti, & frui. *Dedicare*, ex hebr. חנך *Hhanach*, ſignificat Incipere vti. Miſericordia etiam dignus, qui plantauit vineam, & nõ potuit veſci è fructibus, morte præuentus. Non licebat tribus annis poſt plãtatam vineam è fructibus veſci. quarto anno fructus erãt offerendi Deo. quinto anno licebat & domino vineæ, & alijs è fructibus veſci. id eſt vineam eſſe communem. Ita etiam dicen-

e *p.*245. dum de eo, qui duxit vxorem, &c. 5. *e* Radicem, vnde timor oritur, eſſe amorem. Timentur enim mala, quæ tollunt bona, quibus amore inhæremus, *Quis eſt homo, qui ædificauit domum nouam*, &c. Amor domus, vineæ, & vxoris, & deſiderium his bonis fruendi, excitare poterãt vehementem mortis timorem; ac proinde minuere fortitudinem, quæ in bello requiritur.

6. *Myſticè.* *f* Impedimentũ afferre ſolere f *p.*661.
ad perfectionem temporalia. &, *g* A con- g *p* 892.
cupiſcentia tum carnis, tum temporalium homines tentari, *Quis eſt homo, qui ædificauit domum nouam*, &c. Non eſt aptus ad bellandum bella Domini contra diabolum, & hoſtes Eccleſiæ, qui nimium cogitatione, & affectu bonis inhæret temporalibus. 7. *h* Eſſe timoris actũ, quo horret h *p.*238.
appetitus periculum imminens mali, *Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido.*

8 * 8. *i* Illicitum eſſe timorem, qui diuertit i *p.*2199.
ab ijs, quæ ratio dictat eſſe proſequenda. &, *k* Tentationum occaſiones vitãdas eſſe. k *p.* 914.
&, *l* A malo exemplo alijs exhibendo ab- l *p.*1685.
ſtinẽdum, *Vadat & reuertatur in domum ſuam, ne pauere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt.*

9 * 9. *m* Prouidentiæ actum eſſe, *Vnusquiſ-* m *p.*1759.
que ſuos ad bellandum cuneos præparabit.

10 * 10. *n* Pacem eſſe habendam cum pro- n *p.*1601.
ximis, quantum fieri poteſt, *Offeres ei pri-*
11 *mum pacem.* * 11. *o* Tributi debitũ ſupe- o *p.*2060.
rioribus à ſuis ſubditis eſſe ſoluendum.
12 *Seruiet tibi ſub tributo.* * 12. *p* Iuſtum bel- p *p.*1676.
lum non eſſe illicitum, *Oppugnabis eam.*

13 * 13. *q* Omnia à diuina voluntate pendere. q *p.*296.
&, *r* Eſſe in Deo prouidentiam. &, *s* Nihil r *p.*23.
in mundo eſſe, quod præter ordinẽ diuinæ s *p.*304.
gubernationis contingat, *Cum tradiderit Dominus Deus illam in manu tua.* 14. *t* Iu- t *p.*1676.
ſtum bellum non eſſe illicitum, *Percuties omnia, quæ in eis generis maſculini eſt.*

14 * 15. *u* Licere in bello iuſto prædas ex u *p.*1865.
hoſte

hoſte acceptas retinere, *Omnem prædam*
x p.913. *exercitui diuides*, &c. * 16.x Malorum 16
hominum familiaritatem, & conuictum, 17
quantũ ad periculum, & conſortium pec- 18
y p.914, candi, fugiendum. &, y Tentationum, ac
1259. peccati occaſiones vitandas eſſe. &, z Non
z p.1422. eſse cum infidelibus cõmunicandum; cum
a p.2007. fidei periculum ſubeſt. &, a Idololatriam
peccatum eſſe, *Nullum omnino permittes viuere*, &c. *ne forte doceant vos facere om-*
19 *nes abominationes*, &c. * 17.b Pro recta b p.1722.
20 operis agendi ratione ſtatuenda, conſide-
randas eſse circumſtantias, &, c Neceſſa- c p.1760.
riam eſse prudentiæ circumſpectionem, ſeu cõſiderationem circumſtantiarum accuratam. vt debitam habeant media conuenientiam ad finem, *Quando obsederis ciuitatem multo tempore*, &c. vſque ad finem capitis.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

1. Decernitur modus purgandi ſuſpicionem homicidii. 2. Lex pro coniugio cum muliere alienigena. 3. Ius primogenituræ. 4. Pœna filii contumacis. 5. Sepultura appensorum in patibulo.

1
Vando inuentum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus, 2 egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris ſingularum per circuitum ſpatia ciuitatum: 3 & quam viciniorem ceteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram ſcidit vomere, 4 & ducent eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulæ: 5 accedentq; Sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum omne negotium, & quidquid mundum, vel immũdum eſt, iudicetur. 6 Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabũtq; manus ſuas ſuper vitulam, quæ in valle percuſſa eſt, 7 & dicent: Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. 8 propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis: 9 tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fuſus eſt, cùm feceris quod præcepit Dominus. 10 Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueriſque habere vxorem, 12 introduces eam in domum tuam, quæ radet cæſariem, & circũcidet vngues, & deponet veſtem, in qua capta eſt: ſedenſq; in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam vno menſe: & poſtea intrabis ad eam, dormieſq; cum illa, & erit vxor tua. 14 Si autẽ poſtea non ſederit animo tuo, dimittes eã liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiã: quia humiliaſti eam. 15 Si habuerit homo vxores duas, vnã dilectam, & alterã odioſam, genuerintq; ex eo liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, 16 volueritq; ſubſtantiã inter filios ſuos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ, 17 ſed filiũ odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. 18 Si genuerit homo filiũ contumacẽ & proteruum, qui non audiat patris, aut matris imperium, & coercitus obedire contemſerit: 19 apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, 20 dicentq; ad eos: Filius noſter iſte proteruus & cõtumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuijs: 21 lapidibus eum obruet populus ciuitatis: & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. 22 Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo: non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam, quã Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio litteralis.

DOgmata, quæ ex hoc capite
a p.1079. eliciuntur, ea sunt. * 1. *a* De- 1
bere superiores vigiles esse. &, 2
b p.2416. *b* Aliorum facta prospicere, 3
ac inquirere licitum: vt officio debitè sa- 4
c p.1126. tisfacias. &, *c* Præcepta iudicialia esse in 5
veteri lege. &, In præceptis iudicialibus 6
veteris legis agi de pertinentibus ad con- 7
ciues ad inuicem, vt de iudicijs, *Quando* 8
† p.1757. *inuentum fuerit in terra*, &c. &, † Conie- 9
cturis sæpè vtendum circa particularia, *Metientur à loco cadaueris singularũ per*
d p.26. *circuitum spatia ciuitatum*, &c. 2. *d* Esse
e p.396. Deum agentem liberum. &, *e* Esse à Deo
vocationẽ ad præclara in Ecclesia munera
exercenda, *Quos elegerit Dominus Deus*
f p.646, *tuus, vt ministrent ei*, &c. 3. *f* Esse in Ec-
745. clesia Sacerdotes sacrificij ministros, *Vt ministrent ei: & benedicãt in nomine eius.*
Benedicere, est bona precari, c.2541. Sacer-
dotes bona populo precabantur à Deo per
g p.1952. sacrificia, quę Deo offerebant. 4. *g* Actum
virtutis esse alijs benedicere, id est, dicto,
h p.1998. vel facto illis à Deo bona precari. 5. *h* Esse
Deum ore laudandum, ac benedicendum,
Et benedicant in nomine eius. Benedicant
nomen eius. *In*, abundat, c.2959. Vide
i p.637. quæ supra dicta sunt cap.10.v.8. 6. *i* Esse
k p.1369. à Deo Ecclesiæ tributos Doctores. &, *k* In
proponendo verbo Dei auctoritatem in
l p.1358, Ecclesia infallibilem esse. &, *l* Propositio-
1359. 1360. nem ad fidem pertinentem, esse doctri-
nam, quam sacra Concilia, Summi Pon-
tifices, Ecclesiæ Doctores vnanimi con-
sensu decernunt, *Ad verbum eorum omne negotium, & quidquid mundum, vel im-*
m p.1803. *mundum est, iudicetur.* 7. *m* Licere vni-
cuique ius suum tueri, se apud Iudicem
defendendo, *Et venient*, &c. *Manus*
n p.1844. *nostræ non effuderunt sanguinem hunc.*
8. *n* Non licere non habenti publicam au-
ctoritatem, occidere quemquam, neque
peccatorem, *Ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel.* Repu-
tare, est reum pœnæ decernere. Sanguis
innocens, qui sine publica auctoritate
o p.1932. effunditur. 9. *n* Non solum pro nobis, sed
pro alijs etiam orandum esse, *Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Do-*
o p.1288, *mine.* 10. *o* Cessante actu peccati, rema-
1797, 1798, nere adhuc debitum pœnæ, *Et auferetur*
1799. *ab eis reatus sanguinis.* * 11. *p* Omnia à 10
p p.23. 296, diuina voluntate pendere, &c. vt supra
304. c.20.v.13. * 12. *q* Aliqua corpora venu- 11
q p.150. state præcellere, *Viderisque in numero captiuorum mulierem pulchram.* 13. *r* Ho-
r p.183. minem de bonis sensibilibus complacere:
qui actus amor appellatur, *Et adamaue-*
s p.184. *ris eam.* 14. *s* Proposito bono, amorem ex-
citari. Hoc enim est amoris obiectum. &,
t Cognitionem esse amoris principium. t p.186.
requirit enim amor apprehensionem ali-
quam boni, quod amatur, *Videris mulierem pulchram, & adamaueris eam.*
15. *u* Amoris causam esse rationem dele- u p.190.
ctabilis. inclinat enim quodque in bonum
sibi. &, *x* Amorem causare præsentiam, x p.193.
seu vnionem realem cum re amata.
Adamaueris eam, voluerisque habere
12 vxorem. * 16. *y* Non licere contra Ec- y d.4730.
13 clesiæ leges matrimonia contrahere. &,
z Non licere matrimonium contrahere, z d.4753.
cum dispar est cultus in altero coniugum,
Introduces eam in domum tuam, &c. *a* In a p.1138.
veteri lege habes præcepta iudicialia de
vxoribus, & matrimonijs. Debebat mu-
lier alienigena cultum disparem idololatriæ deponere (vt posset in vxorem duci
ab Israelita) & ad Israelitarum cultum
transire. Ad significandum cultus dispa-
ris depositionẽ, radebat mulier cæsariem,
& circumcidebat vngues, & mutabat ve-
stem, & flebat patrem, ac matrem, tam-
quam sibi iam mortuos, non amplius cum
illis, quippe idololatris, commercium ha-
14 bitura. * 17. *b* Deberi consanguineis cul- b p.2045.
tum suum, *Dimittes eam liberam*, &c.
quia humiliasti eam, Rem habuisti cum
ea. fuit vxor tua, *Non poteris eam opprimere per potentiam*, Non poteris eam co-
15 gere vt seruiat. * 18. *c* In præceptis iudi- c p.1150.
16 cialibus veteris legis agi de modo deme-
17 sticæ conuersationis, de seruis, vxoribus,
filijs, *Si habuerit homo vxores duas*, &c.
19. *d* Facere iniustum, peccatũ esse, *Non* d p.1818.
poterit filium dilectæ facere primogeni-
18 *tum, & præferre filio odiosæ.* * 20. *e* De- e p.2039.
19 beri parentibus reuerentiam, & *f* obe- f p.2042.
20 dientiam à filijs, *Si genuerit homo filium*
21 *contumacem*, &c. 21. *g* Licitum esse in- g p.2095.
iurias vlcisci ad remouendum nocumenta, *Vt auferatis malum de medio vestri.*
22. *h* Teneri quemque ad accusandum, si h p.1870.
crimen in multitudinis corruptelam ver-
gat, *Ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii, dicentque ad eos: Filius noster iste proteruus*, &c. *vt auferatis malum de medio vestri.* 23. *i* Superioris esse i p.2099.
subditorum malefacta pœnis compensare.
&, *k* Correctionem fraternam, quæ fit per k p.2103.
delinquentis punitionem, ad solos supe-
riores pertinere, *Ducent ad seniores ciuitatis.* 24. *l* Consequi pœnas ad peccatum, l p.1278.
quas politica gubernatio præscribit. &,
m Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, m p.2104.
Lapidibus eũ obruet populus ciuitatis, &c.
25. *n* Infligi pœnas, vt ceteri à peccando n p.1285.
deterreantur, *Vniuersus Israel audiens*

Digitized by Google

op.1614. *pertimescat.* *26.o Misericordiæ actum 22 esse sepelire mortuos, *Non permanebit* 23 *cadauer eius in ligno*, &c. Hunc actum vult Moyses exerceri etiam erga malefa-
pp.1275. ctores. 27.p Maculam induci per peccatum, *Nequaquam contaminabis terram tuam*, &c. Non solum ad misericordiam exercendam, sed etiam ad terram purgandam, non sines cadauer à Deo maledicti, esse super terram.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA.

Traduntur in hoc capite plura præcepta iudicialia. Quorum mystica significatio in superioribus libris explicata est.

NOn videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo, 2 etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. 3 Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam. 4 Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis cum eo. 5 Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. 6 Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem, non tenebis eam cum filijs: 7 sed abire patieris, captos tenens filios: vt bene sit tibi, & longo viuas tempore. Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. 9 Non seres vineam tuam altero semine: ne & sementis quã seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur. 10 Non arabis in boue simul & asino. 11 Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est. 12 Funiculos in fimbrijs facies per quattuor angulos pallij tui, quo operieris. 13 Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, 14 quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obijciens ei nomen pessimum, & dixerit: Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem: 15 tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt: 16 & dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, 17 imponit ei nomen pessimum, vt dicat: Non inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ: expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis: 18 apprehendentque senes vrbis illius virum, & verberabunt illum, 19 condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ: quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel: habebitq; eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ. 20 Quòd si verum est quod obijcit, & non est in puella inuenta virginitas: 21 eijcient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. 22 Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est adulter & adultera: & auferes malum de Israel. 23 Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, 24 educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cùm esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui. 25 Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cũ ea, ipse morietur solus: 26 puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puella perpessa est. 27 sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam. 28 Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: 29 dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti,

Digitized by Google

argenti,& habebit eam vxorem,quia humiliauit illam:non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ. 30 Non accipiet homo vxorem patris ſui,nec reuelabit operimentum eius.

Interpretatio litteralis.

a p.1603. DOcemur eã doctrinã. * 1.a Miſericordiã erga proximos exhibendã eſſe. quo actu triſtamur de malo proximorum,cũ affectu ſubueniendi, *Non videbis bouem fratris tui*, &c. 2.b Poſſe creaturas irrationales charitate amari,quatenus eas volumus ad hominum vtilitatem cõſeruari, *Reduces fratri tuo,etiã ſi nõ eſt propinquus*, &c. 3.c Amari charitate omnes homines, *Reduces fratri tuo, etiam ſi nõ ſit propinquus frater tuus, nec noſti eum.* Myſtica interpretatio habetur Exod.23. * 4.d Simulationem eſſe peccatum. &, e Peccati occaſiones vitandas eſſe, *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte feminea: abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc.* 5.f Charitatis actum eſſe, odiſſe peccatum, quatenus diuinæ volũtati contrarium, iuriſq; diuini læſiuum eſſe, *Abominabilis apud Deum eſt, qui facit hæc.* * 6.g Miſericordiam eſſe conſectandam. &, h Cauendum à crudelitate, *Si ambulans per viam,nidum auis inueneris*, &c. Iubet pietatem erga irrationalia,vt aſſueſcant eſſe miſericordes erga homines. 7.i Opera bona, meriti rationem habere. &, k Poſſe bona temporalia ſub meritum cadere. &, l Congruum fuiſſe veteri legi temporalia præmia proponere. &, m Poſſe creaturas irrationales charitate amari, quatenus eas volumus ad honorem Dei, & ad hominum vtilitatem conſeruari, *Abire patieris,vt bene ſit tibi,& longo vinas tempore.* Poterat eſſe actus meritorius matrem pullis incubantem abire permittere: ſi id fieret eo animo,vt ipſe aſſueſceret miſericordiæ erga proximos; vel vt mater conſeruaretur ad iterum nidificandum in hominum vtilitatem. * 8.n Neceſſariam eſſe prudentię Cautionem,*Cum ædificaueris domum nouam,facies murum tecti per circuitum*,&c. Indicant hęc,vſum fuiſſe apud Iſraelitas tectorũ planorum: vbi verſari ſolebant cum domeſticis,& amicis animi cauſa. 9 o Voluntaria eſſe, voluntatique imputari, quæ voluntas poteſt,& debet actu velle,vel nolle:licet nullum ipſa circa illa volitionis, aut nolitionis actum formet. &, p Negligentiam in ijs, quæ quis poteſt, ac debet agere,peccatum eſſe, *Ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente.* * 10.q In veteri lege præcepta ceremonialia eſſe, *Non ſeres vineam tuam altero ſemine*,&c. Prohibet vbi eſſent vites,aliud ſemen ſeri. † vt diſcerẽt,nimiam habendi cupiditarem fugere. 11.r Præcepta ceremonialia veteris legis figuralia fuiſſe. ſeu, Ceremonias veteris legis tum Chriſtum, tum Eccleſiæ mores,tũ ſtatum futuræ gloriæ figuraſſe, *Ne & ſementis, quam ſeuiſti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter ſanctificentur.* Sanctificare, interdũ pro ſegregare ſumitur, c.2730. Statuit fructus vineæ, ac ſementis eſſe immunda, & ſegreganda, nec ijs vllo modo vtẽdum. Cur hoc? vt myſtica,quę ſequuntur,ſignificarentur. 12. *Myſticè.* s Fidem vnam eſſe, quatenus vnum eſt motiuum ad credendum,diuina veracitas:& quatenus idẽ ab omnibus Fidelibus creditur, quidquid credendum proponit Eccleſia. Vinea, Eccleſiæ ſymbolum eſt, c.7849. Vitis, ſymbolum eſt & Eccleſiæ, c.7886. & Chriſti, c.7887. & Diuinæ Sapientiæ,c.7885. Ergo omne aliud ſemen error eſt, non pertinens ad doctrinam diuinam, non ad Chriſtum, non ad Eccleſiam. * 13.t Miſericordiam eſſe conſectandam, & cauendum à crudelitate, *Non arabis in boue ſimul & aſino.* Vexaretur valde aſinus arans cum boue, qui fortior eſt aſino. Myſtica ſignificãtur, ac præcipiuntur. 14. *Myſticè.* u Poſt Euangelij promulgationem licitè legalia ſeruari non poſſe. Bos,ſymbolum eſt populi Iudaici,c.5491. Aſinus,ſymbolũ eſt Eccleſiæ è gentibus collectæ, Sylu.Alleg. v.Aſinus. Arare, eſt in bonum opus incumbere. In Chriſtianis operibus non ſunt admiſcendæ ceremoniæ veteris legis. Vel Bos eſt operarius euangelicus, c.5492. Aſinus,Gentilitas,vt paullo ante dictum eſt.&,Stultus Prou.26.3. Vnde 15. *Myſticè.* x In miniſtrando verbo Dei non eſſe vana, & inutilia miſcenda. vt in primis fabellæ Gentilium ſunt. * 16.y Simplicitatem eſſe conſectãdam,vt duplicitas fugiatur, *Non indueris veſtimento, quod ex lana, linoq; contextum eſt.* * z Præceptum eſt ceremoniale, ac figurale; vt & ſequens præceptum de funiculis,& fimbrijs in quatuor angulis pallij. de quo Num.15.38. * 17.a Formari actum odij,cum appetitus auertitur ab eo,quod malũ æſtimatur, 14 *Poſtea odio habuerit eam.* * 18.b Multorum malorũ originem odium eſſe, *Quæſieritque occaſiones,quibus dimittat eam*,&c. 19.c Detractionẽ eſſe,qua alterius lędituꝛ fama, *Obijciens ei nomen peſſimum*, &c. 15 * 20.d Licere vnicuique ius ſuum tueri, ſe apud Iudicem defendendo, *Tollent eam*

a p.1603. b p.1525. c p.1522. d p.2130. e p.1259. f p.1574. g p.1603. h p.2362. i p.1295. k p.1307. l p.1122. m p.1525. n p.1761. o p.1049. p p.1252. q p.1124. † p.2161. r p.1125. s p.1329. Gloſſ. t p.1603. 2362. u p.865. x p.731. y p.2110. z p.1124. 1125. a p.198. b p.1652. c p.1898. d p.1803.

Digitized by Google

e p.1802. *pater, & mater eius*, &c. * 21. *e* Accusationis vsum licitum esse ad debitũ repetẽdum, *Filiam meam dedi huic vxorem, quam quia odit*, &c. *Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis*. Habet Oleaster, vsum fuisse apud Hebræos seruandi (adhibitis fortasse testibus) pannum, vel vestem illam, super quam cecidit sanguis rupti claustri, cum primum vxor virgo cognita fuit à suo viro. * 22. *f* Ius delicto læsum, pœna compensandum. &, *g* Iustum inter accusatorem, & reum à Iudice faciẽdum. &, *h* Consequi pœnam ad peccatum, quam politica gubernatio præscribit. &, *i* Iustum esse, vt qui voluntariè aliquem per falsam accusationem in periculum grauis pœnæ inducit, ipse simile pœnam patiatur. &, *k* Licitum esse iniurias vlcisci, ad remouẽdum nocumenta. &, *l* Correctionem fraternam, quæ fit per delinquentis punitionem ad solos superiores pertinere. &, *m* Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse. &, *n* In veteri lege præcepta iudicialia esse, de matrimonio, de pœnis, & similibus, *Apprehendẽtq; senes vrbis illius virum, & verberabunt illum*, &c. *Eijcient eam extra fores patris sui*, &c. 23. *o* Fornicationem simplicem peccatum esse, *Moriatur, quia fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui, & auferes malum de medio tui.* 22 * 24. *p* Adulterium esse peccatum, *Si dormierit vir cum vxore alterius*, &c. *q* Alia dogmata habentur supra n. 22. 25. *r* Negligentiam in ijs, quæ quis potest, ac debet agere, peccatum esse, *Puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate*, &c. * 26. *s* Involuntarium esse, nec voluntati imputari, quod violẽti rationem habet respectu voluntatis, *Puella nihil patietur*, &c. *Clamauit, & nullus affuit, qui liberaret eam.* 28 * 27. *t* Speciale luxuriæ peccatũ stuprum esse: quod & puellę iniuriam infert, & patri puellæ, *Si inuenerit vir puellam virginem*, &c. 28. *u* Ius delicto læsum, pœna compensari, *Dabit patri puellæ quinquaginta siclos argenti*, &c. Vid. Exod. 22. 16. 30 * 29. *x* Speciale luxuriæ peccatum esse incestum. quia turpitudinem habet, quæ contraria est honorificentiæ, quæ parentibus debetur. &, *y* Esse congruenter in matrimonio impedimenta, quæ contractum eius nullum reddunt, *Non accipiet homo vxorem patris sui*, &c. Vide Leuit. 20. 11. *Operimentum*, hebr. כנף *Canaph*, Ala, extremitas vestis. fimbriam nouercæ appellat fimbriam patris, quia est in potestate patris eam reuelare.

f p.1799. g p.1804. h p.1278. i p.1875. k p.2095. l p.2103. m p.2104. n p.1126, 1128, 1130. o p.2329. p p.2336. q Vid. supra n. 22. r p.1252. s p.1050. t p.2334. u p.1799. x p.2337. y p.834.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Multa præcipiuntur. 1. Ne admittantur in Ecclesiam Domini eunuchus, mamzer, Ammonites, Moabites. 2. Posse tertia generatione admitti Idumæum, & Aegyptium. 3. Milites à vita licentia abstinere. 4. Ab immunditia nocturna pollutionis purgari. 5. Esse quædam in egestu cauenda, ad munditiem. 6. Seruum fugitiuum recipi, donec domino reconcilietur. 7. Meretricem, & Scortatorem non permitti. 8. Non offerri Domino pretium prostibuli, aut canis. 9. Non fœnerari ad vsuram fratri. 10. Vota Deo statim reddere. 11. Vineæ, agrique sui proximi fructibus modestè vti.

1 NOn intrabit eunuchus, attritis vel amputatis testiculis & abscisso veretro, ecclesiam Domini. 2 Non ingredietur mamzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiam Domini vsque ad decimã generationem. 3 Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini, in æternum: 4 quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: 5 & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitq; maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te. 6 Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. 7 Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptiũ, quia aduena fuisti in terra eius. 8 Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in ecclesiam Domini. 9 Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. 10 Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, 11 & non reuertetur, priusquam ad vesperam lauetur aqua: & post solis occasum regredietur in castra. 12 Habebis locũ extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ, 13 gerens paxillum in balteo. cumque sederis,

fodies

Digitized by Google

fodies per circuitũ, & egeſta humo operies 14 quo releuatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & ſint caſtra tua sãcta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. 15 Non trades ſeruum domino ſuo, qui ad te confugerit, 16 habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requieſcet: ne contriſtes eum. 17 Non erit meretrix de filiabus Iſrael: nec ſcortator de filijs Iſrael. 18 Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretiũ canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod voueris: quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum. 19 Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: 20 ſed alieno. Fratri autem tuo abſque vſura, id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra, ad quam ingredieris poſſidendam. 21 Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. 22 Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. 23 Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. 24 Ingreſſus vineam proximi tui, comede vuas quãtum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. 25 Si intraueris in ſegetem amici tui, franges ſpicas, & manu conteres: falce autem non metes.

Interpretatio mixta.

PRo litterali, & myſtica theologia habes ex hoc capite eam doctrinã. 1. *a* In lege veteri præcepta cęremonialia eſſe; per quę cultus diuini modus Iudaico populo præſcribebatur, ac determinabatur. &, *b* Præcepta ceremonialia veteris legis figuralia fuiſſe, *Non intrabit eunuchus attritis*, &c. v. 1, 2, 3, 8, 10, 11, 12, 13, 18. 2. *c* In lege veteri præcepta iudicialia eſſe. Per quæ Iudaico populo determinabantur iuſtitię inter homines obſeruandæ, *Non trades ſeruum domino ſuo*, &c. verſ. 15, 17, 19, 24, 25.

*3. *d* Oportere aliqua ſpecialia obſeruari in ijs, quæ pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiã adducantur. &, *e* In lege veteri varias obſeruãtias ceremoniales fuiſſe: ad maiorem reuerentiam diuini cultus, *Non intrabit eunuchus*, &c. *eccleſiam Domini*. Aliqui Eccleſiam, pro atrio templi accipiunt: alij pro Synagoga, ſiue populo Iſraelitico. Licebat quidem cuique religionem Iudæorũ amplecti, ſed non omnibus licebat Synagogę priuilegijs frui. vt idem ſit Eccleſiam Domini intrare, quod haberi de populo Dei in omnibus. *f* Quoniam autem omnia in figura contingebant illis, Habes 4. *Myſticè*. *g* Decere in Eccleſia ab Ordinis ſuſceptione arceri aliquos, quod habeãt defectus ſacris miniſterijs non congruentes. &, *h* Non debere indignos ad ordinis miniſteria promoueri. &, *i* Non eſſe cum conſcientia peccati mortalis ad Euchariſtiæ Sacramentum accedendum. &, *k* Eſſe in Eccleſia iuriſdictionẽ ad excludendum, vel ad admittendum ad conſortium militantis Eccleſiæ: quod eſt Excommunicare, vel à vinculo excõmunicationis abſoluere. &, *l* Poſſe peccatores ab Eccleſia excommunicationis pœna puniri. &, *m* Non licere cum excommunicato communicare, niſi charitas obliget, aut præceptũ naturale, *Non intrabit eunuchus*, &c. vſq; ad v. 6. 5. *Myſticè*. *n* Non eſſe cum Infidelibus communicandum, quãdo fidei periculum ſubeſt: *Ammonites, & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabũt eccleſiam Domini*, &c. *6. *o* Licitum eſſe iniurias vlciſci ad remouendũ nocumenta, *Conduxerunt contra te Balaam*, &c. Remouendum eſt periculum falſæ religionis, & idololatrię. *7. *p* Tentationum, & peccandi occaſiones cauendæ, *Non intrabunt eccleſiam Domini in æternum*. *8. *q* Eſſe in Deo prouidentiam. &, *r* Eſſe Dei peculiarem prouidentiam erga pios. &, *s* Eccleſiam à Deo protegi. &, *t* Eſſe Dei amorem erga homines, *Noluit Dominus Deus tuus audire Balaam*, &c. *eo quod diligeret te*.

*9. *u* Deberi conſanguineis cultum ſuum, *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt*. 10. *x* Eſſe benefactoribus grati animi officia exhibenda. &, *y* Debita eſſe, debito decentiæ officia factorum ijs, quibus cõuiuimus, *Non abominaberis Aegyptium: quia aduena fuiſti in terra eius*.

*11. *z* A malis operibus abſtinendum. &, *a* Peccandi occaſiones vitandas, *Quando egreſſus fueris aduersus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala*. 12. *b* Legem veterem præcepta moralia continere, *Quando egreſſus fueris*, &c. & v. 17, 19, 21, 24, 25. *13. *c* Habuiſſe cereſ monias veteris legis virtutem ad tollẽdas immunditias, ſeu irregularitates è ſtatuto legis inductas, *Ad veſperam lauetur aqua*, &c. 14. *Myſticè*. *d* Pœnitentiam agẽdam eſſe, vt peccatorum remiſſio recipiatur. &, *e* Neceſſariũ eſſe Sacramentum

Pœni-

Digitized by Google

Pœnitentiæ ijs,qui poſt Baptiſmũ in mortale peccatum prolapſi ſunt,*Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra.* Gregorius apud Gloſs. nocturnũ ſomnium peccatum occultum interpretatur. *Egredietur extra caſtra,* f quatenus amittitur per peccatũ mortale vita gratiæ: g ac proinde ſeparatur peccator à perfecta vnione cũ Chriſto, & cum Eccleſia; quæ eſt per gratiam, & charitatẽ, *Non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua.* Veſpera, ſymbolum eſt fletus,& pœnitentiæ. *h* Ad remiſſionem peccatorum recipiendam, deteſtatio peccatorum requiritur. Aqua, ſymbolum eſt remiſſionis peccatorum,& gratiæ, can.5349, 5362. *i* Remiſſio peccatorum à Deo fit per gratię infuſionẽ. * 15. *k* Illicitã eſſe in exteriore cultu negligentiam, quæ eſt præter decorum, *Habebis locum extra caſtra, ad quem egrediaris ad requiſita natura,*&c. Vt caſtra ſint munda,& ſine fœtore. * 16. *l* Exhibendam eſſe Deo reuerentiam. &, *m* Sacra ſigna eſſe venerãda, *Dominus Deus tuus ambulat in medio caſtrorum,*&c. Erat Arca in medio caſtrorum cum Sacerdotibus. 17. *n* Eſſe Dei peculiarem prouidentiam erga pios. &, *o* Eſſe in Deo beneficentiã, *Dominus Deus tuus ambulat in medio caſtrorum, vt eruat te,& tradat tibi inimicos tuos.* * 18. *p* Miſericordiæ actũ eſſe, *Non tradas seruum domino suo,* &c. * 19. *q* Fornicationem ſimplicem, peccatum eſſe, *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.* * 20. *r* Non licuiſſe in veteri lege, in qua figuræ ſeruiebatur, oblationes fieri de ijs, quę propter ſignificationem reputabantur immunda, *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis,* &c.

f p.1266. g p.624. h p.412, 800. i p.404. k p.2440. l p.1915. m p.851. n p.83,380, 899. o p.54. p p.1603, 1611. q p.2329. r p.1972.

21. *Myſticè.s* Principium eſſe fidem operum bonorum. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, *Non offeres mercedem proſtibuli: quia abominatio eſt apud Deum.* Meretrix, ſymbolum eſt animæ, quæ reliquerit ſponſum Deum. Huius opera non habent valorem meriti apud Deum. 22. *Myſticè. t* Non poſſe hominem in peccato mortali exiſtentem,& in Dei inimicitia, ſatisfacere. &, *u* Opera mortua, id eſt in ſtatu peccati mortalis facta, non viuificari per pœnitentiam, nec meritum æternæ vitæ recipere,&c. *Non offeres pretium canis in domo Domini Dei tui,*&c. Canis, ſymbolũ eſt hominis iracũdi, & cupidi,& fœdi ob peccata,c. 5589, 5592, 5593, 5595. 23. *x* Pro mutuo vſuram accipere licitũ nõ eſſe, *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram,*&c. *ſed alieno.* Cur permittit fœnerari ad vſuram alieno? An quia Deus eſt omnium Dominus? proinde poteſt transferre dominium bonorũ ab vno in alium. An quia alieni hoc in loco intelliguntur Gentiles habitantes in terra promiſſionis? horum autẽ bona omnia iam tradita fuerant à Deo Iſraelitis. An alieni intelliguntur hoſtes, cum quibus eſt iuſtum bellum? 24. *y* Bona opera meriti rationem habere. &, *z* Poſſe bona temporalia ſub meritum cadere, *Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo.* * 25. *a* Licitum eſſe votum. &, *b* Eſſe Deo reddenda, quæ voueris, *Cum votũ voueris Domino Deo tuo,*&c. * 26. *c* In præceptis iudicialibus veteris legis agi de pertinentibus ad conciues ad inuicem, *Ingressus vineam proximi tui, comede vuas,* &c.

u p.799. t p.811. x p.1913. y p.1295, 1299. z p.1122, 1307. a p.1977. b p.1979. c p.1128.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Agitur 1. De libello repudii. 2. De nuper coniugato. 3. De pignoribus. 4. De vendente fratrem in seruum. 5. De lepræ plaga. 6. De mercede soluenda. 7. De pœnis, & iudiciis. 8. De misericordia in pauperes.

1 SI acceperit homo vxorem,& habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquã fœditatem: ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua. 2 Cumq; egreſſa alterum maritum duxerit, 3 & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij,& dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit: 4 non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram Domino: ne peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi poſſidendam. 5 Cùm acceperit homo nuper vxorem, nõ procedet ad bellum, nec ei quippiam neceſſitatis iniungetur publicæ, ſed vacabit abſque culpa domi ſuæ, vt vno anno lætetur cum vxore ſua. 6 Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam: quia animã ſuam oppoſuit tibi. 7 Si deprehenſus fuerit homo ſolicitans fratrem ſuum de filijs Iſrael, & vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui.

8 Ob-

Digitized by Google

8 Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcûque docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id quod præcepi eis, & impleſolicitè. 9 Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via cùm egrederemini de Ægypto. 10 Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas: 11 sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. 12 sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, 13 sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiens in vestimẽto suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. 14 Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: 15 sed eadẽ die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animã suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. 16 Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. 17 Nõ peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. 18 Memento quòd seruieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. 19 Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulũ reliqueris, non reuerteris vt tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. 20 Si fruges collegeris oliuarum, quidquid remanserit in arboribus, non reuerteris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ. 21 Si vindemiaueris vineam tuam, nõ colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. 22 Memento quòd & tu seruieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

Interpretatio litteralis.

HVius capitis theologia est. 1. *a* In lege veteri præcepta iudicialia esse. per quæ determinabantur iustitiæ inter homines obseruandæ. &, *b* In præceptis iudicialibus veteris legis agi de pertinentibus ad iudicia, ad vxores, ad seruos, ad venditiones, & ad similia, *Si acceperit homo vxorem*, &c. vsque ad finem capitis.

a p.1126.

b p.1128, 1130.

c p.831. * 2. *c* Matrimonium licitum esse, *Si acceperit homo vxorem*. Est autem matrimonium cõtractus viri, & fœminę legitimus: quo mutua potestas corporum traditur. *d* Cum autem matrimonij nexus sit perpetuus, & indissolubilis, vt Christus docet in Euangelio: cur Moyses admittit libellum repudij? *e* Respondet Christus, Moysem non præcepisse libellum repudij, sed permisisse: ad vitandũ vxoricidium. † & fortasse intercessit Dei dispensatio, vt matrimonium cum repudiata esset licitum. Deus enim est dominus corporum, & potest transferre eorum dominium. Eam dispensationem reuocauit Christus in Euangelio. Porrò † libellus repudij apud Israelitas mysticè significabat Synagogã à Deo reprobandam. * 3. *f* Esse congruenter in matrimonio impedimenta, quæ contractũ eius nullũ reddunt, *Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem*, &c. 4. *g* In lege veteri præcepta cęremonialia esse, ad maiorem reuerentiã diuini cultus, *h* & ad Christi mysteria figuranda, *Non poterit prior maritus recipere eã in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino.* Censetur polluta per semen alterius viri. qui autem immundum tangebat, reddebatur immundus, respectu Tabernaculi. id significat *Coram Domino.* 5. *i* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Ne peccare facias terram tuam*, &c. Peccatum sumi solet pro pœna irrogata peccato, c. 2005. Ne, inquit, sis causa calamitatis in terra ob tuum peccatum. Erat autem peccatum, immundum tangere. 6. *Mysticè.* *k* Ecclesiam veram esse vnam. &, *l* Fidem vnam esse, quatenus vnum est motiuum ad credendum diuina veracitas; & quatenus idẽ ab omnibus Fidelibus creditur; quidquid credendum proponit Ecclesia, *Non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta*, &c. Per fidem Christus desponsat sibi Ecclesiam. quare alteri viro adhærere, est deserere fidem Christi. Non potest esse vnio cum Christo, donec pollutio adest alterius doctrinæ, ac fidei. * 7. *m* Licitum esse matrimonium. &, *n* Licere ijs delectationibus tactus moderatè vti, quæ necessaria non sunt, si sint conuenientia. &, *o* Non licere à delectationibus tactus abstinere cum alterius iniuria. vt si coniux' coniugi debitũ nollet reddere. &, *p* Debere coniuges sese inuicẽ colere, *Cum acceperit homo nuper vxorẽ, non procedet ad bellum*, &c.

d Trid. sess. 24. de Matrimonio.

e Matt. 19.

† *Ita putãt multi apud Sãchez tom. 3. de Matrimonio, lib. 1. disput. 1. & apud Cornelium in Deut. 24.*

f p.1431.

g p.858, 1124.

h p.859. 860, 1125.

i p.1279.

k p.628.

l p.1329.

m p.831.

n p.2264.

o p.2275.

p p.2046.

* 8.

Digitized by Google

q p.1603. *8.q Charitatis actum esse Misericordiam 6
propter Deum, *Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam: quia animam suã opposuit tibi.* Anima pro vita sumitur, c.1565. Vita cibo conseruatur.
r p.1860. cibus mola paratur. *9.r Esse furtũ illicitum, *Si inuentus fuerit homo solicitãs fratrem suum* (hebr. furãs) *de filiis Israel*, &c. 7
s p.1278. 10.s Consequi pœnas ad peccatum, quas
t p.2104. politica gubernatio præscribit. &, t Pro culpæ quantitate pœnas licitas esse, *Interficietur.* 11.u Licitum esse iniurias vlcisci
u p.2095. ad remouendum nocumenta, *Auferes malum de medio tui.* *12.x In veteri lege 8
x p.1126. præcepta iudicialia fuisse, y in quibus age-
y p.1127. batur de reuerẽtia suis superioribus exhibenda. &, z Fuisse præcepta cęremonialia,
z p.858, 860, 1125. ad maiorem reuerentiam diuini cultus; & ad fidei nostrę mysteria figurãda, *Obserua diligenter ne incurras plagã leprę*, (hebr. & LXX. Obserua te in plaga leprę) *sed facies quæcũque docuerint te Sacerdotes*, &c.
a p.2078. 13. *Mystice.* a Debere superiores instructionibus bonos in subditis mores procurare. &, b Deberi suis superioribus à subb p.2061. ditis obediẽtiam. &, c Soli Sacerdoti con-
c p.805. fessionem sacramentalem faciendam esse.
d p.802. &, d Veram pœnitentiam propositũ satisfaciendi, ac ipsam satisfactionẽ includere, quatenus oportuerit, *Facies quæcũque docuerint te Sacerdotes*, &c. Sacerdotium veteris legis, noui testamẽti Sacerdotium figurauit, Hebr. 7. & 17. Leprosus, peccatoris hominis symbolum est, Isa. 53. 4. ex
e p.1754. Ruperto 8. in Ioan. *14.e Præteritorum 9
memoriam ad prudentiam requiri, *Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via.* &c. *15.f Esse misericor- 10
f p.1603. diam cũ proximis exercendam, *Cum repe- 11
tes à proximo tuo rem aliquam, quam de- 12
g p.1952. bet tibi*, &c. 16.g Actum virtutis esse alijs 13
benedicere, id est verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari, *Vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi.* 17.h Opera bo-
h p.1295. na meriti rationem habere. &, i Posse ho-
i p.1299. minem aliquid à Deo mereri, *Et habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.* Iustitia, pro Iure accipi solet, c.1818. Ius, per
k p.644. meritum habetur. 18.k Esse iustos homi-
l p.363. nes in Ecclesia. &, l Gratiam iustificantem animæ infusam, reddere hominem hæredem cæli, *Et habeas iustitiam coram*

14 *Domino.* *19.m Locationis, & condu- m p.1791.
15 ctionis contractum esse. &, n Ius alterius n p.1800.
compensandum, iussumque faciendum esse debiti solutione. &, o Iustitiam com- o p.1808.
mutatiuam esse. &, p Restitutionem esse p p.1835.
statim faciendam. Est enim illicitum rem alienam iniustè retinere. &, q Facere q p.1818.
iniustum, peccatum esse, *Non negabis*
16 *mercedem indigentis*, &c. *20.r Non r p.2105.
esse pœnas, nisi pro culpa infligendas. &,
s Illicitum esse interficere innocentem, s p.1847.
Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Contingit interdum puniri filios, non punitis parentibus: quia imitantur peccata parentum, quæ Deus ex misericordia non punierat in parentibus. Contingit interdum vnum pro peccato alterius puniri. quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis pars est communitatis, S. Thomas 2. 2. q. 108. a. 4. vide Extrauag. Dierum,
17 de pœnis, & Leon. I. ep. 86. c. 4. *21.t Pec- t p.1819.
catum esse iudicium peruersum, & iniustum. est enim contra rectitudinem iustitiæ, *Non peruertes iudicium aduenæ, & pupilli.* 22.u Esse misericordiam exhiben- u p.1609.
dam, *Nec auferes pignoris loco viduæ ve-
18 stimentum.* *23.x Amare quemque de- x p.1523.
22 bere suum proximum sicut seipsum. &,
y Præteritorum memoriam ad prudẽtiam y p.1754.
requiri. &, z Diuinos mores esse imitan- z p.1599.
dos, *Memento quod seruieris in Aegypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.*
19 *24.a Esse pauperes eleemosynis iuuan- a p.1607.
20 dos, *Quando messueris segetem in agro
21 tuo*, &c. 25.b Præclarum liberalitatis b p.2160.
22 actum esse, diuitias alijs honestè largiri. &, c Vitiosum esse, diuitias in alios non c p.2162.
profundere ob immoderatum in eas affectum, *Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illum*, &c. 26.d Esse d p.1622.
plurimorum bonorum causam eleemosynam. &, e Opera bona meriti rationem e p.1295.
habere. &, f Posse hominem aliquid à Deo f p.1299.
mereri. &, g Posse bona temporalia sub g p.1307.
meritum cadere. &, h Congruum fuisse h p.1122.
veteri legi temporalia præmia proponere, *Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

SVMMA.

Agitur 1. De iudiciis, & pœnis. 2. De ſuscitando semine fratris ſui. 3. De iuſto faciendo in venditionibus. 4. De vindicta ex Amalecitis sumenda.

1 SI fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. 2 Sin autē eum qui peccauit, dignum viderint plagis: proſternent, & corā ſe facient verberari. Pro menſura peccati erit & plagarū modus: 3 ita dumtaxat, vt quadragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. 4 Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. 5 Quādo habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui: 6 & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt nō deleatur nomen eius ex Iſrael. 7 Sin autem noluerit accipere vxorem fratris ſui, quæ ex lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: Non vult frater viri mei ſuſcitare nomen fratris ſui in Iſrael: nec me in coniugem ſumere. 8 Statimque accerſiri eum facient, & interrogabunt. Si reſponderit: Nolo eam vxorem accipere: 9 accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui. 10 Et vocabitur nomen illius in Iſrael, Domus diſcalceati. 11 Si habuerint inter ſe iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volenſq; vxor alterius eruere virum ſuum de manu fortioris, miſeritq; manum, & apprehenderit verenda eius: 12 abſcides manum illius: nec flecteris ſuper eam vlla miſericordia. 13 Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus: 14 nec erit in domo tua modius maior & minor. 15 pondus habebis iuſtum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore ſuper terrā, quā Dominus Deus tuus dederit tibi. 16 abominatur enim Dominus Deus tuus eum qui facit hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam. 17 Memento quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Ægypto: 18 quomodo occurrerit tibi: & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum. 19 Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & ſubiecerit cunctas per circuitum nationes, in terra, quam tibi pollicitus eſt: delebis nomen eius ſub cælo. Caue ne obliuiſcaris.

Interpretatio litteralis.

DOctrina theologica eſt * 1. 1 *a* Accuſationis vſum licitum eſſe ad debitum repetendum. &, *b* Licere cuique ius ſuum tueri; ſe apud Iudicem defendēdo, *Si fuerit cauſa inter aliquos, et interpellauerint iudices.* 2. *c* Iuſtum inter accuſatorem, & reum à Iudice faciendū, *Quem iuſtum esse perspexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt: quem impium condemnabunt impietatis.* * 3. *d* Ius delicti læſum, pœna compenſari. 2 &, *e* Debitum eſſe pœnale pœnæ reatum. &, *f* Superioris eſse, ſubditorū male facta pœnis compēſari, *Sin autem eum, qui peccauerit, dignū uiderint plagis, proſternent, & coram ſe facient verberari.* 4. *g* Pro culpæ quantitate, pœnas licitas eſſe, *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus.*

3 * 5. *h* Crudelitatem peccatū eſſe. Illicitus enim eſt exceſſus in pœnis exigendis. *Quadragenarium numerum* (plagæ) *non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.* 6. *i* In lege veteri præcepta iudicialia eſſe. in quibus, præter alia, *k* agitur de iudicijs, & pœnis, *Si fuerit cauſa inter aliquos*, &c. v. 1, 2, 3. * 7. *l* Beneficentiam, & *m* liberalitatē eſſe proſequendam. &, *n* Ius alterius compenſandum, iuſtumq; faciendum eſſe debiti ſolutione, *Non alligabis os bouis terentis in area fruges tuas.* 8. *Myſticè.* *o* Eſſe Dei miniſtris ad victum neceſſaria miniſtranda, *Non alligabis*, &c. Ita hunc locum interpretatur Paulus 1. Corinth. 9. & 1. Tim. 5.

a p. 1802. b p. 1803. c p. 1804. d p. 1799. e p. 1797. f p. 2099. g p. 2204. h p. 2362. i p. 1126. k p. 1128. l p. 1605. 1606. m p. 2160. n p. 1800. o p. 1975, 1976.

Digitized by Google

p p.646, 700. p Eſſe ſacrorum, & verbi miniſtros in Eccleſia, *Bos triturans*, ſacri miniſtri ſymbolum eſt. & operarij euangelici, c.5492.

q p.1126, 1130. *9.q In præceptis iudicialibus veteris legis agi de modo domeſticæ cõuerſationis, *Quando habitauerint fratres ſimul*, &c. 5 6

r p.831. 10.r Matrimonium licitum eſſe, cauſa filiorum, *Accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui.* 11.s Vſum eſſe

s p.2153. nomina imponendi & perſonis, & rebus, tum ad hominum ſocietatem conſeruandam, tum ad rerum cognitionem tradendam, *Primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel.* vid. v.10. Videtur hoc in loco *Nomen* accipi pro perſona, c.1931. vt nomine illius appellare, ſit ſubſtituere pro

t p.1802. illo. Ita Aug. *12.t Accuſationis vſum licitum eſſe ad debitum repetendum. & 7

u p.1803. u Licere cuique ius ſuum tueri, ſe apud

x p.1126, 1128. Iudicem defendendo. &, x In lege veteri præcepta iudicialia eſſe de iudicijs, & pœnis, *Perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu*, &c.

y p.1713. *13.y Inquiſitione vtendum ad prudenter agendum. &, 8

z p.2416. z Aliorum facta inquirere licitum; vt officio debitè ſatisfacias, *Statimque accerſiri eum facient, & interrogabunt.* *14.a Ius delicto læſum, pœ- 9

a p.1799. na compenſari. &, b Pro culpæ quantita- 10

b p.2104. te, pœnas licitas eſſe, quæ gloriã adimunt, 11 *Tollet calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem illius*, &c. *Et vocabitur nomen illius in Israel Domus discalceati. Miseritque manum, & apprehenderit verenda, abscindes manum illius*, &c. Magnum probrum infertur viro, ſi mulier rixans, eius verenda apprehendat. Par eſt 12 magnam iniuriam, graui pœna compenſari. Præterea id agens, maximè peccat mulier contra honeſtatem, & verecũdiam.

c p.1908. *15.c Fraudem in venditione peccatum 13 eſſe contra iuſtitiam. vt cum in re, quæ 14 venditur, eſt defectus ad quantitatem 15

d p.2119. ſpectans. &, d Eſſe mendacium pernicioſum, quod fit intentione nocendi. Ad hoc 16 genus mendacij ſpectant fraudes, & doli, *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus*, &c. 16.e Magnorum bo-

e p.1814. norum cauſam eſſe iuſtitiam. &, f Magno-

f p.1815. rum malorum eſſe cauſam iniuſtitiam. &, g Opera bona meriti rationem habere.

g Vide ſupra in fi. cap. 24. lit. a, fig. b. & alia dogmata, quæ allata sũt ſupra c.24. in fine, *Vt multo viuas tempore in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.*

17. h Charitatis actum eſſe, odiſſe peccatum, quatenus diuinæ voluntati contrarium, iuriſq; diuini leſiuum eſt. &, i Deum 17 iuſtum eſſe, & k vltorem male agentium, 18 *Abominatur Dominus Deus tuus eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniuſtitiam.* Odium cum de Deo dicitur, ſymbolicè accipitur pro Dei iuſtiſſima voluntate inferendi pœnas impijs, & ſubtrahendi ab illis ſuam gratiam, c.6833. *18.l Iici- 19 tum eſſe iniurias vlciſci, ad remouendum nocumenta. &, m Pro culpæ quantitate, pœnas licitas eſſe. &, o Etiam multitudinem eſſe puniendam, cum contingit multitudinem peccare. &, p Iuſtum bellum non eſſe illicitum. &, q Conſequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. &, Peccatorem occidere peccatum non eſſe, ſi legitimè fiat, ob bonum commune, *Memento quæ fecerit tibi Amalec in via*, &c.

h p.1574. i p.44. k p.23. l p.2095. m p.2104. o p.2101. p p.1676. q p.1279.

19. r Iniuriam inferri Deo, lædique ius diuinum per peccatum. &, s Eſſe Deum timendũ, *Et non timuerit Deum.* 20.t Præteritorum memoriam ad prudentiã requiri, *Memento quæ fecerit tibi Amalec*, &c.

r p.1264. s p.38. t p.1754.

21. u Dei, x ſuperioriſque præceptis parendum eſſe, *Caue ne obliuiscaris.*

u p.2066. x p.2061.

Interpretatio myſtica.

5 6 7 *QVando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit*, &c. Ex Auguſtino contra
8 Fauſtum l.22.c.10. & Greg.1.Paſtor.c.5.
9 1.a Fratres in eadem domo, ſunt Chriſtus, 10 & Apoſtoli, horumq; ſucceſſores in Eccleſia. Ite, inquit Chriſtus, nunciate fratribus meis. 2. Frater moritur ſine liberis: quatenus Chriſtus, quando mortuus eſt, electorum numerum adhuc non impleuit. 3.b Fratri ſemen ſuſcitat, qui verbi prædicatione, & Sacramentis per gratiam filios Chriſto gignit. 4.c Filium nomine fratris appellat, cum Doctor non ſuam, ſed Chriſti doctrinam prædicans, auditores verè Chriſtianos, non Hæreticos, vt Luteranos, vt Caluiniſtas reddit. & cum non ſuam, ſed Chriſti gloriam quærit. 5.d Non vult vxorem fratris ſuſcipere; cum Sacerdos renuit Eccleſiam iuuare. 6.e Diſcalceatur altero pede, qui ſolum ſuam, non etiam proximi vtilitatem intendit.

a p.634, 636, 637. b p.623, 624. c p.39, 91. 2235. d p.397. e p.1523.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

SVMMA.

Duo præcepta traduntur: altorum de primitiis frugum Deo offerendis: alterum de frugum decimis anni tertii Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ largiendis.

1 VMque intraueris terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam atque habitaueris in ea: 2 tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergesq; ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: 3 accedesque ad Sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in Terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. 4 Suscipiensque Sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui: 5 & loqueris in conspectu Domini Dei tui: Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in pauciſſimo numero: creuitque in gentem magnam ac robustam & infinitæ multitudinis. 6 Afflixeruntq; nos Ægyptij, & persecuti sunt imponentes onera grauissima: 7 & clamauimus ad Dominum Deum patrum nostrorum: qui exaudiuit nos, & respexit humilitatē nostram, & laborem, atque angustiam: 8 & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis: 9 & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. 10 Et idcirco nunc offero primitias frugum Terræ, quā Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in cōspectu Domini Dei tui, & adorato Domino Deo tuo. 11 Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecum est. 12 Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur: 13 loqueriſque in conspectu Domini Dei tui: Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi: non præteriui mandata tua, nec sum oblitus imperij tui. 14 Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quidquam in re funebri. Obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. 15 Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & Terræ, quā dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. 16 Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. 17 Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius, & custodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. 18 & Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: 19 & faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

Interpretatio litteralis.

HAbes eā theologiam.* 1.*a* Aliquas oblationes esse necessariò offerendas. &, *b* Esse Sacerdotibus oblationes offerendas. &, *c* Ex rebus à Deo nobis datis, aliquid exhibendum in eius honorem. &, *d* Fuisse in veteri lege iure diuino determinatū de primitijs offerendis Deo, *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias*, &c. v. 1,2,3,4. * 2.*e* Debitas esse Deo actiones gratiarum pro beneficijs ab ipso receptis, 7 *Profiteor hodie corā Domino Deo tuo*, &c. 8 vsque ad v. 10. 3.*f* Oportere aliqua spe- 9 cialia obseruari in ijs, quæ pertinent ad 10 cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducantur. &, *g* In lege veteri varias obseruātias cæremoniales fuisse, ad maiorem reuerentiam diuini cultus, *Suscipiensque Sacerdos cartallum de manu tua*, &c. 4.*h* Licere persecutiones fugere: cum maior Dei gloria ex fuga, & Ecclesiæ vtilitas speratur. &, *i* Licere timen-

a p.1969. b p.1970. c p.1973. d p.1974. e p.2083. f p.844. g p.858. h p.916. i p.2200.

Digitized by Google

timendo, fugere id, quod eſt ſecundũ rectã
k p.884, 885. 886, 887, 888. rationẽ fugiendum. Et *Myſticè*, k Eccleſię hoſtes, ac perſecutores eſſe, *Syrus perſequebatur patrem meum*, &c. *Afflixeruntq; nos Aegyptii*, &c. Scimus Laban, qui erat ex Meſopotamia Syriæ, perſecutum fuiſſe Iacobum Iſraelitarũ patrem. fortaſſe aliæ Syrorum perſecutiones fuerũt, de quibus non eſt alia mentio in Scripturis ſacris.
l p.320. 5. l Hominum ex hominibus generationem eſſe, *Creuitque in gentem magnam.*
m p.1927. 6. m Diſpoſuiſſe Deum multa non niſi petentibus elargiri. &, n Poſſe temporalia ad
n p.1931. finem honeſtum peti. &, o Deſideriũ pium
o p.1941. in petente requiri, vt eius oratio ſortiatur effectum, *Clamauimus* (en deſiderium) *ad Deum patrũ noſtrorum: qui exaudiuit nos.*
p p.55. 7. Eſſe Deum p exorabilem, & q miſericordem, & r beneficum, *Qui exaudiuit*
q p.56. *nos, & respexit humilitatem noſtram*, &c.
r p.54. 8. s Eſse Deo adorationis reuerentiã exhi-
s p.1957. bendam, *Et adorato Domino Deo tuo.*
t p.1173. * 9. t Delectationes aliquas bonas eſſe. &, 11
u p.2264. u Licere ijs etiã delectabilibus moderatè vti, quæ neceſſaria non ſunt: ſi ſint loco, tempori, nobis, & ijs, quibus conuiuimus, conueniẽtia, *Epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi*, &c.
x p.1973. * 10. x Debere quẽque ex rebus ſibi datis 12 à Deo, aliquid exhibere in eius honorem.
y p.1976. &, y Iudiciale Dei præceptũ fuiſſe in veteri lege, Eſse decimam prouentũ partem Leuitis dandam. &, z Eſse pauperes eleemoſynis iuuandos, *Quando compleueris decimam cunctarum frugum*, &c. Innuitur cõſueuiſſe Iſraelitas ſeruare domi decimas primi, & ſecũdi anni, & cum decimis tertij anni eas largiri Leuitis, & indigentibus.
z p.1607. 1608, 1623, 1624.
a p.2066. * 11. a Eſse Dei præceptis parendum in 13 omnibus, *Non præteriui mãdata tua*, &c. 14
b p.2034. 12. b Peccatũ eſſe ſacrilegiũ, quo violatur res ſacra per irreuerentiam, *Non comedi*
c p.2231. *ex eis in luctu meo*, &c. 13. c Bonum ſuum cognoſcere, & approbare, nõ eſſe peccatũ, *Non præteriui mandata tua*, &c. *Non comedi ex eis*, &c. Non licebat ex rebus Deo ſacris aliquid comedere, cum quis erat triſtis, aut immundus; aut eis vti ad cultum idolorum, aut alium vſum immundũ, qualia erant conuiuia in funeribus ſuorum.
15 * 14. d Opera bona meriti rationẽ habere, d p.1295.
Feci omnia, quæ præcepiſti mihi. Reſpice de ſanctuario tuo, &c. 15. e Eſſe orationis for- e p.1954.
mulas, quibus vtendũ, *Loqueris in conſpectu Domini Dei tui: Abſtuli quod ſanctificatum eſt*, &c. 16. f Poſſe temporalia ad f p.1931.
finem honeſtum peti, *Benedic terræ, quam dediſti nobis.* 17. g Congruum orationi g p.1949.
rationem impetrandi aſſociare, Dei bonitatem, *Benedic terræ, quam dediſti nobis, ſicut iuraſti patribus noſtris, terra lacte &*
16 *melle mananti.* * 18. h Eſse diuinis præ- h p.2066.
17 ceptis parendum, & i volũtatem noſtram i p.1572.
cum diuina conformandam, *Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi*, &c. 19. k Eſse k p.146.
in homine liberum arbitrium. &, l Poſſe l p.402.
hominem Deo vocanti reſiſtere. &, m Elem p.162.
ectionis actũ eſſe, *Dominum elegiſti hodie*
18 *vt ſit tibi Deus*, &c. * 20. n Eſse Deũ agen- n p.26.
tem liberum. &, o Eſse à Deo vocationem o p.394.
à ſtatu peccati ad ſtatũ gratiæ. &, p Fidem p p.1351.
eſse donum Dei, *Dominus elegit te hodie*
19 *vt ſis ei populus peculiaris*, &c. * 21. q Præ- q p.2065.
clara obedientiæ præmia eſse. &, r Noſtræ r p.1573.
cum diuina voluntate conformationem præſtantiſſimorum bonorum cauſam eſſe, *Et faciat te excelſiorẽ cũctis gentibus*, &c.
22. s Eſse homines à Deo. &, t Eſse Deum s p.115.
Creatorem omnium, *Excelſiorem cunctis* t p.41.
gentibus quas creauit. 23. u Finem omniũ u p.90, 91.
operum diuinorũ eſſe gloriam Dei, *Quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam.* 24. x Eſse Deum laudandum, ac x p.1998.
benedicendum, *In laudem ſuam.* 25. y Di- y p.39.
gnum eſse diuinum bonum, quod infinito modo cognoſcatur, & manifeſtetur, *Quas creauit in gloriam ſuam.* Gloria, pro clara de aliquo cognitione, ac fama, & pro manifeſtatione alicuius boni præſtantioris ſumi ſolet, c. 1672, 1676.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SVMMA.

Iubentur Iſraelitæ tranſito Iordane erigere altare, & in lapidibus ſcribere omnia verba legis; & ſex tribus ſtare ad benedicendum in monte Gariz̃im, ſex ad maledicendum in monte Hebal. Traditur forma maledictionum, quas erant Leuitæ pronunciaturi.

1 Ræcepit autem Moyſes & ſeniores Iſrael, populo dicentes: Cuſtodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. 2 Cumque tranſieritis Iordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce læuigabis eos, 3 vt poſſis in eis ſcribere omnia verba legis huius, Iordane tranſmiſſo: vt introeas terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, ſicut iurauit patribus tuis. 4 Quando ergo tranſieritis Iordanem, erigite lapides, quos

ego

Digitized by Google

ego hodie præcipio vobis, in monte Hebal, & læuigabis eos calce: 5 & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, de lapidibus quos ferrum non tetigit, 6 & de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, 7 & immolabis hostias pacificas, comedesque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo. 8 Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. 9 Dixeruntq; Moyses & Sacerdotes Leuitici generis ad omnẽ Israelem: Attende, & audi Israel: hodie factus es populus Domini Dei tui: 10 audies vocem eius, & facies mandata atque iustitias, quas ego præcipio tibi. 11 Præcepitque Moyses populo in die illo, dicens: 12 Hi stabunt ad benedicendum populum super montem Garizim, Iordane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph, & Beniamin. 13 Et è regione isti stabunt ad maledicendũ in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aser, & Zabulon, Dan, & Nephthali. 14 Et pronunciabunt Leuitæ, dicentq; ad omnes viros Israel excelsa voce: 15 Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetq; illud in abscõdito. & respondebit omnis populus, & dicet: Amen. 16 Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem. & dicet omnis populus: Amen. 17 Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus: Amen. 18 Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus: Amen. 19 Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ. & dicet omnis populus: Amen. 20 Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lecti eius. & dicet omnis populus: Amen. 21 Maledictus qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus: Amen. 22 Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ. & dicet omnis populus: Amen. 23 Maledictus qui dormit cũ socru sua. & dicet omnis populus: Amen. 24 Maledictus qui clam percusserit proximum suum. & dicet omnis populus: Amen. 25 Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis. & dicet omnis populus: Amen. 26 Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus: Amen.

Interpretatio litteralis.

COlligitur ea theologia. * 1.*a* Debitas esse Deo gratiarũ actiones pro beneficijs ab ipso receptis. Iubentur Israelitæ transito Iordane, gratias agere Deo de ingressu in terram promissionis, offerendo ei sacrificia. 2.*b* Oportere aliqua specialia obseruari in ijs, quę pertinent ad cultum Dei: vt hominum animi ad maiorem Dei reuerentiam adducantur. &, *c* Debere creaturas rationales debitum cultum, & honorem exhibere Deo. &, *d* Materialia, & sẽsibilia quędam conueniẽter in cultum exhiberi Deo; vt templa, vt altaria. &, *e* Congruum adorationem etiam exteriorẽ exhibere Deo. Præcipua autem exterior adoratio est sacrificium, *Aedificabis altare Domino*, &c. *& offeres super eo holocausta*, &c. 3.*f* Signis executionis memoriam excitandam esse, *Et scribes super lapides omnia verba legis huius plane, & lucidè*. 4.*g* Delectationes aliquas bonas esse. vt supra cap. 26. v. 11. *Epulaberis coram Domino Deo tuo.* * 5.*h* Esse Dei præceptis parẽdũ, *Attende, & audi Israel*, &c. *audies vocem eius*, &c. * 6.*i* Orationi communi congruũ locum publicũ esse, *Hi stabunt ad benedicẽdum populo super montem Garizim*, &c. Garizim, & Hebal, colles vicini iuxta Sichem. 7.*k* Actum virtutis esse alijs benedicere, id est verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari, *Hi stabunt ad benedicendum populo iuxta montem Garizim*, &c. 8.*l* Maledictionem licitã esse, si quis imperet, aut optet malum alterius sub ratione boni, vt sub ratione iusti, aut vtilis. &, *m* Maledictionem culpæ illicitam non esse, *E regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal*, &c. Cogitandum, vt indicatur Iosue 8. in fine, stetisse Sacerdotes cum Arca in medio loco inter montes Garizim, & Hebal, & circum Sacerdotes Leuitas, & iuxta montem Garizim sex tribus, iuxta montem Hebal sex alias; & à Leuitis pronunciatas fuisse benedictiones versus mõtem Garizim, respondentibus omnibus Israelitis, Amen; & pronunciatas maledictiones versus montem Hebal, item omnibus respondentibus, Amen. Non fit benedictionum mẽtio. Probabile eas fuisse singulas singulis maledictionibus oppositas. * 9.*n* Esse orationis formulas quibus vtendum, *Pronunciabunt Leuitæ, dicentq; ad omnes viros Israel*, &c. * 10.*o* Idololatriã peccatũ esse, *Maledictus homo, qui facit sculptile*, &c. 11.*p* Idolum esse, falsoque haberi

a p.2083. b p.844. e p.1915. d p.1919. e p.1960, 1962. f d.4111. g p.1172, 2264. h p.2066. i p.1947. k p.1952. l p.1904. m p.1905. n p.1954. o p.2007. p p.7.

Digitized by Google

haberi deum quidquid vt Deus colitur
præter vnum Deum, *Qui facit ſculptile, & conflatile, abominationem Domini*, &c
q p.1293. 12. *q* Congruum à male agendo pœnarum
comminatione deterrere, *Maledictus homo*,
r p.1183. *mo*, &c. 13. *r* Odium aliquod bonum eſſe.
s p.1574. &, *s* Charitatis actum eſſe, Odiſſe peccatũ
quatenus diuinę voluntati contrarium eſt,
t p.1264. iuriſq; diuini læſiuum. &, *t* Iniuriã inferri
Deo, lædique ius diuinum per peccatum,
u p.164. *Abominationem Domini*. 14. *u* Conſenſus
actum formari, cum voluntas applicat ſe
ad id, quod eſt ei per conſiliũ ab intellectu
propoſitum tanquam expetendum, *Respondebit omnis populus, & dicet: Amen.*
Particula hebraica נא *Amen*, quæ Verè,
Veritas latinè vertitur, adhibetur ad aliquid confirmandum. Aſsenſum, & approbationem ſignificat: vt idem ſit Amen,
quod Veritas eſt hoc, vel Verum ſit hoc,
y p.2039. Fiat hoc, Sit ratum, c. 2811. * 15. *y* Deberi 16
z p.2040. parentibus reuerentiã à filijs; *z* & ſuſtentationis obſequium, ſi eo indigere contigerit; *a* & obedientiam, *Maledictus qui*
a p.2042. *non honorat patrem ſuum, & matrem*.
Honorare, interdum ponitur pro Alere,
muneribus iuuare, præmia cõferre, c. 2663.
b p.1860. * 16. *b* Rem alienam vſurpare inuito do- 17
mino, peccatũ eſſe, *Maledictus qui tranſfert terminos proximi ſui*. Hebr. Retrocedere facit. * 17. *c* Mendacium pernicio- 18
c p.1119. ſum, graue peccatum eſſe, *Maledictus qui*
d p.1819. *errare facit cæcum in itinere*. * 18. *d* Pec- 19
catum eſſe iudicium peruerſum, & iniuſtum, *Maledictus qui peruertit iudicium*
e p.2337. *aduenæ, pupilli, & viduæ*. * 19. *e* Speciale 20
luxuriæ peccatum eſſe Inceſtum. Turpi- 22
tudinem habet, quæ contraria eſt honori- 23
ficentiæ, quæ parentibus debetur, *Maledictus qui dormit cũ vxore patris ſui*, &c.
Cum ſorore ſua, &c. *Cum ſocru*, &c.
f p.2340. * 20. *f* Luxuriæ, quæ contra naturam eſt, 21
ſpeciale peccatũ eſſe Beſtialitatem, *Maledictus qui dormit cum omni iumento*.
g p.1844. * 21. *g* Non licere non habenti publicam 24
auctoritatem, occidere quẽquam, neque
peccatorẽ, *Maledictus qui clam percuſſerit proximũ ſuum*. 22. *h* Proditionis actus
h p.2128. illicitos eſſe, *Maledictus qui clam*, &c.
i p.1844. * 23. *i* Illicitum eſſe interficere innocen- 25
1847. tem. &, *k* Graue peccatum auaritiam eſſe:
k p.2164. ſi propter amorem diuitiarum non vereatur quis contra Dei, vel proximi charitatẽ agere, *Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam ſãguinis innocentis*.
l p.2066. * 24. *l* Teneri hominem in omnibus diui- 26
m p.2072. nis præceptis obedire. &, *m* Inobedientiam peccatum eſſe, *Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit*.

Interpretatio myſtica.

2 THeologia myſtica eſt. * 1. Poſitos eſſe
à Chriſto Domino in Eccleſia *a* Apo- a p.634.
ſtolos, *b* Paſtores, *c* Doctores; plenos diui- Gloſſa.
na ſapientia. A quibus Catholica doctrina b p.636.
petenda eſt. &, *d* Eſse fidem ab Eccleſia c p.637.
tãquam à proponente. &, *e* Eſse homini- d p.1353.
bus propoſitionem Eccleſiæ neceſſariam. e p.1354.
&, *f* Eccleſiæ propoſitionem eſse Apoſto- f p.1357.
licam traditionem. &, *g* Neceſsarias nobis g p.1361.
eſse Scripturas ſacras, *Cum tranſieris Iordanem in terram, quã Dominus Deus tuus dabit tibi: eriges ingentes lapides: vt poſſis in eis ſcribere omnia verba legis huius*.
Terra, Eccleſiæ militantis ſymbolum eſt,
Pſal. 15. 3. & 16. 14. Lapides, ſymbolum
ſunt Apoſtolorum, & iuſtorum hominum,
quibus cõſtat Eccleſia, Iſa. 54. 11. Zach. 9. 16.
5 * 2. *h* Conſectandã eſse à Fidelibus vitę, h p.2109.
ac doctrinę veritatem. &, *i* Nihil in Chri- 2111.
ſtiana fide haberi rationi nõ conſentaneũ. i p.1379.
&, *k* Teſtimonium veritatis in Chriſtiana k p.1389.
fide eſse, Magiſtrorum ſanctitatem. &,
l Eccleſiæ proprium, eſſe ſanctam, *Aedificabis ibi Domino Deo tuo, de lapidibus, quos ferrum non tetigit*, &c. Altare, Eccle- l p.629.
ſiã ſignificat, Orig. in Sylu. alleg. v. Altare,
Iſid. apud Gloſs. Lapides altaris ſunt Fideles, vt paullo ante dictum eſt, qui vnione
fidei, & charitatis inter ſe copulãtur. Gloſ.
Ferrum, ſymbolum eſt hominis imprudẽtis, & fatui, & impij, ac proinde falſam doctrinam docentis, Eccli. 22. 18. Significat
etiam mores aſperos, & inhumanos, Deut.
28. 48. Eccli. 28. 24. Iſa. 48. 4.
12 * 3. *m* Omnes homines cum corporibus, m p.613.
13 quæ nunc geſtant ante Chriſtum Iudicem
14 ad iudicium conuenturos, *Hi ſtabunt ad*
15 *benedicendum populo*, &c. Omnis Iſrael
in valle inter Garizim, & Hebal congregatus eſt circum Arcam; vt congregandæ
ſunt omnes gẽtes in extremo die ante tribunal Chriſti. 4. *n* Separandos in extremo n p.614.
iudicio à bonis malos eſſe, *Hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper monteu Garizim: Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph, & Beniamin. Et è regione iſti ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aser, & Zabulon, Dan, & Nephthali*. Sex priores tribus ſignificabant electos, quatenus ex vxoribus dominis ortum habuerunt Lia, & Rachele:
poſteriores reprobos ſignificabant, quatenus Ruben cubile patris polluit, & reliqui
orti ſunt ex vxoribus ſeruis. 5. *o* Exhiben- o p.618.
dos in die iudicij teſtes noſtrorũ operum,
& accuſatores malarum actionum, *Hi ſtabunt*, &c. vt ſupra. 6. *p* Apoſtolos, & alios p p.617.
cum Chriſto iudicaturos, & ad enunciandum diuinæ iuſtitiæ decreta paratos fore,
Et pronunciabunt Leuitæ, dicentq; ad omnes viros Israel, &c. 7. Alio modo allegoricè,

Digitized by Google

q p.1469. goricè, ex Gloss. q Licitum esse timorem, quo quis abstinet à peccato, ne æternæ pœne malum incurrat: modò absit omnino
r p.1470. voluntas peccandi. &, r Excitandum esse timorē filialem: quo quis timet offensam Dei. *Hi stabunt ad benedicendum*, &c. Israelitæ circa Arcam, sunt omnes Fideles, qui salutem expetunt. Qui stant ad benedicendum, significant eos, qui amore filiali mouentur ad inhærendum Dei præceptis: qui stant ad maledicendum, sunt ij, quos timor æternæ maledictionis mouet ad ser-
s p.900. uiendum Deo. 8. s Esse verbi ministros in Ecclesia: quibus ex officio competit prædicatio, *Et pronunciabunt Leuitæ, dicentque*
t p.714. *ad omnes*, &c. 9. t Verbi sacri materiam esse, quæcūque à Fidelibus credenda sunt, & agenda. In his audiores instruēdos esse, *Maledictus homo, qui facit sculptile*, &c. Leuitę benedictiones, & maledictiones, & diuina præcepta pronunciantes, significabant quid potissimum à verbi ministris prædicandum sit: nempe bona, & mala opera; æterna præmia, & supplicia.

15 * 10. u Hæreses esse, pernicioſum infi- u p.1425.
delitatis genus, *Maledictus homo, qui facit sculptile*, &c. vsque ad v. 26. Multis symbolis malum hęresis opus describitur. 1. Sculptile appellatur: quia non diuina veritas, sed hominis figmentum est. 2. Dehonoratio patris, & matris: quia cedit in contemptum Christi nostri parentis, & Ecclesiæ matris. 3. Furtum possessionis; quia cum corrumpuntur erroribus populi, ab Ecclesię potestate subtrahūtur. 4. Errare facit hæresis cæcum in itinere, quatenus eos, à quibus aufert lumen fidei, à via æternæ felicitatis auertit. 5. Dormit cum vxore patris sui; quatenus Ecclesiam, quæ est vxor Christi, falsa prædicatione polluit. Alia mystica legi possunt in Glossa.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

SVMMA.

Israelitis Dei mandata obseruaturis, plurima bona promittuntur. Prædicuntur & mala ingentia, quæ perpessuri erant legis violatores.

1 SI autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra. 2 Venientque super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta eius audieris. 3 Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. 4 Benedictus fructus vēntris tui, & fructus terrę tuæ, fructusq; iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. 5 Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. 6 Benedictus eris tu ingrediens & egrediens. 7 Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgūt aduersum te, corruentes in conspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua. 8 Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuū tuarum, benedicetq; tibi in terra, quam acceperis. 9 Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi: si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. 10 Videbuntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatū sit super te, & timebunt te. 11 Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumētorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. 12 Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicetq; cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies. 13 Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris semper suprà, & non subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris, 14 ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram, nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos. 15 Quòd si audire nolueris vocē Domini Dei tui, vt custodias, & facias omnia mandata eius & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie, veniēt super te omnes maledictiones istę, & apprehendent te. 16 Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. 17 Maledictum horreū tuum, & maledictæ reliquiæ tuę. 18 Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armēta bouum tuorum, & greges ouium tuarum. 19 Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

20 Mittet

Digitized by Google

20 Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationẽ in omnia opera tua, quæ tu facies: donec conterat te, & perdat velociter, propter adinuentiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me. 21 Adiungat tibi Dominus peſtilentiam, donec conſumat te de terra, ad quam ingredieris poſſidendam. 22 Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aere corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas. 23 Sit cælum, quod ſupra te eſt, æneum: & terra, quam calcas, ferrea. 24 Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris. 25 Tradat te Dominus corruẽtem ante hoſtes tuos. per vnam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia regna terræ. 26 ſitque cadauer tuum in eſcam cunctis volatilibus cæli, & beſtijs terræ: & nõ ſit qui abigat. 27 Percutiat te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis, per quam ſtercora egeruntur, ſcabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. 28 Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis, 29 & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omniq; tempore calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. 30 Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam. 31 Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo. Aſinus tuus rapiatur in cõſpectu tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit qui te adiuuet. 32 Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conſpectum eorum tota die, & nõ ſit fortitudo in manu tua. 33 Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras, & ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cunctis diebus, 34 & ſtupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui. 35 Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in genibus & in ſuris, ſanarique non poſſis à planta pedis vſque ad verticem tuum. 36 Ducet te Dominus, & regem tuum, quem conſtitueris ſuper te, in gentem, quam ignoras tu & patres tui: & ſeruies ibi dijs alienis, ligno, & lapidi. 37 Et eris perditus in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. 38 Sementem multã iacies in terram, & modicũ congregabis: quia locuſtæ deuorabunt omnia. 39 Vineam plantabis, & fodies: & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vaſtabitur vermibus. 40 Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia defluent, & peribunt. 41 Filios generabis & filias, & non frueris eis: quoniã ducentur in captiuitatem. 42 Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo conſumet. 43 Aduena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior. 44 Ipſe fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipſe erit in caput, & tu eris in caudã. 45 Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audiſti vocem Domini Dei tui, nec ſeruaſti mandata eius & ceremonias, quas præcepit tibi. 46 Et erunt in te ſigna atque prodigia, & in ſemine tuo vſque in ſempiternum: 47 eo quòd non ſeruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordiſque lætitia, propter rerum omnium abundantiam: 48 ſeruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & ſiti, & nuditate, & omni penuria: & ponet iugum ferreum ſuper ceruicẽ tuam, donec te conterat. 49 Adducet Dominus ſuper te Gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu: cuius linguam intelligere nõ poſſis. 50 Gentem procaciſſimam, quæ non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, 51 & deuoret fructum iumentorũ tuorum, ac fruges Terræ tuæ: donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouiũ: donec te diſperdat, 52 & conterat in cunctis vrbibus tuis, & deſtruãtur muri tui firmi atque ſublimes, in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obſideberis intra portas tuas in omni Terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus: 53 & comedes fructũ vteri tui, & carnes filiorum tuorũ & filiarũ tuarũ, quas dederit tibi Dominus Deus tuus in anguſtia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus. 54 Homo delicatus in te, & luxurioſus valdè, inuidebit fratri ſuo, & vxori, quæ cubat in ſinu ſuo, 55 ne det eis de carnibus filiorũ ſuorum, quas comedet: eo quòd nihil aliud habeat in obſidione & penuria, qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. 56 Tenera mulier

Digitized by Google

mulier & delicata, quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere, propter mollitiem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu eius, ſuper filij & filiæ carnibus, 57 & illuuie ſecundarum, quæ egrediuntur de medio feminum eius, & ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt. comedent enim eos clam propter rerũ omnium penuriam in obſidione & vaſtitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. 58 Niſi cuſtodieris & feceris omnia verba legis huius, quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomen eius glorioſum & terribile, hoc eſt, Dominum Deum tuum: 59 augebit Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeuerantes, infirmitates peſſimas & perpetuas. 60 & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuiſti, & adhærebunt tibi. 61 Inſuper & vniuerſos languores, & plagas, quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius, inducet Dominus ſuper te, donec te conterat: 62 & remanebitis pauci numero, qui priùs eratis ſicut aſtra cæli præ multitudine, quoniam non audiſti vocem Domini Dei tui. 63 Et ſicut antè lætatus eſt Dominus ſuper vos, bene vobis faciens, voſque multiplicans: ſic lætabitur diſperdens vos atque ſubuertens, vt auferamini de Terra, ad quam ingredieris poſſidendam. 64 Diſperget te Dominus in omnes populos, à ſummitate terræ vſque ad terminos eius: & ſeruies ibi dijs alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. 65 In gentibus quoque illis non quieſces, neque erit requies veſtigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam cõſumptam mœrore: 66 Et erit vita tua quaſi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. 67 Manè dices: Quis mihi det veſperum? & veſpere: Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. 68 Reducet te Dominus claſſibus in Ægyptum per viam, de qua dixit tibi vt eam ampliùs non videres. Ibi venderis inimicis tuis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.

Interpretatio litteralis.

HAbetur ea theologia. *1. a* Opera bona ſuũ valorem, ac meriti rationem habere. &, *b* Poſſe hominẽ aliquid à Deo mereri. &, *c* Poſſe bona temporalia ſub meritum cadere. &, *d* Congruum fuiſſe veteri legi temporalia præmia proponere. vt per temporalia, quę erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum. &, *e* Obedientiæ præmia præclara eſſe, *Si autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius*, &c. à v. 1. ad v. 15. 2. *f* Legis veteris auctorem fuiſſe Deum, *g* miniſtrum Moyſen, *Vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius* (Dei) *quæ ego præcipio tibi.* 3. *h* Actum virtutis eſſe alijs benedicere, id eſt verbo, vel ſigno alio illis à Deo bona precari, *Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro*, &c. à v. 3. Benedictio bonorum, abundantiam ſignificat, can. 1261. *Benedicta reliquiatua*, v. 5. Tanta erit abũdantia fructuum, qui ſuperabunt nouis ſuperueniẽtibus, vt explere pauperes poſſis, *Benedictus eris tu ingrediẽs, & egrediens*, v. 6. Egredi, & ingredi, ſiue Intrare, & exire, phraſis hebræa eſt, qua ſignificãtur vniuerſa vocationis cuiuſque munera, & ratio vitæ, quæ obitur iuxta præſcriptum ſcopum, c. 8197. 4. *i* Eſſe Deum fidelem. &, *k* Licitum eſſe lieita promittere. &, *l* Iurare licitum. 5. *m* Cauſari timorem ex exiſtimatione defectus virtutis ad facilè repellendum imminens malum, *Videbunt omnes terrarum populi, quod nomen Domini inuocatum ſit ſuper te, et timebunt te.* Quod Dei populus denominaris, qui eſt omnipotens, indicat te ab Omnipotente protegi: proinde omnes te timebunt, cognoſcentes ſe non poſſe Omnipotenti reſiſtere. 6. *n* Omnia à diuina voluntate pendere. &, *o* Bonorum eſſe auctorem Deum, &, *p* Exercere Deum prouidentiam circa omnia. &, *q* Peculiarem eſſe Dei prouidentiam erga pios. &, *r* Concurrere Deum immediatè ad omnem rerum creatarum operationem. &, *s* Eſſe in Deo beneficentiam. &, Eſſe à Deo *t* fructus terræ, *u* beſtias, *x* pluuias, *y* homines, *Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua*, v. 8. *Abũdare te faciet omnibus bonis*, &c. v. 11. *Vt tribuat pluuiam terræ tempore ſuo*, v. 12. 7. *z* Mutui contractum eſſe, *Fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.* Hebr. נשה *Lauah*, ſignificat Mutuare, mutuo accipere; non Ad vſuram dare. 15 * 8. *b* Congruum eſſe à male agendo pœnarum comminatione deterrere. &, *c* Cõſequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. &, *d* Maledictionem licitam eſſe, ſi quis

a p. 1295. b p. 1299. c p. 1307. d p. 1122. e p. 2065. f p. 1117. g p. 1119. h p. 1952. i p. 48. k p. 2124. l p. 1982. m p. 246. n p. 296. o p. 298. p p. 23, 304. q p. 380. r p. 309. s p. 54. t p. 109. u p. 110. x p. 111. y p. 115. z p. 1790. b p. 1293. c p. 1279. d p. 1904.

Digitized by Google

ſi quis imperet, aut optet malum alterius ſub ratione boni, vt ſub ratione iuſti. &,
e p.1905. e Maledictionem culpæ illicitam non eſſe, *Quod ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui*, &c. *venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ*, &c. à v.15. vſque ad finem
f p.302. capitis. * 10. *f* Deum eſſe auctorem mali, 20
† p.303. quod eſt pœna. &, † Deum, non ſolum cauſas ſecundas eſſe cauſam mali, quod in corruptione rerũ naturali conſiſtit, *Mittet ſuper te Dominus famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera tua*, &c. v.20. & ſeqq. Increpatio pro calamitate
g p.1269. ſumi ſolet, c.1757. * 11. *g* Induci per pec- 28
catum ignorantiam: quatenus per peccatum hebetatur ratio, præſertim in agendis. 29
h p.1432, 1433, 1434. &, *h* Cæcitatem mentis eſſe, pœnam infidelitatis, & aliorũ peccatorum. &, *i* Con-
i p.1281. tingere interdum vt vnũ peccatum ſit alterius peccati pœna: quatenus Deus in pœnam ſubtrahit à peccante efficax auxi-
k p.301. lium gratiæ diuinæ. &, *k* Permitti à Deo peccata in maius bonum, *Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis*, &c. *l* Prophetia eſt de cæcitate, quam
l p.1430, 1431. hodie cernimus in Iudæis. * *Bos tuus immoletur coram te*, Mactetur, hoc etiam ſi- 31
gnificat hebr. נסה *Tabàhh, Seruies ibi diis alienis. ligno, & lapidi.* Peccatum idololatriæ eſſe ſolet pœna aliorum peccatorũ. 36
m p.2066. * 12. *n* Teneri hominẽ in omnibus Dei 58
præceptis obtemperare, *Niſi cuſtodieris, & feceris omnia*, &c. 13. *o* Summam eſſe
o p.36. p p.37,38. Maieſtatem in Deo, *Nomen eius gloriosum, & terribile.* 14. *p* Eſſe Deum colendum, & timendũ, *Et timueris nomen eius.*
q p.54. * 15. *q* Eſſe in Deo beneficentiã, *Sicut ante* 63
r p.25. *lætatus eſt Dominus ſuper vos, bene vobis faciens.* 16. *r* Deum vindicem eſſe, ac vltorem male agentium, *Lætabitur* (Deus)
s p.238. *disperdens vos atque ſubuertens.* * 17. *s* Ti- 65
morem eſſe paſſionem, qua horret appetitus periculum imminens mali, *Dabit tibi Dominus ibi cor pauidum*, &c. *Et erit vita tua quaſi pendens ante te*, Quaſi mox in præceps ruitura, iminentibus ſemper periculis. 66

Tropologia.

De bonis iuſtorum, & de malis impiorum.

a p.1189. b p.666, 667,668. 1. *a* PRoſecutionem aliquam bonã eſſe. 3
&, *b* Duplicem iuſtis viris vitam contingere poſſe, actiuam, & contemplatiuam. &, *c* Solere contemplationi congruam ſolitariam vitã eſſe, *Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro*, Ciuitas, opera vitæ actiuæ; Ager, opera vitæ con-
c p.682. templatiuę deſignat, ex Gloſſa. * 2. *d* Eſſe 4
d p.1035. 1151. opera bona, æternæ vitæ meritoria, *Benedictus fructus*, &c. Fructus, operum ſymbolum, Pſalm.1.3. Matth.3.10. & 7.16. Coloſſ.1.10. 3. Operum æternæ vitæ meritoriorum principium eſſe cum diuina gratia liberam noſtram volũtatem, *Benedictus fructus ventris tui.* Venter, affectus ſymbolum eſt, Eccli.51.29. 4. *e* Poſſe actus e p.1171.
paſſionum, & ſenſuum externorum bonos eſſe, quatenus à bona voluntate pendent, *Benedictus fructus terræ tuæ*, &c. Gloſſa interl. Terram, interpretatur corpus; Iumenta quinque ſenſus, qui ſunt nobis cum iumentis communes. 5. *f* Sanctos in cælo f p.971,
beatos futuros in mente, & in corpore, & 972,997,
in ſenſibus, *Benedictus fructus ventris tui,* 999.
& terræ tuæ, & iumentorum tuorum. 6. *g* Greges, & caulæ, ſunt Cætus Fideliũ; g p.655.
quorum fundatores ſunt, aut Rectores homines iuſti. Solent piorum Congregationes, & Cœnobia proſperè agere ob merita Sanctorum Fundatorum, ac Rectorũ.
5 * 7. *h* Horrea, iuſtorum hominum dici poſſunt tum animi potentiæ, in quibus boni h p.137.
actus conduntur; *i* tũ æterna tabernacula, i p.939.
vt Chriſtus indicat Matt.13.30. in quibus iuſti ſua bona opera tamquam triticum, & theſaurum reponunt. 8. *k* Reliquiæ iuſto- k p.255.
rum ſunt tum boni habitus, qui relinquũtur ex actibus bonis; tum pia exempla, & opera, & ſcripta, quæ poſt iuſtorum mortem perſeuerãt in bonum iuſtorũ nomen,
6 & in vtilitatem plurimorum. * 9. *l* Iuſti l p.671.
ingrediuntur, quatenus ad contemplandũ diuina animum colligunt, & ad penetrale cordis ſe recipiunt. *m* Iuſti egrediuntur, m p.662.
quatenus cõtemplatione refecti, ad actionem iuuandarum animarum prodeunt.
7 * 10. *n* Iuſtorum inimici, ſunt caro, mali- n p.882,
gni ſpiritus, perſecutores externi: *o* quorũ 888,889,
vires, Deo iuſtos protegente, effringuntur; 892.
qui à facie iuſti fugiunt per ſeptem vias, o p.899,
quatenus ſpiritu ſeptiformi, qui eſt in iu- 902.
8 ſto, vincuntur. * 11. *p* Cellaria, ſunt mentis p p.671.
arcana; *q* opera manuũ, actiones externæ. q p.662.
12 Terra, Eccleſia. * 12. *r* Pluuia è cælo, eſt r p.367,
doctrina diuinorum, & abundantia bo- 378,380.
norum ſpiritualium, c.7106, 7107, 7113.
15 * 13. *s* Hominem nõ exiſtentem in gratia, s p.377.
16 non poſſe diutius ſine nouo peccato manere. &, *t* Opera mortua, id eſt in peccato t p.799.
mortali facta, nunquam meritum æternæ vitæ recipere. &, *u* Beatitudinem cęleſtem u p.940.
ſine recta voluntate nõ haberi. *Quod ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui*, &c. *Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro*, &c. à v.15. vſque ad finem capitis.
20 * 14. *x* Contingere interdum vt vnũ pec- x p.1281.
catum ſit alterius peccati pœna: quatenus Deus in pœnam ſubtrahit à peccante efficax auxilium gratiæ diuinæ. &, *y* Per- y p.301.
mitti à Deo peccata ob maius bonum, *Mittet Dominus ſuper te famem, & esuriem*, &c. Fames, & eſuries audiendi verbi Dei, eſt ſubtractio maximi auxilij diuini. Peſtilentia, eſt permiſſio errorum, & hereſum. Egeſtas, carentia conſolationum ſpi-

Digitized by Google

spiritualium. Febris, ardor, & æstus, motus vehementes concupiscentiæ. Cælum æneum, subtractio interceſſionis Sanctorũ. Terra ferrea, desitio precum Ecclesiæ militantis. * 15.z Amitti per peccatũ mortale vitã gratiæ, *Donec conteraris*, v.24,61.

z p.1266.

a p.1267. 16.a Amitti per peccatum mortale ornamenta virtutum infusarum. & b Diminui naturæ bonum, quod est inclinatio, quam homo habet, quatenus rationalis est, ad virtutem, *Omnes arbores tuas, & fruges terræ tuæ rubigo consumet*, v.42. vide etiam

b p.1268.

c p.1269. v.30,31,33. * 17.c Induci per peccatum ignorãtiam: quatenus hebetatur per peccatũ ratio, præsertim in agendis. &, d Esse per peccatum mentis cæcitatem, &, e Esse in multis hebetudinem sensus: quatenus carnalibus delectationibus intẽti, reddũtur debiles ad intelligibilia cognoscenda,

d p.1432, 1433.1434.

e p.1435.

Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis, & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non
27 *dirigas vias tuas.* * 18.f Induci per peccatum malitiam in voluntate, g & infirmitatem in irascibili, h & vulnus in concupi-
35 scibili. * *Percutiat te Dominus vlcere*
59 *Aegypti*, &c. v. 27. *Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus*, &c. v.35, 59.
49 * 19.i Seruum fieri hominẽ per peccatum.
64 Seruit enim qui peccat, tum bono creato
68 trahenti, tum diabolo suadenti, tum creaturę cruciãti, *Adducet Dominus contra te gentem*, &c. v.49. *Seruies diis alienis*, &c. vers.64. *Ibi venderis inimicis tuis*, v.68.

f p.1270. g p.1272. h p.1273. i p.1276.

20.k Consequi pœnam ad peccatum conscientiæ remorsum, *Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptã mœrore*, &c. v.65,66,67.

k p.1278.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

SVMMA.

Vt Moyses inducat populum ad obseruantiam diuinæ legis, commemorat beneficia in ipsum à Deo collata, & inobedientibus graues pœnas comminatur.

1 HÆc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi vt ferirẽt cũ filijs Israel in Terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb. 2 Vocauitque Moyses omnem Israel, & dixit ad eos: Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæq; terræ illius, 3 tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, 4 signa illa, portentaq; ingẽtia, & nõ dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possunt audire, vsque in præsentẽ diem. 5 Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamẽta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. 6 Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: vt sciretis quia ego sum Dominus Deus vester. 7 Et venistis ad hunc locum: egressusq; est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos, 8 & tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse. 9 Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis. 10 Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel, 11 liberi & vxores vestræ, & aduena qui tecũ moratur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, & his qui comportãt aquas: 12 vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: 13 vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. 14 Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, 15 sed cunctis præsentibus & absentibus. 16 Vos enim nostis quo modo habitauerimus in Terra Ægypti, & quo modo trãsierimus per mediũ nationum, quas transeuntes, 17 vidistis abominationes & sordes, id est, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ colebant. 18 Ne fortè sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro: vt vadat & seruiat dijs illarum Gentium: & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. 19 Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & absumat ebria sitientem, 20 & Dominus non ignoscat ei: sed tunc quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum

Digitized by Google

omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomẽ eius sub cælo, 21 & consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones, quæ in Libro legis huius ac fœderis continentur. 22 Dicetque sequens generatio, & filij qui nascẽtur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates, quibus eã afflixerit Dominus, 23 sulphure & salis ardore comburens, ita vt vltrà non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & furore suo. 24 Et dicent omnes Gentes: Quare sic fecit Dominus Terræ huic? quæ est hæc ira furoris eius immensa? 25 Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de terra Ægypti: 26 & seruierunt dijs alienis, & adorauerunt eos, quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi: 27 Idcirco iratus est furor Domini contra Terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt: 28 & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam, sicut hodie comprobatur. 29 Abscondita, Domino Deo nostro: quæ manifesta sunt, nobis & filijs nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa verba legis huius.

Interpretatio litteralis.

DOctrina theologica est. * 1. 1
a Esse amicitiam inter homines iustos, & Deum. &, b Inter Deum, & homines intercedere veram iustitiam, *Hæc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi vt feriret cum filijs Israel.* Fœdus, & amicitiam significat, c. 8256. & Pactum; in quo iustitia commutatiua fundatur. Ius enim cõmutatiuum, seu particulare, ex particulari pacto, seu conuẽtione determinatur. Pactum erat inter Deum, & Israelitas: vt hi Dei legem obseruarent, eumq; solum colerent vt Deum; Deus autem Israelitis Terram promissionis largiretur, & felicitatẽ temporalium. 2. c Legis veteris auctorẽ fuisse Deum, d ministrum Moysen, *Quod præcepit Dominus Moysi, vt feriret*, &c.
* 3. e Promulgationem esse necessariam, 2
vt lex obligandi virtutem habeat. Is enim modus est enũciandi subditis voluntatem superioris obligatoriam, *Vocauit Moyses omnem Israel, & dixit ad eos*, &c.
4. f Sæpè Deum miracula operari, id est aliqua facere præter ordinem, quẽ indidit rebus. &, g Ad veræ fidei confirmationem miracula fieri, *Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis*, &c. * Tentare, interdum est Inquirere, & explorare, c. 2761. Deus dicitur tentare, vt quod scit, scire etiam videatur; aut, non vt ipse, sed vt ij, quos tentat, se cognoscãt. Sumuntur hic *tentationes*, pro signis, quæ faciebat Deus, vt Ægyptij cognoscerent suã obstinationem, & Israelitæ cognoscerẽt verum 4
Deum. * 5. h Permitti à Deo peccata ob maius bonum. &, i Contingere interdum vt vnum peccatum sit alterius peccati pœna: quatenus Deus in pœnam subtrahit à peccante efficax auxilium diuinæ gratiæ, *Et non dedit vobis Dominus cor intelligens*, &c. Non dare cor intelligens, est auxilium efficax ad intelligendũ subtrahere. Factum est autem hoc in pœnam ingratitudinis, & infidelitatis Israelitarum. Aures, quæ possunt audire, est voluntas parendi diuinis præceptis. 6. Esse in aliquibus ob alia peccata k mentis cæcitatẽ, & l hebetudinem, & m pertinaciam, & n inobedientiam, *Non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, &*
5 *aures quæ possunt audire.* * 7. o Ad veræ
6 fidei confirmationẽ miracula fieri, *Adduxit vos quadraginta annis*, &c. *vt scire tis quia ego sum Dominus Deus vester.*
7 * 8. p Iustum bellum non esse illicitum. &,
8 q Licitum esse iniurias vlcisci ad remouẽdum nocumenta. &, r Licere in bello iusto prędas ex hoste acceptas retinere. &, s Licitum esse aliqua possidere vt propria, *Et venistis in hunc locum*, &c. *& percussimus eos, & tulimus terram eorum, & tradidi-*
9 *mus possidendam*, &c. * 9. t Obedientiæ præmia præclara esse. &, u Necessariam esse voluntati vt rectè operetur, regulam aliquam rectam sequi. &, x Regulam humanæ voluntatis esse legem diuinam. &, y Legis effectũ esse facere homines bonos: quatenus virtutum actus præcipit, vitiosos prohibet. &, z Non posse verã, perfectãq; prudentiã esse in hominibus malis, *Custodite verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis.* Lex Domini intellectum dat paruulis. Intellectus autem obedientiæ præmium esse solet,
10 * *Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro*, &c. v. 10, 11, 12, 13, 14, 15.
a Theologia eadem est, quæ supra v. 1, 2.
16 * 10. b Non esse male agentes imitandos,
17 *Vos enim nostis* &c. *Vidistis abominatio-*
18 *nes*, &c. *Ne forte sit inter vos vir aut mulier*, &c. *vt vadat, & seruiat diis illarum gentium.*

a p. 1491. b p. 1811. c p. 1117. d p. 1118. e p. 1068. f p. 310. g p. 696. h p. 301. i p. 1281. k p. 1432. 1433. 1434. l p. 1435. m p. 2256. n p. 2072. o p. 696. p p. 1676. q p. 2095. r p. 1865. s p. 1859. t p. 2065. u p. 1063. x p. 1065. y p. 1079. z p. 1738. a Vid. supra v. 1, 2. litt. a, b, c. b p. 2152.

Digitized by Google

c p.1277. d p.1279. e p.1193. f p.1237.

gentium. 11. *c* Consequi pœnam ad peccatum, conscientiæ remorsum. &, *d* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Ne sit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem.* 12. *e* Peccati symbolum esse Radicem germinantem fel, & amaritudinem. * 13. *f* Esse peccatum ex certa malitia, seu industria: cum quis sciẽter eligit bono spirituali priuari, vt bono temporali potiatur, *Cumq; audierit verba iuramẽti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei.* Benedicit sibi in corde, qui bonum sibi optat, precatur, & sperat. *Prauitas,* hebr. שרירות *Sheriruth,* significat etiam cogitationem, fortitudinem, duritiam, obstinationem, *Ambulabo in cogitatione cordis mei,* Faciam omnia, quæ desiderat cor meum. 14. *h* Sæpe bonos corrumpi malo impiorũ exemplo, & verbis, *Et absumat ebria sitientem.* hebræum נסה *Saphah,* significat Addere, consumere, perdere. Ne, inquit, addatur ebriæ sitiẽs, plenæ peccatis quæ sine sceleribus est. Ne impius ad imitationem suorum scelerum trahat alios, eosq; absumat, peccatis corrumpat. Ebrietas interdum accipitur pro mentis perturbatione, quam facit concupiscentia, can. 5915. 15. *k* Contingere interdum vnũ pro peccato alterius puniri. quia ad ipsum peccantem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis pars est cõmunitatis, *Et absumat ebria sitientem.* Inebriatus interdum in Scripturis sacris dicitur, tribulationibus à Deo immissis valde afflictus, Isa. 34. 7. Absumit ebria sitientem, cum mali in Republica pœnis à Deo plectũtur, & in eisdem pœnis innoxij inuoluuntur. * 16. *l* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, &, *m* Deum vltorem esse, ac vindicem male agentium, *Et Dominus non ignoscat ei,* &c. v. 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29. * 17. *n* Prophetiam esse à Deo. &, *o* Auctorem legis veteris fuisse Deum, *Abscondita Domino Deo nostro: quæ manifesta sunt nobis,* &c. Deus reuelat suam voluntatem per Prophetas, & pœnas transgressoribus ab æterno decretas. 18. *p* Esse diuinis præceptis parendum, *Vt faciamus omnia verba legis huius.*

h p.887, 1685. k p.1290. l p.1279. m p.25. n p.684. o p.1117. p p.2066.

CAPVT TRIGESIMVM.

SVMMA.

1. Hortatur Moyses transgressores legis ad pœnitentiam, proposita Dei misericordia, & præclaris obedientiæ præmiis. 2. Argumentum sumit ad suadendum legis obseruantiam à facilitate, à pœnis, à præmiis.

1 CVm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuersis gentibus, in quas disperserit te Dominus Deus tuus, 2 & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperijs, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filijs tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: 3 reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cũctis populis, in quos te ante dispersit. 4 Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, 5 & assumet, atque introducet in Terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, maioris numeri te esse faciet quàm fuerũt patres tui. 6 Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. 7 Omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te & persequuntur. 8 Tu autem reuerteris, & audies vocem Domini Dei tui: facieſque vniuersa mandata quæ ego præcipio tibi hodie: 9 & abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole vteri tui, & in fructu iumentorum tuorum, in vbertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Reuertetur enim Dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: 10 si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege conscripta sunt: & reuertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. 11 Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, 12 nec in cælo situm, vt possis dicere: Quis nostrum valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus? 13 Neque trans mare positum: vt causeris,

Digitized by Google

ſeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre: vt poſſimus audire & facere quod præceptum eſt? 14 Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum: 15 Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum: 16 vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & cuſtodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplices te, benedicatque tibi in Terra, ad quam ingredieris poſſidendam. 17 Si autem auerſum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alienos, & ſeruieris eis: 18 prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tẽpore moreris in Terra, ad quam, Iordane tranſmiſſo, ingredieris poſſidendam. 19 Teſtes inuoco hodie cælum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum: 20 diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites in Terra, pro qua iurauit Dominus patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret eam illis.

Interpretatio litteralis.

THeologia eſt * 1. *a* Solere timorem ſeruilem ſuppliciorum retrahere homines à peccatis. &, *b* Licitũ eſſe timorem, quo quis abſtinet à peccato, ne æternæ pœnæ malum incurrat: modò abſit omnino voluntas peccandi, *Cum ergo venerint ſuper te omnes ſermones iſti, benedictio ſiue maledictio quam propoſui in conſpectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui*, &c. * 2. *c* Eſſe remiſſionem peccatorum. &, *d* Pœnitentiam agendam eſſe, vt peccatorũ remiſſio recipiatur. &, *e* Omne peccatũ in hac vita per pœnitentiam veram deleri poſſe. &, *f* Veram pœnitentiam dolorem includere de peccatis vt à nobis admiſſis. &, *g* Veră pœnitentiam propoſitũ includere nõ peccandi, *Et ductus pœnitudine cordis tui*, &c. *& reuerſus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis*, &c. *reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam*, &c. 3. *h* Reſtitui hominem ad dignitatem priſtinã per pœnitentiam, *Reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam*, &c. 4. *i* Eſſe Deum exorabilem, *k* ac miſericordem. 5. *l* Eſſe in Deo beneficentiam, *Et benedicens tibi, maioris numeri te esse faciet.* * 6. *m* Hominem ad amandum Deum ſuper omnia, indigere auxilio gratiæ naturam ſanantis. &, *n* Amorem ſui, *o* & temporalium, *p* & paſſiones animi, impedimento eſſe charitati, & cauſam eſſe ſolere peccatorũ. *q* quę impedimenta remouenda, *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuũ, & cor ſeminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum*, &c. Circumciſio præciſionẽ cupiditatis ſignificat, c. 5685. 7. *r* Eſſe amorem iuſtorum in Deum. &, *s* Deum eſſe diligendum ſuper omnia. &, *t* Perfectam charitatem excludere ab hominis affectu omne id, quod eſt charitati cõtrarium, *Vt diligas Dominum Deum tuũ in toto corde tuo, & in tota anima tua.* * 8. *u* Opera bona ſuũ valorem, ac meriti rationẽ habere. &, *x* Poſſe hominẽ 9 aliquid à Deo meteri. &, *y* Poſſe bona temporalia ſub meritũ cadere. &, *z* Congruũ fuiſſe veteri legi tẽporalia præmia proponere. vt per temporalia, quę erant in cõſpectu hominũ imperfectorum, manuduceret homines ad Deum. &, *a* Obediẽtię prẽmia præclara eſſe, *Omnes autem maledictiones*, &c. *Abũdare te faciet Dominus Deus tuus*, &c. vſque ad v. 11. 9. *b* Eſſe bellum in hoc mũdo inter Eccleſiã, & hoſtes Chriſti. &, *c* Eſſe proximorũ odium charitati contrarium. &, *d* Iuſtos, ac pios à Deo protegi. &, *e* Deum vltorẽ eſſe male agẽtiũ, *Omnes autem maledictiones has cõuertet* (Dominus) *ſuper inimicos tuos, & eos, qui oderunt te, & persequuntur.* * 10. *f* Immediatam volũtatis regulã eſſe rationem, ſeu legem naturalem nobis innatã, à Deo humanis mentibus impreſſam. &, *g* Prudẽtiam ad rectè agẽdum eſſe in omnibus habentibus gratiã, ſufficientem ad ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. &, *h* Prudẽtię principium naturã eſſe, rationem ſyndereſis, *Mãdatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt*, &c. *ſed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* * 11. *i* Dei præceptis parendũ eſſe. &, *k* Eſſe in veteri lege præcepta tum moralia, tum cęremonialia, tũ iudicialia. &, *l* Eſſe obediẽtiæ prẽmia, *Et cuſtodias mãdata illius, & ceremonias, atque iudicia: & viuas*, &c. 17 Vid. alia ſup. v. 7. n. 8. * 12. *m* Inobediẽtiã, & *n* idololatriam peccatum eſſe, *Si autem auerſum fuerit cor tuum*, &c. * 13. *o* Conſequi pœnas ad peccatũ, quas Deus infligit. &, *p* Congruum à male agendo, pœnarum comminatione deterre, *Prædico tibi hodie, quod pereas*, &c. * 14. *q* Iuramentum licitum eſſe, *Teſtes inuoco hodie cælum, & terram*, &c. 15. *r* Eſſe in homine liberum arbitrium, & *s* Actum electionis, *Elige ergo vitam*, &c. * Pro interpretatione v. 20. vide ſupra v. 2, 6.

a p. 784. b p. 1469. c p. 776. d p. 781. e p. 788. f p. 412, 800. g p. 801. h p. 796. i p. 55. k p. 56. l p. 54. m p. 373. n p. 1239, 1708. o p. 1240, 1241. p p. 1232. q p. 1460, 2257. r p. 1493. s p. 1538. t p. 1504. u p. 1295. x p. 1299. y p. 1307. z p. 1122. a p. 2065. b p. 882. c p. 1650. d p. 899. e p. 25. f p. 1664. g p. 1739. h p. 1743. i p. 2066. k p. 1123, 1124, 1126. l p. 2065. m p. 2072. n p. 2007. o p. 1279. p p. 1293. q p. 1982. r p. 146. s p. 162.

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.

SVMMA.

1. Hortatur Moyses populum ad ingressum terræ promissæ, & ad viriliter agendum. 2. Pronunciat Ducem populi Iosue, eique ad fortiter agendum animum facit. 3. Tradit legem Leuitis, & iubet septimo quoque anno legi populo vniuerso. 4. Vocatis ad se Moyse, ac Iosue, prædicit futurum vt populus discedat à Deo, et ob id calamitatibus affligatur. Iubet Canticum huius prædictionis populo publicari in testimonium. 5. Præcipit Moyses Leuitis librum legis legis in latere Arcæ seruare, & congregare ad ipsum vniuersum cœtum Israel, ad verba Cantici audienda.

1 ABijt itaque Moyses, & locutus est omnia verba hęc ad vniuersum Israel. 2 & dixit ad eos: Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltrà egredi, & ingredi, præsertim cùm & Dominus dixerit mihi: Non transibis Iordanem istum. 3 Dominus ergo Deus tuus transibit ante te: ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste transibit ante te: sicut locutus est Dominus. 4 Facietq; Dominus eis sicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorũ, delebitq; eos. 5 Cum ergo & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis sicut præcepi vobis. 6 Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. 7 Vocauitque Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in Terram, quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus, & tu eam sorte diuides. 8 Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. 9 Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel. 10 Præcepitque eis, dicens: Post septem annos, anno remissionis, in sollẽnitate tabernaculorum, 11 conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareant in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit Dominus, leges verba legis huius corã omni Israel, audientibus eis, 12 & in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis, & aduenis, qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeãt Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantq; omnes sermones legis huius. 13 filij quoque eorum qui nunc ignorant; vt audire possint, & timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus versantur in Terra, ad quam vos, Iordane trãsmisso, pergitis obtinendam. 14 Et ait Dominus ad Moysen: Ecce propè sunt dies mortis tuæ: voca Iosue, & state in tabernaculo testimonij, vt præcipiã ei. Abierunt ergo Moyses & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonij: 15 apparuitq; Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi. 16 Dixitq; Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra, ad quam ingreditur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cũ eo. 17 Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illo die: Verè quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. 18 Ego autem abscondam, & celabo faciem meã in die illo propter omnia mala, quæ fecit, quia secutus est deos alienos. 19 Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israel: vt memoriter teneãt, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel. 20 Introducam enim eum in Terram, pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Cumque comederint, & saturati crassique fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis: detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum. 21 Postquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis sui. Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam intro-

Digitized by Google

introducam eum in Terram, quam ei pollicitus sum. 22 Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel. 23 Præcepitq; Dominus Iosue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum. 24 Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit: 25 præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: 26 Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. 27 Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me & ingrediente vobiscũ, semper contentiosè egistis contra Dominum: quanto magis cùm mortuus fuero? 28 Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram. 29 Noui enim quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. 30 Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cœtu Israel, verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

Interpretatio litteralis.

a p.2078. DOcemur * 1. *a* Debere superiores instructionibus, & legibus bonos in subditis mores procurare, *Abiit itaque Moyses*, &c. per totum. * 2. *b* Frænari timorem propositione facultatis, & auxiliorũ ad pericula vitanda. &, *c* Licitum esse aggredi ardua ex fiducia, quia adsunt auxilia diuina ad exequẽdum, *Dominus Deus tuus transibit ante te*, &c. v. 3, 4, 6, 7, 8. * 3. *d* Necessariũ superiores, ac rectores esse, *Vocauitque Moyses Iosue, & dixit ei*, &c. * 4. Promulgationẽ esse necessariam, vt lex obligandi virtutẽ habeat. Is enim modus est enunciandi subditis volũtatem sui superioris, *Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filiis Leui*, &c. vsque ad v. 14. 5. *e* Esse Deum timẽdum, & colendum, *f* eiq; in omnibus parẽdum. *Vt audientes discant, & timeant Dominũ Deum vestrum, & custodiant*, &c. v. 12, 13. 6. *g* Legis actum esse, virtutum actus præcipere, & vitiosos prohibere, *Vt audientes discant*, &c. v. 12. *Vt audire possint & timeant*, v. 13. * 7. *h* Esse in Deo prouidentiam, *Et ait Dominus ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tuæ: voca Iosue*, &c. * 8. *i* In reuelatione prophetica cõtingere aliquãdo similitudines sensibiles externas, *Apparuitq; Dominus ibi in colũna nubis.* * 9. *k* Deum futura cognoscere, etiã liberè contingẽtia, *Ecce tu dormies cum patribus tuis*, &c. vsque ad v. 19. & v. 21. 10. *l* Idolatriæ symbolum esse fornicationem, *Populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos*, &c. 11. *m* Esse Deum vltorem male agentium. &, *n* Consequi pœnas ad peccatũ, quas Deus infligit, *Et irascetur furor meus contra eum*, &c. * 12. *o* Prudentiæ actũ esse. &, *p* Prudentiæ principium esse eruditionem, ac doctrinam seniorum. &, *q* Instruendos esse à superioribus subditos, *Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israel*, &c. * 13. *r* Ingratitudinis actum esse mala pro bonis retribuere. &, *s* Iniuriã inferri Deo, lædique ius diuinum per peccatum. &, *t* Amitti per mortale peccatum diuinam amicitiã, & corrũpi, *Cum comederint*, &c. *irritum facient pactum meum.* * 14. *u* Esse Deum veracem, *Postquam inuenerint eum mala multa, & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio.* * 15. *x* Actũ esse rationi dissonum pertinaciam, & *y* inobedientiam, *Scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam*, &c. Ceruix dura, symbolũ Pertinaciæ, & Inobedientiæ. * 16. *z* Communicari à Deo aliquibus solere prophetiæ donum, gratiam gratis datam. quo dono habetur cognitio futurorum contingẽtium, quæ solus Deus potest cognoscere, *Noui enim quod post mortem meam iniquè agetis*, &c.

b p.1472. c p.1213. d p.2073. e p.37,38. f p.2066. g p.1082. 1083. h p.23. i p.689. k p.18. l p.2007. m p.25. n p.1279. o p.1759. p p.1749. q p.2078. r p.2090. s p.1264. t p.1266. u p.47. x p.2256. y p.2072. z p.420.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMA CANTICI.

Canit beneficia Israelitis à Deo collata, & Israelitarum ingratitudinem, & iram Dei vindicem, & eiusdem erga suum populum misericordiam.

1 AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. 2 Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. 3 Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro. 4 Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus. 5 Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus: generatio praua atque peruersa. 6 Hæccine reddis Domino populo stulte & insipiēs? nunquid nō ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? 7 Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; maiores tuos, & dicent tibi. 8 Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. 9 Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius. 10 Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui. 11 Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. 12 Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus. 13 Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorū, vt sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. 14 Butyrum de armento, & lac de ouibus cū adipe agnorum, & arietum filiorum Basan: & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum. 15 Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. 16 Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiā concitauerunt. 17 Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos ignorabant: noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. 18 Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. 19 Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ. 20 Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij. 21 Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui nō est populus, & in gēte stulta irritabo illos. 22 Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. 23 Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. 24 Consumētur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarū immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium. 25 Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene. 26 Dixi: Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. 27 Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia. 28 Gens absque consilio est, & sine prudentia. 29 Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. 30 Quo modo persequatur vnus mille, & duo fugent decem millia? nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos? 31 Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices. 32 De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi. 33 Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. 34 Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? 35 Mea est vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum: iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. 36 Iudicabit Dominus populum suum, & in

Digitized by Google

seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus,& clausi quoque defecerunt,residuique consumpti sunt. 37 Et dicet: Vbi sunt dij eorum,in quibus habebant fiduciam? 38 De quorum victimis comedebant adipes,& bibebant vinum libaminum: surgant,& opitulentur vobis,& in necessitate vos protegant. 39 Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. 40 Leuabo ad cælum manum meam,& dicam: Viuo ego in æternum. 41 Si acuero vt fulgur gladium meum,& arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis,& his qui oderunt me retribuam. 42 Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate, nudati inimicorum capitis. 43 Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum,& propitius erit terræ populi sui. 44 Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi,ipse & Iosue filius Nun. 45 Compleuitq; omnes sermones istos,loquens ad vniuersum Israel. 46 & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba,quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filijs vestris custodire & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt legis huius: 47 quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quæ facientes longo perseueretis tempore in Terra, ad quam, Iordane transmisso, ingredimini possidendam. 48 Locutusq; est Dominus ad Moysen in eadem die,dicés: 49 Ascende in montem istum Abarim, id est, transituum, in montem Nebo, qui est in Terra Moab contra Iericho: & vide Terram Chanaan,quam ego tradam filijs Israel obtinendam, & morere in monte. 50 Quem conscendens iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis: 51 quia præuaricati estis contra me, in medio filiorum Israel,ad Aquas contradictionis in Cades deserti Sin:& non sanctificastis me inter filios Israel. 52 Econtra videbis Terram,& non ingredieris in eam, quam ego dabo filijs Israel.

Interpretatio litteralis.

HAbemus eam theologiam. * 1. *a* Esse ab auditoribus verbi Dei attentionē captandam. *Audite cæli,quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Est figura Apostrophe,c.8756. Conuertit sermonem ad res inanimas,inuocās cælum, & terram in testimonium suorum dictorum. vt ita magis attētos reddat auditores. * 2. *b* Non esse dicēda, quæ supra captum auditorum sunt.&,*c* Modus dicendi debere facilem esse. &,*d* Modum dicendi debere esse appositum ad instruendum,& ad mouēdum. &,*e* Cum spiritu, & efficacia suauitatem esse miscendam,ad delectationem auditorum, *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbā,& quasi stillæ super gramina.* *f* Pluuia, imber, ros, symbola diuinæ doctrinæ, can.6278, 7106, 7272. *Imber,* hebr. *Sehhhirim,* Pluuiæ tenues instar pilorum. Chald. Suauis sit sicut pluuia doctrina mea: suscipiatur sicut ros verbū meum:sicut ventus pluuiæ,qui perflat super herbam: & sicut guttæ imbris serotini,quæ fluunt super fœnum. * 3. *g* Prædicationis efficaciam esse à Deo: ab ipso poscendam, *Quia nomen Domini inuocabo.* Particula *Quia,* abundat,c.8646.Nomen, pro potentia, & vi operatiua sumi solet, c.1929. Chald. Quādo in nomine Domini ego oro. 4. *h* Prædicare quemque iuridicè, qui legitimè ad prædicandum vocatur, ac mittitur, *Quia nomen Domini inuocabo.* Attētos vos esse iubet: quia mittor à Deo. Nomen, pro auctoritate sumitur, c.1927. 5. *i* Prædicationis sacræ finem esse gloriam Dei, *Quia nomen Domini inuocabo,* Quia Dei gloriam intendo. Nomen,pro gloria, claraq; notitia sumi solet,c.1928. 6. *k* Diuinum ens infinita gloria dignum, *Date magnificentiam Deo nostro,* Celebrate Deum nostrum, Dicite quod sit magnus. 7. *l* Deum esse simpliciter infinitum, *Date magnificentiam Deo nostro,* Magnus absolutè, ipsa magnitudo, est omnē magnitudinem habens. Nomina abstracta significant perfectionem illimitatam, d.3486. * 8. *m* Dei opera esse perfecta, *Dei perfecta sunt opera.* תמים *Tamim,* Immaculata, sine vllo defectu. 9. *o* Legem æternā nobis per effectus à Deo productos, quasi per quosdam radios manifestari. &, *p* Cuncta creata legi æternæ, id est, rationi diuinæ gubernationis subiecta esse, *Omnes viæ eius iudicia,* Viæ, pro operibus, can.2455. *Iudicia,* hebr. משפט *Mishpāt,* significat etiam legem. Omnia Dei opera sunt leges, rectissi-

a p.738.
b p.723.
c p.724.
d p.725, 726.
e p.730.
f p.1316.
g p.707, 708.
h p.735.
i p.712.
k p.39.
l p.4.
m p.93.
o p.1086.
p p.1088.

Digitized by Google

r p.8. rectiſſima vt leges. 10. *r* Deum eſſe ſummam, ac primam Veritatem. &, *s* Deum
s p.48. fidelem eſſe, ac *t* veracem, *Deus fidelis.*
t p.47. hebr. נאמן *Emunah*, Veritas, fides, firmitas. 11. *x* Deum ſanctum eſſe. &, *y* Actum
x p.43. purũ, id eſt, à quo quælibet abeſt perfectionis negatio, *Absque vlla iniquitate*.
y p.4. hebr. *Hhhauel*, Iniquitas, peruerſitas, fraus. 12. *z* Deum iuſtum eſſe, *Iuſtus, &*
z p.44. *rectus.* * 13. *a* Iniuriam inferri Deo, lędiq; 5
a p.1264. ius diuinum per peccatum. &, *b* Amitti
b p.1266, per mortale peccatum vitam gratiæ, &
1267. ornamẽta virtutum, *Peccauerunt ei.* hebr. שחת לו *Shihhethlò.* Duobus modis poteſt verti: Corrupit (generatio prauа) ſibi, ſupple, Dei ſimilitudinem, nempe gratiã. Corrupit ipſi (Deo) ſupple pactum, *Et non filii eius.* Amiſſa gratia, ceſſat diuina filiatio. 14. *d* Maculã induci per peccatum
d p.1275. in animam; quatenus recedit anima à lumine rationis, & gratiæ, *Et non filii eius in ſordibus.* Non ſunt filij Dei, quatenus ſũt in ſordibus, in macula, id eſt, quatenus
e p.1193. non habent gratiam. 15. *e* Eſſe peccatum actum humanum malum, nõ conformem
f p.1196. rectæ rationi. &, *f* Magnum malum eſſe peccatum, quia tollit ſummum bonum Deum, quatenus auertit affectum ab illo.
g p.1268, &, *g* Per peccatum peruerti hominis in-
1270, 1271, clinationem ad virtutem. &, *h* Eſſe homi-
1272. nes malos, & impios, *Generatio prauа,*
h p.643. *atque peruerſa.* * 16. *i* Ingratitudinem 6
i p.2090. eſſe, Mala pro bonis retribuere, *Haccine reddis Domino*, &c. 17. *k* Induci per peccatum ignorantiam in naturam noſtram, quatenus hebetatur per peccatum ratio,
l p.1251. præſertim in agendis. &, *l* Ignorantiam eſſe peccatum, cum vitari poteſt, ac debet.
m p.1255. &, *m* Solere in peccando eſſe ignorãtiam, ſeu errorem aliquem, ſed culpabilem, quatenus trahitur voluntas à bono, quod ipſi non eſt verè bonum, ſed apparens, *Populе*
n p.115. *ſtulte, & inſipiens?* 18. *n* Eſſe hominem à
o p.135. Deo. &, *o* Animam ex nihilo à Deo creari.
p p.362, &, *p* A Deo gratiam animæ infundi, *Nun-*
404. *quid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te.* Pater dicitur Deus reſpectu entium intellectualiũ, quatenus eos creat ſimiles ſibi ſecundum gradum intellectualium, aptos ad intelligendum ipſum Deum, c. 1996. Pater dicitur Deus, quatenus eſt auctor gratiæ, quam nobis infundens, participes nos efficit diuinæ naturæ, & ſuos hæredes, c. 1997. Creare, non ſolum eſt è nihilo educere, & producere; ſed etiam renouare, ac vitam ſupernaturalem inducere, can. 2599. hebr. כון *Conèn*, Parare, diſponere. quod congruit
r p.1759. iuſtificationi. * 19. *r* Præteritorum me- 7
s p.1748. moriam ad prudẽtiam requiri, *Memento dierum antiquorum*, &c. 20. *s* Prudentiæ principium eſſe eruditionẽ, ac doctrinam ſeniorum, ac ſapientum, *Interroga patrem*

8 *tuum, & annunciabit tibi*, &c. * 21. *t* Eſſe t p.23.
9 in Deo prouidentiam. &, *u* Eſſe Dei pecu- u p.380,
liarem prouidentiam erga pios, *Quando* 899.
diuidebat Altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius, vſque ad v. 16. Videtur ſenſus eſſe: Habuit Deus de alijs populis generalem quãdam prouidẽtiam, contentus attribuiſſe illis terminos habitationis: at circa populum Iſraeliticum peculiarem prouidentiam habuit, qualem quiſque ſolet habere circa ſuã hæreditatẽ. Diuiſit Deus gentes, cum in turre Babel, linguas diuiſit, An LXX. iuxta numerum filiorum Iacob, qui Ægyptum intrarunt? An XII. iuxta numerum duodecim Patriarcharum filiorum Iſrael? *Funiculus hæreditatis*, Funiculus hæreditarius. Hypallage, ſignum, ſeu cauſa pro effectu, c. 8687. Funiculo ſolebant agros hæreditarios hæredibus diuidere. 22. *x* Eſſe Deũ x p.4.
ſummũ ens, *Quando diuidebat Altiſſimus*
10 *gentes.* * 23. *y* Eſſe in Deo beneficẽtiam, y p.54.
11 *Inuenit eum in terra deserta*, &c. vſque
12 ad v. 16. Peculiarem Dei prouidentiam
13 erga Iſraelitas, & beneficẽtiam deſcribit.
14 Inuenit eum, cũ in deſerto pactum cũ eo
15 inijt, & aſſumpſit in peculiarem populũ.
18 *z* Peculiaris prouidentiæ ſymbolũ Aqui- z p.380,
la prouocans ad volãdum pullos ſuos, &c. 899.
Protectionis ſymbolum Alæ, can. 5291.
24. *a* Ingratitudinis actum eſſe, Mala pro a p.2090.
bonis retribuere, *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit*, &c. 25. *b* Nullum malum b p.1196.
peccato maius: quia tollit ſummũ bonum Deum, quatenus auertit affectum ab illo, *Dereliquit Deum factorem ſuũ, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* 26. *c* Eſſe hominem à c p.115.
Deo, *Deum factorem ſuum.* 27. *d* Eſſe d p.382.
Deum auctorem ſalutis, *Receſſit à Deo*
16 *ſalutari ſuo.* * 27. *e* Idololatriam pecca- e p.2007.
17 tum eſſe. &, *f* Per peccatum iniuriam in- f p.1264.
ferri Deo, *Prouocauerunt eum in diis alienis, et in abominationibus ad iracundiam*
19 *concitauerunt.* * 28. *g* Deum cognoſcere g p.16.
20 omnia, *Vidit Dominus.* 29. *h* Eſſe Deum h p.25.
21 vindicem, ac vltorem male agentium. Ad iracũdiã concitatus eſt, &c. vſque ad v. 35.
30. *i* Conſequi pœnas ad peccatum, quas i p.1279.
Deus infligit, *Abſcondam faciem meam ab eis: & cõſiderabo nouiſſima eorum*, &c. vſque ad v. 35. Deſinam eos protegere, & videbo quid illis inde cõſequatur; ſcilicet innumera mala. Ita ex hebræo. Poſſet etiã eſſe alius ſenſus: Deſeram Iſraelitas, ſed vltimis tẽporibus rurſum me ad illos conuertam, & ad veram fidem reducam.
31. *k* Eſſe Gentiles à Deo vocatos, ac inui- k p.1429.
tatos ad fidem recipiendam. &, *l* Iudæos, l p.1431.
ac eorum Synagogam à Deo deſertam, ac reprobatam eſſe, *Ipſi me prouocauerunt*

Digitized by Google

in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos. Prouocauerunt (ad iram) tribuendo honorem mihi debitum, ei, qui nō erat Deus, ſed vanum, & falſum quid. & ego prouocabo eos ad iram, eos relinquendo, & eligendo in meum populum gentes, quæ non erant populus meus; ſed populus נבל *Nabal*, ſtultus, ignorans Deū, ſiue vilis ob peccatum idololatriæ, & alia peccata turpiſſima. Hanc huius loci interpretationem videtur afferre Paulus Rom. 10, 19. * 32. *n* Mundi purgationem per ignem futuram. &, *o* Parte ignis, quo mundus purgabitur, fœculenta, impios inuoluendos, cum ad inferos detrudentur. &, *p* Damnatorum tum corpora, tum animas igne corporeo torquendas, *Ignis ſuccensus eſt in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouiſſima: deuorabitque terram*, &c. Ita interpretatur hunc locum Greg. 18. Mor. c. 12. & Lyran. *Inferni nouiſſima*, ex hebr. Infernus infimus. Is eſt damnatorum locus. * 33. *q* Deum eſſe auctorē mali, quod eſt pœna. &, *r* Omnia à diuina voluntate pendere. &, *s* Exercere Deum prouidētiam circa omnia, *Congregabo ſuper eos mala*, &c. *Sed propter iram inimicorum diſtuli: ne forte ſuperbirent hoſtes eorum*, &c. 34. *t* Superbię actū eſſe, cum quis à ſemetipſo exiſtimat habere, quod habet à Deo, *Ne forte ſuperbirent hoſtes eorum, & dicerent: Manus noſtra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.* * 35. *u* Imprudentiam peccatū eſſe. ſi quis aut ſtudium ad prudētiam acquirendam negligat, quam poteſt, ac debet habere, aut ſe voluntarię à prudentiæ actibus, ac regulis diuertit. &, *x* Inconſiderationem peccatum eſſe, defectū voluntarium recti iudicij. &, *y* Ignorantiam eſſe peccatum, cum vitari poteſt, ac debet. &, *z* Negligentiam in ijs, quæ quis poteſt, ac debet agere, peccatum eſſe, *Gens absque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* 36. *a* Prudentię actum eſſe, Inquiſitionem mediorum operi agendo, finiq; congruentium. &, *b* Iudicium de medijs eligendis operi agendo, finique congruentibus. &, *c* Cōſilium ante omnem electionem adhibendum. &, *d* Bonum finem in conſultatione proponendum. &, *e* Proponenda, & eligenda eſſe meliora. &, *f* Neceſſarium eſſe prudentiæ intellectum, rectumq; ſenſum ſingularium. &, *g* Ratiocinationem ad prudentiam requiri. &, *h* Prudentiæ partem valde neceſſariam, ac præcipuam eſſe prouidentiam: quæ ordinatio eſt aptorum mediorū ad finem. &, *i* Neceſſariam eſſe prudentiæ Cautionem, contra ea, quæ obſtare bonis conſilijs poſſunt. Hæc omnia indicant ea verba: *Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* Nouiſſima hebr. *Ahharith*, etiam finem, mercedem, poſteritatē ſignificat. * *Quomodo persequatur vnus mille*, &c. *k* Habetur doctrina ſupra v. 27. n. 32. Hęc verba v. 27. videntur referenda ad v. 30. Ne ſuperbirent hoſtes Iſraelitarum de ſuis victorijs, ego, inquit Deus, tradidi ipſos Iſraelitis, vt vnus ex Iſraelitis in fugam verteret mille ex hoſtibus, &c. * 37. *l* Deum verum vnum eſſe. &, *m* Deum omnia poſſe, *Non enim eſt Deus noſter vt dii eorum.* hebr. Non eſt fortis noſter, vt fortes eorum. צור *Tsùr*, Fortis, & Deus. 38. *n* Ad veræ fidei confirmationem miracula fieri. &, *o* Teſtimonium veri Dei eſſe, Miracula omni exceptione maiora, *Et inimici noſtri ſunt iudices.* Ipſi etiam inimici noſtri fatentur, nō eſſe deos eorū vt Deus noſter. * 39. *p* Aliquas actiones humanas malas eſſe. &, *q* Eſſe peccata. &, *r* Nullum malum peccato maius. &, *s* Cauſam malorum operum eſſe prauum affectum, & *t* cupiditatem, & *u* alia peccata, *De vinea Sodomorum vinea eorum*, &c. Vinea, ſymbolum Synagogæ, can. 7849. Poteſt etiam ſignificare animam, & animæ potentias, & habitus. Vua, & vinum, ſymbolum operum, c. 7852, 7968. Peccati ſymbolum fel, amaritudo, venenum; vt locus hìc indicat. 40. *x* Eſſe iniuſtos, & impios, *De vinea Sodomorum vinea eorum*, &c. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Vinea Sodomorum, Dracones, aſpides impiorum ſymbola ſunt, c. 5438, 5908. * 41. *y* Deum habere omnem ſcientiam, cognoſcere omnia. &, *z* Omnia à diuina voluntate pendere, *Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in thesauris meis?* Theſauros Dei, in quibus diuina decreta conduntur, & futurorum ſcientia, quid aliud putandum eſt eſſe, quàm diuinum intellectum, & voluntatem? Gloſſ. * 42. *a* Eſſe Deum vltorem, ac vindicem male agentium, *Mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore. Vt labatur pes eorum*, Vt cadant, & ruant. Prædicitur caſus Iſraelitarum tum à felicitate temporali, tum à vera religione. Habes 43. *b* Malos in hac vita interdum infeliciter agere, ſiue in pœnam malæ actionis, ſiue ad inuitamentum correctionis. &, *c* Malorum felicitatem non eſſe ſtabilem. &, *d* Synagogam à Deo reprobatam, *Iuxta eſt dies perditionis, & adesse feſtinant tempora.* Omne tempus etiam ſi longiſſimè abſit, propè eſt, ſi cum æternitate comparetur. * *Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miserebitur*, &c. Mos eſt Scripturarum ſanctarum poſt aduerſa læta ſubiungere, præſertim ad Euāgeliū pertinentia, c. 552.

n p. 611. *o* p. 612. *p* p. 958, 1019. *q* p. 302. *r* p. 296. *s* p. 23, 304. *t* p. 2384. *u* p. 1762. *x* p. 1765. *y* p. 1251. *z* p. 1252. *a* p. 1713. *b* p. 1714. *c* p. 1723. *d* p. 1725. *e* p. 1730. *f* p. 1755. *g* p. 1758. *h* p. 1759. *i* p. 1761. *k* Vid. v. 27. n. 3. lit. q, r, s. *l* p. 6. *m* p. 14. *n* p. 696. *o* p. 1384. *p* p. 1152. *q* p. 1193. *r* p. 1196. *s* p. 1226, 1237. *t* p. 1239, 1240. *u* p. 1231, 1243, 1244, 1245, 1247. *x* p. 643. *y* p. 16. *z* p. 296. *a* p. 25. *b* p. 946. *c* p. 948. *d* p. 1431.

Senſus

Sensus ergo est: Disquiret Dominus causam sui populi, & sententiam contra impios, puniendo; pro pijs proferet, eos à calamitate temporali liberando, & multo magis à spirituali per aduentum Messiæ. Ipse suos iuuabit, videns quod illi non possint se neque à temporali, neque à spirituali calamitate liberare. Solet in eodem contextu de Israelitis modò carnaliter, modò spiritualiter acceptis sermo esse; & ex his ad illos transitus fieri, can. 582.

e p. 24. Habes 44. *e* Deum esse Iudicem omnium,
f p. 25. & *f* vltorē impiorum, & *g* misericordem.
g p. 56. 45. *h* Iudæos à Deo reprobatos, *Iudicabit*
h p. 1431. *populum suum.* Iudicare, pro condemnare,
i p. 446. c. 2677. 46. *i* Venisse Christum propter
k p. 449. hominum salutem. &, *k* Fuisse prisci pa-
l p. 451. tribus promissum. &, *l* Suam prædicationem Iudæis exhibuisse, *Et in seruis suis*
m p. 374. *miserebitur.* 47. *m* Non posse hominem in natura corrupta implere præcepta legis sine gratia, *Videbit quod infirmata sit manus* (ad bene operandum) *& clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.* hebr. Et terminus clausus, derelictus. An terminus intelligitur æterna felicitas, & vltimus finis? Opus fuit Redemptore.

n p. 7. * 48. *n* Idolum esse, falsoq; haberi deum, 37
quidquid vt Deus colitur, præter vnum 38
Deum. Et dicet: *Vbi sunt dii eorum*, &c. Sermo videtur esse de Israelitis, qui à Deo vero ad idola defecerunt: quę nō potuerūt
o p. 6. eos liberare à calamitate. * 49. *o* Deum 39
vnum esse, *Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.* 50. *p* Deum
p p. 14. omnia posse. &, *q* Omnia à diuina volun-
q p. 296. tate pendere, *Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.* 51. *r* Esse
r p. 298. bonorū auctorem Deum, *s* & mali pœnę,
s p. 302. *Occidam & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo.* * 52. *t* Licitum esse iuramen-
t p. 1982. tum, *Leuabo ad cælum manū meam*, &c. Iurantes manus in cælum extendere solebant, vbi est Deus, c. 6449. 53. *u* Esse
u p. 5. Deum vitam nobilissimā, & *x* Æternum,
x p. 11. & *y* Immortalem, *Viuo ego in æternum,*
y p. 12. Per æternam vitam meam. * 54. *z* Esse 41
z p. 25. Deum vltorem male agentium. &, *a* Li- 42
a p. 2095. citum esse iniurias vlcisci ad remouēdum
b p. 2099. nocumenta. &, *b* Superioris esse, subditorum malefacta pœnis compensare. &,
c p. 2103. *c* Correctionem fraternam, quæ fit per delinquentis punitionem ad solos superiores pertinere. &, *d* Pro culpæ quantitate
d p. 2104. pœnas licitas esse. &, *e* Consequi pœnas
e p. 1279. ad peccatū, quas Deus infligit. &, *f* Con-
f p. 1293. gruum esse à male agēdo, pœnarum commination deterrere, *Si acuero vt fulgur gladium meum*, &c. v. 41, 42. hebr. Si acuero fulgur gladij mei. Diuinæ vltionis symbola, Fulgur, & Gladius, & Sagittæ, can. 6119, 6171, 7313. *g* Manus, g p. 14.
symbolum est Potentiæ, can. 6590. Iudicium, pro vltione, & condemnatione potest sumi, can. 1794. 1795. Vocat Deus hostes suos, hostes Israelitarum: quia propter Deum Israelitas persequebantur, & vt habentes veram religionem, & vt colentes Deum. Ideo Deus vlciscitur de hostium peccato; licet illud permiserit ad puniendum Israelitas, *Gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum, & de captiuitate, nudati inimicorum capitis.* Quoniam particula *Min*, quam bis hoc in loco vulgata vertit *De*, significat etiam *Cum*: locus apparebit clarior, si ita ex hebræo vertas: Gladius meus deuorabit carnes cum cruore occisorum; & captiuitas (erit) cum capitis denudatione vniuscuiusque inimici. Significat hostes non interfectos, futuros omnes captiuos. Nudatum caput, symbolum est Captiuitatis. Nudabantur enim capita captiuorum,
43 can. 6786. * 55. *h* Fuisse Gentiles à Deo h p. 1429.
vocatos, & inuitatos ad fidem recipien- *Ex Glossa*
dam, *Laudate gentes populum eius*, Ap- *in Add.*
probate, amplectimini fidem populi eius, verorum Israelitarum, Christianorum. Potest etiam verti ex hebræo, *Exultate gentes cum eo*, Estote participes lætitiæ Christi resurgentis, morte, diabolo, peccato deuictis. Transit de littera ad spiritum, vt dictum est v. 36. ex can. 582. & indicat Paulus Rom. 15. 10. 56. *i* Christi i p. 583.
passionem, nostram redemptionem fuisse. Per eam enim liberati sumus à seruitute
& *k* peccati, & *l* diaboli, & *m* à pœna k p. 584.
peccati peccati, *Sanguinem seruorum suorum vlciscetur*, &c. 57. *n* Esse remissio- l p. 585.
nem peccatorum. &, *o* Ecclesiam à Deo m p. 586.
protegi, *Et propitius erit terræ populi sui.* n p. 776.
Terra, Ecclesiæ militātis symbolū, c. 7632. o p. 625.
Vidēmus post vltimam Iudæorum calamitatem à Romanis factam; Deum non amplius esse propitium terræ Iudæorum, nec eorum Synagogæ. ergo hæc de veris Israelitis sunt intelligenda, & de Ecclesia.
46 * 58. *p* Fidem aliquorum articulorum ex- p p. 1345.
47 plicitam, necessariam esse ad salutem, *Ponite corda vestra in omnia verba*, &c. *quia nō incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent*, &c. 59. *q* Eos, q p. 1346.
ad quos spectat alios erudire, ad magis explicitam de credendis notitiam teneri. &, *r* Instruendos esse à parentibus filios, r p. 2048.
quantum salutis necessitas exigit, *Ponite corda vestra*, &c. *vt mandetis ea filiis vestris custodire*, &c. 60. *s* Esse obedientiæ s p. 2065.
præmia. &, *t* Bona opera meriti rationem t p. 1265.
habere. &, *u* Posse bona temporalia sub u p. 1307.
meritum cadere. &, *x* Congruum fuisse x p. 1122.
veteri legi temporalia præmia proponere, *Quæ facientes, longo perseueretis tempore*

in

Digitized by Google

y p.1279. z p.1280.

in terra, &c. *61. y Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit. &, z Esse mortem peccati primi parentis pœnam, *Morere in monte.* En mors pœna primi 48 49 50 51 peccati, *Quia præuaricati estis*, &c. En mors in pœnam peccati actualis Moysis. *Nebo*, summitas altissima in monte Abarim. 52

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

SVMMA.

Moyses è vita cessurus benedicit filiis Israel, eisque futura prædicit.

1 HÆc est benedictio, qua benedixit Moyses, homo Dei, filijs Israel ante mortem suam. 2 Et ait: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex. 3 Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. 4 Legem præcepit nobis Moyses, hereditatem multitudinis Iacob. 5 Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel. 6 Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. 7 Hæc est Iudæ benedictio: Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. 8 Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. 9 Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos; & fratribus suis: Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, 10 iudicia tua ò Iacob, & legem tuam ò Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. 11 Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant. 12 Et Beniamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. 13 Ioseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente. 14 De pomis fructuum solis ac lunæ. 15 de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum: 16 & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem nazaræi inter fratres suos. 17 Quasi primogeniti auri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manasse. 18 Et Zabulon ait: Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. 19 Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. 20 Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitq; brachium & verticem. 21 Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel. 22 Dan quoque ait: Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. 23 Et Nephthali dixit: Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit. 24 Aser quoque ait: Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. 25 Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. 26 Non est Deus alius vt Deus rectissimi: ascensor cæli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes, 27 habitaculũ eius sursum, & subter brachia sempiterna: eijciet à facie tua inimicum, dicetque: Conterere. 28 Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore. 29 Beatus es tu Israel: quis similis tui populo, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ; negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio mixta.

VErs. 1. *Hæc est benedictio, qua benedixit*, &c. *a* Actus virtutis est alijs benedicere, id est, verbo, vel signo alio illis à Deo bona precari. Id agit instante morte Moyses vt Dux, & pater populi, quatenus legislator.

a p.1952.

2 *Dominus de Sinai venit*, &c. Venire dicitur Deus ratione noui effectus, quem facit. Tria præcipua loca commemorat, in quibus in deserto Deus Israelitis se videndum præbuit. *b* En Dei beneficentiam. *Et cum eo sanctorum millia.* LXX. Angelorum millia. *c* Sunt Angeli. *In dextera eius ignea lex*, quatenus apparente igne, dedit Deus legem Israelitis; & quatenus eam non seruantibus, minatus est pœnas. Ignis, symbolū vltionis, c.6270. *d* Auctor legis veteris Deus.

b p.54. c p.116. d p.1117.

Mysticè, ex Glossa. Sinai, Seir, & Pharan, tria præcipua loca deserti, in quo Israelitæ facti sunt populus Dei per pactum cum Deo initum, & legem à Deo acceptā; Synagogam significāt, & legem veterem. Possunt etiam, vt habet Glossa, significare Christi Domini passiones, in quibus Christus quasi in deserto fuit, derelictus à suis, & à Patre; vt ipsemet innuit verbis illis: Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? &c. Sensus ergo mysticus est: Deum de Sinai venisse, &c. *e* tum quatenus fuit in lege veteri promissus, *f* & figuratus; *g* tum quatenus ex Israelitarum gente prognatus secundum carnem; *h* tum quatenus per suam passionem meruit nobis fidem in ipsum, & nostram vocationem, & iustificationem, & innumerabilis multitudinis sanctitatem. Id mysticè videntur significare verba illa: *Et cum eo sanctorum millia.* Porrò in Christi *dextera ignea lex*, *i* quatenus Christus resurgens à mortuis, & sedens ad dexteram Patris, misit in suos discipulos Spiritū sanctum, apparentibus dispertitis linguis in similitudinem ignis; & in discipulorum cordibus legem amoris impressit. Dextera, felicitatis, & prosperitatis symbolum est, c.5862. Ignis, amoris, charitatisque symbolum, c.6271.

e p.449. f p.859. 860. g p.435. h p.578. 583. 584. 585. 586. 587. 588. i p.602.

3 *Dilexit populos*, &c. LXX. Pepercit populo suo. Diuiuum beneficium significari videtur, quo non solum Israelitas elegit in suum populum; *k* sed etiam omnes, quotquot ab æterno sibi placuit eligere ad vitam æternam, & *l* vocare, & *m* iustificare. Diuini hæc amoris opera sunt.

k p.349. l p.394. m p.403. 404.

Omnes sancti in manu illius sunt. n Peculiaris est Dei prouidentia erga pios. Manus, protectionis symbolum, c.6593. *Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.* Ad pedes doctoris sedent discipuli. Docebantur legem Israelitæ Deo se videndum præbente signis visibilibus ignis, & nubis. Israelitæ sedebant quasi ad pedes Dei. Indicatur, *o* Audiendi desiderium esse necessarium in auditoribus verbi Dei. &, *p* Necessariam esse prudentiæ docilitatem, ad recipiendam eruditionem aliorum.

n p.380. 899. o p.717. p p.1756.

4 *Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Iacob.* Moyses de se loquitur tamquam esset alia persona: quatenus etiam ipse legi subiectus erat, *q* quā præcipiebat, vt Dei minister. Præcepit, inquit, legem Moyses, quam Israelitæ caram, ac firmam haberent, & ad posteros traducerent vt possessionem hæreditariā.

q p.1119.

5 *Et erit apud rectissimum Rex, congregatis principibus populi cū tribubus Israel.* Vaticinatur futurum Regem apud Israelitas, & innuit Saulem primum Regem electum corā omni populo. *Rectissimum.* hebr. יְשֻׁרוּן *Ieshurùn*, nomen diminutiuum, quo appellat Israelem, ei blandiens. יָשָׁר *Iashàr*, significat, Rectum esse, Pulchrum esse, Placere. *Ieshurùn*, Rectulus, pulchellus, placidulus.

6 *Viuat Ruben, & non moriatur, & sit parvus in numero.* Meruisset mori, in pœnam adulterij, & incestus, vt vidimus Genes.49. sed non est eius tribus multiplicata. *t* Consecuta est pœna ad peccatum, quam Deus inflixit.

t p.1279.

Mysticè. u Ruben figura fuit Iudæorum, vt dictum est Gen.49. qui cubile Dei, nempe Synagogam maculārunt. Viuunt adhuc, sed pauci numero.

u p.1431.

7 *Audi Domine vocem Iuda, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius eris.* Prædicit victorias, quas reportaturi erant Duces, & Reges populi ex tribu Iuda. vt clarius versio chald. *Suscipe Domine orationem Iuda cum egressus fuerit ad bellum: & ad populum eius reduces eum in pace: manus eius facient vltionem de inimicis suis: & auxiliator contra hostes eius eris ei. x* Vis orationis indicatur, & *y* exorabilitas Dei.

x p.1917. y p.55.

Omittit benedicere Simeon, An quia in ea tribu fuerunt pauci numero, & inter alias tribus permixti?

Mysticè ex Glossa. Iuda Christi figura fuit, can.8020. vt dictum est Genes. 49. *z* Orauit Christus in Cruce pendens, ad Patrem: & exauditus est pro sui reuerētia. *a* Manus Christi pugnarunt, quatenus Cruci affixæ, diabolum, & peccatum, & mortem viceruut. *b* Introductus est Christus ad populum suum, quatenus ab Ec-

z p.508. a p.583. 584. 585. 586. b p.589.

Digitized by Google

cleſia ex gentibus congregata, quam Deus Pater ab æterno in Chriſti populum elegerat, habitus eſt vt Deus, vt Rex, vt Sacerdos Summus, vt humani generis Redemptor. *c* Introductus eſt Chriſtus ad populum ſuum, quatenus vt caput Eccleſiæ triumphantis aſcendit ſuper omnes cælos, & obſequijs colitur omnium Angelorum.

8 *Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua à viro ſancto tuo*, Sanctitas populi Iſraelitici, & doctrina à Moyſe, qui fuit è tribu Leui, *d* miniſter legis, *Quem probaſti in tẽtatione, & iudicaſti ad Aquas contradictionis.* Sermo videtur eſſe, non ad Deum, ſed ad totum populum, vt indicant verba verſ. 9. *Iudicia tua ò Iacob.* Probarunt, expertiq; ſunt Iſraelitæ Moyſis patientiam multis tentationibus, præſertim ad Aquas cõtradictionis. *Iudicaſti*, ex hebr. verti etiam poteſt, *Iurgatus es.* *e* Sunt tentationes à falſis fratribus, & *f* contentiones, & iurgia.

9 *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos*, &c. Sermo eſt de Moyſe, & ijs Leuitis, qui iuſſu Moyſis populum, qui vitulum aureum adorabat, occiderunt, non ignoſcentes neque patri, neque matri, neque fratribus, neque filijs. *g* Deus ſuper omnia diligendus, *Hi cuſtodierunt eloquium tuum, et pactum tuum ſeruauerunt.* Vel cõuertit ſermonem ad Deum; & ſenſus eſt: Leuitas, qui vindictam ſumpſerunt de Iſraelitis præuaricatoribus, cuſtodiſſe legem Dei de non idolatrando: *h* Nam Dei præceptis parendum. Vel ſermo eſt ad populum Iſraeliticum, vt videntur indicare verba ſequentia, *Iudicia tua ò Iacob, & legem tuam ò Israel.* & ſenſus eſt: Apud Leuitas, depoſuiſſe Deum legem, ad eam conſeruandam; vt ab ipſis reliquus populus inſtrueretur. Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. *i* Sunt in Eccleſia Doctores.

10 *Ponent thymiama in furore tuo, & holocauſtum ſuper altare tuum*, *k* Sacerdotes ſacrificij miniſtri ad placandum Deum. &, *l* Sacrificio placatur Deus. &, *m* Cõgruum eſt externam ſacrificij oblationem offerri Deo.

11 *Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius ſuſcipe.* hebr. יחן *Hhàjil*, non ſolum fortitudinem, & robur, ſed etiam ſubſtantiam, & exercitum ſignificat. Vocat exercitum, multitudinem ordinatã miniſtrorum; & opera manuum, miniſteria Leuitarum. *o* Actus virtutis, bona alijs à Deo precari. Id agit Moyſes, *Percute dorſa inimicorum eius, & qui oderunt eum non consurgant.* Docemur 1. *p* Licitum eſſe iniurias vlciſci, ad remouendum nocumenta. 2. *q* Maledictionem licitam eſſe. ſi quis imperet, aut optet malum alterius ſub ratione boni, aut ſub ratione iuſti, aut vtilis. 3. *r* Dei contra tentationes auxilium poſcendum eſſe. Sunt fortaſſe hæc verba vaticinium de futuris Machabæorum victorijs: nam ex tribu Leui fuerunt Machabæi.

Myſticè. Leuitæ Sacerdotum nouæ legis figura fuerunt, Malach. 3. 3. Moyſes, figura Chriſti, 1. Corinth. 10. 2. Hebr. 3. 2. Perfectio charitatis, & gratiæ; & doctrina fidei, quæ eſt in Eccleſia, quam populus Iſraeliticus figurauit; eſt à Chriſto, *a* tum quatenus ea bona ipſe ſua paſſione nobis meruit; *b* tum quatenus ipſe noſtris animis ea infundit. 3. Vir ſanctus Chriſtus, *c* tum quatenus eſt ipſa ſanctitas vt Deus; *d* tum quatenus auctor omnis ſanctitatis noſtræ; *e* tum quatenus plenus gratia vt homo. 4. *f* Probatus Chriſtus per omnia, & acerba pro nobis paſſus. *g* Ad Aquas contradictionis, nempe apud Iudæos, populum ſibi contradicentem. Aquæ, multitudinis, ac populi ſymbolum, can. 5363. 5. *h* Sacerdotes nouæ legis dicunt parentibus, & conſanguineis, Neſcio vos: quatenus vt in diuinum cultum, & in ſacerdotalia miniſteria, vt par eſt, incumbant, debent longe eſſe à curis temporalium, & ab inordinato amore parentum, & conſanguineorum. 6. *i* Sacerdotes cuſtodiunt eloquium, & pactum Dei: quatenus pleni eſſe debent, ad alios inſtruendos, ſacra doctrina tum credendorum, tum agẽdorum. 7. *k* Offerunt thymiama precum, præſertim Horarum canonicarum, ad quas tenentur. Thymiama, orationis ad Deum piè fuſę ſymbolũ eſt, Pſal. 140. 2. Apoc. 8. 3. 8. *l* Sacerdotum munus præcipuum eſt, offerre ſuper altare holocauſtum corporis, & ſanguinis Chriſti. 9. *m* Diuina erga Leuitas protectio, figura fuit protectionis diuinæ erga Eccleſiam, & pios.

12 *Et Beniamin ait*: *Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.* Diuina beneficia, amoris diuini ſigna ſunt. Magnum Deus contulit beneficiũ tribui Beniamin, quod voluit in vrbe Ieruſalem ſuũ Templum ædificari, quæ ad ſortem ſpectabat tribus Beniamin. Ob id ea tribus poterat magnam ſpem habere in Dei protectione. Habes 1. *a* Eſſe Dei amorem in homines. 2. *b* In ſolo Deo ſperandum principaliter eſſe. 3. *c* Protectionem diuinam eſſe: quæ thalami, & humerorum ſymbolis ſignificatur. chald. *Super eum erit protegens eum omnibus diebus. Et in terra eius habitabit Maieſtas Domini.*

Myſticè ex Patrum ſententia. Paulus, qui fuit ex tribu Beniamin, & cum Paulo Fideles figurantur: in quos Dei amor, & peculiaris protectio, c. 7996.

13 *Io-*

b p. 601. *d* p. 1119. *e* p. 887. *f* p. 1682, 2149. *g* p. 1538. *h* p. 2066. *i* p. 637, 646. *k* p. 646, 745. *l* p. 747. *m* p. 1960, 1961, 1962. *o* p. 1952. *p* p. 2095. *q* p. 1904. *r* p. 903. *a* p. 573, 577. *b* p. 483, 484, 485. *c* p. 425. *d* p. 489. *e* p. 490, 492, 493, 494. *f* p. 545. *g* p. 549, 559, 564. *h* p. 648, 658, 659. *i* p. 702. *k* p. 1926, 1936. *l* p. 646, 745. *m* p. 380, 899, 902. *a* p. 1492. *b* p. 1445. *c* p. 380, 899, 902.

Digitized by Google

13 *Ioseph quoque ait*: *De benedictione Domini terra eius*, Prepositio *De*, hebr. *Min*, significat etiam *Cum*, & *In*. Innuitur terræ fertilitas. *De pomis cæli*, LXX. *De fructibus cæli*; Abundabit fructibus cælestibus, pretiosis, quasi è cælo allatis. hebr. *De pretioso cæli*. An cælum valde salubre significat? *De rore, atque abysso subiacente*. chald. *De rore cæli desuper, & de venis fontium abyssi, quæ fluunt à profundis terræ*. Indicat abundantiam roris, & fontium. 14. *De pomis fructuum solis, ac lunæ*. hebr. *De pretiosis fructibus solis, de pretiosis fructibus lunæ*, De fructibus, qui proueniunt virtute solis, & de fructibus qui proueniunt virtute lunæ. יבול *Gèresh*, fructus, qui producitur virtute lunæ. 15. *De vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum*, Syluæ meliores montanæ, vineæ collinæ. Varro de re rust. lib. 1. c. 6. Sint, inquit, prouentus perpetui ex montibus, & collibus. Videtur mons antiquus, & collis perpetuus hìc accipi respectu prouentus, qui sit perpetuus. 16. *Super verticem Nazarai inter fratres suos*, Nazaræus, vertitur separatus. Ioseph separatus inter fratres tum ratione peculiaris amoris, quo diligebatur à patre; tum ratione bonitatis, & prudentiæ, qua suos fratres superabat; tum quia seiunctus à fratribus, cum est ab illis venditus; tum quia erat in Ægypto Princeps, separatus à fratribus, illorum dominus. 17. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius*. Ioseph pulcher fuit aspectu, vt etiam indicatur Genes. 49. 22. Tauro comparatur, qui est dux gregis, quatenus Ioseph fuit Princeps in Ægypto, & ex Ephraim Iosephi filio fuerunt Reges in decem tribus. *Cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ*. Innuit prælia, quæ gesserunt Reges Ephraim contra gentes, vt explicant verba sequentia: *Hæ sunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse*.

Colligere possumus ea dogmata 1. *a* Contingere beatitudinem aliquam in hac vita. 2. *b* Interdum bonos in hac vita prosperè agere, in præmiũ bonæ actionis. 3. *c* Congruum fuisse in veteri lege temporalia bona proponere, vt per ea manuduceretur populus rudis ad bona spiritualia, *De pomis cæli, & rore*, &c. 4. *d* Aliqua corpora venustate præcellere, *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius*.

Mysticè ex Glossa. 1. Ioseph, Christi figura fuit, vt Gen. 49. dictũ est. 2. *a* Terra Ioseph est Ecclesia: in qua est benedictio Domini, quatenus est in ea fides, & gratia, quæ supernaturalia dona Dei sunt. Terra, Ecclesiæ militantis symbolum, c. 7632. 3. *b* Poma cæli, sunt opera bona, quæ fiunt per gratiam Dei, & cæli felicitatem merentur, c. 7119. 4. *c* Ros, est de doctrina sacra, quam Ecclesiæ Doctores docent, Deut. 32. 2. Mich. 5. 7. 5. *d* Fontes abyssi, sunt visibilia Ecclesiæ Sacramenta, è quibus aqua gratiæ deriuatur, c. 6079. 6. *e* Fructus pretiosi solis, est thesaurus meritorum Christi, qui est in Ecclesia. Sol, Christi symbolum, Isa. 60. 19, 20. 7. *f* Fructus pretiosi lunæ, sunt merita sanctorum, quæ sunt in Ecclesię thesauro. Luna, Ecclesiæ symbolum est, Cant. 6. 9. & viri iusti, Eccli. 50. 6. 8. *g* Montes, & colles, qui perpetuò virent, perpetuò sunt in Christi Ecclesia, sunt Pastores, ac Doctores, & Sacramentorum ministri. à quibus est prouentus doctrinæ, & gratiæ. Montes, Sacerdotum symbolum sunt, c. 6886. Colles, sanctorum hominum symbolum, c. 5727. Ab hominibus sanctis prodeunt bonorũ operum exempla. 9. *h* Fruges terræ, sunt opera bona, & alia bona, quę ex bonis operibus proueniunt, c. 6110, 6111. Terra, animi symbolum, quatenus sementem recipit, & imbrem diuini verbi, Hebr. 6. 7. Iac. 5. 7. 10. *i* Benedictio eius, qui apparuit in rubo super caput Ioseph, & super eius verticem; est in Christo vnio hypostatica Verbi: per quã vnionem Christus vt homo reddebatur caput omnis creaturæ: per quam Christi passiones recipiebant valorem infinitum. Is, qui in rubo apparuit, fuit Verbum: quem significabat rubus futurum hominem, & passurum; vt Ex. 3. dictum est. 11. *k* Nazaræus inter fratres suos, est Iesus Christus, quatenus à peccatoribus segregatus ratione summæ innocentiæ, *l* & reiectus à Iudæis fratribus suis. 12. *m* Est Iesus Christus primogenitus inter creaturas, quatenus prædestinatus est caput omnis creaturæ. Est ipse Taurus, quatenus ipse Princeps in Ecclesiæ multitudine. *n* Habet ipse pulchritudinem tum gratiæ, tum scientiæ, tum gloriæ, tum diuinitatis. 13. *o* Cornua rhinocerotis, est Christi Crux; quatenus vim habuit ad vincendum diabolum, peccatum, & mortem. Cornu, vires, & potentiam significat, c. 5781. 14. *p* Multitudines Ephraim, & millia Manasse; est Christi Ecclesia ex Gentibus, & Iudæis congregata.

18 *Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis*. Erat, vt multi putant apud Lyranum, tribus Zabulon dedita mercaturæ; tribus autem Issachar studio legis. vtraque habitabat iuxta mare. *Exitus* ad mercaturam. *q* Innuitur duplex vita, Actiua, & contemplatiua. Sunt, qui vitam actiuam exercẽt, actionibus exterioribus occupati. Sunt, qui vitam contemplatiuam exercent, considerationi veritatis intenti.

19 *Populos vocabunt ad montem*: *ibi*

a p. 928. b p. 944. c p. 1122. d p. 150. a p. 620, 623, 624. b p. 1035, 10, 8. c p. 1316. d p. 749. e p. 571. f p. 1295. g p. 636, 637, 644, 646. h p. 1035. k p. 494. l p. 549. m p. 469, 470, 471, 475, 476. n p. 490, 491, 499. o p. 584, 585, 586. p p. 620, 630. q p. 641, 642.

Digitized by Google

immolabunt victimas iustitiæ. Quia in littore maris habitabāt, commercium habebant cum gentibus exteris: eas inuitabant ad Templum, ad Deum adorandum. *Sacrificium iustitiæ*, Sacrificium legitimum, secundum cerem nias legis. Vel, sacrificium Deo debitum, quatenus Deus ens summum est. Duarum virtutum actus his verbis innuuntur, Charitatis, & Religionis. *r* Charitatis actus est, docere ignorantes verā religionem. *s* Religionis actus est sacrificium. *t* Congruum autem adorationi externæ, quale est sacrificium, determinatum locum, & ritus determinatos adhibere: ideo ait, *Ibi immmolabunt victimas iustitiæ.*

r p.1616. s p.1962. t p.1961.

Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. Mercatorum naues aduehebant magnam copiam argenti, auri, vnionum, aliarum gemmarum. Copiam harum mercium nauibus aduectarum, inundationem vocat. Thesauri dicuntur arenarum mineralia, quæ inter arenas producuntur. *u* Licet bonis huius mundi vti ad finem honestum.

u p.2156.

Mysticè ex Glossa. 1. *a* Zabulon, & Issachar, quæ sunt in Galilæa, vnde cæpit Christi prædicatio, vbi Apostoli vocati; Ecclesiam figurant. 2. *b* Exitus Zabulon, est Apostolorū missio, & verbi prædicatio. *c* Tabernacula Issachar, sunt, Ecclesiæ à primis verbi Dei præconibus fundatæ. Nam Tabernaculum, symbolum est Ecclesiæ, c.7585. 3. *d* Mons, ad quem vocantur populi, est Christus, & Ecclesia, ad quā prædicatores euangelici gentes traxerunt. Mons, symbolum Christi, & Ecclesiæ, Isa.2.2,3. Psal.23.3. & 67.16. 4. Victimæ iustitiæ, sunt & *e* sacrificium corporis, & sanguinis Christi, à quo est omnis nostra iustitia; & *f* opera bona iustorum, quę fieri non possunt extra Ecclesiam, & sine Christo, c.7831,7832. 5. *g* Inundatio maris, est multitudo gentium ad Ecclesiam venientium. Mare, multitudinis, populiq; symbolum est, Isa. 17. 12. Ezech. 26. 3. 6. *h* Populos quasi lac sugere, est gentes redditas simplices per doctrinam fidei, & innocentes per gratiam Baptismi, in Ecclesiæ corpus aggregare. Vt lacte pueri corpus augescit, ita crescit Ecclesia multitudine Fidelium. Lac, simplicitatis, & innocentię symbolum, Isa.28.9. 7. *i* Thesauri absconditi arenarum, sunt animæ innumerabilium Fidelium, & in eorum animis gratia, & fides, & intelligentia diuinorum. Nam de hoc genere thesaurorum dicit Paulus 2. Cor. 4. 7. Habemus thesaurum absc̄ditum in vasis fictilibus. Porrò arena, multitudinis symbolum est, & ingentis copiæ, Gen.22.17. & 32.22. Thesaurus, symbolum bonorum spiritualium, Matt.6.20. & 12.35. & Sapientiæ, Prou.2.4. Eccli.1.26. Coloss.2.3. & Timoris Domini, Isa.33.6. & Fidei Christianæ, Matt.13.44. 2.Cor.4.7.

a p.620. b p.700, 735. c p.620. d p.620. e p.739, 747. f p.1963, 1967. g p.1393, 1396,1397. h p.1398. i p.363, 365,366, 644,1398.

20 *Benedictus in latitudine Gad*, Abūdans multitudine, & possessione. *a* Contingit beatitudo aliqua in hac vita. *Quasi leo requieuit*, Commendat fortitudinem Gaditarum, & victorias. *Cœpitque brachium & verticem*, Brachium fortitudinem significat, vertex Principem. Indicat debellasse Gad hostes fortes cum Regibus suis. chald. Occidet Principes cū Regibus. 21. *Et vidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus.* chald. Et susciepit in principio partem suam: quoniam ibi in hæreditate sua Moyses Scriba magnus, & Princeps Israel sepultus est. Principatus, potest significare & principium possidendi terram, & dignitatem, quam Gad habuit ex eo, quod in eius parte sepultus est Moyses. *Qui fuit cum principibus populi & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.* Cum Gad obtinuit possessionem terræ trans Iordanem, promisit se cum alijs tribubus iturum ad debellandos Chananæos: quod præstitit. Commendatur his verbis Gaditarum fides. *b* Standum promissis. *c* Veracitas consectanda.

a p.928. b p.2125. c p.2108.

Mysticè ex Glossa. 1. *d* Gad, Iesus Christus est: cuius regnum latissimum, & potestas in cælo, & in terra. in quo omnis gratia, omne bonum. 2. *e* Requieuit vt leo, quatenus moriens fortis fuit, & moriendo, mortem superauit. 3. Cœpit verticem, quatenus mundi principem superauit, c.5651. Cœpit brachium, quatenus eius vires fregit. Brachium, Principum potentiam significat, c.5502. 4. *f* Vidit suum principatum, quatenus ecclesiasticam Hierarchiam instituit, eamque supra firmam petram fundauit. 5. *g* Vidit Doctorem in sua parte repositum, quatenus Spiritum sanctum super discipulos misit, ad docendum eos omnia; *h* deditque suæ Ecclesiæ potestatem, vt in docendo nunquam erraret. 6. *i* Fuit cum principibus populi, quatenus Apostolos ad prædicandum misit, eosque iuuit, & nunquam Apostolorum successores deserit. 7. *k* Fecit iustitias Domini, quatenus nobis iustitiam meruit, & per Sacramenta eam producit. 8. *l* Fecit iudicium cum Israel, quatenus suos electos à seruitute peccati, ac diaboli vindicauit.

d p.486, 487, 488, 489, 490, 491. e p.483, 484, 485, 486. f p.645, 636. g p.602, 637. h p.1369. i p.604, 902. k p.573, 577. l p.583.

22 *Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan.* Ex Lyrano, Catulus leonis appellatur, quia ex ea tribu fuit Sampson, & alij viri fortissimi. *Fluet largiter*, Hoc dicitur propter fluuium Iordanem, qui oritur in sorte eius iuxta ciuitatem Dan, quæ prius Lachis dicebatur. Iordanis autem ortum

habet

Digitized by Google

habet è quodam fonte vltra Iordanem in regione Basan.

Mystice. Quoniam Sampson Christi figura fuit, & leo est Christi symbolum, & Iordanis diuinam sapientiam significat, Eccli. 24. 36. dicamus his verbis prædici
m p. 902. *m* futuras in Ecclesia à Christo vires con-
n p. 637, 1353. tra hostes suos, & *n* abundantiam diuinæ
o p. 749, 754, 757. sapientiæ; & *o* gratiam, præsertim Baptismi, quia Aqua symbolum est gratiæ, & Iordanis Baptismum significat, quatenus in eo Christus à Ioanne fuit baptizatus.

23 *Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini,* Fertilissima erat sors Nephthalim, quia Iordanis fluentis irrigabatur. *Mare, & meridiem possidebit.* Longitudo sortis huius tribus à Libano meridiem versus, ad mare vsque Galileæ, & tribum Zabulon pertingebat. Adrich.

p p. 620. *Mystice.* p Est sermo de Ecclesia, in qua est copia omnium bonorum spiritualium. Quæ mare possidet, quatenus multitudinem Fidelium complectitur. Mare, multitudinis symbolum, can. 6602. Quæ meridiem possidet, quatenus & in lege gratiæ est, & hæres felicitatis æternæ. Meridies, tempus legis gratiæ significat; Cant. 1. 6. ex Patribus in Sylu. Alleg. v. Meridies, & Isa. 59. 10. & symbolum est Prosperitatis, & lætitiæ, Psal. 36. 6. Isa. 58. 10.

24 *Benedictus in filiis Aser,* Bona prolis sunt, pulchritudo corporum, & robur, & suauitas morum. *Sit placens fratribus suis,* Amabilis ob pulchritudinem, & motum suauitatem. *Tingat in oleo pedem suum.* Hac phrasi olei, abundantia designatur.

25 *Ferrum, & æs calceamentum tuum.* hebr. *Ferrum, & æs à pueritia tua,* Sis fortis ab ipsa pueritia. Congruunt verba sequentia, *Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua,* Sis fortis ab ipsa pueritia vsque ad vltimam senectutem. hebr. *Sicut dies tui, & fortitudo tua,* Vt procedant in vita tua dies, ita procedat fortitudo. vt pergis viuere, ita pergas esse fortis. Hanc fortitudinem videntur innuere illa verba vulgatæ, *Ferrum & æs calceamentum tuum,* Induaris fortitudine quasi ferro, & ære.

a p. 629, 644, 1398 1399. *Mystice ex Glossa.* 1. *a* Benedictus in suis filijs Aser, est Iesus Christus, & Ecclesia, quatenus habet filios Deo per gratiam genitos, sanctitate, & animi robore præclaros. 2. Fratres, sunt spiritus cælestes, cohæredes æternæ felicitatis: quibus placent homines iusti. 3. Tingere in oleo pe-
b p. 367. dem, est Bona opera exercere, *b* & secun-
c p. 1603. dum spiritum Dei, *c* & secundum cha-
d p. 1600. ritatem, *d* & secundum Christi imitationē. Nam Pedes, symbolum sunt actionum, c. 7005. & oleum, symbolum est tum Spiritus sancti, c. 6842. tū charitatis, c. 6847. tum Christi, c. 6851. 4. *e* Ferro, & ære
e p. 1390. Fidelium multitudo calceatur, quatenus
1391, 1392. fortitudo præstat & in doctrina fidei tuen-
1394, 2181. da, & propaganda, & in aduersis perferen-
2182, 2187. dis, & in iustitia vsque ad mortem conser-
2188, 2189. uanda. Pedes, symbolum sunt affectus,
2190, 2191. c. 7007. Ferrum, symbolum est potentiæ
2192. resistentis, c. 6025. 5. *f* Sicut iuuenturis
f p. 1388. ita & senectutis dies in Ecclesia sunt; quatenus eius doctrina, & fides semper eadem perseuerabit vsque ad finem mundi, qualis initio nascentis Ecclesiæ ab Apostolis tradita fuit.

26 *Non est Deus alius vt Deus rectissimi,* &c. Numeratis benedictionibus singularum tribuum, concludit Israelem; quem, vt supra cap. 32. appellat Rectissimum, *Ieshurun,* esse sub Dei protectione.
a Quem 1. Docet esse solum Deum, sum-
a p. 4, 6. mum, vnum: *Non est Deus alius vt Deus rectissimi.* 2. *b* Eius esse, summam maie-
b p. 22, 36. statem, summum dominium; quatenus sedet in sede summa, nempe in cælo, *Ascensor cæli.* &, *Magnificentia eius discurrit nubes.* hebr. clarius, *Elatio eius nubes, sed cæli.* &, *Habitaculum eius sursum.*
3. *c* Habere esse æternum. Non habet vul-
c p. 11. gata quod est in hebræo, *Habitaculum Dei æternum.* chald. *Habitaculum Dei ab initio.* Idem indicat vulgata cum hebræo verbis sequentibus, *Et subtus brachia sempiterna.* 4. Esse in Deo *d* potentiam, &
d p. 14. *e* prouidentiam, & *f* mundum à Deo gu-
e p. 23. bernari, & quidquid accidit in tempore,
f p. 304. ab æterno à Deo præcognitum, ac prædeterminatum fuisse, *Subter brachia sempiterna.* Brachia diuinæ virtutis, & gubernationis symbolum sunt, c. 5500. Secundum nostrum modum intelligendi ait, Deum esse supra cælum, & eius brachia operari subter in mundo. Brachia appellat sempiterna, tum quia Dei virtus æterna est vt ipse Deus; tum quia id, quod fit in tempore, ab æterno est determinatum à Deo.

27 *Eiiciet à facie tua inimicum, dicentem: Conterere,* &c. vsque ad finem capitis. Proponitur *g* peculiaris Dei prouidentia
g p. 380. erga pios, *h* & felicitas temporalis, quæ
899. interdum pijs in hac vita contingit.
h p. 928, 944. 28 *Habitabit confidenter.* *i* Curæ de-
i p. 2215. ponendæ, cum non sunt necessariæ. *Solus,* Quatenus non iudigebit aliorum auxilio. *Oculus Iacob,* &c. Videbit copiam frumenti, & vini.

29 *Negabunt te inimici tui.* chald. *Mentientur tibi.* Serui ne vapulent, multa solent suis dominis mentiri. *k* Eris tuis
k p. 230. inimicis formidabilis. *l* Multa fingent, vt
l p. 2113. mortem euadant.

Mystice. A v. 26. Secundum sensum mystícum docemur 1. *a* Vires à Deo Ec-
a p. 902. clesiæ tribui ad se tuendum, ad suos hostes

Digitized by Google

debellandum, *Ascensor cæli auxiliator tuus*, &c. 2. Positos esse à Christo in Ecclesia *b* Apostolos, & *c* Doctores, & *d* Ministros verbi. &, *e* Prædicationis efficaciam esse à Deo; *Magnificentia eius discurrunt nubes.* Nubes sunt Apostoli, Doctores, Prædicatores ex Patrum sententia in Sylu. Alleg. v. Nubes. 3. *f* Christum in cælos ascendisse, *g* & sedere ad dexteram Patris. Gloss. *Habitaculum eius sursum.* 4. *h* Ascensionem Christi diuinorum donorum causam nobis fuisse. &, *i* Christum capitis influxum in vtriusque triumphantis, & militantis Ecclesiæ membra exercere *Subter brachia sempiterna.* 5. *k* Ecclesiæ vniuersalis fidem non posse deficere, *Brachia sempiterna* Christi auxilium per omnia sæcula duraturum vsque ad finem mundi. Vobiscum, inquit Christus, sum vsque ad consumationē sæculi. 6. *l* Ecclesiam veram esse vnam, *Habitabit Israel solus.* Israelitæ Christianorum fidelium figura sunt, Rom. 9. 5, 6. 7. Galat. 6. 16. 7. *m* Esse in Ecclesia Eucharistiæ Sacramentum, corpus, & sanguinem Christi continens sub speciebus panis, & vini, & tribuens vitam gratiæ, *Oculus Iacob in terra frumenti, & vini.* Frumentum, Eucharistiæ sanctissimæ symbolum, c. 6 12. 8. *n* Esse in Ecclesia doctrinam fidei; &, *o* Diuinas consolationes, *In terra vini.* Vinum, diuinæ legis, sacræque Scripturæ symbolum, c. 7855. Diuinas etiam consolationes significat, c. 7857. 9. *p* Esse verbi ministros in Ecclesia, *Cæli caligabunt rore.* Cæli, Apostolos significant, & prædicatores, & ipsam Ecclesiam, can. 5536, 5538. Ros, doctrinæ sacræ symbolum est, Deut. 32. 2. Mich. 5. 7. *q* Caligo, symbolum obscuritatis, quam habet doctrina fidei, c. 5560, 5561. 10. *r* Peccatum infidelitatis esse, veram fidem nolle recipere. &, † Esse doctrinas falsas, quæ pugnant cum vera doctrina, *Negabunt te inimici tui.* 11. *s* Hostes Ecclesiæ vinci verbo Dei. &, *t* Esse potestatem in Ecclesia ad ligandum, & ad pœnas imponendas, & ad excludendum à consortio militantis Ecclesiæ, *Tu eorum colla calcabis.*

b p.634, 638. c p.637. d p 700. 701. e p.708. f p.601. g p. 603. h p.602. i p.604. k p.1350. l p.628. m p.762, 763, 767. n p.1316, 1369. o p.1401, 1405. p p.700. q p.1363, 1366. r p.1415. † p.883. s p.907. t p.869, 870, 871.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.

SVMMA.

Narratur Moysis mors, & sepultura, & laudes; & Iosue Moysis successor.

1 Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho: ostenditque ei Dominus omnem Terram Galaad vsque Dan, 2 & vniuersum Nephthali, terramq; Ephraim & Manasse, & omnem terram Iuda vsque ad mare nouissimum, 3 & australem partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vsque Segor. 4 Dixitque Dominus ad eum: Hæc est terra, pro qua iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & nō transibis ad illam. 5 Mortuusq; est ibi Moyses seruus Domini, in terra Moab, iubente Domino: 6 & sepeliuit eum in valle Terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentem diem. 7 Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. 8 Fleueruntque eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. 9 Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, feceruntque sicut præcepit Dominus Moysi. 10 Et non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, 11 in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, 12 & cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

Interpretatio litteralis.

a p.1273, 1280.

DOcemur *1. *a* Necessarium esse omnibus hominibus, etiā sanctissimis, mori, *Mortuus est ibi Moyses seruus Domini*, in monte Nebo, in eius montis vertice Phasga. 2. *b* Consequi pœnas ad peccatum, quas Deus infligit, *Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.* Quia non glorificauit Deum ad aquas contradictionis. *c* Cessante culpa, & remissa, solet

b p.1279. c p.789, 1288.

Digitized by Google

solet reatus alicuius pœnæ temporalis remanere. 3. *d* Omnia à diuina voluntate pendere. &, *e* Deum esse auctorem mali, quod est pœna, *Mortuus est, iubente Domino.* * 4. Misericordiæ actum esse, sepelire mortuos, *Sepeliuit eum.* * 5. *f* Deberi benefactoribus grati animi officia: *g* & officia factorum ijs, quibus conuiuimus. &, *h* Cultum viris in dignitate constitutis, & viris excellentibus, & Magistris (qualis erat Moyses.) &, *i* Esse actum tristitiæ, cuius symbolum fletus. &, Esse actum misericordiæ, de malo proximi tristari, *Fleueruntq; eũ filii Israel triginta diebus.* * 6. *k* Esse à Spiritu sancto illustrationes, & affectus ad domum sapientiæ spectantes. &, *l* Solere quibusdam communicari ad institutionem aliorum, peculiarem quandam cognitionem diuinorum, quæ deducuntur è Fide: quæ cognitio sapientia dici solet; estque gratia gratis data, *Iosue filius Nun repletus est spiritu sapientiæ.* 7. *m* Disposuisse Deum multa non nisi petentibus elargiri, *Quia Moyses posuit super eum manus suas.* Ipse gestus imponendi manus, erat tacita inuocatio diuini spiritus in Iosue. 8. *n* Deberi suis superioribus à subditis obedientiam. &, *o* Teneri hominem in omnibus, diuinis præceptis obedire, *Et obedierunt ei filii Israel, feceruntque sicut præceperat Dominus Moysi.* 9. *p* Esse Deum intelligibilem à nobis per eius reuelationem, *Et non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem.* chald. *Cui reuelatus est Dominus facie ad faciẽ.* Indicat interdum non per Angelum, sed per seipsum locutũ esse Dominum Moysi, licet nube, vel alio symbolo velatum. Cognoscere Dei, est signa dilectionis exhibere, c. 2573. Exhibuit autem dilectionis signa in Moysem, tribuens ei virtutem ad patranda signa admiranda; vt indicant verba sequentia, *In omnibus signis, atque portentis*, &c. Potest etiam *Cognoscere*, sumi pro Notum facere, c. 2572. Notum fecit Moysem Deus, visibili signo se ei præsentem exhibendo, quod est *Facie ad faciem*, adinuando illum ad patranda signa, & portenta, &c. Ex qua interpretatione intelligimus 10. *q* Fieri sæpè miracula ad confirmationem sanctitatis alicuius, aut potestatis, quam Deus hominibus vult proponere. Proponebat illis signis Deus Israelitis Moysem verum Propnetam, & Ducem populi, & legislatorem, à se missum. 11. *r* Solere aliquibus communicari à Deo ad Ecclesiæ vtilitatem, donum faciendi miracula: quod est gratia gratis data, & operatio virtutum appellatur, *In omnibus signis, & portentis, quæ misit per eum*, &c.

Hæc vltima Deuteronomij verba scripsit An ipse Moyses prophetãs? An Iosue? An Esdra? can. 61.

a *Interpretatio mystica.*

1 DOcemur mysticè * 1. *b* Fuisse Chri-
2 stum, & eius Ecclesiam, & mysteria
3 priscis patribus reuelata. Hoc significat
4 ascensus Moysis in montem, & visio terræ promissæ, ad quam tamen non introiuit. Terra promissionis Ecclesiam figurauit, vt sæpè dictum est. 2. *c* Iudæos, ac eorum Synagogam à Deo desertam, ac reprobatam esse, *Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.* Iudæi viderunt Prophetarũ oculis, per reuelationes propheticas mysteria fidei Christianæ: & tamen non in plurib⁹ eorum beneplacitum est Deo; non est eorum multitudo in Ecclesiã introducta; sed veri Israelitę. * 3. *d* Cę-
5 remonias veteris legis, quæ Christi figuræ quædam erant, durasse vsque ad aduentum Christi; eiusq; passione consummata cessasse, *Mortuusque est ibi Moyses iubente Domino.* Moyses, legis veteris figura fuit, 2. Cor. 3, 7, 13, 15. 4. *e* Fuisse Iesum Christum omni gratia, & sapientia repletum, *Iosue verò repletus est spiritu sapientiæ*, &c. Iosue quatenus introduxit populum in terram promissam, Iesum Christum figurauit, cuius virtute & in militantem, & in triumphantem Ecclesiam introducimur.

a *Ex Glossa.*

b p. 449. 450.

c p. 1431.

d p. 864. 1131.

e p. 490. 491.

q p. 697.

r p. 419.

FINIS.

IN-

Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX RERVM.

Proœmium.

De huius Indicis methodo, vſu, cifris.

DVo in hoc opere Proœmia ſcribimus, alterum in operis principio, in totum opus; alterum hìc in fine, in Indicem rerum. Enixè Lectorem precamur, vt ne pigeat ante quam ad Commentariorum lectionem aggrediatur, perlegere vtrumque Proœmium. Nauabit paruulam operam, fructu non pœnitendo.

De methodo.

OPtima in Indicibus methodus: Primum Res omnes, de quibus in libro agitur, alphabeticè ordinare. Tum ſingulis rebus ſubiicere quidquid de eis agitur in toto opere ordine Topico. In doctrina de quauis re, ordo topicus eſt, proponere principiò Quid nominis, tum Causas rei, deinde Effecta, poſtremo Proprietates. Quem ordinem maximè ſeruauimus in Indice Introductionis in ſacram doctrinam. Eumdem ordinem ſeruabimus in hoc Indice, quantum quaque Res feret, pro eius pleniore, vel tenuiore materia.

De vſu Indicis pro Concionibus.

COncionator euangelicus, vt ſit vtilis Eccleſiæ, & respondeat eius deſiderio, & Decretis, quatuor debet in qualibet concione præſtare: Docere populum doctrinam Fidei tum de credendis, tum de agendis, vt æternam ſalutem consequatur: Mouere auditorum animos ad amorem bonorum odium malorum; ad prosecutionem, vel fugam: Inſtruere auditores de modo prosecutionis, vel fugæ: Arere de his tribus explicatè, ac iucundè. Nos in noſtro Indice in tertiam Partem Introductionis ordine alphabetico, ac topico, vt paullo ante dictum eſt, exhibemus concionaturis pro quaque materia tum credendorum tum agendorum, Concionem perfectè diſpoſitam. Nam in quaque materia ponimus rationem formalem, causas, effecta, proprietates, actiones, ſymbola. Hæc omnia valent ad doctrinam præter ſymbola. Valent ad Motum, ſi amplificetur Ratio perfecti, vtilis, & iucundi, quæ in iis eſt; vel Ratio turpis, damni, iniucundi, ſi ad fugam volumus concitare. Actiones valent ad inſtructionem, & ad praxim. Eædem actiones, & ſymbola, valent ad facilem intelligentiam, & ad delectationem auditorum. Idem facimus in hoc Indice in Pentateuchum. In quo indicatur concionaturo vberrima ſeges Actionum, ſiue Exemplorum; vberrima Figurarum, & Symbolorum. Pro accipienda doctrina pro quaque materia, adeat Indicem noſtræ Introductionis in ſacram doctrinam. Ita non valde opus illi erit pro materia concionum alios libros adire. Quod ſi adire voluerit, præſertim Patres, ordinata iam noſtrorum Indicum opera concione; erit illi facillimum eam aliorum Auctorum dictis locupletare.

De intelligentia Cifrarum, ſiue Notarum.

NOn citamus in hoc Rerum Indice pagellas librorum, ſed capita, & verſiculos capitum. Primus numerus ſemper citat caput; ſecundus verſiculum, quem in noſtro Commentario interpretamur; cuius numerum notamus in interiore margine inter duas Commentarii columnas. Aliarum Notarum, quæ ſunt in hoc Indice, interpretatio ea eſt:

Quid gram. Quæ eſt ſignificatio grammaticalis illius vocis.

Quid ſcript. Quid ſignificet ea vox in Scripturis ſacris.

Quid myſt. Quam myſticam, ſiue ſpiritualem ſignificationem ea vox habeat.

Quid ſymb. Quid ſymbolicè, ſiue ſpiritualiter ſignificet.

Fig. Quibus vmbris, ac figuris illa res fuerit in veteribus hiſtoriis ſignificata.

Symb. Symbola, ſiue ſimilitudines, quæ Rem illam ſignant.

Quinque litteræ maiuſculæ, G.E.L.N.D. indicant quinque libros, Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium.

m. Indicat interpretationem myſticam.

al. Allegoricam interpretationem ſignat.

tr. Interpretationem tropologicam ſignificat.

an. Anagogicam.

§. Paragraphum ſignificat, nempe Numerum, qui eſt in principio textuum commentarij.

Digitized by Google

Index Rerum.

A

A Quid ſcript. G.19 24.E.33.6.
Aaron. Moritur. N.20.24. quid myſt. E.5.1. & 28.m.L.6.m.20 N 1.m.3 & 12.m.& 16.m.9.8.
Ab. Quot modis accipiatur. E.33.13.
Abarim. Mons D.3.27.
Abel. Occiditur. G.4.8.
Abiam. Quid hebr. G.17.5.
Abraham. Quid hebr G.17.5. vocatur à Deo. G.12.1. venit in Aegyptum. G.12.10. offert decimas Melchiſedeco. G.14 20. ſacrificat. G.15. copulatur ancillæ. G.16.2. init Deus cum eo pactum. G.17. 4. excipit hoſpitio Angelos. G 18.6. tentatur. G.22.1. moritur. G.25.18. quid myſt. G.12.8. & 17.23. & 18 5,15.& 22.24.
Abſolutio Confeſſarij. Fig. Deprecatio Sacerdotis pro purg. Nazaræi. N 6.tr.12. oblatio ſacrificij pro peccato. N.18.m 9.
Abſtinentia. Præcipitur. L.19.23,26.N.6.4. *Fig.* Prohibitio eſus animalium immundorum. L.11.
Alyſſus. Quid gram. G.1 2.& 7.11.
Acceptio perſonæ. Prohibetur. L.19.15.& 24.22.D.1.17. & 10.17.& 16.20.
Accipiter. Quid myſt L 11.tr 16.
Accommodatum. Præcepta E.22.14.
Accubitus. Quid ſymb G.49.9.
Accuſatio. Licita E.22.9.N.35 25.D.17.4.& 21.21.& 22.15 16.& 25.1. actiones L.24.11.N.15.32.
Aceda. Actiones. N 21.4. *Symb.* Chamæleon. L.11.tr.30. *Fig.* Nauſea Iſraelitarum circa Man. N.11.m 9.7.
Aceruus. Quid myſt E.22 m.6.
Acetabulum. Quid E 25.29.quid myſt.N.7.m.13.
Achates. Quid myſt E.28.m.tr.
Actiones. Symb. Greſſus. L.26.12.N.10.m.ingreſſus.N.9. m.18.
Actiones rectæ. Fig. Manſio in Elim.N.33.tr.9. *Symb.* Pes integer. D.8.al.4.
Actus potentiarum. Symb. Poma. L.26.tr.3.
Ad. Quot modis accipiatur. G.3.16. L 1.3.
Adam. Creatur G 1.& 2 ei præcipitur.2.16,17. vxor tribuitur.2.21.prophetat.2.23.24 tentatur. G 3.maledicitur. G.3. 17. ejcitur. G.3 23.moritur. G.5.5. tempus vitæ. G 5.3,4,5.8. quid myſt. G.2.7.
Adeps. Quid myſt. E.23.m.18.& 29. m.13. L.3.m. & 4.m.
Adhæreo. Quid ſcript. D.13.4.
Adiuratio. Licita. N.5.12.actiones. G.31.50.quid myſt. L.5.m.1.
Admiratio. Actiones. G.42.28.& 43.34.E.16.15.
Adoptare, Adoptio. Actiones. E.2.10.
Adoratio. Cui exhibenda. G.27.29. & 42.6. & 47.31. E.18.7.actiones. G.17.3.& 18.5.& 33.3,20.& 42.6. & 43.26.& 44.14.& 47.31.& 48.12. & 50.18. E.4. 31.& 18.7.& 33.10.& 34.8.L.9.24.N.22.31.
Adoro. Quid ſcript. G.22.5.
Aduena. Colendus. E.22.21.
Aduerſitas. Symb. Siniſtra. G.24.49.
Adulatio. Symb Lacerta. L.11.tr.30.ſcorpio. D.8.al.15.
Adulterium. Prohibetur. E.20.14. L.18.20. & 19.20. D.5.18.& 22.22. pœna. L.20.10.
Aegyptus. Quid myſt G.47.n.6. E.1.m.8.& 12.m.35. N.14.m.4.& 33.al.
Aelam. Quis. G.10.22.
Aer. Fig. Tunica hyacinthina. E.28.m.
Aes. Quid myſt. E.25.m.3. & 27.m.
Aetates mundi. Fig. G.6.16.
Aeternitas. Subiectum. G.1.1.
Aeternus. Quid ſcript. G.3. 22.l.23.24.
Aethiopia. Vbi. G.2.13.
Aethiops. Quid ſcript. N.12.2.
Affectus, Affectio. Symb. Pedes. E.12.m.11.& 29.m.20. L.1.m.& 11.tr.20.& 21.m.19. lecur. L.1.m. inteſtina. L.1.m.adeps. L.4.tr.6 tactus. L.11.tr.24.
Afflictio. Symb. Nox. N.10.m.
Ager. Quid myſt. G.16.14.E.22.m.5.& 23.m.16.L.19. m.19. D 28.tr.3.
Agnus. Quid ſcript. E.12.3. quid ſymb. E.12.m.5. & 29.m.38.L.1.m.10.& 3.m. N.15.al.tr.
Agnus paſchalis. Præcipitur. E.12.quid myſt. E.12.m.1.
Ala. Quid ſymb. E.19.4.L.11.tr.16.D.32.16.
Albugo. Quid myſt. L.21.m.20.
Alienigena. Quid ſcript. E.29.33. L.22.13,25. quid myſt. L.22.m.10.
Alienus. Quid ſcript. E.30.38.
Altare. Præcipitur E.27. erigitur. G.8.20.& 12.8. & 13.18.& 22.9.& 26.25. & 33.20. & 35.7. E.17.15. & 24.4 N.23.14,29. quid myſt. E.20.24.& 27.al.1. & trop. & 30 m.L.1.tr.5.& 4 m.& 10.m.18.& 16. al.18.D.27.m. *Symb.* Torcular. E.22.m.29.
Altitudo. Quid myſt. G.6.16.L.11.tr.21.
Altiſſimus. Summum ens. N 24.16.
Amalec. Quid. E.17.8 quid myſt. N.14.m.25.
Amathæus. Qui. G.10.18.
Ambitio. Quid. N.16.11. *Symb.* Impetigo. L.21.m.20. actiones. N.16. 11. *Fig.* Datan, Abiron, &c. N.16. m.1.
Ambulo. Quid ſcript. G.48.15.quid myſt. L.11.tr.27.
Amen. Quid ſcript. D. 27.15.
Amentia. Quid myſt D.28.tr.29.
Amethyſtus. Quid myſt. E 28.m.tr.
Amicitia. Exempla. G.31.44.
Amicitia diuina. Eſt inter homines, & Deum. G.6.10. & 17.2.E.6.4. & 20.6.& 24.8.& 33.17. D. 4. 37. & 5.2.& 29.1.& 30.6.
Ammon. Quid nom. G.19 38.
Ammonitæ. Qui. G.19. 38
Amor. Actiones. G.34.2,3 & 37.3. D.21.11. cauſa. G.3 6.obiectum G.5.6.D.21.11. *Symb.* oſculum. G.27.26.& 48.10. & 50.2. E.4.27. fletus. G.43.30. & 45.14.& 46.29. amplexus. G.45.14.& 46.29. & 48.10.primogenitus. E.22.m.29,30. ignis. L.1.m.
Amor Dei erga homines. Actiones. D.7.8,15.& 10.15.& 33.3,12.& 34 10.
Amor in Deum. Datur. D.5.10. & 7.9. *Fig.* primitiæ. N.18.m.11. manſio in Rethma. N.33.tr.18. qualis. D.6.5.& 10.12.& 13.4. præcipitur. D.10.12.& 11. 1,15.
Amplexus. Quid ſymb. G.45.14.& 46.29.& 48.10.
Amygdala. Quid myſt. N.17.al.tr.
Anathema. Quid. D.7.26.
Angeli. Sunt D.33.1. mittuntur à Deo. G. 24.7.E. 23. 20.& 32.34. N.20.17.& 22.22. miniſtrant. G. 3.24. & 28.12.& 32.2.apparent G.3.24.& 16.7.& 18.2. & 19.1. & 21.17.& 28.12.& 32.1.N.22.22. cuſtodiunt. G.48.16.E 23.20.& 32.34. quid myſt. G.28. m.13.E.33.m.2.
Angeli apoſtatæ. Fig. Chananæi. E.33.m.2.
Angelus. Quid myſt. E.23.m.20,21.
Angulus. Quid ſcript. E.25.12.
Anima. Quot modis accipiatur. G.1.20.& 2.7.& 9.4. & 12.13.& 27.4. et 32.30. et 46.22. L.2.1. et 27.2. N.9.6. D.6.5.et 24.6.immortalis. N.20.24.et 27.14. quid myſt. G.1.24.
Animal. Quid myſt. G.7.4.L.11.tr.3.
Animalia munda. Quid myſt. L.22.m.27.

Anima

Digitized by Google

Anima rationalis, siue intellectiua. Quid. G.2.7. efficiens. G.2.7. immortalis. Gen.25.8. & 49.29, 32. E.3.6. *Symb.* Vinea. E.22.m.5. ager. E.22.m.5. & 23.m.16. terra. D.33.13.m.9.
Annominatio. Exempla. G.49.8.
Annulus. Quid myst. E.30.m.
Annus. Quo modo anni supputandi. G.5.3. tres anni vineæ. quid myst. L.19.m.23.
Antichristus. Fig. Dan. G.49.m.16.
Aperio. Aperire oculos. G.3.7.
Apostasia. Actiones. E.32.1.
Apostoli. Symb. Lapides. Deut.8.al.9. & 27.m.2. nubes. D.33.26.m. *Fig.* Ligna arcæ Noe. G.6.16. tres viri, seu Angeli. G.18.5. seruus Abrahæ. G.24.67. fratres Iosephi. G.45.m. fontes in Elim. E.15.m.25. ligna tabernaculi. E.26.m. columnæ tabernaculi. E.27. alleg.10. duodecim gemmæ Rationalis. E.28.m.tr. vectes altaris. E.30.m. panes propositionis. L.24. m.5. Principes tribuũ. N.1.m.3. & 7.m.3. & 21.m.18. duodecim terræ diuisores. N.34.m.17. Issachar, & Zabulon. D.33.18,19.m.
Apostrophe. Exempla. D.32.1.
Apparitio. v. *Visio.*
Appetitus. Repugnat rationi. G.3.16. & 4.7. *Symb.* Bos, asinus. E.23.m.5. caro. L.21.m.5.
Aqua. Quid symb. G.49.4. E.23.m.25. & 29.m. L.1. tr.9. & 11.tr.9,34,38. N.20.all. & 21.m.18. & 24.7. D.23.11. & 33.11.m. quid fig. G.1.2,8,10,21. & 7.12. E.29.m. & 30.m.
Aquila. Quid symb. E.19.4. L.11.tr.13. D.32.16.
Aquilo. Quid myst. L.1.m.11. N.8. al.§.2.
Arucæus. Qui. G.10.17.
Aradius. Qui. G.10.18.
Aram. Qui. G.10.22.
Arare. Quid myst. D.22.10.
Arbitrium. v. *Liberum arbitrium.*
Arbor. Quid myst. L.26.al.4. & tr.3.
Arca fœderis. Fabrica. E.25.10. vsus. E.25.10. quid myst. E.25.m.10. tr.10. & all.10.
Arca Noe. Fabrica. G.6.14. quid fig. G.6.16.
Architectura. Exempla. G.11.4.
Arcus. Quid symb. G.49.24.
Ardor amoris diuini. Fig. Mansio in Rethma. N.33.tr.18.
Area agri. Quid myst. E.22.m.29. N.15.tr.18.
Arena. Quid symb. G.22,17,24. D.33.19.m.7.
Argentum. Quid myst. E.25.m.3. & 27.al.11. Num.7. m.13. & 10.m.
Aridităs. Quid fig. G.1.10.
Aries. Quid myst. G.22.24. E.29.m. L.5.m.15. & 16. al.5. N.7.m.15. & 15. al.tr.
Ariolus. Quid. D.18.12.
Arma. Quid myst. E.13.m.18.
Armentum. Quid myst. L.1.m.
Armilla. Quid myst. G.24.67.
Armus. Quid myst L.7.m.33. & 10.m.18.
Aromata. Quid myst. E.25.m.6.
Arphaxad. Qui. G.10.22.
Arrhabo. Quid. G.38.16.
Arula altaris. Quid myst. E.27.tr.5.
Articulus. Quid script. G.7.13.
Ascensio Christi. Fig. Iudæ ascensus. G.49.m.9. ascensus Moysis in montem. E.19.m.1. & 24.m.18. ingressus Moysis in tabernaculum. L.9.m. & Sacerdotis. L.16. alleg.2.
Aser. Quid myst. G.49.m.20. D.33.24.m.
Asina, Asinus. Quid symb. G.49.m.11,14,15. E.13.m.13. & 23.m.5. N.22.m. D.22.10.
Aspis. Quid myst. D.32.33.
Astur. Quis. G.10.10,22.
Asyrij. Qui. G.10.22.
Astaroth. Vrbs. G.14.5.
Astutia. Actiones. G.38.14. & 39.14. E.1.10. & 5.6. N.22.5. & 24.14. & 25.18. *Symb.* Mixtio. L.19.19. & m.19.
Atrium tabernaculi. Fabrica. Exod.27. quid myst. E.26. an.36. & 27.al.9.
Atrium templi Quid myst. E.26.m.anag.36.
Attacus. Quid myst. L.11.tr.22.
Attritio. Fig. Aquæ inferiores. G.1.8.
Auaritia, Auarus. Prohibetur. Deuter.16.20. & 17.16. *Symb.* Onocrotalus. L.11.tr.18.
Auctoritas. Symb. Barba. L.19.m.27.
Audacia vitium. Actiones. G.11.4. & 16.12. & 34.25. N.14.34.
Audio. Quid symb. D.29.4.
Auditus. Quid symb. E.2.25. & 3.7.
Augurari. Quid script. G.44.15.
Augurium. Quid. N.23.22.
Auis. Quid myst. G.1.21. L.1.m.11.
Aures. Quid myst. E.21.m.5. & 29.m.20. & 32.m.2. L.22.m.23. D.29.4.
Aurum. Quid myst. E.25.m.3. & 26.m. & 30.m. N.7. m.14. & 8.al.4. & 31.tr.54.
Auster. Quid myst. N.8.al.§.2.
Auxilia diuina. Actiones. G.20.6. D.8.18. subtractio. D.29.4. *Symb.* Pluuia. L.26.tr.3. *Fig.* Mansit in Raphidim. N.33.tr.14. protectio Dei erga Israelitas. D.8. al.15.
Azyma. Quid myst. E.12.m.8. L.2.tr.

B

Babel, Babylon. Quid. G.11.9. quid myst. G.11.9.
Baculus. Quid myst. E.12.m.11. L.26.26. N.21.m.18.
Balaam. Quid myst. N.22.m. & 24.m.3.
Baltheus. Quid myst. E.28.m.
Baptismus. Fig. Aqua. G.1.2. & 6.17. & 30.m.37. arca Noe. G.6.16. ostium arcę. ibid. circumcisio. G.17.23. Mare rubrũ. E.13.m.17. & 14.m.22. purificatio die tertia. N.19.m.§.11. Iordanis. D.1.m.1. & 33.22.m.
Barba. Quid myst. L.13.37. & 19.m.27.
Basan, Basanitis. Quid. N.21.33.
Basis. Quid myst. E.27.all.11. L.4.m.
Bdellium. Quid. G.2.12. N.11.7.
Beatitudo æterna. Symb. G.7.4.
Belial. Quid. D.13.14.
Bella Ecclesia. Fig. G.25.23. bella contra Israelitas. Num.21.m. bella Israelitarum contra idololatras. N.21.m.24. & 31.al.
Bella Israelitarum. Quid myst. N.21.m.24. & 31.al. & tr.
Bellum. Iustum. G.14.14. E.17.9. N.21.24,35. & 31.2. D.2.30. & 3.3. & 20.13,14. & 25.19. & 29.7. iniustũ. E.17.8. N.21.23,33. D.3.1. quid myst. Num.21.m.1. *Symb.* Equus. G.49.17.
Benedico. Quid script. G.1.28. & 2.3. & 9.26. & 48.20. E.18.10. D.10.8. & 21.9.
Benedictio. Licita. N.6.23. & 24.9. D.11.30. actiones. G.9.1,26. & 14.19. & 27.28,29. & 28.1. & 31.55. & 32.29. & 35.9. & 48.15,16. & 49. E.18.10. & 39.43. L.9.24. Num.24. D.1.11. & 33. per totum. formula. N.6.23. iubetur D.8.9. & 11.30.
Beneficentia. Actiones. G.4.7. & 24.19. D.8.9. & 10.19.
Beniamin. Quid fig. G.43.m. & 44.m. & 49. myst.27. D.33.12.
Bersabee. Quid nom. G.21.31. vrbs, & desertũ. G.21.14.
Beryllus. Quid myst. E.28.m.tr.
Bestia. Quid script. G.1.24. quid myst. G.1.24. E.22. m.31. & 23.m.29. L.17.m.13,15. & 26.al.6.
Bestialitas. Prohibetur. E.22.19. L.18.23. D.27.21. pœna L.20.15.

Digitized by Google

Bethel. Quid. G.12.8. quid nom. G.12.8. quid myſt. G.12.8.
Bibo. Quid myſt. L.11.tr.34.
Bitumen. Quid. G.6.14. quid myſt. G. 6.16.
Blaſphemia. Actiones. G.4.13.E.5.2.L.24.11.
Bona ſpiritualia. Symb. Panis. N.28.m.pluuia. D.28.tr.8.
Bona temporalia. Effecta. D.20.7.
Bonitas Dei. Symb. Oleum. L.24.m.2.
Bonum. Auctor Deus. D.8.18.
Bonum temporale. Symb. Vinum. L.10.m.9. N.6.al.3. porri, cepe, allia. N.11.m.§.6. coturnix. N.11.m.§.9. *Fig.* Terra trans Iordanem. N.32.m.
Boreas. Quid myſt. N.8.al.§.2.
Bos. Quid myſt. G.41.m.26.E.22.m.1.& 23.m.5. L.3. myſt. N.7.m.3 & 8.tr.§.5.& 15.al.tr.D. 22.10.
Botrus. Quid myſt. N.13.tr.3.
Brachium. Quid ſymb. E.6.6.& 15.16. L.1.m.17. D.7. 24.& 33.20.
Bruchus. Quid myſt. L.11.tr.22.
Bubo. Quid myſt. L.11.tr.17.
Butyrum. Quid myſt. G.18.8.
Byſſus. Quid myſt. E.25.m.4.& 27.all.9.

C

CAdes. Vrbs. G.16.14.& 20.1. ſolitudo. G.26.1.
Cæcitas. Quid myſt. G.19.38. Leuit.21. m.18. D.28.tr.29.
Cæcitas mentis. Quid. L.21.m.18. D.28.29. *Symb.* Velamen. E.34.m.33. noctua. L.11.tr.16. cæcitas. L.21. m.18. *Fig.* Sodomitæ. G.19.38. Iſraelitæ. N.14.m.44.
Cæremoniæ. Quid ſcript. D.5.1.
Cæremoniæ veteris legis. Inſtituuntur. E.20. 24. L. per totum. *Fig.* Iſmael. G. 21. 13. finis. L.11.2. quid myſt. L.11.m. N.1.m.5. ceſſarunt. D.22.10.
Cain. Naſcitur. G.4.1. occidit fratrem. G.4.8. maledicitur. G.4.11.
Cainam. Ortus, & mors. G.5.12.
Calamitas. Symb. Coctio. E.23.m.19. mare. L.11.tr.13. vlula. L.11. tr.16.
Calcaneus. Quid ſymb. G.3.15.
Calceamentum. Quid myſt. E.12.m.11.
Caligo. Quid ſymb. G.15.17. E.19.9.
Caluitium. Quid myſt. L.13.43.
Calumnia. Prohibetur. L.19.13. actiones. G.39.17.
Camelus. Quid myſt. L.11.tr.4.
Caminus. Quid myſt. E.9.m.8.
Campus. Quid myſt. D.8.al.7.
Canalis. Quid myſt. G.30.m.37.
Candelabrum. Artificium. E.25.36. quid myſt. E.25. m.3.& tr.31. L.24.m.2.
Candor. Quid myſt. L.13.39.
Canis. Quid myſt. D.23.18.
Caniſtrum. Quid ſymb. G.40.18.
Capillus. Quid myſt. L.13.3. N.6.al.3.
Capra. Quid myſt. L.3.m.& 4.
Capitiuitas. Symb. Nudatio capitis. D.32.42.
Caput. Quid myſt G.3.15.E.29.m.L.10.m.7.& 13.32.
Carbunculus lapis. Quid myſt. E.28.m.tr.
Cariathaim. Vrbs. G.14.5.
Caro. Quid myſt. L.21.m.5. *Fig.* Hoſtes Iſraelitarum. L.26. m.17.
Caſtitas. Exempla. G.39.8.
Caſtra. Quid myſt. L.13.46. N.5.m.2.& 11.m.§.5.
Catachreſis. Exempla. G.27.35.
Cataracta. Quid. G.7.11.
Cauda. Quid myſt. L.3.m.& 22.m.23.
Caula. Quid myſt. D.28 tr.4.
Cautio. Præcipitur. E.23.32. D.22.26. actiones. G.26.7. et 27.15.47. et 32.7. et 46.33. et 50.19. E.23.12. et 51.
Cedrus. Quid myſt. L.14.m. N.19.m.6.& 24.m.6.
Cellarium. Quid myſt. D.28.tr.8.
Cenereth. Quid. N.34.3.
Ceraſtes. Quid ſymb. G.49.17.& 49.m.17.
Cernix. Quid myſt. D.10.16.& 31.27.
Ceruus, Cerua. Quid myſt. L.11.tr.18.
Cethim. Quis. G.10.4.
Ceturæ. Quid myſt. G.25.1.
Cham. Quis. G.9.18.
Chamæleon. Quid myſt. L.11.tr.30.
Chanaan. Quis. G.9.18.& 10.6. Maledicitur. G.9.25. quid myſt. G.9.27.
Chanaan terra. v. *Terra Chanaan.*
Chananæi. Qui. G.9.18.& 10.18.& 13.1. N.21.3. quid myſt. E.23.m.28.& 33.m.2. N.14.m.25.& 21.m.1.
Charadrion. Quid myſt. L.11.tr.19.
Charitas. Effecta. E.20.6. actiones. N.11.29. *Symb.* Ignis. E.12.m.8. L.1.m.& 6.m.13.& 10.m.1. Num.10.m. aurum. E.25.m.3. N.7.m.14. coccus. E.25.m.4. N.19. m.6. oleum. E.25.m.6. L.2.tr.15.& 5.13.& 10.m.7. & 24.m.2. N.7.m.13.& 15.tr.§.5. adeps. L.4.al.§.8. color purpureus. L.11.tr.30. N.19.m.6. malogranatum. N.13.tr.3. flamma. N.19.m.5. *Fig.* Bitumen. arcæ. G.6.16. armillæ. Gen.24.67. altaris latitudo. E.30.m.tr.
Cherub, Cherubim. Quid hebr. G.3.24. quid myſt. E.25. m.18.
Chœrogryllus. Quid. L.11.5.
Chorrei. Qui. G.14.6.
Chriſtus. Promittitur. G.3.15.& 12.3.& 21.12.& 22. 17.& 49.10 18,26. D.18.15. verus homo. G.3.15.& 12.3. D.18.19. verus Deus. G.49.10. ſanctitas. G.3. 15. D.33.11.m. merita & effecta. G.1.1.& 3.15.& 9.27.& 12.3. D.33.13.m.6. poteſtas. G.3.15. paſſiones. G.3.15.& 9.27. *Fig.* Sol. G.1.16. Adam. G.2.7. 24. Noe. G 8.22.& 9.27. Melchiſedec Gen.14.24. Abraham. G.17.23.& 18.5,15.et 22.24. Iſaac. G.21. 13.& 22.24 & 24.67. aries inter vepres. G.22.24. Iacob. G.28.m.& 29.m. & 30.m.& 32.m. Ioſeph. G.37.m. & 39.m. & 40.m.& 41.m.& 43.m. & 45. myſt. & 49.m.22. & 50.m. D.33.13.m. Sampſon. G.49.18. Iuda. G.49.m.8. D. 33.7. Gad. G.49.m.19. D.33.20.m. Aſer. G.49.m.20. D.33.24.m. Nephthali. G.49.m.21. Moyſes. E.2.m.12. & 4.m.1.& 17.m. & 19.m.1. & 24.m.3. & 32.m. & 40.m. N.1.m.3. & 11.m.§.1.& 33.al. D.33.11.m. rubus ardēs E.3.m.2. virga Moyſis. E.4.m.1.3.& 7.m.10,20. coluber. E.4. m.3,4. manus Moyſis. Exod.4.m.6. agnus paſchalis. E.12.m.1. petra deſerti. E.17.m.4. N.20.al. Angelus ductor Iſraelitarum. E.23.m.21.& 33.m.2. manna. E.25.m.10. propitiatorium. E.25.m.17. ingreſſus in atrium. E.27.all.16. vitulus. E.29.m.L.1.m. vetera ſacrificia. E.29.m. iuge agnorum ſacrificium. E.29. m.38. altare thymiamatis. E.30.m. oleū vnctionis. E.30.m. oblatio pro peccato. L.5.m.5. N.6. tr.12. Aaron. L.6.m.20. N.1.m.3. & 16.m.§.8. hyſſopus. L.14.m. Summus Sacerdos. L.16.all. & 21. m.10. candelabrum tabernaculi. L.24.m.2. Num.8.al.§.2. Nazareus. N.6.al. D.33.16.m.11. vacca rufa. N.19.m. ſerpens æneus. N.21.m.8. Ioſue. N.27.m.18. D.34.m. *Symb.* Oriens. G.11.9. vinea. G.49.m.11. vitis. G.49. m.11. D.22.9. agnus. E.12.m.5. L.1.m.10.& 12.m.6. N.15.al. hœdus. E.12.m.5.& 23.m.19. L.1.m.10.& 3.m. altare de terra. E.20.24. mons. E.25.m.trop.40. D.33.19.m. oleum. E.30.m. L.2.al.4.& 24.m.2. D.8. al.8. petra. E.33.m.22. oſtiū. L.1.m. turtur. L.1.m.11.&

Digitized by Google

12.m.6.frumentum.L.2.al.4.D.8.al.8. bos.L.3.al.1. N.15.al.aries.L.5.m.15.& 16. al.5.N.15.al. caput. lotio.m.7.& 13.33. colũba.L.12.m.6.paſſer.L.14.m. viculus.L.16.5.N.15.tr.24. hircus.L.16.5. Num.15. tr.24. flos.N.17.al.amygdala.N.17.al.ſtella.N.24.17. virga. Num.24.17. mel.D.8.al.8. Sol.D.33.13.m.6. rhinoceros. D.33.17.m.13. leo. D.33.20.m.

Chryſolitus. Quid myſt. E.28.m.tr.

Chus. Quis. G.10.6,7.

Chytropodes. Quid. L.11.35. quid myſt. L.11.tr.35.

Cibus. Qui prohibitus.E.22.31.quid myſt.L.11.tr.34.

Cicatrix. Quid myſt. L.13.21.

Cidaris. Quid myſt. L.10.m.7.

Cilicium. Quid ſymb. G.37.34. L.11.tr.33.

Cinis. Quid myſt. E.9.m.8.N.19.m.9.

Circumciſio. Pręcipitur.L.12.3.actiones.G.21.2.E.4.25. quid myſt.G.17.23. & 34.m.D.10.16.& 30.6.

Circumſpectio. Actiones. G.37.22.N 13.18.

Ciſterna. Quid myſt. L.11.tr.36.

Ciuitas. Quid.G.4.17.quid myſt.N.24.19.D.28 tr.3.

Ciuitas impiorum. Symb. Mater. E.23. myſt.19. ciuitas. N.24.19.

Clamo. Quid myſt. L.13.46.

Clamor. Quid ſymb.G.4.10.& 18.20.E.2.23.N.20.17.

Claudus. Quid myſt. L.21.m.18.

Clauus. Quid myſt. N.33.55.

Clementia. Actiones. G.45.4.

Clerici. Symb. Bos. L.3.tr.2.

Clibanus. Quid ſymb. G.15.17.L.11.tr.35.

Coccus. Quid. E 25.4. quid myſt.E.25.m.4.N.19.m.6.

Coctio. Quid myſt. E.23.m.19.

Cœcitas. v. *Cæcitas.*

Cœlibatus. Symb. Salix. L.23.m.40.

Cœlum. Quid ſcript.G.1.1.& 7.11.D.10.14.quid myſt. L.26.m.19.cuius figura Eccleſiæ triũphantis.G.1.1. *Fig.* terra promiſſionis.E.23.m.20.& 33.m.1.N.11. myſt.D.8.m.mons Sinai.E.24.m.18.tabernaculum. E.25.m.all.anag. N.19.m.3. ſanctuarium. L.4.al.6. *Symb.* Horrea. D.28.tr.5. v.*Felicitas æterna.*

Cœnaculum. Quid ſcript. G.6.16.

Cogitatio. Symb. Pilus. E.25.m.4. L.13.3. N.8. tr. §.3. capillus. N.6.al.3.

Cognitio. Symb. Facies. L.20.4.

Cognitio de Deo. Vnde capienda. G.1.26. *Symb.*ſimila. N.7.m.13. *Figura.* Gen.1.5.

Cognitio Dei. Omnium. G.6.11. *Symb.* Auditus.G.29. 33. viſio.G.29.3.

Cognoſco. Quid ſcript. G.22.12.L.26.9.D.34.10.

Collecta. Quid ſcript. D.16.8.

Collis. Quid myſt. N.23.m.9.D.33.13.m.8.

Collum. Quid myſt. L.1.m.15.

Collyrida. Quid. L.7.9.

Color. Quid myſt. L.13.2,3.

Coluber. Quid ſymb. G.49.17.& m.17.

Columba. Quid myſt. L.1.m.11.

Columna. Quid myſt. E.27.al.10.

Comedo. Quid myſt. G.18.9.E.22.m.31. L.6.m.24.& 11.tr.3.

Comminationes. Actiones. E.19.12.

Concilium. Actiones. G.34.20.

Concio. Finis. proœm.§.6. materia.proœm.§.6.

Concubina. Quid ſcript. G.25.5.& 35.19.

Concupiſcentia. Quotuplex. E.20.17. L.4.tr. rebellis à ratione. G.3.16.effecta.G.3.6.actiones. Gen.39.7. N.11.4. prohibetur.E.20.17 *Symb.* vitulus.E.29.m. L.4.tr. aries.E.29.m. hircus.capra.L.4.tr. ouis.L.4. trop.vinum.L.10.m.11.vpupa.L.11.tr.19.clibanus. L.11.tr.35.ignis.L.13.27. febris,ardor,æſtus. D.28. tr.20.idola.L.26.tr.1. fornicatio.N.25.m.3. dipſas. D.8.al.15. *Fig.* Concupiſcentia Iſraelitarum. N.11. m §. 6.ſerpentes igniti.N.21.m.6.Reges Madian. N.31.tr.8.

Concupiſcibilis appetitus. Symb. Renes L.3.tr.4.

Conductio. Præcepta. E.22.14. exempla. Gen.29.14. & 30.28.

Confeſſarius. Symb. Adiurans. L.5.m.1.

Confeſſio. Facienda. L.5.5.& 26.40.N.5.7.

Confeſſio ſacramentalis. Fig. Confeſſio peccatorum. L.5.5. & m.5.& 16.tr.20. N.5.m.7. lepra foras in cutem prodiens. Leuit.13.17.& 26.42. manſio in Phihahiroth. N.33.tr.7.

Confirmationis Sacramentum. Fig. Enumeratio maſculorum. N.1.2.

Conformitas cum diuina voluntate, Actiones. G.24.50.

Coniectores. Quid ſcript. G.41.8.

Conſcientia. Symb. Domus, L.14.m.

Conſecratio. Ritus in cõſec.Sacerd.E.29. *Symb.* vnctio. E.29.m.9.

Conſenſus. Actiones.G.30.34.& 34.24.& 37.27.& 41. 37.& 43.9.& 44.10.& 47.25. *Symb.* manus iuncta. E.23.1.

Conſentire. In malum. E.23.2.

Conſideratio. Symb. Oculus. L.21. m.20.

Conſilium ſiue Conſultatio. Actiones. G.25.22.& 27.8. & 29.7.& 37.22,26.& 41.33. *Fig.* manſio Iſraelitarum in Aſiongaber.N.33.tr.35. v. *Conſultatio.*

Conſolatio. Symb. Mel. L.2.m. vinum.N.6.al.18.D.33. 28.m.8. *Fig.* Manſio in Methca.N.33.tr.28.

Conſtantia. Symb. Aurum.N.8.al.4.

Conſultatio. Actiones.G.34.20.& 37.22.& 50.15.N.7. 83.& 9.8.& 22.5.& 23.14.& 27.4. v.*Conſilium.*

Conſummatio ſacrificij. Symb. Coctio.E.23.m.19.

Contemplatio. Effecta.G.17.1.exẽpla E.19.3.& 34.28. *Fig.* terra promiſſionis.E.33.m.3.ingreſſus in Sãcta ſanctorũ.L.16.tr.2. manſio in Hatcroth.N.33.tr.17. & in Gadgad.N.33.trop.22.& in Dibomgad N.33. tr.45. *Symb.* pinnula.L.11.tr.9. ſomnus.L.26.all.6. quies. N.9.m.18.

Contemplatiui. Symb. aues.G.1.21 L.1.tr.& 11.tr.20.

Contriſtare. Quid ſcript. E.22.21.

Contritio. Symb. Simila.L.2.tr.16.& 5.m.11. *Fig.* Aquę ſuperiores.G.1.8. circumciſio.Gen.17.23. lactucæ agreſtes.E.12.m.8. hoſtia pro peccato.L.6.m.30.

Controuerſiæ. Vſus Theologiæ ſcript.pro controuerſijs. proœm.§.8.

Contumelia. Prohibetur.E.20.16.L.19 34. *Symb.* Charadrion. L.11.tr.19. actiones. N.16.3.& 20.10.

Conuerſio Gentium. Fig. Deletio Chananæorũ.N.33.al.

Conuitium. Prohibetur. E.20.16.

Conuiuium. Quid ſymb. G.21.13. & 43.m.

Cor. Quid ſcript.D.6.5. *Symb.*vas.L.15.m.12. *Fig.*altare de terra.E.20.24.& 27.tr.1.thuribulum.L.16.tr.2.

Coram. Quid ſcript.G.6.11.& 10.9.& 13.13.

Cornu. Quid ſcript. E.34.29.quid myſt.E.30. myſt.& 34.29.L.4.m.& 16.al.18.D.33.17.m.13.

Corona. Quid myſt.E.25.m.11.& 30.m.L.10.m.7.

Corpus Chriſti. v. *Euchariſtia.*

Corpus humanum. Proportio.G.6.16. *Symb.*veſtimentũ. L.10.m.7.& 16.alleg.24. tabernaculum. L.10.m.7. terra. D.28.tr.4.

Correctio fraterna Iubetur. L.19.17.actiones.G.4.7.& 18.15.& 19.7.& 34.30.& 37.8.E.2.13.& 18.14.& 32.21.L.10.18.N.12.4.& 14.9.& 16.7.& 31.16.& 32.6,7.

Corus. Quid. N.11.32.

Coruus. Quid myſt. L.11.tr.15.N.33.tr.27.

Digitized by Google

Coturnix. Quid myſt. N.11.m. §.9.
Crabrones. Quid. D.7.24.
Craticula altaris. Quid myſt E.27 al 4.& tr.4.& 30.m.
Creare. Quid ſcript. Gen.2.3.D.32.6.
Creatio. Quid. G.1.1.à quo.cuius figura. iuſtificationis. G.1.1.
Creatura. Operatio.G.8.17.
Credo. Actiones E.4.30.
Crocodilus. Quid myſt L.11.tr.29.
Crudelitas. Prohibetur. D.25.3. actiones. E.1.13. & 5.18. *Symb.* Herodion. L.11.tr.19.
Crus. Quid myſt. L.11.tr.21.
Cruſtula. Quid ſcript.E.29.2.quid myſt.E.29.m.
Crux Chriſti. Fig. Lapides Iacob. L.28.m.11. virga Ioſephi. G.47.m.30. Iacobi brachia. G.48.m. ſanguis agni in poſtibus,& ſuper lim.E.12.m.7. nubes tuens Iſraelitas. E.14.m.20 lignum in Mara. E.15. m.25. altare tabernaculi. E.27.al.1. & 30.m. al.1. L.4 al.7.& 16.al.18. ligna ſacrificij. L.6.m.13. ſartago L.6.m.24. eleuationis ritus.L.7 m.34. lignum cedrinum ad mundationem leproſi. Leuit.14 m.6. ſimus vaccæ ruſæ. N.19. m.5. virga Moyſis percutiens petram. N.20. al.ſerpens æneus. N.21. m.8. *Symb.* lignũ.L.1.tr.7.& 6.m.13.cornua.D.33.17.m.13.
Cubitus. Quid. G.6.15.
Culmen. Quid ſymb.G.19.8.
Cultor Dei. Fig. Leuitæ. N.8.tr.
Cultus. Quid ſcript. N.3.7.
Cultus diuinus. Quotuplex.E.20.7.actiones.G.21.33. & 28.18. & 35.13 locus.E.27.
Cupiditas. Symbola. Ignis. L.10.m.1. & 13.27. N.16. m.38. potus,bibere.L.11.tr.34.ſcabies.L.21.m.20. ſitis.D.8.al.15. *Figura.* aquæ.Gen.1.10.
Cura temporales. Symb. Pili.N 8.m. *Fig.* aquæ. G.1.10.
Curioſitas. Prohibetur.N.4.6.actiones.G.3.6.& 34.1.
Cuſtodia. Quid ſcript.N.8.26.
Cyathus. Quid ſcript.E.25.29.
Cycnus. Quid myſt. L.11 tr.18.

D

Daemon, Daemonium, Damonia. Fig. Locuſtæ Aegypti.E 10.m.14.
Dan. Quid myſt. G.49.m.16.
De. Quid ſcript.D.32.42.& 33.13.
Decima. Quid.E.22.29. offerendæ.G.14.20.E.22.29. L.27.29. D.10.9 & 12.7. & 14.22.& 26.12. quid myſt.G.14.24.E.22.m.29. L.5.m.11. N.18.m.21.
Defenſio. Licita. D.21.9.& 22.15. exempla.N.27.1.
Deipara. Fig. Virga Aaron. N.17.al. vid. *Maria.*
Delectatio. Licita. D.12.7. *Symb.* vinum.L.10.m.9.
Deliberatio. Symb. Crura. L.11.tr.21.
Delictum. Quid ſcript L.7.7.
Denarius. Quid myſt.G.6.16.
Dentes. Quid ſymb.G.49 m.12.
Deponere. Actiones.G.49 4.
Depoſitum. Reſtituendum E.22.7.12.
Deriſio. Prohibetur. E.20.16. quid ſymb. Gen.11.7. *Symb.* Charadrion. L.11 tr.19.
Deſcendo Quid ſymb. G.18.21.E.3.7.& 19.11.
Deſcenſus. Quid myſt.L.13 3.
Deſertum. Quid myſt.E.13 m.17.L.16.al.22.N.11.m.
Deſiderium. Actiones N.11. 4. *Symb.* os. L.13. 46. clamor. N.20.17.
Deſolatio ſpiritus. Fig. Manſio Iſraelitarum in Iieabarim. N.33 tr.44. *Symb.* ſolitudo.D.8.al.15.
Deſperatio. Actiones. G.4.13.
Detractio. Prohibetur. E.20.16. & 22.28 L.19.16. actiones.G.37.19.& 39.17.E.5.4.& 15.23.N.11.1. & 12.2. & 14.2,11,23.& 16.11,14,41. & 21.4.
Detractor. Symb. Charadrion.L.11.tr.19.
Deus. Quid ſcript. G.1.2.& 23.6. E.31.3. eſt Deus. G.1.1.E.3.14. Nomina, Viuens, Videns. G.16.14. Qui eſt,ſeu Ens.E.3.14.Fortis.E.20.5.eſt vnus.E.8. 10.& 18.11.& 20.2.D.3.25.& 4.35,39.& 7.9 & 10. 17.& 32.39.& 33.26.quid.G.14.22.& 16.14 E.3.14. colendus.G.4.7,25.& 14.20.& 22.2.& 46.1 E.3.18. & 10.3. & 13.2.& 20. a n.2. & 23.14. & ſeqq.25. & 24.1. & 28.36. & 31.13.L.26.2.D.8.6. & 10.12, 20.& 13.4. timendus. D.7.24.& 8.6.& 10.12,17, 20. & 13.4. & 17.19. & 28.58. & 31.13. effecta. G.1.1. & 4.2.25. & 14.19. & 33.5,11.E.15. L.22. 32. D.32.6. omnium Dominus.E.13.2.& 18.11. & 19.5. L.25.26 Num.16.22. & 27.14. D.10.14,17. omnium cognitor.E.3.19.& 4.14.& 11.1.Summum ens. N.24.16. D.7.24. & 10.17. & 32 3. Immenſus.L.7.34. Iudex,& vltor.G.3.13.& 18.24. exorabilis. G.18.26.& 19.21.E.6.5. & 8.13,31. & 9.33. & 15.25.& 32.14,34. & 33.17.L.4. & 5.10.& 19. 22. & 26 43. N.11.2. & 16.47. D.26.10. vindex. G.19.13.E.4.23 & 12.29.& 14.25 & 18.11.& 19. 12.& 20.5.& 22.24.& 23.7,23.& 32.10,34. & 34. 14. L.17.11.D.4.24. & 5.9.& 6.15.& 7.11. & 9.3. & 18.19.& 28.a v.15.& 32.35. Aeternus.G.21.33. D.32.40.& 33.26. Omnipotens.G.33.20.& 35.11. & 43.14.& 46.3.& 48.3.E.6.3.& 15 3.N.11.23.& 16. 22.et 24.4.16.D.7 9.et 9.29.et 32.39. Iuſtus.D.10. 18. & 25.16. & 32.5. Sanctus.E.15.11. & 28.30. L.11.44.& 19.2.& 21 8.& 22.32. N.23.19. D.25. 16.& 32.4. Iudex omniũ.E.18.11.& 20.5.D.10.17. Immutabilis.N.23.19. D.4.31. Miſericors. E.20.6. & 34.6. N.14.18, 19. D.4 31. & 7.9. & 10. 19. Fidelis. D.47.31.& 7.8 9. & 8.18. & 9.6. & 32.4. Clemens.E.34 6. Patiens.E.34.6,7.N.14.18.Verax. E.34.6.N.23.19. *Symb.* Homo. G.1.26. caput.L.1. m.15.et 10 n.7 et 13.32.lampas.Gen.15.17 aquila. D.32.16.nubes.E.13.22.et 14.m.20.et 16.10.et 19.9. et 33.10. ignis. E.13.22. et 24.m.17. aquila. E.19.4. auis.L.1.m.11.columba L.1.m.11 cælũ.L.26 m.19. *Fig.* Iſaac. G.27.4. Iacob. G.48 m. Moyſes.E.28.m. N.20.al.
Dextera, Dextra. Quid myſt.D.33.1. quid ſymb.G.24. 49. E.29.m.20.
Diabolus. Caput impiorum. G.3.15. peccat. G.3.15. hominem tentat. Gen.3.1, 2, 3, 4, 15. maledicitur. G.3.14,15. *Symb.* Beſtia.E.22.m.31.L.26 al.6.aquilo. L.1.m.11. N.8.al.§.2. coruus. Num 33.trop.27. *Fig.* Chananæi.E.33.m.2. N.21.m.1. hoſtes Iſraelitarum. L.26.m.17.
Diaconi. Fig. Caathitæ. N.4.m.
Dies. Quid ſcript. G.5.2. L.6.m.24. N 7.1. quid fig. Gen.1.5,16. &c. 2.3 E.15.m.22. quid ſymb.G.2.3. E.23.m.26.L.12.m. & 13.6. & 19.m.5.N.10.m.
Dies dominicus Cur colitur. G.2.3.
Difficultas. Symb. Grauitas G.18.20.
Digitus. Quid ſymb.E.8.19.L.4.m.& 16.al.14.& tr.2. N.19.m.3.
Dij. Quid ſcript.E.12.12.& 21.6.N.23.4.D.10.17.
Dilectio. Præcipitur. L.19.18.
Diluuium. Quid myſt.G.6.17.
Dipſas. Quid. D.8.al.15. quid myſt.D.8.al.15.
Diſciplina. Quid ſcript.D.11.2.
Diſcretio. Symb. Naſus. L.21.m.18. vinum. Num.15. tr.§.5.
Diuinatio. Genera. D.18.12 prohibetur. L.19,26,31. & 20.6.N.23.22.D.13.1.& 18.12. pœna. L.20.26.
Doceo. Symb. Sedere. L.15.4.

Doci-

Digitized by Google

Docilitas. Exempla.E.18.24. *Symb.* Inauris.E.32.m.2.
Doctores praui. Prohibentur D.18.22. *Fig.* Balaam. N.22.m.
Doctores sacri. Auctoritas.D.21.9. *Symb.* Dentes.G.49.m.12. Angelus.E.23.m.20.campi.D.8.al.7. *Fig.* Candelabrum Tabernaculi. E.25.m.31. columnæ Tabernaculi.E.27.al.10.lucernę candelabri.L.24.m.2. Principes tribuum. N.21.m.18.
Doctrina. Quid script.E.28.30.
Doctrina humana. *Fig.* Puteus. G.26.m.21. spolia Aegypti.E.12.m.35.
Doctrina praua. Prohibetur.D.18.22. *Symb.* Fermentum.E.12.m.8. lippitudo. L.21.m.20. idolum. N.23.m.21.
Doctrina sacra. Materia. E.19.6. *Symb.* Oculi. G.49.m.12. vbera.G.49.m.25. azyma.E.12.m.8. pluuia. D.28.tr.8.lac.E.23.m.19.& 33.m.3.via. E.23.m.20. panis. E.23.m.25. N.15.tr.8.& 28.m. argentum. E.25.m.3. lapis pretiosus. E.25.m.7. byssus. E 27. al.9. mel. E.33.m.3. lux. E.34.29. sal. L.2.trop.13. pectusculum.L.7.m.33. cisterna.L.11.tr.36.semen. L.11.tr.37.& 15.m.D.25.m.dies.L.13.6. pluuia. L.26.al.4. vinum.N.15.tr.§.5.D.33.28.m.8. sagitta. N.24.m.8.ros.D.33.13.m.4.& v.28.m.9.*Figura.*Lux. G.1.5.semen.G.1.13.& 18.15. lignum vitæ.G.2.9. quatuor Paradisi fluuij.G.2.14. arcæ longitudo,& latitudo. G.6.16.butirum,lac.G.18.8.mandragora. G.30.m.14. herba Gessen. G.47.m.4. gemmæ Rationalis. E.28.m.tr.
Dodanim. Qui. G.10.4.
Dæmones. Quid script. L.17.7.
Dolor. Quid script. G.49.3.
Dolus. Prohibetur. L.19.11.
Dominus. Quid script. G.1.2.
Domus. Quid script. E.1.21.N.12.7. quid myst. E.12.m.46. L.14.m.
Dona. Quid script. G.49.3.
Dona Spiritus sancti. *Fig.* G.7.4. & 41.m.26. septem lucernæ. E.25.m.trop.31.L.24.m.2. septem agni. L.23.m.18. septem viæ.D.28.tr.7.
Donec. Quid script.G.8.7.
Dormio. Quid myst.L.15.4.
Draco. Quid myst. D.32.33.
Durum. Quid myst. D.10.16.

E.

Ebrietas. Prohibetur. L.10.9. actiones. G.19.32. quid myst.L.10.m.11.D.29.19.
Ecclesia. Quid script. D.23.3. auctoritas. D.17.12. & 21.9. proprietates.D.24.4.m. *Symb.* Mons.G.19.38.E.24.9. vinea.G.49.m.11.E.22.m.5.D.8.al.8.& 22.9. vitis.G.49.m.11.D.8.al.8. portus.G.49.m.13. luna.D.33.13.m.7.limen.E.12.m.22. domus.E.12.m.46. ager.E.22.m.5.L.19.m.19. area.E.22.m.29. N.15.tr.18. Mater.E.23.m.19. L.22.m.27. terra. E.23.m.26. L.17.m.13.D.32.44. mons. E.25.m.tr. 40.D.33.19.m.armentum.L.1.m. ostium.Leu.1.m. vxor.L.21.m.13.virgo.L.21.m.13.Tabernaculum. L.23.m.34. porta. Num.19.m.3. vitis. D.22.9. *Figura.* Terra. G.1.1.firmamentum.G.1.8.luna. G.1.16. Paradisus voluptatis. G.2.9. ligna pulchra visu. G.2.9. arca Noe. G.6.16. Iapheth. G.9.27. Sara. G.16.14. & 18.15.& 21.13. Tabernaculum. G.12.8. & 18.5. Rebecca. G.24.67. Iacob. G.25.23.& 27.46.& 28.m. puteus Bersabee. G.26 m.33. Rachel.G.29.m.6.16.& 30.m.tunica Ioseph.G.37.m.3. terra Gessen. G.46.m.34. & 47.m. Ephraim. G.48.m. Zabulon.G.49.m.13.D.33.18.m. Terra Chanaan,seu promissionis G.50.m.E.33.m.1.N.13.al.3. D.8.m. & 27.m.& 32.44. Sephora.E.2.m.21. Tabernaculum vetus. E.25.m.& 26.m. & 40.myst. L.10.m.7. & 12.m. atrium Tabernaculi. E.26.m.anag.36.& 27.al.9.tunica hyacinthina Summi Sacerdotis.E.28.m,altare sanctuarij.L.4.7.& 10.m.18. D.27.m. castra Israelitarum. L.13.46. N.2.al.& 5.m.2. & 11.m.§.5. mensa Tabernaculi. L.24.m.5. mansio in Maceloth. N.33.tr.25. solitudo campestris contra Mare rubrum. D.1.m.1. terra Ioseph. D.33.13.m. Issachar.D.33.18,19.m.Nephthali.D.33.23.m. Aser.D.33.24.m.
Ecclesia triumphans. *Fig.* Cælum.G.1.1.Tabernaculum vetus.E.25.m.& 26.m. Superhumerale.E.28. myst. Terra promissionis. D.8.an.1. v.*Cælum.*
Edom. Quid nom.G.36.1. Qui.N.20.17.
Egestas. Quid myst. L.26.al.16.
Egredi, & Ingredi. Quid script. D.28.18.
Elamitæ. Qui. G.14.1.
Electio. Qualis. E.18.21. actiones.G.41.39. D.30.19. *Symb.* Crura. L.11.tr.21.
Electio Dei. Actiones.D.14.2. *Fig.*Enumeratio masculorum. N.1.2. enumeratio Israelitarum. N.26.65. electio Israelitarum. D.7.8.
Electus. *Fig.* Caleb,Iosue. N.26.m.65.
Eleemosyna. Exhibenda. D.14.29.& 15.11.& 24.22.
Eleuationis ritus. Quis. L.7.34. quid myst. L.7.34. & m.34.
Elim. Quid. E.16.1.
Elisa. Quis. G.10.4.
Ellipsis. v.*Praecisio.*
Emim. Qui. G.14.5.
Emissarius. Quid script. L.16.8.
Emo. Actiones. G.23.9.& 25.31.& 39.1.
Enachim. Qui. N.13.24.
Enim. Quot modis accipiatur. G.3.5.E.19.5.& 34.9.
Enos. Ortus,& mors. G.5.8,9.
Epexegesis. Exempla. G.11.1.
Ephi. Quid. G.18.6.E.29.40. L.14.20.
Ephod. Quid. E.25.7.
Ephraim. Quid myst. G.48.m.
Episcopi. *Fig.* Fratres Ioseph. G.46.m.32. Principes Israelitarum. N.2.7. Eleazar & Ithamar. N.4.m.
Equus. Quid symb. G.49.17.& m.17. E.15.m.1.
Error in fide. *Figura.* Tenebræ. G.1.5. Ruben. G.35.m.22.ranæ Aegyptiorum.E.8.m.7.idola.L.26.al.1.
Erubescentia. Caula. G.3.11.
Esau. Quid myst. G.25.23. & 27.46.& 36.m.6.
Esca. Quæ prohibebatur. E.22.31.
Esse. Quid script. G.17.8.& 42.16.
Esuries. Quid myst. D.8.al.3.
Esus sanguinis. Quid myst. L.17.m.10.
Et. Quot modis accipiatur. G.3.16,& 4.23.& 8.5.& 22.12.& 49.10.E.4.21. & 15.2.
Ethan. Quid myst. N.33.tr.6.
Eua. vid. *Heua.*
Euangelium. *Fig.* Fluuius. G.2.14.
Eucharistia. Præparatio ad Eucharistiam.E.12.m.9,11. & 29.m.& 30.m. L.22.m.3.N.9.m.3. & 11.m.§.8. *Symb.* Frumentum. & vinum. G.27.28. D.8.al.8.& 33.28.m vbera.G.49.m.25.L.22 m.27. panis.E.23.m.25. L.26.al.5. N.28.m. vindemia. Leuit.26.al.5. Tabernaculum. L.26.al.11. N.1.m.5. botrus.N.13.tr.3. victima.D.33.19.m. *Fig.* Lignum vitæ.G.2.9. sacrificium Melchisedeci. G.14.24. panis subcineritius.G.18.7. vitulus.G.18.7.Abrahæ conuiuium. G.21.13. Isaac immolandus.G.22.24. conuiuium.

Digitized by Google

& panes Ioseph. G.43.m. agni paschalis esus. E.12. myst. & 23.m.15.N. 9.m.mensa propositionis. E.25. m.23.panes propositionis. E.25.m.30.panis, crustula, lagana. E.29.m. oblatio similæ. L.5.m.11.& 6.m. 14. & 23.m.13. N.8 tr.§.5. hostiæ pectusculum. & armus. L.10.m.18. oblatio pro mundatione leprosi. L.14.m.10, & seqq. sacrificium, & ritus zelotypiæ. N.5.m.8. man N.11.m.§.7. D.8.al.3. veteres oblationes. & sacrificia. N.28.m.

Euila. Quis. G.10 7.

Eunuchus. Quid script. G.37.36.

Euomere. Quid myst. L.18.25.

Euphrates. Vbi. G.2.14

Excelsum. Quid script. N.23.52.

Excommunicatio. Actiones. N.16.26. præcipitur. D.13.17. *Fig.* Separatio leprosi à Sacerdote. L.13.3. interdictum domus leprosæ. L.14.m.46 & tactus immundorum. L.15.5. oblatio cum alienigena. L.22.25. exclusio aliquorum à tabernaculo. D.23.3.

Excubare. Quid script. E.38.8.

Excusatio. Actiones. E.32.24.

Exemplum. Symb. Pellis. E.25.m.5.

Exire. Quid script. N.27.17.

Expiratio. Quid myst. L.16.al.& tr. & 23.m.27.

Exploratores à Moyse missi. Quid myst. N.13.al.4.& tr. n.2,4.6.

Externus. Quid script. N.3.10.

Extra. Quid myst. L.4 m.& 10.m.2.

F

Facies. Quid script. G.2.7. & 6.11. E.33.13. quid myst. L.20.4.

Facilitas. Symb. Saltus. L.11.tr.21.

Facio. Quid script L.9.6.

Fames. Quid myst. L.26.al.16. D.8.al.3.& 28.tr.20.

Familia. Symb. Domus. L.14.m.

Febris. Quid myst. D.28 tr.20.

Fel. Quid myst. D.32.33.

Felicitas. Exempla. G.39.2. *Symb.* mane. L.6.m.9. dies. N.10.m. quies N.10.m.& 24.m.9. dextera. D.33.1.

Felicitas aterna. Fig. Terra promissionis. G.15.17. E.23. m.20. *Symb.* mane. E.23.m.18.& 27.al.20. dies. E.23. m.26. dextera. D.33.1. meridies. D.33.23.m. v. *Calum.*

Felicitas temporalis. Exempla. G.49.11,25. *Fig.* Carnes Israelitis concessæ. N.11.m.§.9.

Femina. Quid myst. G 1.27.

Femoralia, Feminalia. Quid myst. E.28.m. L. 6.m.13.

Fermentum. Quid myst. E.12. m.8.& 23.m 18.& 29.m. L.2. al.4. prohibetur. E.23.18.

Ferrum. Quid myst. D.8.al.9.& 27.m.

Festi des. Obseruandi. E 12.16.& 23.12.14,15. L.16. 29.& 19.3,30 & 23.30. D.5.14.& 16.

Festinatio. Quid myst. E.12.m.11.

Ficus. Quid myst. N. 13.tr.3.

Fideles. Symb. Animalia munda. L.22.m.27. iumenta. G.1.24.& 7.4. caulæ. D.28.trop.4. ouis. E.22.m.1. grex. D.28 tr 4 agnus. N.15 tr.§.5. masculus. E.23. m.17. L.1.m bruchus. L.11.tr.22. Pelles. L.11.tr.33. arbor. l.26. al.4. virgo. N.31.al.18. *Fig.* filius Saræ. G.18.15. posteritas Iacob. G.35.m.11. Israelitæ. E.1. m.7.& 33.m.1. N.2.al.& 11.m & 21.m.1 Hebræus. E.21.m.2. basis altaris. Ex.29.m.12. Balaam. N.24. m.3. lapides altaris. D.27.m. Beniamin. D.33.12.

Fidelitas, seu Fides. Actiones. G.21.1. E.6.5.

Fides diuina. Est. E.19.9. necessitas. G.30.m.1. D.7.9. veritas. D.4 2.vna. Deut.22.9.& 24.4.m. effecta. G.15.6. auctor. D.4.34.& 7.8. actiones. E.14.30. signa. E.19.9. Num.20.al.19. D.4.8,36. *Symb.* filius. G.30.m.1. murus. Gen.49.m.7. asinus fortis. G.49. m.15. limen. E.12.m.22. sapphirus. E.24.m.17. mane, & vesper. E.29.m.41. nubes. E.40.m 32 L.16.tr.2. ostium. L.1.m. sal. L.2.trop.13. testiculi. L.12.m.24. argentum. N.7.m.13. dies. N.10.m. thesaurus. D.33. 19.m.7. *Figura.* Lux. G.1.5. Sol. G.1,16. lignū vitæ. Gen.2.9. velum tabernaculi. E.27.al.16. æs altaris. E.27.tr.2. velamina vasorum. N.4.m.5. lignum cedrinum N.19.m.6.

Filia. Quid script. G.20.12. quid myst. L.21.m.9.

Filij. Instruendi. D.11.20.

Filius. Quot modis dicatur. E.2.1. D.13.14. & 14.1. quid myst. G.30.m.1.

Filius Dei. Quid script. G.6.1.

Filius hominis. Quid script. G.6.1.

Fimbria. Quid. N.15.40. quid myst. N.15.tr.38.

Fimus. Quid myst. N.19.m.5.

Finis. Quid script. G.6.11.

Firmamentum. Quid script. G.1.6. quid fig. G.1.8.

Firmitas. Symb. Lapis. G.49.24.

Fiscella. Quid myst. E.2.m.3.

Flamma. Quid myst. N.19.m.5.

Fletus. Quid symb. G.21,16.& 27.38.& 42.24.& 43. 30.& 45.2. & 46.29. & 50.2,18. Ex.2.23.& 6.5.& 33 4. N.14.1.

Flos. Quid myst. N.17.al.tr.

Flumen. Quid myst. E 1.m.22.

Fluuius, Fluuij. Quid script. E.23.31. quid fig. G.2.14.

Fluxus seminis. Quid myst. L.15.m.& 22.m.4.

Fœdus. Quid. Gen.17.9.& 21.32. D.29.1. actiones. G.31.44.

Fœmina. v. *Femina.*

Fœtor. Quid symb. E.5.21.

Fons, Fontes. Hebr. G.2.5. Quid myst. L.11.tr.36. D.8. al.7. & 33 13.m.5.

Foramen. Quid myst. E.33.m.22.

Foras. Quid myst. E.12.m.46.

Formulæ. Benedictionis. N.6.23. D.27.14. maledictionis. N.10.35. D.27.14.

Fornicatio. Illicita. G.1.28. L.19.29 D.22.21.& 23.17. actiones G.38.16. Num.25.1. quid myst. E.34.16. L.17.7.& 20.5. N.14.33.& 15.40.& 25.m.3. D.31.21.

Fortis. Symb. Leo. leæna. N.23.24.

Fortitudo. Quid script G.49.3. D.6.5.& 33.11. actiones. G.14.16. *Symb* Lapis. G.49. 24. ligna setim. E.25.m.5. brachium. D.33.20. *Fig.* Gersonitarum multitudo. N.3.tr.21.

Frater. Quid script. G.12.13.

Fratres. Quid myst. D.25.m.

Fraudulenter. Quid script. G.27.35.

Fraus. Prohibetur. L.19.11. D.25.16.

Frons, Frondes. Quid myst. D.12.m.

Fructus. Quid myst. E.23.m.26.

Fructus prædicationis. Symb. Messis. L.26.al.5. vindemia. L.26.al.5. *Fig.* Duodecim gemmæ Rationalis. E.28. m.trop.

Fruges. Quid myst. D.33.13 m 9.

Frumentum. Quid symb. G.27.28. L.2.al.4. D.8.al.8. & 33.28.m.

Fuga. Actiones. G.31.& 39.12. E.2.15. qui fugiendi. E.34.12.

Fuga à persecutoribus Ecclesiæ. Fig. Iacob. G.31. myst. Israelitæ. N.20.al.20.

Fuga sæculi. Fig. Mansio Israelitarum in Helmondeblathaim. N.33.tr.46.

Fulgur. Quid myst. E.9.m.23. D.32.42.

Fur. Symb. Charadrion. L.11.tr.19. mustela. L.11.tr.29.

Furari.

Digitized by Google

Furari. Quid myst. E.22. m.1.
Furtum. Prohibetur. E.20.15.& 21.16.& 22.1.L.6.2. & 19.11.D.5.17.& 19.14.& 24.7. Exempla.G.31.19. Quid myst. E.22.m.3.

G

Gad. Quid myst.G.49.m.19.D.33.20.m.
Galbanus. Quid. E.30.34.
Ganges. Quid. G.2.11.
Gaudium. Actiones. G.46.30.
Gaudium spirituale. Symb. Oleum. L.5.m.11.
Gehon. Quid. G.2.13.
Genere. Quid symb. E.6.5.
Geminatio eiusdem vocis. Quid gram.E.29.37.
Gemma. Quid myst. E.25.m.7. & 28.m.1.
Generatio. Quid script. G.5.1.& 6.10.& 7.1.& 15.19. & 37.2.
Generatio spiritualis. Symb. Germen. L.26.al.4.
Generatio viuentium. Quid. G.5.5. quid myst. L.22. m.27.
Gentiles Principes. Fig. Pharao. E.5.m.2.
Gentilitas. Vocatio.D.32.44. *Fig.* Vxor Moysis Aethiopissa.N.12.m.1.Idumæa.N.20.al.14.& 24.18.asina Balaam.N.22.m.populi Chananæi.G.15.17.Rachel. G.29.m.31.& 30.m. pincerna Aegyptius. G.40.m. Aegyptus. G.47.m.6. E.12.m.35. Issachar.Gen.49. m.14. filia Pharaonis.E.2.m.5. Moab. Num.24.18. *Symb.* Asina.Gen.49.m.11.14. E.23.m.5. D.22.10. desertum.L.16.al.22.meretrix.L.21.m.14.leprosus. N.5.m.2.
Geraris. Vrbs. G.20.1.
Germen. Quid myst.L.26.al.4.& tr.3.N.17.al.& tr.
Gessen. Vbi. G.46.28. quid myst. G.46.m.34. & 47. m.6.
Gether. Quis. G.10.23.
Gibbus. Quid myst. L.21.m.20.
Gigas. Quid script. G.6.4.
Gladius. Quid myst. D.32.42.
Gloria. Quid script. G.49.6. E.33.28.& 40.32. L.9.6. N.14.21, 22.& 27.20. D.26.19.
Gloria cælestis. Symb. Lux.E.34.29. *Fig.* Dies.G.1.16.
Gloria Dei. Finis operum diuinorum. E.9.16.& 16.7. N.14.21.& 20.12. D.26.19.actiones.E.16.10.
Gloria inanis. Symb. Chamæleon. L.11.tr.30.
Gomer. Quis. G.10.2.
Grando. Quid myst.E.9.m.23.
Gratia. Efficiens.G.1.1.& 20.6.D.7.8.& 32.6. necessitas. G.20.6.& 30.1.N.14.m.41. *Symb.* Filius.G.30. m.1. aqua.E.23.m.25.& 29.m. aurum.E.25.m.3.& 26.m.N.7.m.14. byssus. E.27.al.9. oleum.E.30.mi vestimentũ.E.32.25.L.10.m.7.& 11.tr.33.D.8.al.4. dies.L.13.6. linum L.13.58.pallium.N.15.trop.38. germen.N.17.al.tr. *Figura.* Creatio.G.1.1.lux.G.1.5. dies.G.1.5,16. aqua.G.1.21.& 7.11.E.29.m.N.20. alls vita.G.1.24.circumcisio.G.17.23.puteus.G.29. m.2. oleum vnctionis. E.30.m.
Gratia gratis data. Exempla. N.11.27.
Gratiarum actio. Exempla. E.15.1.
Gratitudo. Iubetur. L.22.33. D.16.1.
Grauitas. Quid symb. G.18.20. E.7.14.
Gressus. Quid symb. G.24.49. L.26.12.
Grex. Quid myst. D.28.tr.4.
Gryfes. Quid. L.11.13. quid myst.L.11.tr.13.
Gula. Actiones. G.3.6.& 25.32.E.32.6.effecta.G.3.6. *Symb.* Locusta.E.10.m.14. mergulus.L.11.trop.17. porphyrio.L.11.tr.18. mus.L.11.trop.29. mygale. L.11.tr.30.

H

Habitus acquisitus. Symb. Frondes.D.12.m.reliquiæ. D.28.tr.5.
Hæresis. Fig. Incestus Ruben. G.35.m.22.Idololatria. L.26.al.1.septem aræ Balac.N.23.m.1. *Symb.* Lepra. L.13. idolum;dehonoratio patris,ac matris;furtum; incestus.D.27.m.15.fluxus seminis.L.15.m. mixtio seminum. & hominum. L.19.m.19. pestilentia. L.26.al.25.
Hæretica doctrina. Fig. Incantationes Aegyptiorum. E.7.m.22.mons altissimus,& aquilonaris.Num.34. myst.7.
Hæretici. Fig. Core,Datan,Abiron, &c. N.16. myst.1. Balaam.N.24.m.3. Dan.Gen.49.m.16,17. malefici Aegyptij.E.7 m.22.seminiflui.N.5.m.2. exploratores detrahentes terræ.N.13.al. *Symb.* Miluus.L.11. tr.14. noctua. L.11.tr.16. vespertilio.L.11.trop.19. serpens flatu adurens. D.8.al.15.
Hai. Vrbs. Gen.12.8. quid nom. G.12.8. quid myst. G.12.8.
Haliaetus. Quid. L.11.13. quid myst.L.11.tr.13.
Haran. Vrbs. G.11.10.
Heber. Quis. G.10.24.
Hebræus. Quid nom.E.21.m.2.quis.E.21.2.quid myst. E.21.m.2.
Hebraica lingua. Principium. G.3.20. E.21.2.
Hebron. Quid. N.13.24.
Henoch. Ortus,& translatio. G.5.21.22.23,24.
Herba. Quid myst. G.47.m.4. quid fig. G.1.13.
Hernia, Hernioſus. Quid. L.21.21. quid myst. L.21. m.20.
Herodion,Herodius. Quid, & quid myst.L.11.tr.19.
Hesebon. Quid. N.21.25.
Heuila. Quis G.10.28.
Heuilath. Quid. G.2.11.
Heua. Quid hebr. G.3.20.formatur.G.2.21.tentatur. G.3. maledicitur. G.3.16. quid fig. G.2.24.
Hierarchia ecclesiastica. Figura. Aquæ superiores.G.1.8. Sancta sanctorum. E.25. myst.10. quatuor altaris cornua. E.29.m. Leuitæ. N.1.m.5.& 3.all. & 4.m. *Symb.* Femina.G.1.27. vulua.G.49.m.25.
Him. Quid. E.29.40.
Hircus. Quid myst. L.4.23. & 16. all.5.& tr.20. N.7. m.15.& 15.tr.24.
Hœdus. Quid myst. E.12.m.5.& 23.m.19. L.1.m.10. & 3.tr.2.
Holocaustum. Quid. Gen.8.20. & 22.2. E.20.24. quid myst. L.6.m.13.& 16.tr.20.
Homicidium. Illicitum.G.9.5.E.20.13.& 21,12,14.& 22.2.L.19.16.N.35.33.D.5.17.& 19.11.& 27.24,25. exempla. G.4.8.23. E.1.15,22.
Homo. Quid phys.G.1.26.dignitas.G.1.26,27.& 9.2.6. quid symb. G.1.26. *Symb.* Planta. E.15.17. piscis. L.11. tr.13. lignum. L.11.tr.32. lapis. Leuit.14.m. efficiens. D.32.6.15.18.
Homo sensualis, terrenus. Symb. Bestia. E.23. myst.29. reptile. L.11.tr.42.
Honor. Quid. E.20.12. quibus exhibendus. E.20.12. *Symb.* Lapis pretiosus. E.25.m.7.
Honorare. Quid script.E.20.12.
Hor. Mons. D.10.6.
Hordeum. Quid myst. D.8.al.8.
Horeb. Mons. E.3.1.
Horreum. Quid myst. G.41.m.56.D.28.tr.5.
Hortus. Quid myst. N.24.m.5.
Hostia pro peccato. Quid myst. L.6.m.30.
Hostis. Quid myst. L.26.al.17.

Digitized by Google

Index Rerum.

Hostes Ecclesiæ. Symb. Bestiæ. L.26.al.6. *Fig.* Madianitæ. N.12.m.1.
Hul. Quis. G.10.23.
Humanitas Christi. Fig. Arca. G.6.16.
Humerus. Quid myst. D.33.12.
Humilitas. Actiones. G.18.31.& 32.10.& 41.16.E.3. 11.30. & 4.10, 13. & 6.12. & 16.7. Num.16.4.22. *Symb.* Simila. N.15.tr.§.5. vallis. N.24.m.5.
Hyacinthus. Quid. E.25.4. quid myst. E.25.m.3.
Hypallage. Exempla. G.6.11. & 9.4.& 11.1.& 31.42. D.4.13.& 32.9.
Hyperbole. Exempla. D.2.25.
Hypocrita. Symb. Stellio. L.11.tr.30.
Hypotyposis. Exempla. G.29.1.
Hyssopus. Quid myst. E.12.m.22.L.14.m.N.19.m.6.

I

Iacob. Quid nom. Gen.27.36. benedicitur à patre. G.27.& 28.1. apparet illi Deus. Gen.28.12. ducit vxores. G.29. discedit e Mesopotamia. G.31. benedicit filios. G.49. moritur. G.49.32. quid myst. G.25. 23.& 27.46. & 28.m.& 29.m.& 30.m. & 31.m. & 32.m. & 48.m.
Iactantia. Actiones. N.12.2.
Ianthinus. Quid. E.25.5.
Iapheth. Quis. G.9. benedicitur. G.9.27. quid myst. G.9.27.
Iared. Ortus,& mors. G.5.17,18.
Iaspis. Quid myst. E.28.m.tr.
Iauan. Quis. G.10.2.
Iazer. Quid. N.21.32.
Ibis. Quid myst. L.11.tr.17.
Idololatra. Fig. Chananæi. E.33.m.2. *Symb.* Talpa. L.11.tr.30.
Idololatria. Quid. N.23.52. Prohibetur. E.20.23.& 22. 20.& 23.13,24,32.& 34.14,17. L.18.21.& 19.4. & 20.2.& 26.1. D.4.25.& 5.7.& 6.15.& 7.5,16. & 8. 20. & 11.16. & 18.9. & 27.15.& 30.17. actiones. E.32.1.N.25.2.D.32.16.17. *Symb.* Sordes. E.32.25. fornicatio. E.34.16. L.17.7. & 29.5. Num.25.m.3. D.31.21. pollutio. L.18.21.
Idolum. Prohibetur. E.20.4. D.5.7. quid myst. E.32. m.1. L.26.al.1.& tr.1. N.23.m.21.D.12.m.
Idumæa. Quid myst. N.20.al.14.& 24.18.
Iecur. Quid myst. L.1.m.& 3.tr.4.
Iehoua. Quid hebr. E.6.2.
Ieiunium. Exempla. E.12.17.D.9.9. præcipitur. L.16. 29.& 23.29. N.6.4. quid myst. L.23.29. effecta. D.9.9.
Iesus Christus. v. *Christus.*
Ignis. Quid myst. E.12.m.8,9.& 22.m.6. & 24.m.17. & 40.m.36. L.1.m.& 6.myst.13. & 10.1. & 13.27. N.10.m.& 11.m.§.5.& 16.m. D.33.1.
Ignis inferni. Fig. Incendium Sodom. G.19.38. incendium Israelitarum. N.11.m.§.5.
Ignis iudicij. Fig. Incendium Sodom. G.19.38.
Ignorantia. Exempla. E.5.2.D.32.6,29. quando peccatum. L.22.14. Num.15.22. excusat. D.19.10. effecta. G.3.6. *Symb.* Tenebræ. E.40.m.36. cæcitas. L.21. m.18. *Fig.* Tenebræ. G.1.5.E.10.m.23.
Illusio. Symb. Albugo. L.21.m.20.
Illustrationes diuinæ. Symb. Dies. E.23.m.26.N.10.m.
Imago. Quid. G.1.26.
Imitatio, Imitari. Symb. Vesci. L.11.m.8. tangere. L.15. myst.5.
Imitatio Christi Iesu. Fig. Manso in Sin. N.33.trop.11. & in Salmona. N.33.tr.41.
Imitatio Dei. Præcipitur. D.14.1. *Fig.* Mansio Israelitarum in monte Hor. N.33.tr.37.
Immortalitas animorum. Indicatur. N.20.24.
Immunditia. Symb. Mus. L.11.tr.29. actiones. G.38.9.
Immunditia legalis. v. *Pollutio legalis.*
Immunitas ecclesiastica. Indicatur. E.21.13,14.
Impatientia. Actiones. G.25.32.
Impedimenta matrimonij. v. *Matrimonium.*
Imperium. Quid script. G.49.3.
Impetigo. Quid. L.21.21. quid myst. L.21.m.20.
Impius. Symb. Aspis, draco. D.32.33. *Fig.* Esau. G.25.23. Aegyptij. E.15.m.1. *Symb.* Spina. E.22.m.6. hœdus. E.23.m.19.
Imponere, Impositio manus. Quid script. & myst. N.8.10.
Impositio manus. Quid myst. L.1.4.
Impudicitia. Exempla. G.39.12. *Symb.* Velamen. G.20.16.
In. Quot modis accipiatur. G.1.1. & 44.5. E.6.3.& 23.19. L.15.16.& 18.5. D.10.8.& 21.9.
Inanis. Quid hebr. G.1.2.
Inauris. Quid symb. G.24.67.E.32.m.2.
Incantatio. Quid myst. E.7.m.22.
Incarceratio. Actiones. G.37.24. & 39.20. & 40.3.& 42.17. N.15.34.
Incendere, Incendium. Quid myst. G.19.38.
Incensum. Quid myst. E.29.m.13.& 30.m.tr. L.16.al.12. N.7.m.14.
Incessus. Quid myst. N.10.m.
Incestus. Prohibetur. L.18. D.22.30.& 27.20. actiones. G.19.32.& 35.19.& 38.14. pœna. L.20.12,14,17, 19, 20.
Incipientes. Symb. G.7.4. primitiæ. L.2.tr. hœdi. L.3.tr.1.
Inconsideratio. Reprehenditur. D.32.29.
Inconstantia. Actiones. E.32.1.
Incredulitas. Exempla. D.1.26.
Indurare. Quid script. E.4.21. D.2.30.
Induratio. Quid symb. E.4.21.& 7.13. D.2.30.
Inebriari. Quid script. G.43.34 D.29.19.
Infernus. Quid script. Gen.37.35. N.16.33. D.32.22. *Fig.* Terra impios absorbens. N.16.m.32.
Infideles. Symb. Foras. E.12.m.46. *Figura.* Chanaan. G.9.27. Chananæi. E.23.m.28. Cetura. Gen.25.1. alienigenæ. L.22.m.10. Israelitæ. N.14.m.
Infidelitas. Actiones. E.5.2.N.14.11.& 20.10. D.9.24. *Symb.* Stuprum. L.21.m.9.
Infidelitas in promissis. Actiones. E.8.15.
Infirmitas. Quid symb. E.23.m.25.
Ingratitudo. Prohibetur. Deut.4.23. & 6.13, & 8.11. actiones. G.40.23.E.32.1.N.16.11.& 21.5. D.32.6,17.
Ingressus. Quid symb. G.24.49. L.16.tr.2.N.9.m.18.
Ingressus in terram promissam. Quid myst. N.33.al.
Inhumanitas. Actiones. N.20.20.& 21.23.
Inimicus. Diligendus. E.23.4.
Iniquitas. Quid script. G.4.13. L.20.17.
Iniuria. Prohibetur. L.19.13.
Iniustitia. Prohibetur. E.22.22,23,24. Leuit.19.13,35. D.24.15. actiones. E.5.6,14.
Innocentia. Symb. Simplicitas. Gen.20.5. mundities. G.20.5. lac. E.33.m.3.N.13.tr. linum. Leuit.13.58. *Fig.* Ariditas. Gen.1.10.
Inobedientia. Prohibetur. Deuteron.17.12. & 30.17. *Symb.* Ceruix dura. Deut.10.16.& 31.27. actiones. G.3.6.E.5.2.N.16.14. D.1.26.& 9.24.
Inquilinus. Quis. L.22.11.
Inquisitio. Iubetur. D.13.14.& 17.4 actiones. Gen.3. 13,14. & 29.4.& 32.29.& 37.15. & 40.8. & 41.8. & 42.7.& 43.27.& 44.12.E.2.5,15,18. *Fig.* Exploratores. N.13.tr.n.2.

Instru-

Digitized by Google

Inſtructiones. Exhibendæ à Rectoribus. D.31. per totum.& 32.47. *Fig.* Vectes ad deferenda vaſa tabernaculi. N.4.m.6.
Intellectus. Symb. Theſaurus. D.32.34.
Intellectus potentia. Figura. Acetabulum. Num.7.13. *Symb.* Oculus. N.24.m.3.
Intelligentia. Symb. Ignis.E.40.m.36.N.10.m. *Fig.* Lux. G.1.5. E.34.29. auris ſerui Hebræi. E.21.m.5.
Intentio recta. Symb. Simila.N.15.tr.9.5. *Fig.* Primitiæ oblatæ.N.18.m.11. manſio in Etham.N.33.tr.6.
Interpretatio Scripturæ. Modus interpretationis litteralis.procem.9.3. modus interpretationis myſticæ. procem.9.4.
Inteſtina. Quid myſt. E.29.m.15. L.1.m.
Intrare, & exire. Quid ſcript. N.27.17.D.28.18.
Inuidia. Quid. Gen.4.5. actiones. G.4.5.& 26.14.& 30.1.& 37.4.& 38.10. E.1.10.& 5.5. N.12.2.
Inuidus. Symb. Miluus. L.11.tr.14. ibin.L.11.trop.17. crocodilus. L.11.tr.29.
Inuiſibilitas Dei. Symb. Nubes. L.16.2.
Inuocari. Quid ſcript. G.48.16.
Ioannes Baptiſta. Fig. Ioſephi præco. G.41.m.43.
Iordanis. Quid myſt. D.1.m.1. & 33.22.m.
Ioſeph. Venditur.G.37.in carcerem truditur.G.39.20. præficitur Aegypto. G.41.39. moritur. Gen.50.25. quid myſt. Gen.37.m.& 39.m.& 40.m.& 41.m.& 43.m.& 45.m.& 49.m.22.& 50.m.25. D.33.13.m.
Ioſue. Eligitur Dux Iſraelitarum. Num.27. quid myſt. N.27.m.18. D.34.m.
Ira. Actiones. G.30.2.& 31.36.& 34.7. Exod.32.19. L.10.16. N.19.1,10.& 16.15.& 31.14. quid ſymb. E.22.24. N.11.1.& 22.22.
Ira vitium. Actiones. G.4.5. N.24.10. *Symb.* Vinum. L.10.m.11. ignis. L.13.28.
Iraſcibilis appetitus. Symb. Iecur. L.3.tr.4.
Iris. Quid myſt. G.9.12.
Ironia. Actiones. G.3.22.
Irregularitas. Fig. Immunditiæ legales.L.11.40.& 21. 17. & ſeqq.
Irreuerentia. Exempla. Cham. G.9.22.
Iſaac. Naſcitur. G.21.1. offertur. G.22.9. ducit vxorem.G.24.67.à Deo benedicitur. G.26.3.benedicit Iacob.G.27. moritur.G.35.27. quid myſt.G.22.24. & 24.67.
Iſmael. Eijcitur. G.21.10. quid myſt. G.16.14.& 21. 13. & 27.4.
Iſmaelita. Qui. G.37.25.
Iſrael, Iſraelita. Vexantur ab Aegyptijs.E.1. quot annis peregrinati. Gen.15.13,16. quid myſt.E.1.m.7. N.2.al. N.11.m.& 14.m.& 21.m.1. *Fig.* Aaron, & Maria ſoror. N.12.m.
Iſſachar. Quid myſt. G.49.m.14.D.33.18.
Iubileus. Quid gram, L.25.10.
Iuda. Quid myſt. G.49.m.8. D.33.7.
Iudæa. Quid myſt. E.33.m.1. v. *Synagoga.*
Iudæi. Quid myſt. E.33.m.1. à Deo derelicti.D.32.21. *Fig.* Chananæi. Gen.15.17. Iſmael. G.21.13. Eſau. Gen.36.m. fratres Ioſeph. G.37.m.& 42.m. piſtor Aegyptius. G.40.m. Ruben. G.49.m.3. & D.33.6. Simeon,& Leui. G.49.m.5. pater Moyſis. Exo.2.6. Pharao. E.2.m.15. ſeminiflui. N.5.m.2. Aquæ contradictionis. D.33.11.m. Aaron,& Maria. N.12.m. Balaam. N.24.m.3. *Symb.* Bos. E.23.m.5.D.22.10. noctua. L.11.tr.16.
Iudex, Iudicium. Praxis,& modus.G.3.13,14.
Iudex Deus. Actiones. G.1.13,14.
Iudicare. Quid ſcript. D.32.36.
Iudicia. Quid ſcript. L.18.5. D.4.1.& 32.4.
Iudicium. Quid ſcript. E.6.6.& 12.12.& 15.25.& 28. 15. D.18.8.& 32.42.
Iudicium generale. Fig. Fulgura,& grando Aegypti.E.9. m.23. benedictiones, & maledictiones erga Iſraelitas. D.27.m.
Iudicium peruerſum. Prohibetur.E.23.2,3,7,8. L.19.15. D.24.17.& 27.19.
Iudicium ſuſpicioſum. Exempla. E.5.4. & 10.10.
Iugum. Quid myſt. N.21.31.
Iumentum. Quid ſcript. Gen.1.24. quid myſt.G.1.24. E.22.m.5. L.19.m.19. D.28.tr.4.
Iumentum. Licitum.E.22.9,11.L.5.4.D.6.15.& 10.20. ſeruãdum.N.30.3.15. actiones.G.14.24.& 21.24.& 22.16. & 24.3.& 25.37.& 26.3,31. & 31.50,53. & 42.15,16.& 47.31.E.6.8. N.14.21.D.1.35.& 4.27.& 7.8.& 30,19.& 32.40. illicitum. E.23.13.D.5.11.
Iuriſdictio eccleſiaſtica. Habetur. Num.4.6. & 27.21. *Symb.* Manus. N.4.6. *Fig.* G.22.24.
Iuſti. Sunt iuſti.G.5.24.& 6.8,10.& 7.1.& 17.2.E.33. 17.N.12.7.& 23.10.D.24.13. *Fig.* Herba virẽs,lignũ pomiferum. G.1.13.& 2.9. Adam.G.2.7.Lot.G.19. 38. Iacob. G.25.23. lucernæ candelabri. L.24.m.2. *Symb.* Stellæ. Gen.15.5.& 22.24. arena. G.22.24. vitulus. L.1. tr.3. ophiomachus. L.11. tr.22. ficus bonæ.N.13.tr.3. lapides. D.8.al.9.
Iuſtificatio. Efficiens. G.1.1. diſpoſitio. E.19.m.3. & 30.m.L.2.m.tr.& 5.5.N.15.tr.3.& 19.m.6. *Fig.* Mundi creatio.G.1.1. Aegyptiorũ in Mari rubro demerſio.E.15.m.1.præparatio Iſraelitarum ad legem recipiendam. E.19.m.3. ſacrificium in Sacerd conſecratione. E.29.m.tr. thymiama.E.30.m. oblatio ſimilæ. L.2.tr.N.15.tr.3. purificatio leproſi. L.14.m. ſacrificium vaccæ rufæ.N.19.m. *Symb.* Byſſus.E.25. m.4. comeſtio.N.23.m.24.
Iuſtitia. Quid ſcript. G.15.6.D.24.13. iubetur. D.16. 20.& 25.1. inter Deum,& homines. E.24.8.D.5.3. *Symb.* Argentum. E.25.m.3. thus. L.5.13. veſtimentum. L.11.tr.33. *Fig.* Caathitæ.N.3.tr.27.
Iuſtitia diſtributiua. Exempla. N.26.54. & 27.6. & 32. 33.& 33.54.
Iuſtus. Symb. Thus.L.5.m.11.ceruus.L.11.tr.13.paſſer. L.14.m.myrtus.L.23.m.40.palmes.N.13.tr.3.agnus. N.15.tr.aries.N.15.tr.bos.N.15.tr.hortus.N.24.m.6. cedrus.N.24.m.6. malum punicum.D.8.al.8. oliua. D.8.al.8. luna.D.32.13.m.7. *Fig.* Candelabrum tabernaculi. E.25.m.tr 51. tabernaculum.E.26.m.tr. N.2.tr. Nazaræus.N.6.tr. Aaronis virga germinans. N.17.tr.
Iuuenis. Quid ſcript. E.24.5.
Ixion. Quid, D.14.13.

L

Laabim. Qui. G.10.13.
Labium. Quid ſcript. G.11.1.
Labium æneum. Quid myſt. E.30.m.
Labor. Quid myſt. N.11.m.1.
Lac. Quid ſymb. E.13.7.& 23.m.19.& 33.m.3.N.13. trop. D.33.19.m.
Lacerta. Quid myſt. L.11.tr.30.
Lactuca agreſtis. Quid myſt. E.12.m.8.
Lætitia. Symb. Ritus. G.21.6. dies. L.12.m.
Lauigatus. Quid ſcript. G.6.14.
Lagana. Quid. L.2.4. quid myſt. E.29.m.
Lacus. Fig. Aquæ inferiores. G.1.8.
Lamech. Hiſt. G.4. à n.19.
Lamina aurea. Quid myſt. E.28.m.
Lampas. Quid ſymb. G.15.17.
Lana. Quid myſt. L.13.58.

Digitized by Google

Laneeæ. Quid myſt.N.33 54.
Lapis. Quid ſymb. Gen.49.24. L.14.m. D.8.all.9. & 27.myſt.
Lapis pretioſus. Quid myſt.E.25.m.7.
Larus. Quid myſt. L.11.tr.16.
Lateres. Quid myſt.G.11.9.
Latitudo. Quid myſt.G.6.16.E.27.tr.1.& 30.m.
Lauatio. Quid myſt.E.30.m.L.14.m.8.
Laus Dei. Exempla. E.15.1.L.9.24.
Lectio. Lectio Scripturæ. vid. *Prælectiones.*
Legalia. v. *Lex vetus. Ceremonia veteris legis.*
Leo, Leæna. Quid ſymb. Gen.49.9. Num.23.24. D.33. 20.m.
Lepra, Leproſus. Quid ſymb.E.4.m.6.L.13.2.& 22.m.4. N.5.m.2.D.24.8.
Lepus. Quid myſt. L.11.tr.6.
Leuare manum. Quid ſymb.E.6.8.
Leui. Quid myſt. G.49.m.5.
Leuita. Quid myſt.E.32.m.27.N.1.m.5.& 2.tr.& 3.al. trop.& 4.m.& 8.tr.18.
Lex. Promulganda. L.23.2. D.29.2. effecta. D.17.19. & 31.13.
Lex diuina. Symb. Mel. N.13.tr.
Lex naturalis. Fig. Putei. G.26.m.15.
Lex noua, & euangelica. Fig. Rachel. Gen.29.myſt.31. *Symb.* Meridies. D.33.23.m.
Lex vetus. Bona.E.29.35. *Fig.* Putei.G.26.m.18.Eſau. Gen.27.40. & 33.m. Lia. G.29.m.31. circumciſio. G.34.m. fiſcella Moyſis.E.2.m.3. Iſraelitæ mortui in deſerto.N.27.m.β. Moyſes.N.27.m.12.D.34.m.
Lia. Quid myſt. G.29.m.16. & 30.m.
Libamentum. Quid myſt. L.23.m.18.
Libellus repudij. An licitus.D.24.3.quid myſt.D.24.3.
Liber, bri. Quid ſcript. G.5.1.
Liberalitas. Actiones. G.14.23.& 44.1.
Liber vitæ. Quid. E 32.32.
Liberum arbitrium. Eſt in homine. Gen.4.7. & 24.49. E.19.6.D.11.24.& 26.17.& 30.19.
Ligamen. Quid fig. G.1.13.
Lignum. Quid myſt. G.1.13.& 2.9.& 6.16.L.1.myſt. & 6.m.13.& 11.tr.32.
Lignum ſcientiæ boni, & mali. Quid. G.2.9. quid myſt. Gen.2.9.
Lignum vitæ. Quid. Gen.2.9. quid myſt. Gen.2.9. & c.3.24.
Ligurius. Quid myſt. E.28.m.tr.
Limen. Quid myſt. E.12.m.22.
Linum. Quid myſt. L.13.58.
Lippus. Quid myſt. L.21.m.20.
Locatio. Exempla. G.29.14.& 30.15,28.
Locuſta. Quid myſt. E.10.m.14. L.11.tr.22.
Longitudo. Quid myſt. G.6.16. E.30.m.
Lot. Hiſt. G.19. quid myſt. G.19.38.
Luceo. Quid myſt. E.27.all.20.
Lucerna. Quid myſt. L.24.m.2.
Luctæ. Quid ſymb. G.32.25.
Luctus. Quid myſt. L.10.m.19.
Lud. Quis. G.10.22.
Ludere. Quid ſcript. G.21.9. E.32.6.
Ludibrium. Symb. Riſus.G.21.6.
Lumen fidei. Fig. Sol. Gen.1.16. lucerna tabernaculi. E.27.all.20.
Lumen naturale. Fig. Luna. G.1.16.
Luminaria in Miſſa. Fig. Luminaria tabernaculi.L.24.3.
Luna. Quid myſt. Eccleſia. Gen.1.16. D.33.m.13.7. lumen naturale. G.1.16.
Lutum. Quid myſt. L.14.m.42.
Lux. Quid fig. G.1.5.E.34.29.
Luxuria. Actiones.E.32.6. *Symb.* Lepus.L.11.tr.7. fur. L.11.tr.7.hernia.L.21.m.20.fluxus ſeminis.L.22.m.4.
Lydij. Qui. G.10.22.
Lymbus. Quid. G.37.35.

M

Maceria. Quid. Gen.38. 29. quid ſymbolicè Gen.38.29.
Macula. Quid myſt. E.12.m.5. L.1.tr.3. & 11.43. & 13.39.& 18.20,30.& 21.m.1. D.18.13.
Madai. Quis. G.10.2.
Madian. Quis. G.25.2. regio. vrbs E.2.15.
Madianitæ. Qui.G.25.2.& 37.25.quid myſt.N.12.m.1.
Magdalum. Quid. E.14.2.
Magnitudo. Quid myſt D.7 24.
Magnus. Quid ſcript. D.7.24.
Magog. Quis. G.10.2.
Maieſtas. Symb. Corona. L.10.m.7.
Maieſtas diuina. Quid. N 14.22. *Symb.* Ignis E.24.11. ſapphirus. E.24.11. nubes.E.24.15.L.16.2. corona. E.25.m.11.
Maior. Quid ſcript. G.49.3.
Malaleel. Ortus.& mors.G.5 15.
Maledictio. Quid.N.22.6. illicita.G.27.29.E.20. 16.& 21.17. & 21.17.& 22.28. L.19.14.& 20.9. N.20.5. & 22.6.12.& 24.9.licita. G.27.29.E.15.16. L.16.10. Num.5.12 & 10.35.& 16.15. D.11.30.& 27.13. & 33.11. actiones. G 3.14,15.& 4.11.& 9.25. & 27. 29.& 49.7. E.15.16. L.24.11. N.10.35.& 16.15. & 20.5.& 22.6.D.33.11.
Maleficium. Prohibetur. E.22.18.
Maleficus. Quid ſcript. E.22.18.D.18.12.
Malitia. Symb. Aſinus. E 13.m.13. fermentum. E 23. m.18. L.2.al.4. crocodilus. L.11.tr.29. ſaliua.L.15. m.8. *Fig.* Tenebræ. G.1.5.
Malogranatum. Quid myſt. E 28.m. N.13.tr.n.3.
Malum noxium. Symb. Coluber, ceraſtes. Gen.49.17. ſagitta. G.49.23.
Malum punicum. Quid myſt. D.8.al.8.
Mambre. Hiſt.G.13.18.
Man, Manna. Quid myſt. N.11.m.9.7. D.8.al.3.
Manaſſes. Quid myſt. G.48.m.
Mandragora. Quid. G.30.14. quid myſt.G.30.m.14.
Mane. Quid myſt. G.1.5. E.23.m.18. & 27.all.20. & 29.m.41. L.6.m.9.
Manna. Quid myſt. E 25.m.10.
Manſio. Manſiones arcæ. quid myſt.G.6.16. manſiones Iſraelitarum. quid myſt. N.33.m.
Manſiones cæli. Symb. Horrea. D 28.tr.5.
Manſuetudo. Exempla. N.12.4.& 16.4.45.& 21.9.
Manus. Quid ſcript.E.9.35.& 23.1.quid ſymb.G.16.6. & 20.5.& 39.3. & 49.8. E.3.20.& 4.21. & m.6. & 14.8.& 17.6.& 23.1.& 24 11.& 29.m. L.11.tr.27. & 16.al.21.& 21.m.19.N.4.6.N.8.tr.9.6.7.& 10.13. & 11.23.& 27.18.& m.18. D.7.24.& 32.42.
Mare. Quid ſymb. G.49.m.13. E.13.m.17.L.11.tr.13. D.33.19.m.
Mare rubrum. Quid myſt. E.14.m.22.
Mare ſalis. Quid G.14.3. quid myſt. N.34.m.3.
Maria Deipara. Vera Mater Dei. G.3.15. ſine peccato. G.3.15. *Fig.* Rubus ardens. E 3 n.2. arca fœderis. E.25.m.all.10. virga Aaron. N.17.al. *Symb.* Terra. L.26.al.19.
Martyr. Fig. Malogranata veſtis ſacerd. E.28.m.
Martyrium. Symb. Purpura Exo 25.m.4. Leuit.14.m. *Fig.* Lauatio veſtimentorum. L.16.al.26. manſio in Remmonphares. N.33.tr.19.

Digitized by Google

Maſculus. Quid myſt. G.1.27.E.13.m.12.& 23.m.17. L.1.m.
Maſorà. Quid. D.10.6.
Mater. Quid myſt. E.23.m.19. L.22.m.27.28.
Matricidium. Inſtitutio. G.2.23. exempla. G.1,28.& 3.24.& 4.2.17,25.& 24.7,51. & 25.1,20. & 29.21. & 41.35. E.2.1,21.& 6.20. quid fig.G.2.24. impedimenta. L.18.6. N.36.9. D.7.5.& 21.13.& 22.30. & 24.4.
Media ad perfectionem. Fig. Via trium dierum in ſolitudine. E.5.m.3.
Meditatio ſacra. Actiones. G.24.63.
Mel. Quid myſt. E.33.m.3.L.2.al.4. N.13.tr.D.8.al.8.
Melchiſedec. Quis.G.14.18.offert ſacrificium.G.14.18. quid myſt. G.14.24.
Memoria. Quid ſcript. L.2.2.
Mendacium. Quid ſcript. E.23.1.prohibetur.E.23.1,7. L.6.2.& 19.11. actiones. G.3.4.& 4.10.& 18.15.& 31.35.& 34.13.& 37.20.& 39.17.E.1.19.& 32.24.
Mens iuſti. Symb. Caput. L.10.m.7. & 13.35. cælum. L.26.m.19. cellaria. D.28.trop.8. terra.L.26.m.19. *Fig.* Arca fœderis. E.25.m.tr.10.& 29.m. altare tabernaculi. E.30.m.tr.
Menſa. Quid myſt. E.25.m.23. L.24.m.5.
Menſtruata. Quid myſt. L.15.m.19.
Menſtruum. Effecta.L.15.m.19. quid myſt.L.15.m.19.
Merces. Quid ſcript. G.15.1.
Meretrix. Symb. Vultus opertus. G.38.15. quid myſt. L.21.m.14.
Mergulus, Mergus. Quid myſt. L.11.tr.17.
Meridies. Quid myſt. D.33.23.m.
Meretrix. Quid myſt. D.23.18.
Meritum. Eſſe merita bonorum operum. G.4.7.& 15.1. & 18.19 26. & 22.16. & 26.24. E.1.21. & 20.6. & 32.29. L.25.19.
Mes. Quis. G.10.23.
Meſraim. Quis. G.10.6.
Meſſis. Quid myſt. L.26.al.5.
Metaphora. Exempla. L.26.26.
Metonymia. Exempla. G.24.4.E.28.30.
Miluus. Quid myſt. L.11.tr.14.
Miniſteria. Symb. Manus. E.4.21. plauſtrum.N.7.m.3. baculus. N.21.m.18.
Miniſtri ſacrorum. Sancti. N.8.22. alendi. Gen.47.17. N.18.21. D.12.19.& 18.à n.1.& 25.4. *Fig.* Filij Leui. E.32.m.27.N.4.m.& 18.4. *Symb.* Bos triturãs.D.25.4.
Miracula. Exempla. E.4.3,30. & 7.9,12,20. & 8.6,17, 24.& 9.6,10,23 & 10.15. & 14.21,23.& 16.13. & 19.15.& 40.33.N.11.31.& 16.31.& 17.8.& 20.11. & 22.28.& 26 10. Deut.8.4. finis.E.8.22.& 14.17. N.16.28. D.29.5.& 34.11.
Miſericordia. Quid ſcript. G.24.49. præcipitur. E.22. 21,26. & 23.4,9,10. Leuit.19.9. & 23.22. D.22.1. actiones. G.37.22.& 50.20.E.2.6.& 21.2.& 32.10. N.12.13.& 21.7. *Symb.* Fletus.G.42.24.& 45.2.& 50.18. oleum.E.25.m.6.& 29.m.
Miſericordia Dei. Actiones.D.8.18. *Fig.* Nubes in Sina. E.19.m.trop.16. nubes in tabernaculo. L.16.all.2. N.10.m. *Symb.* Auſter. N.7.al.§.2.
Miſphat. Vrbs. G.14.7.
Miſſa. v. *Sacrificium Miſſæ.*
Miſſio. Fig. Nuncij Moyſis ad Edom.N.20.al.14.
Miſſus, Mittendus. Quis. G.49.10.
Mixtum. Quid myſt. L.19.19.& m.19.
Moab. Quid nom. G.19.37.
Modius. Quid. G.18.6.
Monachus. Symb. Auis,turtur,columba. L.1.tr. agnus. L.3.tr.2.
Mons. Quid myſt. G.19.38. E.24.m.9,18.& 25.myſt. tr.40. D.8.al.7.9.& 12.m. & 33.13.m.8.18.m.
Mors. Quid myſt. L.11.tr.8.& 17.m.15.
Mors Chriſti. Symb. Solis occaſus. L.11.tr.25.
Morticinum. v. *Mortuum.*
Mortificatio. Fig. Craticula altaris.E.27.tr.4.ſacrificium expiationis. L.16.tr.17. manſio in Sepulchris concupiſcentiæ. Num.33.tr.16. circumciſio. D.10.16. *Symb.* Pellis. L.13.58.
Mortuum, Morticinum. Quid myſt.L.5.m.2.& 11.tr.24. 25. & 17.m.15.& 21.m.1.
Moſoch. Quis. G.10.2.
Motus. Quid myſt. N.10.m.
Moyſes. Naſcitur.E.2. dux populi conſtituitur.E.5. eſt legis miniſter.E.34.28. moritur.D.34.5. quid myſt. E.2.m.3.12.& 5.m.1.& 17.m. & 24.m.3. & 28.m. an.1.& 32.m.& 33.m.7.& 40.m.1.N.1.m.3.& 11.m. §.1.& 20.al.& 27.m.12.& 33.a'. D.33.11.m.& 34. myſt.4.
Muliebria. Quid myſt. G.18.15.
Multitudo, copia. Symb. Puluis.G.13.14. ſtellæ.G.15.5. & 22.17.& 26.4. arena. Gen.22.17. D.33.19.m.7. inundatio maris. D.33.19.m.
Multitudo, pro ſocietate, populo. Symb. Vitulus. L.4.23. aqua. L.11.tr.9. N.24.7. v. *Populus.*
Mundities. Quid ſymb. G.20 5.
Mundus. Non eſſe æternum. G.1.1 D.4.34. efficiens. G.1.1.D.4.19. finis.D.4.19.
Mundus, hoc ſæculum. Symb. Mare. G.49.m.13. deſertum. E.13.m.17.N.11.m. *Fig.* Hoſtes Iſraelitarum. L.26.m.17.
Munera. Prohibentur accipi à Iudicibus. D.16.20.
Munus, Donum. A quibus non accipiendum.E.23.8.
Murmuratio. Exempla.N.11.1.& 14.2.& 16.11.D.1.27.
Murus. Quid ſymb. G.49.m.7,22.
Mus. Quid myſt. L.11.tr.29.
Muſtela. Quid myſt.L.11.tr.29.
Mutuum. Præcepta. E.22.14.
Mygale. Quid myſt. L.11.tr.30.
Myrtus. Quid myſt. L.23 m.40.
Myſteria noua legis. Figura. Altitudo arcæ. Gen.6.16. amigdala virgæ Aaron. N.17.al.

N

Naſus. Quid myſt L.21.m.18.
Nazaræus. Quid hebr.D.33.16. ritus conſecrationis. N.6. quid myſt. N.6.al.& tr. D.33.16.m.11.
Nebo. Mons. D.3.27.& 32.47.
Negatio. Vſus in Scripturis. D.5.3.
Negligentia. Prohibetur. D.22.8,24.
Nembrod. Quis. G.10.10.
Nephthali. Quid myſt.G.49.m.21.D.33.23.m.
Nix. Quid myſt. L.13.2.
Noctua. Quid myſt. L.11.tr.16.
Noe. Hiſt.Gen.6.à n.8. ſacrificat. G.8.20. inebriatur. G.9.21.
Nomen. Quid ſcript.E.3.13.E.23.m.21.& 34.14.L.18. 21. & 24.11. Num.6.27. D.12.12. & 25.6.& 32.3. nominum impoſitio. G.2.23.& 3.20.& 4.1.& 5.29. & 11.9.& 16.13. & 17.5,15. & 19. 37,38. & 21.3. & 22.14. & 25.25. & 26.20,21,22,33. & 28.19. & 29.32,33,34,35.& 30.6,8, 13.21,24.& 31.47. & 32. 2.28,30.& 33.17. & 35.7,10,15,18.& 38.30 & 41. 35,51,53.& 50.9. Ex.2.10,22. & 3.14. & 15.23. & 17.7. & 17.15. & 18.3.& 33.7. N.11.3.& 13.25.& 20.13. & 21.3.& 32.42. D.3.17.& 25.12.
Noſcere. Quid ſcript. E.33.13.
Nouiſſimum. Quid ſcript.D.32.29.

Digitized by Google

Nouiſſimus. Quid ſcript. G.49.1. D.4.31.
Nox. Quid myſt.populus. Gen.1.16. natura. G.1.16. vita temporalis. E.12.m.8.& 27.alleg.20. L.6.m.9. N.10.m. afflictio.N.10.m. ſtatus peccati.N.10.m.
Nubes. Quid myſt. E.14.m.20.& 19.m.3.& 24.15.& 33.10.& 40.33.& m.32. Leuit.16.2.& al.2. & tr.2. N.10.m. D.33.26.m.
Nudatio. Quid myſt. D.32.42.
Nuncius. Quid myſt. N.20.all.14.
Nuptia. Quid ſcript. E.21.10.
Nycticorax. Quid. D.14.17.

O

Obedientia. Præcipitur. E.23.13,23. Leuit.25.18. N.22.20.actiones.Noe.G.6.22.& 8.18.Abrahã. G.12.4.& 17.23.& 22.3.& 37.14. alij. Deut.34.9. *Symb.* Inaures. E.32.m.2. collum.L.1.m.15. iumentum. L.19.m.19. auris. L.22.m.23. bos. N.8.tr.§.5. *Fig.* Sacrificia, & oblationes veteres. Num.28.m. præmia. D.7.15.& 28.& 30.9.
Oblatio. Deo offerenda. G.4.7.& 14.18.
Oblationes veteres. Præcipiuntur. E.25.à n.1. L.5.6. & 23.10. D.12.27. & 15. à n.19.& 26. quid myſt.L.5. m.6.N.28.m.
Obliuio. Exempla. G.40.21.
Obolus. Quid myſt. E 30.m.
Obſeruantia. Præcipitur. E.22.28. L.19.32.
Obſtinatio. v. *Pertinacia.*
Occidere, Interficere. Quid myſt. E.22.m.1.
Octauus dies. Quid myſt. E.22. m.30. L.12.m. & 22. myſt.27.
Octo. Quid myſt. G.7.4.
Oculus. Quid ſymb.G.49.m.12.L.21.m.20.N.24.m.3. D.11.15.& 29.4.
Odium. Prohibetur.L.19.17.actiones.G.27.41.& 37. 4,18.20.E.1.10.N.24.10. *Symb.* Vultur.L.11.tr.14.
Odor. Quid ſymb. G.8.21.E.5.21.& 29.41. L.1.17.& 22.& 2.al.4.N.15.al.3.
Odorare. Quid ſymb. G.8.21.
Officia amicitiæ, & humanitatis. Actiones. G.18.16.& 19.1.& 20.14.& 26.30.& 29.4.7.& 30.27.& 31.55. & 32.3.& 33.3.& 47.10.& 50.3,7.E.2.20.& 18.1,7. N.22.40.& 31.13.
Officia pietatis. Actiones.G.46.29.& 50.1,13. v.*Pietas.*
Oleum. Quid myſt. G.28.m.18.E.25.m.6.& 27.al.20. & 29.m. & 30.m.23.L.2.al.4.& trop.15.& 5.13.& m.11.& 10.m.7.& 24.m.2. N.7.m.13. & 15.tr.§.5. D.8.al.8.
Oliua. Quid myſt. D.8.al.8.
Omnipotens. Quid hebr. G.17.1.
Onocrotalus. Qu d,& quid myſt.L.11.tr.18.
Onus. Quid ſymb. E.23.m.5.L.19.8.
Onychinus. Quid. G.2.12. quid myſt. E.28.m.tr.
Onyx. Quid. E.30.34.
Opera. Symb. Brachium.L.1.m.17.ambulare.L.11.tr.27. cibus.L.11.tr.34. manus.L.21.m.19. vua,vinum. D.32.33.
Opera bona. Præcipiuntur.D.5.1. eſſe meritoria.G.4.7. & 22.16.& 26.24.E.30.12.& 23.23.L.18.5.& 25.19. & 26.3. N.14.24. D.4.40.& 5.16,29,33.& 7.15.& 11.28.& 15.18.& 16.20.& 17.20.& 28.1.& 30.9. & 32.47. *Symb.* Odor. E.5.21. fructus. E.23.m.26. N.17 tr. hyacinthus. E.25.m.3. oleum.E.25.m.6.& 27.al.20.& 29.m aromata.E.25.m.6.veſtimentum. E.29.m.30 ſpicæ.L.23.m.10.poma.L.26.al.4.D.33. 14.m 3. germen.L.26.tr.3. dies.N.10.m. vua.N.13. tr.3. aurum.N.31.tr.54. fruges terræ. D.33.13.m.9. *Figura.* Semen. G.1.13. armillæ Rebeccæ. G.24.67. manſio Iſraelitarum in Ietebatha. N.33.tr.33.
Opera charitatis, & miſericordiæ. Symb. Oleum E.29.m. aurum. N.31 tr.54.
Opera mala. Demeriti rationem habere.G.4.7.E.20.6. & 23.23.D.11.28. *Symbola.* Fœtor. E.5.21. partus. L.12.m. manus fracta. L.21.m.19.
Opera miſericordiæ. Fig. Septem lucernæ candelabri. L.24.m.2.
Operarius euangelicus. Fig. Beniamin. Gen.49. m.25. *Symb.* Piſcis. Gen.1.21. lupus rapax. Gen.49.m.25. bos.D.25.4.E.22.m.1.& 23.m.5.N.7.m.3. bruchus. L.11.tr.22.
Opera ſex dierum. Quid myſt. G.2.3.
Operatio virtutum. Quibus tributa. E.4.17,21.
Ophiomachus. Quid myſt. L.11.tr.22.
Ophir. Quis. G.10.28.
Orare. Quid ſcript. L.14.53.& 16.6.
Oratio. Præcipitur.L.19.22.N.6.11.actiones.G.18.23. & 20.7.& 24.12.& 32.9 & 48.16.E.8.30.& 17.11. & 32.11,31.& 33.13.N.16.22.& 20.6.& 21.7.D.9. 18,25,27. effecta.L.26.43. conditiones.D.9.18,25. *Symb.* Lucta.G.32.m.24.clamor.E.2.23.odor.E.29. 41. L.1.17.& 2.2. incenſum. L.16.al.12.N.7.m.14. *Fig.* Thymiama. E.30.m. L.16. al.12.
Ordines. Impedimenta. D.23.
Ordo Sacramentum. Fig. Conſecratio Sacerdotum. E.29.m. conſecratio Leuitarum. N.8.al.2.
Os, oris. Quid myſt. L.13.46. D.8.3.
Oſculum. Quid ſymb.G.27.26.& 48.10.& 50.2.E.4.27.
Oſtium. Quid myſt. G.6.16. L.1.m.
Ouis. Quid ſcript.E.22.1. quid myſt.E.13.m.13.& 22. m.1. N.27.17.

P

Pacifica. Quid. E.20.24.& 24.5. L.3.1.
Pactum. Quid. G.17.4,9.E.19.5.D.4.13.actiones. G.17.4. E.19.5.
Pallium. Quid ſymb. G.24.67. N.15.tr.38.
Palma. Quid myſt. E.15.m.25.
Palmes. Quid myſt. N.13.tr.3.
Panis. Quid ſcript.G.3.19.E.18.12.L.2.4.D.8.3.quid myſt. G.18.7. E.12.m.8 & 23.m.25. & 25.m.30.& 29.m. L.22.m.25. & 26.all.5. N.15.tr.18. & 28.m. panes primitiarum. quid myſt. L.23. m.17. panes propoſitionis. quid.E.25.30. quid myſt.L.24.m.5.
Papa. Fig. Eleazar Pontifex.N.27.21. v.*Vicarius Chriſti.*
Parabola. Quid ſcript. N.23.7.
Paradiſus. Quid myſt. G.2.9.& 3.24.
Parentes. Colendi. E.20.12. D.27.16. officium erga filios. D.11.20.& 32.47.
Parricidium. Prohibetur. E.21.15.
Partus. Quid myſt. L.12.m.
Paſcha. Quid myſt. L.23.m.5.
Paſcha noſtrum. Fig. Phaſe Iudæorum.N.9.m. quando celebrandum. N.9.m.3.
Paſſer. Quid myſt. L.14.m.
Paſſio Chriſti. Symb. Ligna. L.1.m. vaſicula, plumæ. L.1.m.16. *Fig.* Ioſephi perſecutiones. G.49.m.23. expiatio tabernaculi L.16 al.phaſe.N.9.m.3. vacca ruſa. N.19.m. Sinai,Seir,Pharan. D.33.1.
Paſſiones animi. Actiones. G.4.7.
Paſtor. Quid ſymb. G.49.24.& m.24.N.27.17.
Pater. Quid ſcript. G.4.20.
Pater familias. Inſtruat filios.D.4.12.& 6.7.
Pauere. Quid ſcript. G.28.17.
Paulus Apoſt. Fig. Beniamin. G.43.m.& 44.m. & 49. m.25.D.33.2.

Digitized by Google

Pauor. Actiones. G.28.17.
Paupertas euangelica. Fig. Leuitæ sine hæreditate. Num.18.20.
Paupertas spiritus. Symb. Bos. N.8.tr.6.5.
Pax. Actiones. Gen.13.8. *Symb.* Accubitus. G.49.9. somnus. G.49.9. quies. N.10.m.
Pax conscientiæ. Symb. Pax temporalis. Leuit.26. all.5. somnus. L.26.al.6.N.24.m.9. *Fig.* Mansio in Hesmona. N.33.tr.29.
Peccator. Symb. Sterilis.E.23.m.26. meretrix.D.23.18. capra. L.4.23. coruus. L.11.tr.15. bubo, accipiter, mergulus,alia animalia immunda.L.11.trop.canis. D.23.18.menstruata.L.15.m.19 morticinum.L.17. m.15.leprosus.L.22.m.4.D.24.8.serpens.N.21.m.9. *Fig.* Terra. G.1.2.
Peccatum. Quid script. L.5.9.& 7.7.N.16.26.& 18.1. D.9.21. dari.L.22.9.causa.G.3.6.D.4.25.est offensa Dei.D.5.9.& 7.10.& 9.18. effecta. Gen.3.11,16.& 4.10. E.32.25,33. D.4.25.& 7.26.& 11.28.& 28.tr. 24,& seqq. pœna.G.3.16 D.11.28. *Fig.* Tenebræ. G.1.5.aqua.G.1.10 pestis Aegypti.E.9.m.3. vlcera Aegypti. E.9.m.10. locustæ Aegypti. Ex.10. m.14. tenebræ Aegypt. E.10.m.23. Chananæi. E.33.m.2. immunditia legalis. L.21.m.1. rebellio Israelitarst. N.20.al.Aegyptus.N.33.al. *Symb.* Clamor.G.18.20. lepra. E.4.m.6. L.13.& 22.m.4. matula. E.12.m.5. L.1.tr.3. & 11.43.& 13.39.& 18.20. & 21.myst.1. D.18.13. fermentum. E.12.m.8. & 29.m. furtum. E.22.m.3.4. infirmitas.E.23.m.25. sordes. E.32.25. D.32.5.pellis.L.1.m. aquilo.L.1.m.11.sanguis.L.1. tr.5. & 4.trop.3.& 12.m.& 15.m.19. luctus.L.10. m.19.mors.L.11.tr.8.& 17.m.15.& 21.m.1. aqua. L.11.tr.34,38. nix. L.13.2. scabies.Leuit.13.6. fel. D.32.33.cicatrix.L.13.21.somnus.L.15.m.4. onus. L.19.8.nox.N.10.m. fornicatio.N.14.33.& 15.40. fames.D.8.al 3. rubigo. D.28.tr.24.
Peccatum cogitationis. Prohibetur. D.5.21.
Peccatum contra Deum. Lædit ius diuinum. D 5 9.
Peccatum ex malitia. Symb. Herodion.L.11.tr.19.
Peccatum mortale. Iniuriam infert Deo. Num.15.30. *Fig.* Septem boues, & septem spicæ tenues. G.41. myst.
Peccatum omissionis. Indicatur.L.7.7.N.15.22.
Peccatum operis. Symb. Partus. L.12.m.
Peccatum originale. Effecta. Gen.3.11,16.& 4.11,12. *Symb.* Morticinum. L.11.tr.25.
Peccatum veniale. Fig. Immunditiæ legales. L.11.40. N.19.m.6.16. macula candida. L.13.39.
Pectus. Quid myst. L.11.tr 42.
Pectuscula. Quid myst. L.7.m.3. & 10.m.18.
Peculium. Quid. E.19.5.
Pellis. Quid myst. E.25.m.5. L.1.m.& 11.trop.33. & 13.58.
Pentecoste. Quid myst. L.23.m.15.
Per. Quot modis accipiatur. G.4.1. E.24.4.
Percussio. Illicita. E.21.15,18,20.22, & seqq.
Peregrinatio. Quid symb. G.47.9.
Peregrinatio Israelitarum. Quid myst. D.8.m.
Peregrini. Excipiendi. E.23.9.
Perfecti. Symb. Gen.7.4. panis,lagana. L.2.trop. bos. L.3.tr.1.
Perfectio. Causæ. Gen.17.1,2. impedimenta D.20.7. *Symb.* Gen.7.4. & 19.38. rubus ardens. E.3. m.4. sacrificium. E.5.m.3. aceruus frugum.E.22.myst.6. decimæ. E.22.m.29. purpura.E.2.m.4.Leuit.14.m. argentum. E.27.all.11. decima.L.5.m.11. altitudo. L.11.tr.21. *Figura.* Terra promissionis. Num.13.tr. & 33.trop. mansio in monte Sepher. N.33.tr.23. & in montibus Abarim. Num.33.tr.47.
Perfidia. v. *Infidelitas.*
Periurium. Prohibetur.E.20.7.L 5.1,4.& 6.2.& 19.12.
Permissio peccatorum. Actiones. D.29.4.
Persecutio Ecclesiæ. Fig. Tonitrua in Sina. E.19.m.1.
Persecutores Ecclesiæ. Fig. Laban. G.31.m. Aegyptij. E.1.m.8. Idumæi. N.20.al.20.
Perseuerantia. Actiones.G.32.26. *Symb.* Cauda.L.22. m.23.
Pertinacia. Exempla. E.7.13. N.20.20. & 23.27. D.1. 26.& 9.7. *Symb.* Induratio.E.4.21.& 7.13.D.31.27. grauitas. E.7.14.
Pes. Quid myst. E.12.m.11.& 29.m.20.L.11.tr.3,20. & 21.m.19. D.8.al.4.
Pestis,Pestilentia. Quid myst.E.9.m.3.L.26.al.25.D.28. trop.20.
Petræ. Quid myst. E.17.m.4.& 33.m.22. N.20.al.
Pharan. Oppidum.G.14.6.desertum.G.21.21.N.13.1. quid myst. D.33.1.
Pharao. Quid myst. E.1.m.8.& 2.m.15. & 5.m.2.
Phase. Iubetur.N.9. quid myst.N.9.m.3.
Phasga. Mons. D.3.27.
Phatures. Vrbs. G.10.14.
Pherezæus. Gens. G.13.1.
Phetrusim. Qui. G.10.14.
Phiala. Quid script. E.25.29. quid myst. N.7. m.13.
Philosophi. Symb. Noctua.L.11.tr.16. vespertilio.L.11. trop.19.
Philosophia. Quotuplex.E.28.m.tr.*Fig.* Spolia Aegypti. E.12.m.35. tres gemmæ in Rationali. E.28. m.tr.
Phison. Quid. G.2.11.
Phuth. Quis. G.10.6.
Pietas. Præcipitur. L.19.3.D.5.16.& 21.20. actiones. G.9.22,23.& 29.10,12.& 37.14,22.& 42.25.& 43. 16.& 44.1,31.& 45.10.& 47.12,31.& 50.20.E.2,7,9. v. *Officia pietatis.*
Pietas christiana. Fig. Thus tabernaculi. L.24.m.5.
Pilus. Quid myst. E.25 m.4. L 13.3.
Pinnula, Pinna. Quid myst. L.11.tr.9.
Pisces. Quid myst. G.1.21. L.11.tr.13.
Plaga, Vulnus. Quid myst. L.26.al.28.
Planta. Quid symb. E.15.17.
Plantare. Quid myst. L.19.m.23.
Plaustrum. Quid myst. N.7. m.2.
Plumarius. Quis. E.35.35.
Pluuia. Quid myst. L.26.al.3.& tr.3. D.28.tr.8.
Pœna. Iubetur.D.17.7,12. pro peccatis.G.3.16.& 4. 12,24. L.26.16. Num.14.23.D.28.an.15.& 30.18. & 32.22. exhibetur.E.32.27.L.24.14. lege sancitur. L.20.& 23.& 24.15. N.35.31.D.13.11.& seqq. & 18.22. & 19.13,19. & 22.21. & 24.7. & 25. 2,12. auctor. D.7.24.& 8.18.& 32.27.
Pœnitentia. Exempla.E.9.27.& 33.6.N.14.40.& 21.7. & 22.34.iubetur.E.33.5.L.16,29.& 26.40.disponit ad gratiam.D.30,3. *Fig.* G.7.12.& 17.23 E.12.m.8. quadraginta dies purificationis. L.12.m. lauatio vestimentorum.L.14.m.8 D.23.11.separatio menstruatæ.L.15.m.19. rasio capitis Nazaræi.N.6.tr.9. Israelitæ extra castra. Num.31.tr.19. Deut.23.11. *Symb.* Mare. E.13.m.17. depositio ornatus.E.33.5. squama. L.11.tr.9. locusta.L.11.tr.22. vesperum. L.11.tr.24.D.23.11.cilicium.L.11.tr.33. ieiunium. L.23.29. Rameſſe. N.33.tr.3.
Pœnitentiæ Sacramentum. Fig. Ostium arcæ. G.6.16. labium æneum. E.30.m. ritus purgandi peccatum furti.L.6.m.2. purgatio leprosi. L.14.m.9.N.5.m.7. oblatio ostiarum Sacerdoti. L.17.m.3.
Pœnitere. Quid symb. G.6.7.

Digitized by Google

Polluo. Quid. E.20.24.L.18.21.
Pollutio. Quid myſt. L.18.21.& 19.12.& 21.12.
Pollutio legalis. Quid. L.11.24.quomodo contrahebatur. L.11.24.& 12.1. quid myſt.Leuit.11.40.& 21. myſt.1.
Polymitarius. Quid.E.35.35.
Polymitus. Quid gram. G.37.3.
Pomum. Quid myſt. L.26.al.4.& tr.3. D.33.14.m.3.
Pontifex. v. *Sacerdos Summus. Papa.*
Pontus. Prouincia. G.14.1.
Populus. Symb. Aqua.G.1.21.L.11. tr.9.oues.N.27.17. v. *Multitudo.*
Porphyrio. Quid myſt. L.11.tr.18.
Porta. Quid ſymb.G.22.24.E.27.al.16.N.19.m.3.
Portare. Quid myſt. L.15.10.
Portus. Quid ſymb. G.49.m.13.
Poſteriora. Quid ſymb. G.16.13,14.
Poſtis. Quid myſt. E.12.m.
Potens. Symb. Haliætus. L.11.tr.13.
Potentia. Symb. Arcus.G.49.24.brachium.L.1.m.17. digitus.L.4.m.rhinoceros.Num.23.22.ferrum.D.8. all.9.
Potentia Dei. Symb. Manus. E.3.20.& 17.16. N.11.23. D.7.24.& 32.42. brachium.E.6.6.& 15.16.D.7.24. digitus. E.8.19.L.16.al 14.
Potentia animi. Symb. Arbores.L.26.tr.3.vaſa.N.7.m.13. horrea. D.28.tr.5.
Poteſtas. Symb. Manus.G.16.6.& 49.8.L.11.trop.27. Num.27.18. manuum impoſitio. E.29.m. Cidaris. L.10.m.7.
Poteſtas Sacerdotum. Ad ſacrificandum. E.29.m.15.
Præcepta. Obſeruanda. L.25.18. D.4.12,40. & 5.1. & 7.11.& 8.1,6,18.& 10.12.& 11.1.& 16.12.& 17.19. & 27.26. & 28.9.& 30.15. obſeruatio poſſibilis. D.30.14. *Fig.* Lignum ſcientiæ boni.& mali.G.2.9. vectes arcæ. E.25.m.12. decem ſicli.Num.7.m.14. decimæ.N.18.m.21.
Præcepta caremonialia. E.12.& 25.18.L.à c.1.N.6.& 8. & 9.& 19.& 28.D.7.11.& 11.1.materia.D.4.14.
Præcepta iudicialia veteris legis. Habentur. E.21.L.5.1. & 18.& 27.N.35.& 36.D.7.11.& 11.1.& 15.& 25. finis. E.21.1. materia. D.4.14.
Præcepta moralia. Habentur.L.19.N.30.D.7.11.& 11.1. *Fig.* G.6.16.
Præceptum. Quid ſcript. E.15.25.D.4.1. *Symb.* Manus. L.11.tr.27.
Præcipere. Quid ſcript. D.3.28.
Præcipitatio. Prohibetur.E.23.m.19.
Præciſio. Fig. Exempla. G.15.4.
Præco. Quid myſt. G.41.m.43.
Præda. Quid myſt. N.23.m.24.
Prædicare. Symb. Plantare.L.19 m.23.
Prædicatio ſacra. Materia.E.19.m.16.N.10.m. modus. E.19.m.16. N.10.m. D.32.1,2,3. vſus. Num.10.m. *Symb.* Aes.E.25.m.3.adiuratio.Leuit.5.m.1.ſemen. L.15.m.16.panis.L.22.m.25. *Fig.* Aquæ ſuperiores. G.1.8. puteus. latitudo. G.26.m.22. legati Iacobi ad Eſau. Gen.32.m. nubes dux Iſraelitarum. E.14. m.20.tonitrua in monte Sina. E.19.m.16.ſolennitas tubarum.L.23.m.24. tubarum vſus.N.10.m.& 31. alleg.6.
Prædicator. Fig. Lot.G.19.38.ſeruus Abrahæ.G.24.67. Angeli.G.28.m.13.E.33.m.2.Moyſes,& Aaron.E.5. m.1.& 19.m.7. vectes altaris.E.30.m. exploratores terræ.N.13.al.4.31. nuncij Moyſis ad Edom.N.20. al.14. *Symb.* Dentes.G.49.m.12.locuſta.L.11.tr.22. vas.L.11.tr.33.venator.L.17.m.13.bos.N.15.tr.5.5. ſitula. N.24.m.7.
Prælectiones Scripturæ. Modus.procem.§.7.
Præparatio. Exempla.E.19.11.
Præſentia diuina. Effecta.G.17.1. *Symb.* Nubes.L.16.2. N.10.m.
Præſumptio. Fig. Iſraelitæ volentes in terram promiſſionis ingredi contra Dei præceptum. N.14.m.40.
Prauitas. Quid ſcript. D.29.19.
Pretium. Quid myſt. E.13.m.13.
Primitiæ. Quid.E.22.29.& 25.2.L.7.14. præcipiuntur. E.22.29.& 23.16,19.Num.18.8. D.12.27.& 14.22. & 26.4. offeruntur. E.35.29. quid myſticè. E.22. m.29.& 23.m.16. L.2.tr. N.18.m.11.
Primogenita. Deo offerenda. E.22.29.
Primogenitus. Quid ſcript. E.4.22. quid myſt. E.12. m.12. & 13.m.2. & 22.m.29,30. offerendus Deo. D.15.19.
Princeps. Qualis.N.27.16,18.D.1.13,15. *Symb.* Hircus. L.4.23. aries.Num.7.m.15. taurus.D.33.16.vertex. D.33.20. v. *Rector.*
Principes tribuum. Quid myſt.N.1.m.3.& 2.7.& 7.m.2. & 21.m.18.
Principium. Quot modis accipiatur.G.1.1.& 49.3.
Principium omnium. Quis. G.1.1.
Prior. Quid ſcript. G.49.3.
Probare. Quid ſcript. E.20.20.
Prodigalita. Prohibetur.D.17.16.actiones.G.25.32.
Proditio. Actiones. G.34.25.D.9.24.
Proficientes. Symb. G.7.4. ſimila.L.2.tr.agnus.L.3.tr.1. *Fig.* Manſio Iſraelitarum in Hebrona. N.33 tr.34.
Promiſſio. Exempla. G.12.2,7.& 13.14.& 15.5.& 21. 12,18.& 22.17.& 26.3,24.& 28.15. & 46.4. E.6.8. & 34.10.L.26.3.
Promulgatio legum. Facienda.L.23.2.actiones.D.29.2. & 31.9.
Propagines. Quid myſt. G.40.12.
Propheta. Quid ſcript.G.20.7.E.7.2.N.22.5. Chriſtus per excellentiam. D.18.15.
Prophetia. A Deo.G.21.2.& 25.22.& 41.16. actiones. G.18.14.& 21.2.& 25.23.& 41.16.& 48.19.& 49. E.11.8. N.23.24.& 24.à n.4.
Propitiatorium. Quid. E.25.17. quid myſt.E.25.m.17.
Propter. Quid ſcript. G.18.19.
Proſopopeia. Exempla. L.26.34.
Proſperitas. Symb. Dextera. G.24.49.
Protectio. Symbola, Vmbra.G.19.8. alæ.E.19.4. nubes. L.16.all.2. N.10.m. pallium.Num.15.tr.38. manus. D.33.3.humerus. D.33.12.
Protectio Dei. Actiones. D.33.3.
Prouerbium. Quid ſcript. N.21.30.
Prouidentia. Actiones. Abraham.Gen.12.10,& ſeqq. Rebecca.G.27.43.Ruben.G.37.20.Ioſeph G.41.46. & 46.32.alij. 50.15.E.2.2,3.& 18.à n.21.N.13.3,18.
Prouidentia Dei. Actiones. G.1.& 2.8.& 4.7.& 6.14. & 7.13.& 8.15.& 12.2.& 14.20.& 19.11. & 29.1. & 39.3,21.& 45.5.& 50.20. E.2.5.& 14.20. & 23. 28,29.D.11.15.& 32.8. *Symb.* Viſio.G.22.14. recordatio.G.30.22.E.4.31 murus.Gen.49.m.7.auditus, deſcenſus.E.3.7.viſitatio.E.4.31.aquila.Exod.19.4. oculus. D.11.15.
Prudenter. Quid ſcript. G.40.16.
Prudentia. Symb. Argentum.E.25.m.3.ſal.L.2.tr.barba. L.13.37. vinum.N.15.tr.5.5. *Fig.* Moyſes,Aaron,& filij eius. N.3.tr.38.
Prudentia carnis. Symb. Veſpertilio.L.11.tr.19. lacerta. L.11.tr.30. *Fig.* Mare ſalſiſſimum. N.34.m.3.
Pudicitia. Symb. Velamen.G.20.16.
Puer. Quid ſcript. E.33.11.
Pulchritudo. Exempla. G.39.5. D.33.17.

Digitized by Google

Pului. Quid ſymb. G.13.14. E.9.m.9.
Purgatorium. Fig. Baſis altaris. L.4.al.§.7.
Purificatio. Præcipitur. L.12.& 14.quid myſt. L.14.m.
Puritas. Symb. Candor. L.13.39. *Fig.* Ariditas. G.1.10. tunica byſſina. L.6.m.13.
Puritas animi. Fig. Azyma. E.12.m.8. manſio in Lebna. N.33.tr.20.& in Cades. N.33.tr.36. *Symb.* Candor. L.11.tr.30.
Purpura. Quid myſt. E.25.m.4. L.11.tr.30.
Purpureus color. Quid myſt. L.11.tr.30.& 14.m.
Puſtula. Quid myſt. L.13.2.
Puteus. Quid myſt. G.26.34.& 29.m.2. N.21.m.17.
Pytho. Quid. D.18.12.

Q

Quadraginta, Quadrageſima. Quid myſt. G.7.12. Leuit.12.myſt.
Quaternarius numerus. Quid myſt. G.7.4.
Querimonia. Actiones. G.20.9.& 26.9.& 29.25.& 30.15.& 31.26,36.& 34.30.& 42.36. E.1.18.& 5.15.& 14.11.& 15.23.& 16.2.& 32.21. N.11.11.& 14.2.& 16.14,41.& 20.3.& 21.5.
Quia. Abundat. D.32.3.
Quies. Quid myſt. N.9.m.18.& 10.m.
Quoniam. Quid ſcript. G.4.23.

R

Rachel. Moritur. G.35.19. quid myſt. G.29.m.6,16.& 30.m.& 31.m.19.
Raderе. Quid myſt. L.14.m.41.
Rameſſes. Quid. G.47.11. E.1.11. quid myſt. N.33.tr.3.
Ramus. Quid myſt. L.23.m.40.
Rana. Quid myſt. E.8.m.7.
Raphanus. Qui. G.14,5.
Rapina. Actiones. G.34.29. *Symb.* Mygale. L.11.tr.30.
Raptus. Actiones. G.34.2.
Ratiocinatio. Actiones. G.34.20.
Rationale. Quid. E.25.7.& 28.15.
Reatus. Quid. D.21.9. conſequitur ad peccatum. G.4.10.
Rebecca. Deſponſatur. G.24.58,67. quid myſt. G.24.67.
Rebellio. Quid myſt. N.20.al.
Recordor, Recordatio. Quid ſymb. Gen.30.22. E.2.25.& 6.5.& 28.12.& 32.13. N.10.9.
Rectiſſimus. Quid ſcript. D.33.5,26.
Rector. Debere Rectores eſſe. Num.27.16. D.16.20. officium. D.1.15.& 31. per totum. *Symb.* Paſtor. Gen.49.24. N.27.17. aries. N.15.tr.§.5. v. *Princeps, Superiores.*
Redemptio Chriſti. Promittitur. D.32.36,44.
Reduplicatio. Quid. L.19.4.
Regnum. Symb. Solium. E.17.16. Cidaris. L.10.m.7.
Regnum Dei, Regnum cœlorum. Symb. Solium. E.17.16.
Religio. Symb. Thus. L.2.al.4. *Fig.* Eleazar. N.3.tr.32.
Reliquiæ. Quid myſt. D.28.tr.5.
Remiſſio peccatorum. Eſt poſſibilis. E.34 9. L.1.3.& 4.35.& 5.5.10.& 16.30.& 19.22.& 26.40. N.5.8.& 14.19,20.& 15.29. D.4.31.& 30.2.& 32.44. præparatio. L.5.5.& 16.30. D.4.31. *Symb.* Aqua. L.1.tr.9. D.23.11.
Ren, Renes. Quid. L.3.3. quid myſt. E.12.m.11.& 29.m.13. L.3.tr.4.
Reprobatio. Fig. Iſraelitæ non intrantes terram promiſſionis. N.26.in 65.
Reſidis. Quid ſcript. G.1.20. quid myſt. L.5.m.2.& 11. tro.42.
Reſpicio. Quid ſcript. L.26.9.
Reſtitutio. Iubetur. E.22,3,4,5,& ſeqq. L.5.15.16.& 6.5.& 19.13.& 22.14.& 25.51. N.5.7,8. actiones. G.20.6,14. quid myſt. L.5.m.16.
Reſurrectio. Fig. Serui dimiſſio. E.21.m.3.
Reſurrectio Chriſti. Fig. Iacob mane ſurgens. G.28.m.18. Iudæ aſcenſus. Gen.49.m.9. Sabbatum. E.23.m.12. Sacerdos deponens veſtimenta. L.16.al.24. Phaſe. N.9.m.3. *Symb.* Mane. E.23.m.18.
Retiaculum. Quid. L.3.3.
Reticentia. Exempla. G.3.22. L.24.11.
Reuerentia. Exhibenda rebus ſacris. E.3.5. L.19.30.
Rex. Symb. Leo. G.49.9.
Rhinoceros. Quid, & quid myſt. N.23,22. D.33.17.m.13.
Riſus. Quid ſymb. G.21.6.
Ritus. Exempla, & vſus. E.29.35. L.9.15. ritus ordinis. E.29.m.al. ritus ſacrificij. L.9.15. *Symb.* Color. L.13.3. hordeum. D.8.al.8. *Fig.* Cæremoniæ veteris legis. N.1.m.5. velaminà vaſorum. N.4.5.
Rixa. Quid. L.24.10. actiones. Gen.26.18. Ex.2.13. L.24.10.
Ros. Quid myſt. D.33.13.m.4.
Ruben. Quid myſt. G.35.22.& 49.m.3. D.33.6.
Rubigo. Quid myſt. D.28.tr.24.
Rubus. Quid myſt. E.3.2.& m.2,4.
Rumino. Quid myſt. L.11.tr.3.

S

Saba. Quis. G.10.7.
Sabatha. Quis. G.10.7.
Sabbathum. Quid ſcript. L.23.11. cultus præcipitur. E.31.13.& 34.21.& 35.2. L.19.3. Deut.5.14. ratio cultus. G.2.3. E.20.8. quid myſt. E.20.8.& 23.m.12. L.23.m.3.& 26.tr.2.
Sacerdos. Quis. E.19.24. inſtruit. E.19.8. N.4.6. D.21.9.& 24.8.& 31.30. D.33.9. orat. Leuit.10.18.& 16. expiat. L.16. ſacrificat Num.4.6.& 18.1. D.33.10. colendus. G.47.17. ſanctus. E.28.30.36. Leuit.21.6. doctus. E.28.30. L.10.11. D.33.11.m.6. auctoritas. D.21.9. *Fig.* Abraham. G.12.8. Angelus Hebræorum. E.23.m.20.21.& 33.m.2. propitiatorium. Exod.25.m.17. ſeptuaginta ſenes. N.11.m.§.11. Aaron & filij. E.28.1. L.6.m 20. N.4.m.& 10.m. Principes tribuũ. N.1.m.3.& 7.m.3. *Symbola.* Maſculus. Gen.1.27. vitulus. L.4.23. oleum. L.10.m.7. fons. D.8.alleg.7. mons D.8.al.7,9.& 33.13.m.8. diſpoſitio in Sacerd. E.29.m.20. L.21.m.
Sacerdos Summus. Quid myſt. L.21.m.10. v. *Papa.*
Sacerdotium. Quotuplex. E.29.m. *Fig.* Arca fœderis. E.25.m.10.
Sacerdotium antiquum. Quid myſt. E.28.1. *Fig.* Aaron. N.12.m.
Sacerdotium noua legis. Fig. Virga Aaron. N.17.al.
Sacra. Veneranda. N.18.
Sacramenta. Symb. Vbera. Gen.49.m.25. L.22.m.27. fontes. L.11.tr.36. D.8.all.7.& 33.13 m.5. ſeptem dies. L.13.6. terra. L.17.m.13. teſticuli. L.22.m.24. tabernacula. Num.24.m.6. *Figuræ.* Aquæ inferiores. G.1.8. horrea Ioſephi. G.41.m.56 herba Geſſen. Gen.47.m.4. faſciculus hyſſopi. E.12.m.22. aſperſio ſanguinis ſepties. L.4.all.6.& 14.m.7.& 16. all.14. ſeptem lucernæ candelabri. L.24.m.2. vaſa tabernaculi. N.1.m.5.& 31.tr.6. aſperſio ſepties. N.19. m.3. cinis vitulæ. N.19.m.9.
Sacramentalia. Fig. & vſus. L.8.11. N.31.6.
Sacrificia vet. legis. Quid myſt. L.1. myſt. all.tr.& 4.m. & 6.m.13.& 17.m.& 22.m. a n.21. N.7. myſt.17.

&

Digitized by Google

& 15.tr.& 28.m. actiones. G.31.54.& 36.1.E.12. & 18.12.
Sacrificium. Quid myst. E.5.m.3. & 32.m.6. L.1. tr. locus. E.20.24. *Symb*. Adeps. E.23.m.18.
Sacrificium Crucis. *Fig*. Sacrificium Abrahæ. G.15.17. & 22.24. agnus paschalis. E.12.m.1. vetera sacrificia. L.1.m. & 4.al.
Sacrificium iustitiæ. Quid. E.27.tr. L.1.tr. *Fig*. Sacrificia veteris legis. L.4.trop.& 6.m.13.& 17.m.& 22.m. à n.21. N.7.m.17. & 15.tr.& 28.m.
Sacrificium Missæ. *Fig*. Sacrif. Noe. Gen.8.22. Abrahæ. G.22.24. agnus paschalis. E.12.m.1. carnes vituli, quæ comburebantur extra castra. E.29.m.14. vetera sacrificia. L.1.m.& 6.m.13.& 16.all.25.& trop.20. N.7.m.17.& 28.m. oblatio similæ. N.15.all.
Sacrilegium. Prohibetur. L.19.7. & 21.9.12,23.& 22. & 27.29. N.4.6. & 18.4.& 19.20. *Symb*. Pollutio. L.21.12. & 22.9. N.19.20.
Saculares. *Symb*. Hœdus. L.3.tr.2.
Saculum. Quid script. G.6.4.
Saculum futurum. *Symb*. Dies octauus. E.22.myst.30. L.9.m.1.
Saculum præsens. *Symb*. Septem dies. E.22.m.30. L.9. myst.1.
Sanitas. Actiones. E.1.13.
Sagitta. Quid symb. G.49.23. N.24.m.8. D.32.42.
Sagma. Quid. L.15.9. quid myst. L.15.m.9.
Sal. Quid symb. G.19.26. L.2.al.4.tr.13.
Salem. Vrbs. G.14.18.
Salio. Quid myst. L.11.tr.21.
Saliua. Quid myst. L.15.8.
Salix. Quid myst. L.23.m.40.
Samson. Quid myst. G.49.18.
Sancta sanctorum. Quid myst. E.25.m.10.
Sancti. *Fig*. Virgæ in canalibus. Gen.30. myst.37. *Symb*. Colles. Num.23.m.9. D.33.13.m.8. filices. N.23.m.9.
Sanctifico. Quid. Gen.2.3. E.13.2.& 19.11.& 20.8.& 28.3. L.6.18,27.& 19.24. N.16.38. D.22.9.
Sanctificor. Quid script. L.10.3. N.11.19. D.22.9.
Sanctitas. Quid script. E.28.36. *Symb*. Argentum. N.7.m.13. quies. N.10.m.
Sanctuarium. Quid myst. L.4.al.6.
Sanctus. Quid script. Exod.19.6. & 22.31. & 29.33. L.11.44. N.6.al.& 16.5.
Sanguis. Quid script. G.9.4. L.1.tr.5.& 19.16. quid myst. L.4.tr.3.& 12.m.& 15.m.19.& 16.tr.2.& 17. 11. & 19.16.
Sapientia. Exempla. D.34.9. *Symb*. Aurum. E.25.m.3. Num.8.al.4. sal. L.2.al.4. corona. L.10.m.7. cedrus. L.14.m. *Fig*. Mansio Israelitarum in Phunon. N.33. trop.42.
Sapientia Dei. *Symb*. Vinum. L.11.tr.38. cedrus incorruptibilis. L.14.m.4. vitis. D.22.9. Iordanis. D.33. 22.m.
Sapientia humana. *Symb*. Aqua. L.11.tr.38. *Fig*. Torrens Aegypti. N.34.m.5.
Sapphirus. Quid. E.24.9. quid myst. E.24.11.& m.17. & 28.m.tr.
Sara. Quæ. G.20.12. conqueritur. G.16.5. mutat nomen. G.17.15. redditur Abrahæ. Gen.20.8. parit. G.21.1, moritur. G.23.2. quid myst. Gen.16.14.& 18.15.
Sardius. Quid myst. E.28.m.tr.§.1.
Sartago. Quid myst. L.6.m.24.
Satisfactio. *Fig*. Restitutio damni, cum quinta parte. L.5.m.16.
Satum. Quid. G.18.6.
Saue. Vrbs. G.14.5.
Scabies. Quid. L.21.21. quid myst. L.13.6.& 21.m.20.
Scandalum. Actiones. G.37.20. N.25.6.
Schismatici. *Fig*. Datan, & Abiron. N.16.m.13.
Scientia Dei. Actiones. G.20.6.
Sciniphes. Quid. E.8.17. quid myst. E.8.m.17.
Scire. Quid script. G.18.21.
Scissio vestium. v. *Vestium scissio*.
Scorpio. Quid myst. D.8.al 15.
Scriptura sacra. Finis. procem.§.6. materia. procem. §.1,6. modus interpretandi. procem.§.1,3,7. modus mysticæ interpretationis. procem.§.4. *Symb*. Fontes. D.8.al.7. *Fig*. Iacobi canales. G.30.m.37. scyphus Ioseph. G.44.m. vasa tabernaculi. N.1.m.5. puteus in deserto. N.21.m.17.
Scurrilitas. *Symb*. Onocrotalus. L.11.tr.18.
Scyphus. Quid myst. G.44.m.
Sedere. Quid myst. L.15.m.4.
Seditio. Quid. N.16.2. actiones. E.32.1. Num.14.4. & 16.2.42.& 20.3.
Seges. Quid myst. E.22.m.6.
Segor. Vrbs. G.13.11.
Seir, Mons. G.14.6.& 32.4. Esau. G.36.1. quid nom. G.36.1. quid myst. D.33.1.
Sem. Quis. G.9.& 10.21. benedicitur. G.9.26. quid myst. G.9.27.
Semen. Quid myst. L.11.tr.37. & 15.m. & 19.m.19. D.25.m. quid fig. G.1.13.
Seminifluus. Quid myst. N.5.m.2.
Sempiternum. Quid script. L.17.7.
Sensualitas, seu sensus. Rebellis à ratione. Gen.3.16. *Symb*. Asinus. E.23.m.12.
Sensus. *Symb*. Aries, hircus. N.7.m.17. iumentum. D.28.tr.4.
Sensus spiritualis. *Symb*. Mel. N.13.tr.
Separatio. Quid myst. L.15.m.19.
Sepher. Quis. G.10.29.
Sephora. Quid myst. E.2.m.21.
Septem. Quid script. L.26.28. v. *Septenarius numerus*.
Septenarius numerus. Quid myst. Gen.7.4. E.22.m.30. L.4.m. & 9.m.1.& 13.6.& 14.m.7. & 22.m.27. & 23.m.18. N.19.m.11.& 23.m.1. D.28.tr.7.
Septies aspersio. Quid myst. N.19.m.3.
Septimus annus. Quid myst. E.21.m.2.
Sequi. Quid script. D.13.4.
Serpens. Quid myst. N.21.9. D.8.al.15.
Serpentes igniti. Quid myst. N.21.m.6.
Seruitus. Quid myst. D.28.tr.59.47.
Seth. Oritur. Gen.5.3. moritur. G.5.6. quid script. N.24.18.
Setim. Quid. E.25.5. quid myst. E.25.myst.5. & 26. myst.15.
Sex anni. Quid myst. E.21.m.2.
Sex dies. Quid myst. E.23.m.12.
Sextarius. Quid. L.14.20.
Sichem. Quid. G.12.4.
Siclus. Quid. E.30.13. L.5.15. quid myst. E.30.m. L.5. m.15. N.7.m.14.
Sicut, Similiter. Quid gram. G.3.5.
Sidon. Qui. G.10.15.
Signum. Vsus. D.6.8.& 11.20.& 27.8.
Silex. Quid myst. N.23.m.9.
Simeon. Quid myst. G.49.m.5.
Simila, Similago. Quid. L.2.4. quid myst. G.18.7. L.2. al.4.& tr.16.& 5.5.m.11.& 23.m.13.& 24.m.5. N.7.m.13.& 15.tr.§.5.
Similitudo. Quid. G.1.26.
Simonia. Actiones. G.25.32.

Digitized by Google

Simplex. Quid ſcript. G. 25. 27.
Simplicitas. Conſectanda D. 22. 11. quid ſymb. G. 20. 5. *Symb.* Ouis. E. 13. m. 13. lana. L. 13. 58. lac. N. 13. tr. D. 33. 19. m. ſimila. N. 15. tr. 5. 5. *Fig.* Manſio Iſraelitarum in Beneiaacan. N. 33. tr. 31.
Simulatio. Prohibetur. L. 19. 11. D. 22. 5. actiones. G. 34. 13. & 37. 31. & 38. 14. *Symb.* Mixtio ſeminum, & ſtaminum. L. 19. m. 19.
Simulator. Symb. Cycnus. L. 11. tr. 18. chamæleon. L. 11. trop. 30.
Sin. Quid. E. 16. 1.
Sina, Sinai. Quid myſt. D. 33. 1.
Sinuſtra. Quid ſymb. G. 24. 49.
Sitis. Quid myſt. D. 8. al. 15.
Situla. Quid myſt. N. 24. m. 7.
Smaragdus. Quid myſt. E. 28. m. tr.
Sobrietas. Præcipitur. N. 6. 4.
Socho, Sochoth, Soccoth. Quid myſt. N. 33. tr. 5.
Societas piorum. Fig. Manſio in Ceelatha. N. 33. tr. 22.
Sodoma. Vrbs. G. 13. 13.
Sodomia. Prohibetur. L. 18. 22. actiones. Gen. 19. 5. *Symb.* Lepus. L. 11. tr. 6. pœna. L. 20. 13.
Sol. Quid myſt. D. 33. 23. m. 6. quid fig. G. 1. 16.
Solennitates veteris legis. Quid myſt. L. 23. m.
Solitudo. Quid myſt. E. 23. m. 29. D. 1. m. 1. & 8. al. 15.
Solium. Quid ſymb. E. 17. 16.
Solum. Quid ſcript. L. 19. 9.
Somnium. Exempla. G. 37. 7, 9. & 40. 5. & 41. 1. N. 12. 6.
Somnus. Quid ſymb. G. 15. 12. & 49. 9. L. 26. al. 6. N. 24. myſt. 9.
Sopor. Quid ſymb. G. 15. 12.
Sordes. Quid myſt. E. 32. 25. D. 32. 5.
Soror. Quid ſcript. G. 12. 13.
Sors. Actiones. N. 26. 55. & 33. 53. & 34. 2.
Spatula. Quid myſt. L. 23. m. 40.
Species ſacramentales. Fig. Velamina vaſorum. N. 4. 5. cinis vitulæ. N. 19. m. 9.
Spes Chriſtiana. Symb. Hyſſopus. N. 19. m. 6. vitor. N. 19. m. 6. *Fig.* Manſio in Alus. N. 33. tr. 13.
Spica. Quid myſt. G. 41. m. L. 23. m. 10.
Spina. Quid myſt. E. 22. m. 6.
Spiraculum. Quid ſcript. G. 2. 7.
Spiritus. Quot modis accipiatur. G. 1. 2. & 6. 3, 17. & 8. 1. E. 15. m. 8. N. 14. 24. & 27. 18. & m. 18.
Spiritus ſanctus. Symb. Digitus. L. 16. tr. 2. oleum. L. 24. m. 2. mel. N. 13. tr. aduentus in diſcipulos. *Fig.* E. 19. m. 1. L. 9. m. 24. ſolennitas Pentecoſtes. L. 23. m. 15. lex ignea in Sinai. D. 33. 1.
Splendor. Quid myſt. E. 40. m. 32.
Spolia Aegypti. Quid myſt. E. 12. m. 37.
Squama. Quid myſt. L. 11. tr. 9.
Stacte. Quid. E. 30. 34.
Stare. Quid ſcript. L. 19. 16.
Stater. Quid. E. 30. 13. L. 5. 15.
Status in Eccleſia. Fig. Manſiones arcæ. G. 6. 16. viuentia in arca. G. 7. 4. triplex oblatio. L. 3. tr. 1, 2.
Stella. Quid myſt. N. 24. 17.
Stella. Quid ſymb. G. 15. 5. & 22. 17, 24. & 26. 4.
Stellio. Quid myſt. L. 11. tr. 30.
Sterilitas. Quid myſt. E. 23. m. 26.
Stipula. Quid ſymb. E. 15. 7.
Struthio. Quid myſt. L. 11. tr. 16.
Studioſitas, Studium. Actiones. G. 32. 29. E. 33. 18.
Stultus. Symb. Aſinus. E. 23. m. 5.
Stupor. Actiones. G. 27. 33.
Stuprum. Prohibetur. E. 21. 8. & 22. 16. L. 21. 9. D. 22. 28. actiones. G. 34. 2. E. 21. 8. pœna. L. 21. 9. quid myſt. L. 21. m. 9.
Subſtantia. Quid ſcript. G. 7. 4.
Subtractio diuinorum auxiliorum. Symb. Cælum æneum, terra ferrea. D. 28. tr. 20.
Sudor. Quid ſymb. G. 3. 19.
Super. Quot modis accipiatur. G. 1. 2. L. 20. 13.
Superbia. Prohibetur. D. 9. 6. & 17. 20. *Symb.* Puſtula. L. 13. 2. actiones. G. 3. 5, 6. & 11. 4. N. 12. 2. & 16. 7. effecta. G. 3. 6.
Superbus. Symbola. Taurus. L. 3. tr. 3. aquila. L. 11. tr. 13. gibbus. L. 21. m. 20. mons. D. 12. m.
Superhumerale. Quid. E. 28. 6. quid myſt. E. 2. m.
Superiores. Colendi. E. 20. 12. & 33. 7. v. *Rector. Princeps.*
Superſtitio. Prohibetur. E. 22, 18. Leuit. 19. 31. D. 12. 30. actiones. E. 7. 11, 22. *Symb.* Fornicatio. L. 20. 6.
Sur. Deſertum. G. 16. 7.
Sus. Quid myſt. L. 11. tr. 7.
Suſurratio. Prohibetur, Ex. 20. 16. L. 19. 16. actiones. G. 37. 19. N. 11. 1.
Suſurro. Symb. Charadrion. L. 11. tr. 19.
Synagoga. Deſeritur à Deo. G. 9. 27. & 21. 13. & 28. m. 2. & 39. m. 12. Num. 12. m. 9. & 20. al. 24. D. 24. 3. & 32. 35, 36. *Fig.* Sem. G. 9. 27. Agar. G. 16. 14. & 21. 13. tabernaculum Saræ. G. 24. 67. Eſau. G. 25. 23. & 27. 46. Lia. G. 29. m. 31. & 30. m. domina Aegyptia. G. 39. m. 6. 7. terra Chanaan. G. 47. m. 1. Manaſſes. G. 48. m. ſoror Moyſis. N. 12. m. Aaron. N. 20. al. 24. Moyſes. Deuter. 34. 4. Sinai, Seir, Pharan. D. 33. 1. *Symb.* Mater. E. 23. m. 19. L. 22. m. 28. vidua. L. 21. m. 14. vinea. D. 32. 33.
Synecdoche. Exempla. G. 22. 16. & 24. 7, 60. & 46. 22. L. 19. 4.
Syria. A quo. G. 10. 22.

T

Tabernaculum. Quid myſt. G. 12. 8. & 18. 5. & 24. 67. L. 10. m. 7. & 23. m. 34. & 26. al. 11. N. 24. m. 6.
Tabernaculum vetus. Quod. L. 16. 16. quid myſt. E. 25. myſt. & m. tr. & al. & 26. m. & 40. m. L. 12. m. 6. N. 1. m. 5. & 2. tr. & 19. m. 3.
Tabulæ legis. Quid myſt. E. 34. m. 29.
Talentum. Quid. E. 38. 24.
Talionis pœna. Decernitur. D. 19. 21.
Talpa. Quid myſt. L. 11. tr. 30.
Tangere. Quid myſt. L. 5. m. 2. & 11. tr. 24. & 15. m. 7.
Tanis. Quid. N. 13. 24.
Taurus. Quid myſt. L. 3. tr. 3. D. 33. 17.
Temeritas. Actiones. N. 14. 40, 44.
Temperantia. Fig. Meraritarum turba. N. 3. tr. 33.
Templa Eccleſiæ. Fig. Vetus tabernaculum. E. 25. m.
Temporalia. Impedire ſolent perfectionem. D. 20. 7.
Tenebræ. Quid myſt. E. 40. m. 36. quid fig. G. 1. 5. E. 10. myſt. 23.
Tentatio. Auctor. Gen. 3. 1. actiones. G. 3. 15. & 22. 1. vitanda. N. 6. 3. *Symb.* Labor. N. 11. m. 1. bellum. N. 21. m. 1. *Fig.* Bella contra Iſraelitas. N. 31. trop. manſio in Reſſa. N. 33. tr. 21.
Tentatio Dei. Prohibetur. D. 6. 16. exempla. G. 24. 14. N. 14. 22.
Tento. Quid ſcript. G. 22. 1. E. 15. 25. & 20. 20. D. 8. 2. & 13. 3. & 29. 3.
Terra. Quid ſcript. G. 4. 13. & 6. 11. & 11. 1. quid hebr. G. 1. 10. quid myſt. E. 23. m. 26. L. 11. tr. 16, 20, 27. & 17. m. 13. & 26. m. 19. D. 28. 4. & 32. 44. & 33. 13. m. 9. *Fig.* Femoralia, & tunica byſſina. E. 28. m. cuius figura. Eccleſiæ. G. 1. 1. peccatoris. G. 1. 2.
Terra Chanaan. Quid myſt. G. 47. m. 1. & 50. m. N. 11. m. v. *Terra promiſſionis.*

Digitized by Google

Terra promissionis. Quid myst. G.15.17. E.23.m.20. & 33.m.1. N.13.al.3.& tr.& 33.tr. D.8.m. & all.7. & an.1.& 27.m.2. v. *Terra Chanaan.*
Terrenus. Symb. Struthio.L.11.tr.16. terra.L.11.tr.16, 20,27. vas fictile.L.11.tr.33.
Terribilis. Quid script. G.28.17.
Terror. Quid script. G.35.5.
Testamenta vetus, & nouum. Fig. Duæ decimæ similæ. L.24.m.5. duo viri portantes botrum. N.13.tr.3.
Testamentum nouum. Symb. Fructus noui. L.26.all.10. *Fig.* Dei pactum cum Abraham. G.15.17. Sara. G.21.13. mandata Ioseph. G.50.m. testamentum vetus. E.24.m. legis tabulæ nouæ.E.34.m.29.
Testamentum vetus. Firmatur. E.24.5.6. quid mysticè. E.24.m. *Fig.* Agar.G.21.13.mandata Iacob.G.50.m. *Symb.* Fructus veteres.L.26.al.10.
Testes. Quot adhibendi. N.35.30. Quot exhibendi. D.17.6.& 19.15.
Testiculi, Testes. Quid myst. L.22.m.24.
Testimonia. Quid script. D.4.45.
Testimonium falsum. Prohibetur. E.20.16.& 23.1.D.5. 20.& 19.19.
Tharsis. Quis. G.10.4.
Theologia. Vnde haurienda. procem.§.1. quotuplex. E.28.m.tr. Theologiæ scripturalis materia, & methodus. procem.§.5. modus prælegendi scholasticam. procem. §.7. *Fig.* Tres gemmæ in Rationali. E.28.m.tr.
Theristrum. Quid. G.38.14.
Thesaurus. Quid myst. D.32.34. & 33.19.m.
Thiras. Quis. G.10.2.
Thuribulum. Quid script. E.25.29.quid mysticè.L.10. m.1.& 16.tr.2. N.16.m.38. & §.8.
Thus. Quid myst. L.2.alleg.4.& 5.13. & m.11. & 24. myst.5.
Thymiama. Compositio.E.30.34.quid myst.E.30.34.
Tiara. Quid myst. E.28.m.
Tigris flumen. Vbi. G.2.14.
Timeo. Quid script. G.42.18.L.26.2.D.4.12.
Timor. Quid script. Gen.31.42. quid phys. E.20.18. actiones. G.3.10.& 18.15.& 26.7.& 28.17.& 32.7. & 41.8.& 45.3.& 50.15. E.2.14.& 14.10.& 19.16. & 20.18,19. *Fig.* Mansio Israelitarum in Thahath. N.33.tr.26.
Timor Dei. Præcipitur. L.19.14,32. D.8.6. & 17.19. actiones. G.42.18. E.1.17. D.30.1. *Fig.* Mansio in Arada. N.33.tr.24.
Titulus. Quid script.G.28.18.& 31.45.E.24.4.L.26.1. N.23.52.
Tonitruum. Quid myst. E.9.m.23.& 19.m.1.
Topazius. Quid myst. E.28.m.tr.
Torcular. Quid myst. E.22.m.29.
Traditio. Exempla.E.12.27.& 13.9.
Trans. Quid script. D.1.3.
Tribulatio. Symb. Flumen.E.1.m.22. *Fig.* Mansio in Mara. N.33.tr.8.& in Bethsimoth.N.33.tr.49.
Tribunus. Quid script. E.18.21.
Tributum. Soluendum. Gen.47.21.E.30.12. N.18.28. D.20.11. exempti. G.47.25.
Trinitas diuina. Innuitur. Gen.1.1. & 3.22. & 18.2. E.34.6.
Tristega. Quid. G.6.16.
Tristitia. Actiones. G.27.34.& 27.46.& 30.1. E.2.23. & 33.4.N.11.4.& 21.4.D.34.8. *Symb.* Fletus. G.29. 34. & 50.2. E.2.23. & 6.5.& 33.4. N.14.1. D.34.8. scissio vestium.G.37.30,34.& 44.13.N.14.6. cilitiũ. G.37.34.L.11.tr.33. nudatio capitis.L.10.7. vesperum. L.11.tr.24.
Tuba. Quid myst. L.23.m.24.N.10.in.& 31.al.6.tr.6.
Tubal. Quis. G.10.2.
Tunica. Tunicæ pelliceæ. quid fig. G.3.24. tunica polymita Ioseph.myst.G.37.m.3. tunica byssina,& hyacinthina quid myst.E.28.m,L.6.m.13.
Turpitudo. Quid script. L.18.6.
Turtur. Quid myst. L.1.m.11.
Tusun. Quid script. E.29.40.
Tyrannus. Symb. Gryps.L.11.tr.13.

V

Vacca rufa. Quid myst. N.19.m.
Vacuum. Quid hebr. G.1.2.
Vallis. Quid myst. N.24.m.5.
Vanum. Quid script. E.20.7.
Vas. Quid script. G.49.5. quid myst.L.11.tr.33.& 15. m.12. N.7.m.13.
Vasa tabernaculi. Quid myst. N.1.m.5.
Vbera. Quid symb. G.49.m.25. L.22.m.27.
Vectis. Quid myst. E.25.m.12.& 30.m.N.4.m.6.
Vela tabernaculi. Quid myst. E.26.m.
Velamen. Quid script. G.20.16. quid symb.G.20.16. E.34.m.33.N.4.m.5.
Velum tabernaculi. Quid myst. E.27.al.16.
Venator. Quid symb. G.10.9.L.17.m.13.
Venditio. Exempla. Gen.23.9.& 25.31.& 37.28,36.& 41.56. præcepta. L.25.14.
Vendo. Quid script.E.21.7. quid myst.E.22.m.1.
Venire. Quid myst. D.33.1.
Venter. Quid myst. D.28.tr.4.
Verbum. Quid script. E.2.14.D.4.12.& 8.3.
Verbum Dei. v. *Doctrina sacra.*
Verbum diuinum, Filius Dei. Fig. Aaron. E.28. myst. *Symb.* Oleum. E.29.m.
Veritas. Quid script. Gen.24.49. & 32.10. & 47.31. E.28.30.
Vernaculus. Quis. L.22.11. quid myst.L.22.m.11.
Vertex. Quid myst. D.33.20.
Vescor. Quid myst. L.11.tr.8.& 17.10.
Vesica, Vesicula. Quid myst. L.1.m.16.
Vesper, Vespera. Quid myst.E.29.m.41.D.23.11.
Vespere, & mane. Quid fig. G.1.5.
Vespertilio. Quid myst. L.11.tr.19.
Vesperum. Quid myst. L.11.tr.24.
Vestes Summi Sacerdotis. Quid myst. L.16.all.
Vestimentum, Vestis. Quid myst. E.21.m.3.& 29.m.30. & 32.25. L.10.m.7. & 11.trop.32. & 13.46. & 16. al.24.D.8.al.4. vestis Sacerdotum.E.28. quid myst. E.28.m.L.16.tr.2.
Vestium scissio. Quid symb. Gen.37.30,34. & 44.13. N.14.6.
Via. Quid script. D.10.12.& 32.4. quid symb.G.49. m.17. E.5.m.3.& 23.m.20.
Vicarius Christi. Summus Iudex. Deuter.4.1. & 17.8. *Symb.* Pastor, lapis. G.49.m.24. *Fig.* Moyses. E.33. m.7. Eleazar.N.16.m.§.7.& 27.21. v. *Papa.*
Victima. Quid myst. D.33.19.m.
Videre. Quid script.E.20.18.quid symb.E.2.25.& 3.7. & 4.31. & 12.13.
Vidua. Quid myst. L.21.m.14. & 22.m.13.
Vincens. Hebr.G.2.7.
Vindicatio. Prohibetur. L.19.18. actiones. G.34.29. quando licita. N.31.2.& 35.29.D.25.19.
Vinea. Quid myst. Gen.49.m.11. D.8.al.8.& 22.9.& 32.33.
Vinum. Quid symb. Gen.27.28. Leuit.10.m.9. & 23. m.13.N.6.al.3,18.& 15.tr.§.5.D.32.33.& 33.28.m.8.

Digitized by Google

Virens. Hebr. G. 1. 12.
Virga. Quid myſt. G. 30. m. 37. E. 4. m. 1. & 7. m. 10, 20. N. 17. al. tr. & 20. al. & 24. 17.
Virgo. Quid myſt. L. 21. m. 13. N. 31. al. 18.
Virtus, Virtutes. Symb. Pallium. G. 24. 67. calceamenta. E. 12. m. 11. maſculus. E. 13. m. 12. aurum. E. 25. m. 3. aromata. E. 25. m. 6. veſtimentũ. L. 11. tr. 32. fimbria. N. 15. tr. 38. *Fig.* Veſtes Summi Sacerd. E. 28. m. tr. libamenta. L. 23. m. 18. ſeptem lucernæ candelabri. L. 24. m. 2. trium virtutum theol. figuræ. Gen. 6. 16. Leuitæ circa tabernaculum. N. 2. tr. vittæ hyacinthinæ. N. 15. tr. 38. amygdalæ virgæ Aaron. N. 17. tr. quatuor vir. mar. fig. Gen. 7. 4. E. 27. tr. 2. & 29. tr. 12. quatuor Iſraelitarum turmæ circa tabernaculum. N. 2. tr. quatuor Leuitarum turmæ. N. 3. tr. oblatio ſimilæ, olei, vini, incenſi. N. 15. tr. quatuor fimbriæ pallij. N. 15. tr. 38. flores virgæ Aaron. N. 17. tr.
Viſio. Quid ſcript. N. 12. 6. quid ſymb. G. 22. 14.
Viſio, Apparitio. Exempla. Gen. 15. 1. & 18. 1. & 19. 1. & 20. 3. & 26. 2, 24. & 28. 12. & 31. 24. & 32. 24. & 35. 9. & 41. 1. & 36. 2. E. 3. 2. & 4. 24. N. 12. 6, 8. D. 31. 15. v. *Somnium.*
Viſitatio, Viſito. Quid ſcript. G. 21. 1. E. 4. 31. & 20. 5. & 32. 34. L. 26. 16. quid ſymb. G. 21. 1. E. 4. 31. L. 18. 25.
Vita. Quid myſt. G. 1. 24. *Symbola.* Vitis. Gen. 40. 12. peregrinatio. G. 47. 9. ſanguis. L. 19. 16.
Vita actiua. Symb. Greſſus. N. 9. m. 18. ciuitas. D. 28. tr. 3. *Fig.* Lia. G. 30. m. 15. vxor ſerui Hebræi. E. 21. m. 3. velum polymitum. E. 26. m. tribus Zabulon. D. 33. 18.
Vita æterna. Fig. Sabbatum. E. 23. m. 12. Nazaræus bibens vinum. N. 6. tr. 20. *Symb.* Dies octauus. L. 12. m. & 22. m. 27.
Vita cæleſtis. Symb. Hyacinthus. E. 25. m. 3.
Vita contemplatiua. Symbola. Deſertum. E. 13. m. 17. ala. L. 11. tr. 16. quies. Num. 9. m. 18. ager. D. 28. trop. 3. *Figura.* Rachel. Gen. 30 m. 15. velum hyacinthinum. E. 26. m. tribus Iſſachar. D. 33. 18.
Vita humana, mortalis, temporalis. Symb. Via. G. 49. m. 17. E. 23. m. 20. nox. E. 12. m. 8. & 27. al. 20. L. 6. m. 9. N. 10. myſt. ſex dies hebd. E. 23. m. 12. ſeptem dies. L. 12. m. & 22. m. 27. N. 19. m. 11. ſanguis. L. 12. m.
Vita illuminatiua. Fig. Manſio in Sinai. N. 33. tr. 15.
Vita ſolitaria. Symb. Deſertum. E. 13. m. 17.
Vitis. Quid ſymb. Gen. 40. 12. & 49. m. 11. D. 8. all. 8. & 22. 9.
Vitium, Vitia. Symb. Rana. E. 8. m. 17. muſca. E. 8. m. 24. beſtiæ. Exo. 23. m. 29. chytropodes. Leuit. 11. tr. 35. *Fig.* Chananæi. E. 23. m. 28. ſeptẽ plagæ. L. 26. al. 28. ſeptem aræ Balac. N. 23. m. 1. Reges Madian. N. 31. trop. 8.
Vitulus. Quid myſt. G. 18. 7. E. 29. m. L. 1. m. & 4. 23. & myſt. & 16. all. 5. N. 15. tr. 24.
Viuens. Hebr. G. 1. 20.
Vlcus. Quid myſt. E. 9. m. 10. D. 28. tr. 27.
Vltio. Pro ſceleribus. G. 9. 5. & 19. 11. actiones Dei. Gen. 3. & 4. 9, 11. & 6. 17. & 19. 24, 26. & 38. 7. N. 11. 33. & 12. 4, 10. & 16. 31. & 20. 12. & 21. 6. & 25. 4. actiones aliorum. G. 34. 29. *Symb.* Clibanus. G. 15. 17. ira. E. 22. 24. N. 11. 1. & 22. 22. ignis. Ex. 22. m. 6. L. 10. m. 1. D. 33. 1. onus. L. 19. 8. vomitus. L. 20. 22. fulgur, gladius, ſagittæ. D. 32. 42. *Fig.* Diluuium. G. 6. 17. flamma ignis in rubo. E. 3. 2. caminus Aegypti. E. 9. m. 8. v. *Vindicatio.*
Vlula. Quid myſt. L. 11. tr. 16.
Vmbra. Quid ſymb. G. 19. 8.
Vnctio. Quid myſt. E. 29. m. 9. L. 6. m. 24.
Vnguentum. Ad vnctionem Sacerdotum. E. 30. 23.
Vngula. Quid ſymb. G. 49. m. 17.
Vnio animorum. Symb. Malogranatum. N. 13. tr. n. 3.
Vnio hypoſtatica. Figura. Baltheus Summi Sacerdotis. E. 28. m. vnctio Sacerdotum. L. 6. m. 24.
Vnus. Quid ſcript. G. 1. 5. & 48. 22. & 49. 16.
Vocare. Quid ſcript. G. 16. 13. L. 25. 10.
Vocari. Quid ſcript. G. 28. 22. L. 23. 35.
Vocatio à ſtatu peccati. Fig. Gen. 12. 8. eductio Iſraelitarum ex Aegypto. D. 8. al. 15.
Vocatio Dei. Actiones. G. 3. 9. & 4. 7, 9. & 12. 1. E. 4. 1, 15. & 19. 3. D. 14. 2. & 26. 18. *Fig.* Dies. G. 1. 5.
Vocatio Gentium. Fig. Iacobi miſſio in Meſopotamiam. G. 28. 2. nuncij ad Idumæam. N. 20. al. 14. numeratio Iſraelitarum. N. 26. m. 2.
Volucres. Quid myſt. L. 11. tr. 20.
Voluntarium. Symb. Manus impoſitio ſuper oblata. N. 8. tr. 9. 6.
Voluntas. Libera. Gen. 47. mouetur à ſenſu. Gen. 4. 7. *Symb.* Vulua. E. 13. m. 2. vxor. E. 21. m. 4. auris. E. 21. m. 5. phiala. N. 7. m. 13. theſaurus. D. 32. 34.
Voluntas Dei. Effecta. G. 8. 17. & 24. 50. potens. G. 50. 19. vid. *Conformitas cum diu. voluntate.*
Voluptas. Symb. Mel. L. 2. m.
Vomitus. Quid myſt. L. 20. 22.
Vota Religionis. Symb. Oblatio vituli, turturis, columbę. L. 1. tr. oblatio hœdi, agni, bouis. L. 3. tr. 3. oblatio vituli, arietis, hirci. L. 16. tr. 17. *Fig.* Manſio in Moſeroth. N. 33. tr. 30.
Votum. Licitum. N. 6. 2. & 15. 3. D. 23. 23. exempla. G. 28. 20. N. 21. 2. ſoluendum. L. 27. 29. Num. 28. 3. D. 12. 27. irritatio. N. 30. 4.
Vpupa. Quid myſt. L. 11. tr. 19.
Vs. Quis. G. 10. 23.
Vſura. Prohibetur. E. 22. 25. L. 25. 35. Deuter. 23. 20. *Symb.* Lepus. L. 11. tr. 6.
Vua. Quid myſt. N. 13. tr. 3. D. 32. 33.
Vulnera Chriſti. Symb. Foramen. E. 33. m. 22. *Fig.* Quinque ficti. E. 13. m. 13.
Vultur. Quid myſt. L. 11. tr. 14.
Vulua. Quid ſymb. G. 49. m. 25. E. 19. 2.
Vxor. Pluralitas. G. 4. 19. prohibetur pluralitas. D. 17. 16. quid myſt. E. 21. m. 3, 4. L. 21. m. 13.
Vxor Lot. Quid myſt. G. 19. 38.

Z

Zabulon. Quid myſt. G. 49. 13. D. 33. 18.
Zelotypia. Quid. N. 5. 12.
Zelus. Quid. E. 20. 5. & 34. 14. Num. 25. 11. actiones. N. 25. 11.
Zodiacus. Fig. Duodecim gemmæ Rationalis. E. 28. m.
Zuzim. Qui. G. 14. 5.

FINIS.

BIBLIOTECA NACIONAL DE CHILE
88-271463
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google